

SENEC. TOM. I.

A
31
497

124-6

2-8-2082

~~8-2082~~

1900
1901
1902
1903
1904
1905
1906
1907
1908
1909
1910

i 16855449

~~50-8-4~~

| Biblioteca Universitaria GRANADA | |
|-------------------------------------|---------------|
| Sala | C |
| Estante | 17 |
| Tabla | |
| Número | 15 |

| BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA | |
|-------------------------------------|-----|
| Sala: | A |
| Estante: | 31 |
| NÚMERO: | 497 |

L. ANNAEI
S E N E C A E
OPERA, QVAE
 EXTANT O-

M N I A.

*

Cum D. Erasmi Rot. scholijs, Beati Rhenani in ludum de morte Claudij Caesaris, Rhodolphi Agricolaë in declamationes aliquot commentarijs: ac Fernandi Pinciani in uniuersum opus castigationibus.

*Post. 1. ser. y. 1000
 aut.*

Indice rerum ac uerborum locuplete adiecto,



LVGDVNI APVD SEB.
 GRYPHIVM,

1555.



CATALOGVS EORVM, QVAE
HOC VOLV MINE CON-
TINENTVR.

Præfatio DES. BRASMI *castigatoris ad episcopum Cracouiensem. Vita Senecæ per neotericum, sed incertum autorem.*

| | |
|---|-----------|
| L. Annæi Senecæ ad Ebutium Liberalem Lugdunensem, De beneficiis, Libri VII. | Pagina 1. |
| De institutione uitæ ad Lucilium Balbum, Siciliae præsidem libri, XXXII. Epistolæ CXXIIII. | pag. 177. |
| De diuina prouidentia ad eundem liber, 1. | pag. 635. |
| De paupertate liber, 1. | pag. 650. |
| De remediis fortuitorum ad Gallionem liber, 1. | pag. 653. |
| De ira ad Nouatum libri, III. | pag. 660. |
| De clementia ad Neronem libri, II. | pag. 742. |
| De Vita beata ad Gallionem fratrem liber, 1. | pag. 775. |
| De tranquillitate uitæ ad Serenum libri, II. | pag. 808. |
| De breuitate uitæ ad Paulinum liber, 1. | pag. 856. |
| De consolatione fratris ad Polybium. | pag. 879. |
| De consolatione ad Martiam liber, de quo docti nonnihil addubitant, num Senecæ sit ob dictionis dissonantiam. Deinde uideritur non absolutum, certè facundis. scriptoris est. | pag. 899. |
| De consolatione ad Albinā, siue Elbiam matrē liber, 1. | pag. 930. |

R. D. PETRO EPI-
SCOPO CRACOVIENSI,

ac regni Poloniae Cancellario, Des.

Erasmus Roteroda-
mus S. D.

*



IN IP SO statim huius operis limine Praesul amplifsime, fortassis cœperit aliquem admiratio, quid acciderit, ut praeter morem meum nunc Seneca prodeat, non eiusdem nomen praerens, cui fuerat antea dicatus. Quum enim alii quidem plu-
ribus interdum dedicent eundem librum, nonnulli singulos eiusdem operis libros singulis nuncupent, quidam appendices adiectas aliis inscribant, quam opus inscripserant: nos tamen hac in re summam praestitimus constantiam haecenus: adeo ut cum olim R. D. Guilhelmo Vuaramo Archiepiscopo Cantuariensi solam Euripidis Hecubam praesentes exhibuissemus, absentes in editione & Iphigeniam aulidentem adiecerimus. Quantulus autem fuerit Adagiorum libellus initio, quem clarissimo Baroni Guilhelmo Montioio dedicauimus, plerique sciunt: quanta nunc sit operis moles, liquet, nihil tamen mutatum est de titulo. Certè poteramus in Chiliadibus, aut centuriis facere, quod Caelius Rodiginus uir doctus ac pius fecit in sedecim libris, quibus titulum esse uoluit antiquarum lectionum. Ab hac ambitione tantum absumus, ut complures libellos emiserimus absque nuncupatione. Longius etiam ab eorum impudentia, qui idem opus mutata duntaxat praefatione pluribus dicant, eadem (quod aiunt) filia plures sibi generos adsciscentes. Aduersus huiusmodi exempla, quum in hunc usque diem perpetuo meum morem obtinuerim, hoc uehementius admirabitur aliquis, quod opus pridem dicatum Thomae episcopo Dunelmensi, nunc uideat alterius praerferre nomen. Hoc amplifsime praesul, nec casu, nec temerè, sed consulto factum esse fateor. Siquidem uel hac ratione cunctis testatum esse uolui, priorem editionem non fuisse meam, quamquam plus satis fretus amici cuiusdam promissis addideram praefationem. Cantabrigiae quum nactus essem aliquot Senecae libros manu descriptos, adhibito labo-

EPISTOLA

ris socio, totum Senecam percurri uerius quam perlegi, annotatis in spatio marginis quæ uel diuersa compereram in exemplaribus, uel ipse ex me addiuinaram. In his erant permulta, quæ uigilantiis & eruditi cuiuspiam discussione requirebant. Quum mihi diutius Basileæ commorari non esset commodum, totum hoc negotium amico cuidam, de cuius fide, nec tum quicquam addubitabam, nec non conq̄ri libet, commisi. At post menses aliquot Basileam reuersus, comperi sic tractatum opus, ut me uehementer puderet eius editionis. Non hic uulgari more culpam in alium transferam, sed partiar magis inter eum qui commisit, & eum qui commissum ad se recepit. Meum peccatum erat quod oblitus sapientissimi de Casista apologi, amicorum operam expectarem in eo negotio quod per me rectius geri & potuit & debuit: illius, quod inexploratis humeris suscepit sarcinam uiribus maiorem. Quanquam haud scio an maior culpæ portio mea sit, siquidem ineptior est, qui boui clitellas imponit, quam bos ipse qui recipit impositas. Sed ciuilius est, opinor, utriusque culpam si non licet excusare, saltem extenuare. Fidem amici perspectam habebam, de ingenio, doctrina, iudicioque pro mea erga illum beneuolentia magnificentius sensi, quam pro re: & ille pro mutuo suo amore, gratificandi studio, fortassis & recusandi pudore, plus recepit quam præstare ualuit. Quod ego peccaui, simplicitatis & candoris erat: quod ille, sedulitatis & obsequii. Cæterum quod ea pars exemplaris quæ crebriores habebat annotatiunculas sublata est, sic interpretari libet, aut ab illo non esse factum, aut charitate nostri factum, qui maluit ibi parum meminisse fidei, quam de nostra amicitia periclitari. Sed huic malo malum aliud geminum accessit, ut intelligas totum illud negotium sinistris auspitiis fuisse gestum. Curaram per quendam bibliopolam, sibi felicem, aliis infelicissimum, Senecæ codicem reddendum Episcopo cui dicaram hoc laboris. Is ex Anglia reuersus affirmauit se cum fide, quod erat mandatum peregrisse, Credidi. Quis enim non crederet sic asseueranti? Interim in meis ad Episcopum literis iterum atque iterum faciebam dicari nisi que uoluntatis mentionem. Ille qui nihil acceperat, existimabat se mihi ludibrio esse. Huic stomachum etiam exasperauit iureconsultus quidam, qui illi erat à consiliis. Nam indicarat Episcopo locos aliquot, qui tam manifestum habebant mendum, ut mirum sit nec ab operis animaduersum fuisse. Tandem quum redisset in Angliam, ignarus harum rerum, comperi Præfulem illum, quem habere solebam amicissimum mirè frigidum, & causam expiscatus sum. Itaque præter editionis dedecus propemodum

dum etiam amici non uulgaris iacturam feci. Interim semper sti-
 mulauit animum calcar ignominia: ut quemadmodum solent mi-
 lites post cladem acceptam in proximo conflictu, uirtute dedecus
 acceptum pensare, ita feliciore recognitione sarcirem, quod in e-
 ditione priore commissum erat. Quanquam illa quoque, qualis
 qualis erat, non parum multa restituit, certe spem aliquam ostendit
 eruditus huius senticeti in usum frugiferi noualis repurgandi.
 Itaque melioribus, ni fallor, auibus Senecam in manus recepi, in
 quo emaculando tantum curæ, tantumque sudoris impensum est, ut
 optimo iure possim abdicare priorem illam editionem. Ac ne
 quid infelicium auspiciorum hic resideret, sed planè nouo genio
 iam aliud prodiret opus, mutata præfatione, tuo nomini auspica-
 tissimò uigilias hæc dicare uisum est. Speroque futurum, ut
 quemadmodum tu consiliis, fidelibus iuxta ac prudentibus, Regi
 Sigismundo pacis bellique artibus iuxta instructo, tum florentissimo
 Poloniae regno, cui uigilantissimum præstas Cancellarium,
 cum primis dexter es ac felix, ita nomen tuum Senecæ perfixum, læ-
 tum quoddam augurium sit allaturum studiosis omnibus, quos hæ-
 stenus milere toruit, autor lectu quidem dignissimus, sed ita tracta-
 tus, ut uix usquam se lector possit explicare. Non hic uerbis attol-
 lam, quantum mihi laboris exhaustum sit. Scio neminem creditu-
 rum, nisi priorem editionem cum hac contulerit. Id si quis non gra-
 uabitur facere, continue fatebitur alium prodisse Senecam: non
 quod nihil resederit excutiendum, sed quod innumera portenta,
 non minus feliciter quàm fortiter sustulerimus, idque præsidio di-
 uersorum codicum, inter quos erant aliquot miræ uetusstatis. Di-
 uinationi non temere indulsumus, experimento docti, quàm id tu-
 tum non sit. Et tamen alicubi diuinandum fuit, nec rarè feliciter
 cessit coniectura, nisi me fallunt omnia. Aduiuit in hoc labore
 nonnihil industria Matthæi Fortunati Pannonii, hominis, ut res
 indicat, exacte docti, diligentis, sobrii sanique iudicio. Is enim li-
 bros naturalium quæstionum accuratissime recognouit, quod o-
 peræ utinam & in cæteris omnibus præstitisset: quem ut in pleris-
 que libenter sequari sumus, ita in nonnullis ab eo dissentimus, præ-
 fertim ubi nostro sensui suffragabantur exemplaria. Profuit & Ro-
 dolphi Agricolaæ codex typis excusus Taruisii, ante annos quin-
 quaginta, quem is uigilantissime uidetur euoluisse. Arguebant hoc
 notulae manus ipsius, quibus innumera loca correxerat, sed in mul-
 tis, ut apparebat, diuinationem, ingenii sequutus magis quàm ex-
 emplaris uetusti fidem. Incredibile uerò quàm multa diuinarit uir

EPISTOLA

ille planè diuinus, non enim possum Rodolphi dotes & plurimas, & eximias complecti breuius. Eius codicis nobis copiã fecit Hayo Hermannus Phrysius, iuuenis tam felici natus indole, ut unus uideatur idoneus, qui Rodolphicę laudis successiõnem capeßat, tantique uiri gloriam sustineat, alioqui & patriam habens cum illo communem, & affinitate propinquus. Quin & Sigismundus Gelenius, qui iam pridem in officina Frobeniana castigandi præfecturam gerit, uir citra omnem ostentationem exquisitè doctus, & quod in eruditis quoque rarum est emunctę naris exactique iudicii, non pauca feliciter deprehendit, quę nos in multa distractos, interdum & defessos, fefellerant. Non enim est mei ingenii quenquam laude merita fraudare. Ut autem hunc Senecam tam prodigiõse deprauatum haberemus, præter illas uulgares causas, incuriam inscitiamque scribarum, temeritatem sciolorum, mutantium quicquid non assequuntur, seorsum duas potissimum fuisse perspicio. Prior est ipsa Senecę phrasis, quę quoniam nusquam non affectat declamatorias argutias, interdum usque ad ænigmatiõs obscuritatem, præsertim quum accedat orationis concisę parumque compositę, abruptum, ut facillimus ita periculosus erat lapsus, uel minus eruditus, uel assequantibus, qua de re, mox plura nobis dicentur. Altera quod hunc scriptorem præci Christiani sibi studio quodam uindictarunt, ac propemodum pro orthodoxo sunt amplexi, partim ob præceptorum sanctitatem, quam in huius libris animaduertunt, partim commendatione libelli, qui continet epistolas aliquot ultro citroque inter Paulum apostolum & Senecam missas, mendaci quidẽ titulo, sed in rebus humanis mirum est, quantum interdum habeat momenti, fictum ac friuolum nugamentum. Non enim belli tantum, iuxta proterbium, sed totius uitę mortalium multa sunt inania. Tam quum semper vulgo nihil soleat esse leuius, quo seculum illud habebat homines ad pietatem proniores, magis credulos, minusque suspiciosos, hoc facilius erat illis furo pietatis imponere. Nec parum accessit illi fauoris ex D. Hieronymi commendatione, qui Senecam recensuit in Catalogo sanctorum, quanquam in eo Catalogo commemorantur aliquot non admodum probatę sanctitatis. Velut Iosephus professione Iudæus, Tertullianus, Nouatianus, & Donatus hæretici. Ita factum est, ut ob religionis amorem fastiditis ethnicorum literis politioribus, disciplinis, linguis, & antiquitatis peritiã, Senecę libros & priuatim sibi legerent, & publice iuuentuti prælegerent, homines infantes, ac uix semi-grammatici, tantum aspersi rudis illius & inconditę philo-
sophiæ

sophiæ, somniò uerius quàm cognitione, qui professionem aspici-
 cabantur ab explicatione quatuor causarum, materialis, formalis,
 efficientis & finalis. Deinde præfati epistolam esse moralis Philo-
 sophiæ, diuidebant eam in duas partes principales, & rursus harum
 singulas in tres aut quatuor minus principales. His fumis ingressi,
 quum uentum esset in medium, si qua uox occurrisset inusitator, si
 quod schema, si qua ad auctores non uulgares allusio, si quid Græci-
 tatis, si quid ueteris historiæ, breuiter si quid omnino retrusioris
 eruditionis, quum harum rerum nihil didicissent, quibus penè ad
 ostentationis uicium scetet Seneca, necesse erat, ut aut mera por-
 tenta comminiscerentur, aut mutarent scripturam. Quid nisi *αισχρον*
γαρ σιωπηρον, ubi cathedram conscenderis, & inscitiam profiteri
 non conuenit ei, qui pileo tituloque magistri artium celebris est.
 Vix dictu credible, quantum hic impietatem commissam depre-
 henderim. Eundem locum interim adeò uarie corruptum, & tam
 impudenter mutatum offendimus, ut nullum uerbum nec inter de-
 prauatores, nec cum germana lectione, quam in peruetustis exem-
 plaribus inuenimus, conueniret. Itaque dum quod semel depraua-
 tum est, alius simili temeritate nititur emendare, rursus alius atque
 alius subinde nouat aliquid, fit mendum inemendabile, ut nulla iam
 quamuis eruditi hominis diuinatio possit opitulari. Nam quod
 scribarum inscitia committitur, habet aliqua Germanæ scripturæ
 uestigia, quæ sagacibus ingeniis præbent aliquam ueri coniectu-
 ram: quemadmodum in his quæ ex notulis excipientium, aut ex di-
 ctantis uoce non æqualiter ad omnium aures perlata uiciata sunt,
 locus aliquis relictus est eruditorum coniecturæ. Solent enim pro-
 fessores dictare scribendum quod erant enarraturi. His non omnes
 erant æque uicini, & diuersa est nationum pronuntiatio, nec sem-
 per articulata lingua est pronuntianti. Hinc euenit, ut tantius
 scriberetur pro constantius, & alea pro area. Similiter notularum
 uarietas dabat ansam erroris, Attamen illud debemus Christiano-
 rum studio, quod cum tot clarissimi scriptores interciderint, Seneca
 nobis magna ex parte supersit: si tamen hoc est superesse. Opini-
 nor autem à nobis rem eò deductam, ut siquis doctior, felicior &
 otiosior, tantam accessionem addat huic editioni, quantum nos ad-
 iecimus superioribus, sperem talem fore Senecam, ut minimo cum
 tædio, maximo cum fructu legi possit. Adiecimus annotationunculas,
 sed paucas, nec alibi, quàm sicubi putarem excludendam depraua-
 tionem. Alioqui nullus erat futurus annotationum modus, si, quod
 à Fortunato factum est, quicquid esset correctum annotare uoluis-

EPISTOLA

femus, Et tamen uehementer optarim hunc autorem scholiis illustratum, ueluti stellulis, quibusdam, quæ deprauatorum temeritatem submouerent. Vitam Senecæ quidam non prorsus indiligens ex Suetonio, Cornelio, Tacito, & Hieronymo decerptam literis prodidit, ex cuius libro decerptum est, quod hic adiectum uidemus. Cæterum illis non assentior, qui certant Senecam facere Christianum Nicodemo similem, qui quum nullum habeant argumentum probabile, præter Epistolas, quas post docebimus à studioso quopiam fuisse confictas, nullum prorsus habent argumentum, nisi quod sub eodem Cæsare uixerunt Romæ. Sed fingamus Senecam, quo non alius de contemnenda morte scripsit unquam uel sæpius uel fortius, adeo fuisse meticulosum, ut ne in scriptis quidem extrema senectæ proditis usquam subindicaret suam professionem, tam cautum, ut nihil suboluerit Neroni, qui quum illum decreuisset è medio tollere, & causas commentitias prætexeret, Christianismi crimen non obiecit, illud quo colore defendemus, quod in extremis scriptis subinde loquitur deos & deas, subinde dubitat, num quid hominis super sit à funere? Ut largiamur esse fas metu mortis dissimulare Christianum, impia certe dissimulatio est, quæ pietatem impietate dissimulat. Aliud est ueste prophana Christum occultare, aliud est libris editis pugnare cum Christi dogmatibus, & aliud est silere de Christo, aliud illo indigna loqui. Sed quorsum attinet hoc commentum? An ut libros illius Christianis hominibus commendent? Equidem arbitror magis in rem esse lectoris, ut Senecæ libros legat, uelut hominis ignari nostræ religionis. Et enim si legas illum ut paganum, scripsit Christiane, Si ut Christianum, scripsit paganice. Quum autem in illo sint plurima, quæ seignitiam nostram possint ad uirtutis studium accendere, habebunt eadem acriores aculeos, si cogitemus ab ethnico profecta. Apud illos enim sunt quædam ita dicta gesta'ue, ut iuxta Christianam quidem Philosophiam uehementer sint improbanda, præse ferant tamen miram uirtutis indolem, uelut illud Socratis, hoc unum scio, quod nihil scio, quum sit absurde dictum, tamen exprobrat nobis nostram arrogantiam. Et Lucretiæ factum, quum sit optimo iure detestabile, nobis tamen commendat pudicitie studium, & hoc efficacius commendat, quod exemplum ab ethnica foemina profectum sit. Itaque quod ad mores attinet, maiore fructu legetur Seneca, si legatur, ut quemadmodum fuit, paganus. Nam & Christiane dicta uehementius afficient, & secus dicta, minus lædent. Alioqui nusquam magis discrepat à Christiana Philosophia, quam

quàm quum ea tractat, quæ nobis sunt præcipua. Caput enim nestræ religionis est, nosse Deum. At ille commonstraturus nobis quid sit Deus, Deus, inquit, est totum hoc quod uides & non uides, quasi totus hic mundus sit ingens animal, cuius corpus sit oculis conspicuum, anima lateat, & hoc sit Deus. Iam unus ne sit Deus an plures, uehementer ambigit, & tamen frequenter iterat deos deasque. Rursus irridet eos, qui putant in hoc mundo nihil geri, quod hunc Deum non fallat, perinde quasi culicem sentiat Elephantus. Iam an anima supersit corpori sic disputat, quasi nihil referat, utrum credas. Alicubi, ut refert Tertullianus, pronuntiat omnia finiri morte, etiam ipsam. Postremo quoties incidit in sapientem illum Stoicum, sic eum attollit, ut frequenter diis æquet, nonnunquam & anteponat. Ait sapientem uniuersam felicitatem suam sibi uni debere, diis nihil opus esse, imò deos aliquid debere sapienti. At pietas nobis persuasit, etiam passerulos & lilia Deo curæ esse, tum hominem nihil habere ex sese boni, sed summam suæ felicitatis debere munificentiaë numinis. Quantum igitur sit periculi, si illa legantur uelut à Christiano prodita. Cæterum quod ad eruditionem aut eloquentiam pertinet, cum iudicio delectuque legendum esse Senecam, iam olim admonuit Quintilianus, tanta æquitate temperans suam de illo censuram, ut nec personæ studio laudet improbanda, nec odio damnet quæ laudem promerentur. Proinde fortassis non ab re fuerit, si studiosæ iuuentuti paucis indicem, quæ sint in hoc autore fugienda, quæ sequenda. Primum habet uoces suas, uelut in hoc affectatas, ut dissimilis sit Ciceroni: quanquam hoc illi cum Quintiliano Pliniusque commune, & haud scio an cum toto illo seculo, quod Ciceronis, uelut argenteum aureo successit. Huius rei pauca subiiciam exempla, ut lector ex his coniciat cætera. Pronomine reciproco sui sibi se, frequenter durius utitur. Tanquam, pene semper usurpat pro uelut, siue, ut si quando uult exemplum subiicere. Aliquoties dicit æquè quàm pro æquè atque. Cum gaudet addere superlatiuis, quàm, quod sciam, nunquam: ut cum maxime, pro quàm maxime. Aduersus pro erga frequenter usurpat in bonam partem: ut, gratus aduersus deos. In hac sermonis forma, Non modò contemnit homines, sed deos negligit: uix unquam addit coniunctionem, Sed & deos, aut, sed deos quoque. Hæc atque his similia, non reprehendo nec damno, tantum indico non esse Tulliani candoris. Quintilianus libro decimo tribuit illi stili usum, quod in nullo scribendi genere non esset uersatus,

5 tribuit

tribuit ingenium facile & copiosum, tribuit studium & plurimum rerum cognitionem, fatetur illum abundare multis & præclaris sententiis, probat libertatem in uitiiis hominum insectandis, addens illius libros & ad mores formandos conducibiles esse. In summa, fatetur in illius libris esse multa quæ non solum probari debeant, uerum etiam admirationem mereantur. Sed ex aduerso detrahit illi Philosophiæ exactam cognitionem, admittit iudicium de seipso, quod illi corruerat humanum uitium philautia, qui neuis nonnunquam in doctis ac bonis uiris reperitur, sed quem abunde multis pensent uirtutibus, nam id subindicat quum ait, Si non omnia sua amasset. Ac mox, Velles, inquit, eum suo ingenio dixisse, alieno iudicio. Vnde parum æquus iudex Seneca fuisse uidetur alienorum scriptorum, quod hæc uerbis significauit Fabius, Quem non equidem omnino conabar excutere, sed potioribus præferri non sinebam, quos ille non destiterat inceslere, quum diuersi sibi conscius generis, placere se in dicendo posse, in quibus illi placerent, diffideret. Quod ad phrasim attinet, putat in eo corrupta esse pleraque, quæ hoc plus officiant, quod abundant dulcibus uitiiis: nominatim illud taxat, quod pondera rerum minutissimis sententiis frangat: & alibi, ni fallor, notat in eo concitum & abruptum dicendi genus. Candorem in illo desiderasse uidetur & Suetonius, in Nerone Claudio scribens hunc in modum, Liberales disciplinas omnes ferè puer attigit, sed à Philosophiâ eum mater auertit, monens imperaturo contrariam esse, à cognitione ueterum oratorum Seneca præceptor, quo diutius in admiratione sui detineret. At idem in Caligula Senecæ uidetur tribuere lenè corruptumq; dicendi genus, ita loquens de Cæsare, Lenius comptiusq; scribendi genus, adeo contemnens, ut Senecam tum maxime placentem commisiones meras componere & arenam sine calce esse diceret. Quum Seneca sit affectibus tragicis uehemens, miror quare Suetonio uideatur esse lenior, ut ne de sermonis cultu disputemus. At his etiam liberius in Senecam destomachatur Aulus Gellius notitium Atticarum libro duodecimo, capite secundo. Postquam enim retulisset aliorum de Seneca iudicium, quorum alii confenserent illius libros prorsus indignos qui legantur, quod eius oratio protrita uideatur ac uulgaris, res atque sententiæ, aut inepto inanisque impetu sint, aut leui qualisque dicaci argutia, eruditio uernacula ac plebeia, nihil ex ueterum scriptis habens neque gratiæ neque dignitatis: alio paulo æquiores, sermonis elegantiam magna ex parte illi detraherent, rerum uero cognitionem non adimerent,

rent, in uitis autem morem obiurgandis, seueritatem grauitatemq; non inuenistam comprobarent: nominatim Senecæ iudicium de Cicerone multa cum libertate reprehendit, usque eò incandescens, ut illum appellet nugatorem hominem: moxque subiicit, Sed iam uerborum Senecæ piget, hæc tamen inepti & inspidi & insulsi hominis ioca non præteribo. Denique sic claudit censuram, Dignus sanè Seneca uideatur lectiōe ac studio adolescentium. Mox ut arguat inter maledicta Senecæ, quæ plura uideri uult quàm benedicta, esse quædam quæ probare possis, unicam duntaxat profert sententiam, hanc. Qui refert quantum habeas, multo illud plus est, quod non habeas. Etiam si non uidetur hoc Senecæ dictum, sed Publii mimi, quum sit uersus trochaicus tetrameter catalecticus. In hoc Gellii iudicio, neque nihil est, neque uera tamen sunt omnia. Aequior in hunc est Cornelius Tacitus, qui quum integritatem constantiamque hominis cum cæteris rerum scriptoribus prædicet, orationis etiam cultum tribuit, dicendi genus ad delectationem uerius quàm ad seueritatem comparatum, excusat hoc nomine, quod uir prudens quum perspiceret ferum adolescentis ingenium per Philosophiæ præcepta ad uirtutis amorem non posse flecti, suauioribus amœnioribusq; studuerit illud uel emolliri uel occupare. Hinc factum est, ut Nero pangendis carminibus præcellerit, quum orationibus à Seneca compositis sese uendicaret. Inter omnes uirtutes, quas & multas & eximias in Senecæ scriptis esse fatetur Quintilianus, nulla potior, quàm quod lectorem miris aculeis, ad honesti studium inflammet, ab humilibus curis ac sordidis uoluptatibus auocet. Quod quum sit optimum, quid refert qua phrasi id efficias? quanquam ipsa quoque talis est, ut eruditissimo seculo fuerit inter præcipuos, tantum abest ut hisce temporibus possit fastidiri. Neq; tamen nihil habent ueri quæ doctissimi scriptores de illo pronunciarunt. Fuit alienorum ingeniorum parum candidus censor. Subinde ludit in Græculos, & interdum absque causa: neque ferè refert ex probatis autoribus, quod non conetur conuellerè, quasi turpe sit cuiquam omnino assentiri. Quoties autem ingeniorum & eloquentiæ censuram sumpsit, quod potissimum facit in his libris declamationum, quàm multos incensit petulantius, aliis tribuens fatuas sententias, aliis insanas, aliis stultas, salibus plus satis dicacibus parumq; dignis uiro graui, ludens in plerosq;. Quæ res speciem habet animi parum alienæ laudi fauentis, & suæ nimium indulgentis. Quanquam hic est ferè morbus ac fastidium eruditorum omnium, ut uix existat aliquis tam absolutus, ut alteri

per

EPISTOLA

per omnia satisfaciatur, nisi longa temporis præscriptio, summo tate iudicandi libertate religione quadam animos omnium occupauit. Nasonem aliquoties parum amanter, attingit, quod indulserit ingenio suo, uitiaq; sua diligere maluerit quam corrigere. Quod iudicium uidetur & Quintiliano placuisse, qui putat ex illius Medea colligi posse, quantum præstare potuisset, nisi maluisset indulgere ingenio suo, quam temperare. Atqui Seneca magis indulget ingenio suo in oratione prosa, ac seriis argumentis, quam Ouidius in poematibus, plerisque ludicris. Alicubi desiderat in illo grauitatem rebus dignam, uelut in descriptione diluuii Deucaleonci, alias offenditur copia, quod desinere nesciat. Nonnunquam obicit quod sententiam aliquam mutuatur à Portio Latrone, quasi talem non possit ex se cominisci, aut quasi non possit fieri, ut duobus eadem sententia ueniat in mentem. Nec Virgilio parcit interim, nec Ciceroni, quæ tamen res conducit studiis, si fiat æquis iudiciis, ac citra petulantiam. Tam hoc ipsum quod in Seneca cum primis laudatur, corruptum est. Insectatur mores hominum libere falsèq; sed non semper in loco, interdum immodice, tum aliquoties affectatius, hisq; modis ut non ita multum absit à scurrilitate: quædam uitia sic describit, dum insectatur, ut uideatur uidere potius quam odisse, utque doceat magis quam detestetur. Sunt enim quædam eius generis, ut ea depinxisse sit uel docere uel irritare. Qualis est obscœntissimus excursus in primo libro quæstionũ naturalium, de speculorũ usu. Tamquam declamationum libros scribat ad filios suos, Senecam, Melam, & Nouatum, tamen admiscet quædam, quæ uir uerecundus uix auderet, etiam præfatus honorem auribus, proloqui, nedum pater apud liberos. Et habet quidem hæc in mores publicos dicacitas uoluptatis aliquid, sed parum liberalis, ni pudoris habeatur ratio, nec quicquam procliuius quam in his disertum esse. Vnde fit ut hodie quoque Ecclesiastæ quidam, si de rebus sacris dicendum sit, elingues, in hoc argumento sint linguacissimi. Quin ubique plurimus uidetur iocorum affectator, etiam in rebus maxime seriis, in quibus optarim illum aliquanto longius abesse ab ineptia, obscœnitate, uitioq; scurrilitatis ac petulantia. Est omnino liberale quoddam iocandi genus, est & perpetua quædam orationis iucunditas, quæ uirum bonum non dedecet, si in loco adhibeatur: at in Seneca sæpe cachinnos sentias potius quam risum. Nec omnino temere est, quod de sententiis illius queritur Fabius, quas nusquam non affectat. Itaque fit, ut dum omnia per sententias conatur dicere, quam sunt plurimæ, quibus nihil possit esse felicius, tamen inter-

currant

currant aliquot, duræ, frigidæ, & ineptæ. Idem usu uenit in captandis epiphonematibus & argutiis, quæ frequenter apud hunc in uerbis sitæ sunt, potius quàm in rebus, unde necesse est frigidiores esse nonnunquam & obscuras. Quod genus est illud ex prima statim ad Lucilium epistola, Quædam tempora furripiuntur nobis, quædam subducuntur, quædam effluunt. Ac mox, Magna uitæ pars elabatur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Quæ de re suo loco nonnihil dicitur, Neque nihil peccat in petendis affectibus, quos alii docendo præparant, suo; tractant loco. Nam passim agitare affectus adeo non probatum est à doctis, ut quidam affectus in totum submouerint, uelut officientes iudicio. At hos Seneca ubiuis & in ipso statim initio stimulat uerius quàm mouet, & in his maxime tragicos, quæ Græci *πάθη* uocant. Itaque quoties in grandes materias incidit, puta de uniuerso, de natura deorum, de Stoico sapiente, de terræ motu, de fulmine, de diluuiò, de fine mundi, de contemptu mortis, de motibus spontaneis, ueluti suum nactus campum uidetur ostentare grandiloquentiam suam, & nescio quid tragicum spirare. Horum uitiorum bonâ partem probabile est illi ex palæstra declamatoria hausisse, in qua penè deriuit ætatem. Nam & Quintilianus fatetur, hoc exercitamenti genus, quum utiliter repertum esset ad absolendam eloquentiam, tamen nescio quo pacto factum, ut multum inuexerit corruptelæ. Quum enim illic captaretur applausus auditorum, ea quisque curabat adferre, non quæ essent optima, sed quæ placerent maxime. Nec illic temere applaudebatur ab otiosis ac fastidiosis, nisi sententiis argute dictis, schematibus & epiphonematibus, & siquid esset aut nouum aut immodicum, Communia quanquam optima, fastidiebantur: Nec raro quæ pessime dicta fuerant, iis frequentissime applaudebatur. Ita discessum est ab illo simplici ac naturali dicendi genere, quod omnibus antefertur, uel hoc nomine quod fide commendatur. Quid autem est oratio culta sine fide, nisi cantio probe modulata? Hinc est quod queritur Quintilianus, quosdam uitia sua, quibus in declamando assueuerat, in forum & ad serias actiones detulisse, reorum graui periculo, dum patronus maualt causam perdere, quàm iocum aut schema, nonnunquam cum risu quoque iudicium & coronæ. Talia quædam & Seneca retulit in libros, uelut hæc quæ diximus, tum fictiones illas palàm falsas, quibus frequenter utitur. Video quid uelis. Posthac pendebo de uultu tuo. Quin

Quin & in personis fingendis ac mutandis, interdum subtilis est, ut hinc etiam obscuritas oriatur, dubitesq; nonnunquam an ipse loquatur, an is, aduersus quem agit, an aliqua tertia persona. Non quòd hæc non fiant ab aliis: sed parcius, sed mollius, sed magis perspicue. Multus est & in dialogis, dum his aut illis personis, suum affingit sermonem, quæ res & ad copiam, & ad delectationem, & ad uehementiam confert: non quòd hoc faciat infelicitèr, sed quòd frequentius & declamatoriè, hoc est, ad uoluptatem magis, quàm ad serium usum causæ propositæ. Caligulæ Cæsaris iudicium contemni poterat, ut hominis parum integræ mentis, & qui Vergilii ac Tiri Liuii statuas conatus sit è bibliothecis submouere, nisi & Fabius hoc notasset, & ipsa res propemodum loqueretur. Desideres enim ferè in huius scriptis ordinem & compositionem. Habet autem argumentum omne susceptum, initium, progressum & finem. Primum enim tractari solet quid sit. Id explicatur diuisione, cuius partes digeruntur in ordinem, & in quaque tractanda ordo quidam est, dum ea primum tractantur, quæ proxime attinent ad rei substantiam, deinde ea quæ accidunt, tum si qua cognata sunt aut contraria, mox quæ hinc proficiuntur, commoda uel incommoda. Denique quibus rationibus hæc parentur, seruentur, augeantur: aut contra, deuitentur, depellantur, aut minuantur, ut totus liber corporis instar sit, constans ex membris decenter collocatis, id quod in Aristotele mireris, in Seneca desideres. Nec enim semper proponit ac diuidit, & si id fecit, non prosequitur quod proposuit, sed ad omnem occasionem excurrit, mox subinde ueluti de nouo orditur. Raro utitur transitionibus, quod in docendo plurimum lucis adfert, nonnunquam & circa finem operis incipit diuidere, est ubi oblitus sui repetit eadem. Quæ res declarat illum, uel ex declamatoriis exercitamentis traxisse hoc uitii, uel quod uero propius est, non præmeditatum accessisse ad scribendum, nec tam iudicium rationemq; sequutum, quàm impetum ingenii. Non enim incedit illius oratio, sed fertur magis, salitq; potius quàm ingreditur, id quidem quod ad sententias attinet. Iam quod pertinet ad uerborum compositionem, perparcus est in adhibendis coniunctionibus, quæ sunt uelut orationis nerui. Gaudet enim asyndetis, quod interdum magis facit ad dictionis uehementiam, seu uerius argutiam. Neq; raro contextus sermonis talis est, ut dubites utrò referendum sit membrum, ad superiorane an ad sequentia. Submolestum est interdum in eodè, diuersè dicendi studium, ueluti quod M. Tulius

N V N C V P A T O R I A .

lius illud Platonis, *ἕνα ἑ αὐτῶν ἐκ αὐτῶν μόνον γέγονεν*, eleganter reddidit, nemo nostrum sibi tantum nascitur, ne similiter diceret, maluit deterius dicere, Nemo sibi contigit: quæ uerba, ut ingenue quod sentio dicam, nunquam intellecturus eram, nisi ex tenore sermonis coniectassem illum emulari uoluisse Platonis sententiam. Sit sanè copix laus, eadem aliter dicere, quid laudis habet, ut aliter dicas male dicere? Quid quod carpendi libidine frequenter eadem committit, quæ reprehendit in aliis. Notat in quodam uoces aliquod fordidas, in quibus sunt spongia, laterna, pulegium, acetum, mirisq; salibus exagitat, quod quidam inter declamandum quæserat, quor testas si cadat, frangatur, spongia si cadat non frangatur, quum ipse in una epistola tot infulciat uoces fordidiores, uniuersam balnei supellectilem ac functionē, inibi natis uocabulis explicans. *Qui* minus autē liceat testam appellare testam, aut spongiam spongiam, si res postulet, quàm ficum uocare ficum, & fabam dicere fabam? Libenter iocatur in argutias sophisticas, & philosophorum subtiles magis quàm necessarias quæstionculas, & huiusmodi tricis sæpe nimium diu moratur lectorem, sed ita ut facile appareat esse uerum, quod notat Quintilianus, illum in philosophia parum diligenter fuisse uersatū. Est enim artificis scite illa ridere, quæ non sine ingenio traduntur à sophistis, & à Socrate facerissimè deridentur. Quorsum autem attingit Chrysippeis illis rogatiunculis totas explere paginas, An sapiens sapienti possit prodesse, an sapienti dari possit beneficium à diis. An uirtutes sint animalia, An singulæ uirtutes sint singula animalia, an unum sint uniuersæ. An seruare patrem sit animal. Huiusmodi nætijs, quum frequenter inculcet usq; ad tædium, tamen subinde damnat. Quid autem opus est facere quippiam, in hoc ipsum ut factum reprehendas? Quod alicubi quædam ex autoribus peperam refert, sic excusat Quintilianus, ut dicat illum deceptum eorum fiducia, quibus solet quædam inquirenda mandare. Huius generis aliquod loca notata sunt ab eruditjs. Alicubi citat ex Ouidio quod est in Tibullo. Hæc eò commemorantur à nobis, non ut deterreamus lectoris studium, sed ut maiore cum fructu legatur uir tot eximjs uirtutibus commendabilis. Addam quod mihi nonnunquam subolebat in illo, ut diximus, declamatoria quædam affectio, & alicubi desideres simplex illud & naturale. Vnde Neronis mater quum filio uellet mouere inuidiam, iactabat imperium Burro & Senecæ commissum esse, quorum Burrum appellabat uilem ac truncam manum, Senecam exulem, & linguam professoriam. Ingenio facili

uerfa

EPISTOLA

uersatiliq; fuisse colligitur hinc, quod in diuersis argumentis stilum
 exercuit pari propemodum successu quod nec Ciceroni nec Vergi-
 lio contigit. Nam tacitus commemorat illius poemata, de quibus
 sentiens incertum. Nam Tragœdiarū opus eruditi quidam malunt
 Senecæ filio tribuere, quàm huic, sunt qui fratri Senecæ adscribant.
 Ex prima tragœdia uersus aliquot refert, Duc me parens summiq;
 dominator poli, &c. Quanquam mihi uidetur opus hoc tragœ-
 diarum non esse unius hominis. Certe ex ludicro libello de morte
 Claudii, coniciere licet illum haudquaquam iratis musis & Apollin-
 e uersatum in hoc studii genere. Tametsi Fabius existimat eam
 rem obtituisse Senecæ, quo minus in uno quopiam excelleret, quod
 in omnibus argumentis uersaretur, Id enim suspicor esse quod scri-
 bit, Si parum concupisset, certe Tacitus declarat hinc illi constatam
 inuidiam, quod occupans omnia, nihil aliis laudis relinquere uide-
 retur. Commemoratur Tacitus & orationes eiusdem, quæ à nobis de-
 siderantur, nisi forte sentit has quas habemus consolatorias, unam
 ad Martiam, alteram ad Polybium acephalon, tertiam ad Albinam,
 siue ut in aliis reperitur Elbiam, matrem, quas tamen libros dixeris
 citius quàm orationes. Indicat idem alias quasdam orationes, uulgo
 fuisse iactatas, Neronis quidem nomine, sed à Seneca compositas.
 Nec has opinor commemorat inter illius opera. Vnicam ex Cor-
 nelio Tacito huic adiecimus editioni, breuem quidem illam, sed
 elegantem, planeq; Senecæ phrasim referentem. Utinam extarent &
 illa quæ moriturus dictauit. Nam ea Taciti temporibus habeban-
 tur in manibus. Commemoratur & dialogos eius, quorum & Fabius
 meminit. Horum nihil extat, præter unicum breuem, cui quidam
 titulum fecerunt sensus & rationis, qui an illius sit nescio, certe
 mutilatum habemus, & confarcinatum. Diuus Hieronymus aduer-
 sus Iouinianum citat Senecæ librum de matrimonio. Ipse in natu-
 ralibus quæstionibus indicat se iuuenem scripsisse librum de terræ
 motu. Edidit opus de superstitiosis ritibus colentium deos: Nam
 & Augustinus in opere de ciuitate Dei, libri sexti capite quinto,
 multa hinc recenset. Epistolas commemorat cum Fabio Tacitus,
 quas scripsit ad imitationem Platonis, sed ad unum omnes, uidelicet
 Lucilium Balbum Siciliae præsidem: quod argumentum sibi pro-
 posuisse uidetur, ut ingenio suo indulgeret, Nullum enim liberius,
 Nam quicquid uel audieris, uel legeris, uel in somnis occurrerit,
 epistolæ sit argumentum, Deinde licet ordiri unde uelis, transire
 quò uelis, finire quum uelis. Sed interim abest illud, quod est in
 alior

aliorum epistolis grauissimum, quæ uerè & ex re scribuntur, Alioqui poteramus & nos ex prouerbis singulis singulas facere epistolas. Tam an hoc opus habeamus integrum nescio, certe uerba Senecæ, quæ multa recenset Gellius ex uigesimo secundo libro epistolarum, nusquam in illius scriptis inueniuntur. Et tamen est in eo libro quædam epistola cuius initium, Quare quibusdam temporibus, in qua taxat quorundam nauos nauas, & stili uitia. Ex hac, ut coniectio, aliquis Ciceroni bene uolens, sustulit eum locum, quo debacchatur in illius eloquentiam. Ex omnibus porro Senecæ monumentis, nullum mea sententia magis studiorum referebat integrum extare, quàm libros declamationum, quos fuisse multos declarat Epitome, quam habemus. Plurimum enim contulisset & ad inueniendum & ad iudicandum. De quo suo loco non nihil dicemus. Vt igitur Seneca ornatisime præsul prodiret in publicum, tui potissimum nominis felicibus auspiciis, uideor mihi non omnino segniter, nec infeliciter nauasse operam. Certe tantum impensum est curæ, quantum ne iuuenis quidem ulla pecuniaria mercede fuerim suscepturus. Non mentitus est Naso, quum ait, & immensum gloria calcar habet: sed ipsa recomperi, ignominiam acrius habere calcar. Extimulauit huc non nihil ornatisimus iuuenis Andreas Zebridouius, & suis imaginibus, & te patruo dignus, quod intelligerem quantum utilitatis hinc esset illius studiis accessurum, uel ad recte uiuendi rationem, uel ad dicendi facultatem. Malo doctus posthac melius meminero Cæsaris sapienter monentis, ne quid expectem amicos, quod ipse rectius præstare queam, nec excidet uetus prouerbium, quod uetat boui imponi clitellas. Quod si tibi uideor prioris editionis dedecus hac editione satis eluisse, non pœnitet huius operæ, quamuis molestæ. Apud studiosos autem plurimum fauoris ac dignitatis accesserit Senecæ, si tuo, hoc est, doctissimi & integerrimi Præsulis iudicio fuerit comprobatus, qui ut his temporibus longe turbulentissimis in clyto Poloniæ regi Sigismundo, totiq; regno eximium Cancellarium, ecclesiæ præfulem incorruptissimum præstas, ita disciplinis quoque liberalibus, quarum ipse peritissimus es, munificentissimum exhibes Mæcenatem. Eoq; precor, ut pulcherrimos tuos conatus Christus Opt. Max. bene fortunare dignetur. Vehementer enim disrutiat animum meum ista fatalis lues, quæ per orbem penè uniuersum, & principum concordiam, & Christiani populi religionem, &

hono




EPIST. NVNCVPATORIA.

honestissimas disciplinas mire uitiauit, adeo ut me studiorum,
quibus alioqui nihil est dulcius, interdum pigeat. Sed in primis
domini clementia, deinde tua tuiq; similibus uigilantia spero fu-
turum, ut huic plusquam ferreo seculo succedat ætas, si non
aurea, certe paulo felicior. Datum Basileæ,
Anno M. D. XXIX. Mense

Ianuario.

*

V
tisi
tam
arti
neq
sem
res
rum
nor
alti
ner
ade
pri
urb
atq
ne
gili
peri
nem
nun
opi
tum
hib
eiu
stra
ana
ita
teri
opti



VITA LVCII ANNAEI SENECAE

*incerto autore nisi quod constat illum fuisse recentio-
rem, ut qui subinde citat Petrarchā, Bocatium,*

*& alios huiusmodi. Quisquis est, de-
cerpsit ex Tacito &
Suctonio.*



VM permulta sint, quæ ad mores, uel ad institutio-
nem uitæ, à sapientissimis hominibus præclare & scri-
pta, & præcepta, quæ nos ad rectam uiuendi rationem
facile inflammare, atque excitare debeant, uel præstan-
tissimorum hominū autoritate, uel clarissimis exemplis adductos:
tamen nescio quomodo obsurdescimus, & in tot tantisque bonarum
artium disciplinis, nihil proficientes, desidia quadam dormitamus,
neque id animaduertimus, quanto in honore, & immortalis gloria
semper floruerunt hi, qui se totos ad ea studia contulerunt, quibus
res secundæ ornantur, & aduersæ æquo animo feruntur: quales fue-
runt hi, qui multa quæ uiram, aut meliorem facerent, aut beatam,
non minus copiose, quàm grauius conscripserunt. Hi uerò cum in
altissimas rerum cogitationes animum suum demitterent, animad-
uerterentque, hoc idem & alios sæpe antea fecisse, qui sapientis nomē
adepti sunt, existimarunt necessario à se quoque faciendum, ut non
prius illa constituerent, quàm ab eis fuissent hominum mores, atque
urbium constituti: qui quum in his elaborârint, quibus perspectis,
atque cognitis, ex bonis meliores efficerentur, si quis sensus inferis, san-
ne debent id grauius, molestèque ferre, cum intelligant se nihil ui-
giliis suis, nihil curis, nihil denique cogitationibus tale quicquam pe-
perisse, atque consequutos esse, quod ad horum temporum institutio-
nem, disciplinamque proficeret. Heu mentes ignaræ, ô uanæ homi-
num cogitationes. Nihil enim bonum putamus, nisi quod uulgi
opinio iudicat, quod in fortunæ temeritate positum est & colloca-
tum. Ea uerò, quorum gradibus homines in cælum ascendisse per-
hibentur irrita atque inania putamus. Quo fit, ut quum inde usque
eiusmodi praua cogitatio per hominum mentes serpsit, res no-
stræ semper in peius collapsæ sint. Creuit enim libido, adaucta est
auaritia, dominatur uoluptas, quæ rationi inimica est, & mentis, ut
ita dicam, præstringit oculos, ut quod uerè bonum sit, nequeat in-
ternoscere, & syncera à fucatis discernere. Quæ quum ita sint uiri
optimi, illud recte factum censeo, & in primis etiam, atque etiam col-

laudo, ut sapientissimorum hominum præceptis pareamus, ne scriptura cum ipsis uanescat autoribus. Multa enim sunt ipsis accuratissime, ornatisimæq; conscripta, atq; illustrata, quæ si profèqui uouerimus, & fama, & immortalis nos afficiet gloria. Quorum Solon & Socrates, & Plato nobilissimi philosophi, principes existerant. Multi præterea alii & ipsi sapientes habiti, inter quos, hic, de quo uerba sum facturus, Lucius Annæus Seneca haud immeritò commemorandus est. Quum enim omnis philosophiæ ratio foret à nostris ueteribus in tres partes distributa, Naturalem uidelicet siue Physicam, Moralem, atq; in eam disserendi rationem, quam dialecticam uocant: illud certè constat, eam quoq; partem, quæ de moribus erat, summo ingenio & maxima cura Aristotelem fuisse complexum, perfectissimæq; de eius partibus disseruisse. Nam cum illis suis Ethicis partem illam, quæ Monastica dicitur, perfecisset, Oeconomica sunt ab eo, si famæ credere est, tanta diligentia conscripta, ut neq; aptius, neq; sanctius à quoquam in rem familiarem præcipi conscribiq; potuerit. Quo genere philosophandi nihil mihi uideri solet admirabilius, quòd in actione magis, quàm in cognitione repositum sit. Nam semper hoc animo fui, & mecum sentire doctissimos homines sæpe intellexi, nullam ex omnibus artibus ac disciplinis esse, quæ societati hominum ad beate uiuendum magis sit necessaria, quàm hæc una, quæ de ratione uiuendi extat. Quum igitur inter eos, qui in primis numerantur, facile omnium princeps in his existat Aristoteles, neminem tamen habeo, neq; ex nostris Latinis, neq; ex Græcis, quem ad rationem earum actionum, quas à bono uiro exposcimus, Lucio Senecæ comparem. Vt enim uir ille summus Græcorum Aristoteles summum bonum in uirtute constituit: ita hic noster Latinus, quales oportet ex uirtute actiones prodire, mira exhortatione demonstrauit. Non itaq; immeritò dictus, Vitæ magister ab omnibus nostræ ætatis hominibus. Quippe qui omnem philosophiæ fructum in actione constituit, ut ei difficile sit honestè uiuere, qui huius adhortationes, ac præcepta non legerit, quorum refertissimi sunt omnes eius libri: quos cum legimus, quem philosophum non contemnimus? Sed quoniam de huius hominis continentia, integritate, ac sapientia nunquam satis dici posset, pauca de eius natione, uita ac genere subiiciemus. Lucius Annæus Seneca, natione Hispanus, genere Cordubensis, professione uerò Stoicus non minus uita conspicuus, quàm scientia præclarus extitit. Hic à Cneo Domitio Aenobarbo, qui cum Romano exercitu missus fuerat ad expugnandam ualidissimam ciuitatem Hispaniæ Cordubam,

quæ

que à Romanorū imperio descuerat, captus cum duobus fratribus, Iunio Anneo Gallione, & Lucio Annæo Mela patre Lucani poëtæ, libertate donatus est. Hic se Romam cum fratribus ac nepote, hortatu Domitii potissimum contulit. Vbi tanto in honore ab omnibus habitus est, ut à nonnullis creditum sit, Claudium imperatorem inde causam indignationis, aut in odii Senecam traxisse. Proinde Claudius, siue ab inuidis hominibus ita impulsus fuerit, siue naturæ uitio, Senecam in Corsicam exilio relegauit. Cuius rei meminit idem in Octauia, quando inquit,

*Quid me potens fortuna, fallaci mihi
Blandita nultu, forte contentum mea
Æte extulisti, grauius ut ruerem, edua
Receptus auct, totq; perspicere metus?
Melius latebam, procul ab inuidiæ malis
Remotus, inter Corsici rupes maris.
Vbi liber animus, & sui iuris, mihi
Semper uacabat, studia recolemt mea.*

Posteaquam uerò Claudius morte affecisset Messalinam uxorem propter publicum eius pellicatum, sibi assumpsit Agrippinam Germanici filiam, olim Cnei Domitii uxorem, & Neronis matrem. Hæc à Claudio, Senecæ restitutionem impetrauit. Cui Neronis cura cum esset à Claudio, atque Agrippina mandata, mortuo Claudio tantum eius potentia, atque opes creuerunt, ut multorum inuidiam excitarent. Fuit enim consul, ac senator, & Neronis præceptor, & diu apud eum potentissimus, ita ut quamdiu Nero pietatem simulauit, & optimi principis officio uisus fungi, nihil sine consilio Senecæ ab imperatore transigeretur. Postea uerò quàm Pompeiam Sabinam quæstorio patre natam, equiti Romano antea nuptam, prius occiso uiro iussu eius, duodecimo die post diuortium Octauia, quam sub sterilitatis nomine abdicauit, in matrimonium accepisset, creditum est ab hac muliere conspiratum in mortem Senecæ: siue quia Neronem sæpe conatus erat ab amore huius mulieris retrahere, eum adhuc uiuente Octauia, ipsam in concubinam haberet: siue quia sciebat non placere Senecæ, quæ cum Nerone diceret ac faceret. Qua re cognita, sapientissimus uir Seneca statuit à Nerone otium, & quietem impetrare, & se profus ab omni procuratione ciuili, & curia abstinere, quo tutior senectus eius foret. Orauit itaque Neronem, ut omnes fortunas, & opes suas reciperet, & honores suos ad alterum deferret, fretus accusatione aduersæ ualitudinis & senectutis suæ, quæ indies magis ingrauescebat. Peruagabatur magis rura Cam-

paniæ, & alia loca, urbi adiacentia, in qua uelut peregrinatione, bonam, magnamq; partem epistolarum ad Lucilium conscripsit. Reuerfus forte illis diebus Seneca fuerat de Campania, ac in Nomentanum uillam suam diuerterat, ad quam Nero misit Syllanum tribunum prætoris cohortis, cum iam aduersperasset, & circumdedit uillam militibus, intrauitq; domum Senecæ, ubi inuenit eum cœnantem cum Paulina uxore, duobusq; amicis, cui Neronis mandata exposuit, in quibus continebatur, quod uel spontaneam sibi mortem consciret, uel quod ipse sibi constitueret mortis genus, subiret. Causa uerò mortis afferebatur, quod Seneca odio Neronis se ab urbe abduxerat, neque amicis suis laborantibus aderat. Cui Seneca maxima animi constantia sic respondit, neq; se ab amicis abfuisse, neq; quenquam ab se destitutum esse, aut negligentia, aut desidia: sed se pluris otium suum facere, quam ullius hominis amicitiam: se olim alii, modò sibi & contemplationi naturæ uacare: quod autem Neronem odio haberet, satis ei persuasum esse Neronem ista non credere, proinde & de morte & uita eius ita statueret, ut sibi placuisset: se nihil habere, cur mortem optaret, neque in morte quicquam mali cognoscere, cur ipse uitam desideraret: seq; iam eò peruenisse, ut neque pro hac, neque pro illa uotum ullum diis aut hominibus faceret. Tunc Syllanus, munita custodibus uilla & domo Senecæ, reuerfus est ad Neronem, cui, præsentè Pompeia, renunciauit, quæ fecisset. Quæ re audita, interrogauit Nero Syllanum, quo uultu sibi ea à se nunciari audiuisset. Cui respondit, se nullum in Senecâ uidisse timoris uestigium. Remisit ergo Nero tribunum ad Senecam, ut ea maturaret quæ paulò antè sibi mandata essent. Sed tribunus ueritus in conspectum Senecæ prodire, misit unum ex centurionibus suis, qui nunciaret extremam necessitatis horam. Quæ uerba uir sapientissimus, uultu & corde immobili audiuit, iussitq; sibi testamenti tabulas adferri. * Sed ubi necessarios omnes & amicos suos ægromimis, & fracto animo mortem eius ferre uidit, conuertit se ad eos, & tenens manu tabulas testamenti, allocutus est eos, & ibi in medio omnium multum habuit cum eis de uirtute ac sapientia sermonem, egitq; pluribus uerbis gratias omnibus, quod, quia nondum satis cumulâtè pro magnitudine beneuolentiæ eorum in se facere potuerit, dixit se uelle testamento eis legare, quod apud se gratiosus & pulchrius erat, quam rem si memoria tenerent, sibi famam laudabilium artium, atque rerum retinerent. Illud autem ait esse uitæ suæ imaginem, quo non aliud significare uidebatur, quam ut uestigia uitæ suæ sequerentur. His dictis conuertit se ab amicis ad uxorem

Paulin

* Verum id cen-
turio fieri uen-
it, lege Tacit-
um, libro 15.
Totum locum
de morte per-
turbat nec sa-
tis bona fide
scribit,

Pauli
pore,
tatus,
pus,
pta ia
alia r
necef
Quan
liosar
deari
cimu
tit fan
cong
propa
sibi u
mem
confi
cum i
imm
re, qu
dam:
pit fa
sangu
bitro
nus au
tem c
poste

De
decim
stetifi
Verit
Nam
usque
subit

Paulinam, quæ præter cæteros qui aderant, dolore affecta, neq; corpore, neque animo constabat, quam suauissimè complexus exhortatus, ut hanc mortis iniuriam uili animo perferret, inquiring tempus illud iam uenisse, quo illa sanctissimæ philosophiæ suæ præcepta iam non disputando, sed fortiter faciendo comprobaret: nullaq; alia re meliorem posse immortalitatem consequi, quam ubi mori necesse esset, non solum æquo animo, sed etiam auido complecti. Quare mea Paulina, caue hanc meam mortem amplius ut cõtumeliosam desideas, ne uel te nimis amasse, uel gloriæ meæ inuidisse uidearis. Agens itaque iam annum ætatis suæ prope centesimum decimumquartum, aut ultra, iussit uenas brachiorum incidi, & crurum, ut sanguis largior egrederetur, qui propter longam ætatem in uenis congelatus exire non poterat. Quare cum longius mortem sibi propagari uideret, rogauit Statium medicum, & amicum suum, ut sibi uenenum daret præparatum, quod datum ad cor ex debilitate membrorum transire non potuit: Fecit itaque sibi fieri balneum de consilio Statii aquarum plus quam mediocriter calidarum, in quod cum intrasset, audita sunt uerba, licet pauca iam uoce attenuata sua immortalitate dignissima. Sentiens deinde mortem appropinquare, quo magis ostēderet eam sibi leuiorem esse, nec homini timendam: pitmo uelut ridens suos circumspexit, deinde aquam illam accepit sanguine mixtam, & super se resperxit, inquiring, Hunc liquorem sanguine & aqua mixtum Ioui liberatori consecro, per quem, ut arbitror, uenim deum intelligens, quo dicto paulo post migravit. Fumus autem maximo cum honore à suis paratum fuit. Composuit autem cum in balneo esset sepulchri sui, ut creditur epitaphium, quod postea in marmore incisum fuit.

Senectus ineredibilis.

Epitaphium.

Cura, labor, meritum, sumpti pro munere honores,

Ite, alius posthæ sollicitate, animas.

Me procul a uobis deus euocat, illicet ævis

Rebus terrenis, hospita terra Vale.

Corpus astra tamen solemnibus accipe saxis.

Namq; animam celo reddimus, ossa tibi.

De ætate uerò Senecæ potest illud conici, cum ad centesimum decimumquartum annum uel ultra potius peruenisse, quam citra stetisse. Dicit enim se potuisse uiuam uocem Ciceronis audiuisse. Verisimile igitur est eum fuisse tunc rationis & doctrinæ capacem. Nam cum ea tempora mecum computo, quæ à morte Ciceronis usque ad mortem Senecæ fluxerunt, illud notum omnibus mihi subit, Ciceronem Marci Antonii iussu cæsum esse circa exordia

6 4 principat



SENECAE VITA.

principatus trium uirorum, scilicet Octauii, Antonii, & Lepidi: illud constat Octauium annos duodecim imperasse cum Antonio, diuiso tamen imperio. Victo autem Antonio, solus tenuit monarchiam orbis annos quadraginta quatuor, uel circa. Tyberius uerò successit Octauio, & regnauit is, annos treis & uiginti. Huic successit illa immanis fera C. Caligula. Is imperauit annos treis, menses decem, & dies octo: post quem Claudius imperauit annos quatuor & decem, menses septem, dies octo & uiginti. Cui trulentissima bestia Nero successit, adoptiuus Claudii filius, qui orbem terrarum, suo presit imperio annos treis & decem, menses septem, dies nouem & uiginti: quae tempora si conferantur in unum, constituent annos centum quatuor & decem, dies treis. Mortuus autem Seneca anno undecimo imperii Neronis, biennium antequam Petrus & Paulus martyrio coronarentur. Igitur à morte Ciceronis ad mortem Senecæ fluxerunt anni centum duodecim, uel propemodum. Nunc reliquum est uidere, quae ætate fuisset Seneca iuxta extrema Ciceronis tempora. Nam cum scribat se idoneum iam fuisse ad audiendum Ciceronis eloquentiam, non alienum est arbitrari eum fuisse annorum duodecim: quare constet necesse est, Senecam annos centum quatuor & uiginti supergressum esse. Non ergo mentiens sum, si ad centesimum & decimum quartum annum dixi Senecam ætate processisse. Postremo sunt, qui asserant Senecam moralem autorem fuisse Tragediarum. Franciscus Petrarcha in quadam epistola opus fuisse huius Senecæ aperte confirmat. Boccacius uerò negat, cui uir

disertissimus Collucius assentitur, hoc opus ascribens fratri Senecæ: de qua quidem re non nostrum

est iudicium ferre, quòd adhuc sub
iudice lis est: sed utcumq;
sefe res habeat,
nos ta-
men quod institutum, ag-
grediamur.

* *

I
Ist
ma
Id
gin
in p
* a
ma
sit
est
que
ran
libe
gra
res
mus
que

L V C I I A N -

N A E I S E N E C A E

A D E B V T I V M L I B E R A L E M

D E B E N E F I C I I S , L I B E R

P R I M V S .



INTER multos ac uarios errores temerè incōsulcōq; uuentū nihil propemodum optime Liberalis dixerim nocētius, quàm quod beneficia nec dare scimus, nec accipere. Sequitur enim, ut male collocata, male debeantur, de quibus non redditus, sero querimur.

CAP. I.

Ista enim perierunt, cum darentur. Nec mirū est inter plurima maximaq; uitia, nullū esse frequētius, quàm ingrati animi. Id euenire ex pluribus causis uideo. Prima illa est; quod nō eligimus dignos, quibus tribuamus, sed nomina facturi, diligēter in patrimonii & *uasa debitoris inquirimus. Semina in solum *affectum & sterile nō spargimus. Beneficia sine ullo delectu magis proijcimus quā damus. Nec facile dixerim, utrū turpius sit inficiari, an repetere beneficiū. Id enim genus huius crediti est ex quo tantū recipiendū sit quantū ultro defertur, de quo queri reuera foedissimū ob hoc ipsum, quia nō opus est ad liberandū fidē, facultatibus, sed animo. Reddit enim beneficiū, qui libenter debet. Sed cū sit in ipsis crimē, qui ne cōfessione quidē grati sunt, in nobis quoq; est. Multos experimur ingratos, plures facimus, quia aliās graues exprobratores exactoresq; sumus, aliās leues, & quos paulò post muneris sui poeniteat, aliās queruli & minima momenta calūniantes, gratiā corrumpimus

* uitam.
* effectum.

a omnem,

omnem, non tantum postquam dedimus beneficia, sed etiã dum
 damus. Quis enim nostrum contentus fuit, aut leuiter rogari,
 aut semel? Quis non, cū aliquid à se peti suspicatus est, frontē
 *adduxit. *obduxit, uultū auertit, occupationes simulauit, lōgis sermo-
 nibus, & de industria non inuenientibus exitū, occasione pe-
 tendi abstulit, & uarijs artibus properantes necessitates elu-
 sit? In angusto uerò cōprehēsus, aut distulit, aut timide nega-
 uit, aut promisit, sed difficulter, sed subductis supercilijs, sed
 malignis, & uix excuntibus uerbis? Nemo autē libēter debet,
 quod nō accepit, sed expressit. Gratus aduersus eū quisquā esse
 potest, qui beneficiū, aut superbe *iniecit, aut iratus impedit,
 *abiecit. aut fatigatus, ut molestia careret, dedit? Errat si quis spera res-
 pōsum sibi, quē dilatione lassauit, expectatione torsit. Eodē
 *nolēte: alias
 negligente. animo beneficiū debetur, quo datur, & ideo non est negligenter
 dandū. Sibi enim quisq; debet, quod * à nesciente accepit.
 Nec tarde quidem, quia quū in omni officio magni æstimetur
 dantis uoluntas, qui tarde fecit, diu noluit. Vtiq; non contume-
 liose. Nam cū ita natura comparatū sit, ut altius iniuriæ, quam
 merita descendant, & illa cito defluant, has tenax memoria cui
 stodiatur, quid expectat, qui offendit dum obligat? Satis aduer-
 sus illū gratus est, si quis beneficio eius ignoscat. Non est autem
 quod tardiores faciat, ad bene merendū, turba ingratorū. Nā
 primū (ut dixi) nos illā augemus, deinde ne deos quidē im-
 mortales ab hac tam effusa necessitate, sacrilegi negligentesq;
 eorū deterrent. Utuntur natura sua cunctanturq;. Illos ipsos
 munerū suorū malos interpretes iuuant. Hos sequamur duces,
 quantū humana imbecillitas patitur. Demus beneficia, nō fœ-
 neremus. Dignus est decipi, qui de recipiendo cogitauit, cum
 daret. At male cessit. Et liberi, & coniuges spem fefellerunt,
 tamē & educamus & ducimus. Adeoq; aduersus experimen-
 ta pertinaces sumus, ul bella uicti, & naufragi maria repeta-
 mus.

mus. Quanto magis permanere in dandis beneficijs decet, que si quis non dat quia non recipit, dedit, ut reciperet, bonamq; ingratorū facit causam, quibus turpe est non reddere, si licet. Quam multi indigni luce sunt; & tamen dies oritur. Quam multi quod nati sunt queruntur; tamen natura sobolem nouam gignit, ipsosq; qui non fuisse mallent, esse patitur. Hoc & magni animi, & boni proprium est, non fructum beneficiorum sequi, sed ipsa, & post malos quoq; bonum querere. Quid magnifici erat multis prodesse, si nemo deciperet? Tūc est uirtus dare beneficia, non utiq; reditura, quorū à uro egregio statim fructus perceptus est. A deo quidem ista res fugare nos, & pigriores ad rem pulcherrimā facere non debet, ut si spes mihi præcidatur, gratum hominem reperendi, malim nō recipere beneficia quam non dare. Quia qui non dat, uitium ingrati antecedit. Dicam quod sentio, Qui beneficium non reddit, magis peccat, quam qui non dat citius.

*Nunc

CAP. II. Beneficia in uulgus cum largiri institueris,
Perdenda sunt multa, ut semel ponas bene.

In priore uersu utrumque reprehendas. Nam nec in uulgus effundenda sunt, & nullius rei, minime beneficiorum, honesta largitio est, quibus si detraxeris iudicium, desinunt esse beneficia, in aliud quodlibet incidunt nomen. Sequens uersus mirificus est, qui uno bene posito beneficio, multorum amissorum damna solatur. Vide oro te, ne hoc & uerius sit, & magnitudini bene facientis aptius, ut illū hortemur ad danda, etiā si nullū bene positurus est. Illud enim falsum est, perdenda sunt multa. Nullū perit, quia qui perdit, cōputauerat. Beneficiorū simplex ratio est, tantū eroga: si reddet aliquid, lucrum est, si non reddet, damnū non est. Ego illud dedi, ut darē. Nemo beneficia in Calendario scribit. Nec auarus exactor ad horā & diem creditore appellat. Nunquā illa uir bonus co-

2.

3.

gitat, nisi admonitus à reddente. Alioqui formā crediti trans-
eunt. Turpis foeneratio est, beneficiū expensum ferre. Qua-
liscunq; priorū euentus est, perseuera in alios cōferre. Melius
apud ingratos iacebunt, quos aut pudor, aut occasio, aut timi-
ditas aliquādo gratos poterit efficere. Ne cessaueris dare, o-
pus tuū perage; & partes boni iuri exequere. Aliū re, aliū fi-
de: aliū gratia, aliū cōsilio, aliū praeceptis salutaribus adiuua.

CAP. III. Officia etiā ferre sentiunt. Nec ullū tam im-
mansuetū animal est, quod non cura mitiget, & in amorē sui
uertat. Leonū ora à magistris impune tractātur. Elephantorū
feritate usq; in seruire obsequiū demeretur cibus. Adeo etiam
quae extra intellectum atq; aestimationē beneficij sunt posita,
assiduitas tamen meriti pertinacis euincit. Ingratus est aduer-
sus unum beneficiū, aduersus alterū nō erit, duorū oblitus est,
tertium etiā eorū quae exciderunt, memoriā reducet. Is per di-
dit, qui cito se perdidisse credidit. At qui instat & onerat
priora sequentibus, etiā ex duro & inmemori pectore gratiā
extundit. Nō audebit aduersus multa oculos attollere. Quo-
cunq; se uertit, memoriā suā fugiens, ibi te uideat. Beneficijs
tuis illum* cinge: quorū quae uis, quae ue proprietās sit, dicam
si prius illa, quae ad rem non pertinent, transilire mihi permu-
seris, quare tres Gratiae, & quare sorores sunt, & quare ma-
nibus implexis, quare ridentes, quare iuuenes, & quare uir-
gines, soluta ac perlucida ueste. Alij quidē uideri uolunt unam
esse, quae det beneficiū, alterā quae accipiat, tertiā, quae reddat.
Alij tria beneficiorū genera, promerentiū, reddentium, simul
& accipientium reddentiumq;. Sed utrumlibet ex istis iudica
uerū, quid ista nos iuuat scientia? Quid ille consertis manibus
in se redeuntium chorus? Ob hoc, quia ordo beneficij per manū
transeuntis, nihilominus ad dantē reuertitur, & totius speciē
perdit, si usquam interruptus est, pulcherrimus, si cohaesit, &

*stringe,

nices

uices seruauit. Ideò ridentes, quia promerentiũ uultus hilares
 sunt quales solent esse & qui dant, & qui accipiunt beneficia.
 Iuuenes quia non debet beneficiorũ memoria senescere. Virgi-
 nes, quia incorrupta sunt, & syncera, & omnibus sancta, in
 quibus nihil esse alligati decet, nec astricti. Solutis itaq; tuni-
 cis utuntur, per lucidã autẽ, quia beneficia conspici uolũt. Sit
 aliquis usq; eo Græcis mancipatus, ut hæc dicat necessaria, ne-
 mo tamen erit, qui etiam illud ad rem iudicet pertinere, quæ
 nomina illis Hesiodus imposuerit, Aeglen maximam natu ap-
 pellauerit, mediã Euphrosynen, tertiã Thaliã. Horũ nomi-
 num interpretationẽ, & prout cuiq; usum est cõuenire, desle-
 git, & * ad rationẽ aliquã conatur perducere, cum Hesiodus * ad ea.
 puellis suis, quod uoluit nomen imposuerit. Itaq; Homerus uni
 mutauit, Pasitheam appellauit, & in matrimoniu produxit, ut
 scias illas Vestales nõ esse uirgines. Inueniã aliũ poëtã, apud
 quẽ præcingatur, & spicis prodeat. Ergo & Mercurius unã
 stat, non quia beneficia ratio cõmendat, sed quia pictori ita ui-
 sum est. Chrysippus quoq; penes quẽ subtile illud acumen est,
 & in imam penetrans ueritatẽ, qui rei agendæ causa loquitur,
 & uerbis non ultra, quàm ad intellectum satis est, utitur, totũ
 librum suum his ineptijs replet, ita ut de ratione dandi, acci-
 piendi, reddendiq; beneficij, pauca admodum dicat. Nec his
 fabulas, sed hæc fabulis inserit. Nam præter ista quæ Hecaton
 scribit, treis Chrysippus Gratias ait Iouis & Eurynomes fi-
 lias esse. Aetate autem minores quàm Horas sed meliuscula fã-
 cie, & ideo Veneri datas comites Matris quoq; nomẽ ad rem
 iudicat pertinere, Eurynomen enim dictã, quia late paten-
 tis patrimonij sit, beneficia diuidere, tanquam matri post fi-
 lias soleat nomen imponi, aut poëtæ uera nomina reddant.
 Quemadmodum nomenclatori memoriæ loco audacia est,
 & cuiusque nomen non potest reddere, imponit, ita poë-

6
 tæ non putant ad rem pertinere, uerum dicere, sed aut necessitate coacti, aut decore corrupti, id quæque uocari iubent, quodæ belie facit auersum. Nec illis fraudi est, si aliquid in
 *sensum *censum detulerunt. Proximus enim poëta suum illas ferre nomen iubet. Hoc ut scias ita esse, ecce Thalia, de qua cū maxime agitur, apud Hesiodum Charis est, apud Homerū uerò Musa.

CAP. IIII. Sed ne faciã, quod reprehendo, omnia ista, quæ ita extra rem sunt, ut nec circa rem quidem sint, relinqũ. Tu modo nos tuere, si quis mihi obiecerit, quod Chrysippũ in orationem coegerim, magnũ me Hercule uirum, sed tamen Græcum, cuius acumen nimis tenuè retunditur, & in se sæpe replicatur, etiam cum agere aliquid uidetur, pungit, non perforat.

*Hic *Hoc uerò, quod acumen est? De beneficijs dicendum est, & ordinanda res, quæ maxime societate humanam alligat. Danda lex uitæ, ne sub specie benignitatis inconsulta facultas placeat. Ne liberalitatem, quam nec deesse oportet, nec superfluerè, hæc ipsa obseruatio *restringat, dum temperat. Docendi sunt libenter accipere, libenter reddere, & magnum ipsis certamen proponere eos, quibus obligati sunt re, animo non tantũ æquare, sed uincere. Quia qui referre gratiã debet, nunquam consequitur, nisi præcessit. Hi docendi sunt nihil imputare, illi plus debere. Ad hanc honestissimam contentionem, beneficijs beneficia uincendi, sic nos adhortatur Chrysippus, ut dicat uerendum esse, ne quia Charites Iouis filie sunt, putemus certè paruam ingerere sacrilegium, si tam bellis puellis fiat iniuria. Tu me aliquid eorũ doce, per quæ beneficentior, gratiorq; aduersus bene merentes fiam, per quæ obligantiũ, obligatorumq; animi certent, ut qui præstituerint, obliuiscantur, pertinax sit memoria debentiũ. Istæ uerò ineptie poëtis relinquuntur, quibus aures oblectare propositum est, et dulcè fabulam nectere. At qui ingenia sanare, & fidẽ in rebus humanis retinere, me-

moriã officiorũ ingerere animis uolunt, serio loquãtur, & magnis uiribus agãt, nisi forte existimas leui ac fabuloso sermone, & anilibus argumẽtis prohiberi posse rem perniciosissimã, beneficiorũ nouas tabulas.

CAP. V. Sed quẽadmodũ superuacua trascurrã, ita exponã necesse est, hoc primũ nobis esse discendũ, quid accepto beneficio debeamus. Debere enim putat se alius pecuniã, quam accepit, alius cõsulatũ, alius sacerdotiũ, alius prouinciam. Ista aut̃ sunt meritorũ signa, non merita. Nõ potest beneficiũ tangi, sed animo geritur. Multũ interest inter materiã beneficij, & beneficiũ. Itaq; nec aurũ, nec argentũ, nec quicquã corũ quæ à proximis accipiuntur, beneficiũ est, sed ipsa *tribuendũ uoluntas. Imperiti aut̃ id, quod oculis incurrit, & quod traditur, possideturq; solũ notant: cõtra, illud quod in re charũ atq; pretiosum est, paruipendũt. Hæc quæ tenemus, quæ aspiciamus, in quibus cupiditas nostra hæret, caduca sunt. Ausferre ea nobis, & fortuna, et iniuria potest. Beneficiũ uerò etiã amisso eo quod datũ est, durat. Est enim rectẽ factũ, quod irritũ nulla uis efficit. Amicũ à piratis redemi, hũc alius hostis excepit, & in carcerẽ condidit, nõ beneficiũ, sed usum beneficij mei sustulit. Ex naufragio raptos, uel ex incendio, liberos reddidi. Hos uel morbus, uel aliqua fortuita iniuria eripuit. Manet etiã sine illis, quod in *illos datũ est. Omnia itaq; quæ falsum beneficij nomẽ usurpant, ministeria sunt, per quæ se uoluntas amica explicat. Hoc quoq; in alijs rebus euenit, ut aliubi sit species rei, aliubi ipsa res. Imperator *aliquãdo torquibus, murali, & ciuica donat. Quid habet per se corona *pretiosum? Quid prætexta? *illis
*aliquem
*speciosum
Quid fâsces? Quid tribunal & currus? Nihil horũ honor est, sed honoris insigne. Sic nõ est beneficiũ id, quod sub oculos uenit, sed beneficij uestigium & nota.

CAP. VI. Quid est ergo beneficiũ? Beneuola actio, tri-
a 4 buens

buens gaudiū, capiēsq; tribuendo, in id quod facit, prona & sponte sua parata. Itaq; nō quid fiat, aut quid detur, refert, sed qua mente. Quia beneficiū non in eo, quod fit, aut datur, consistit, sed in ipso dantis, aut facientis animo. Magnū autē esse inter ista discrimē, uel ex hoc intelligas licet, quod beneficiū utiq; bonum est. Id autē quod fit, aut datur, nec bonū nec malum est. Animus est, qui parua extollit, sordida illustrat, magna & in pretio habita dehonestat. Ipsa, quæ appetuntur, neutram naturam habent, nec boni, nec mali. Id refert quo illa rector animus impellat, à quo forma datur rebus. Non est ergo beneficiū ipsum, quod numeratur, aut traditur. Sicut nec in uictimis quidem, licet opimæ sint, auroq; præfulgeāt, deorum est honos, sed pia ac recta uoluntate uenerantium. Itaq; boni etiam farre ac fritilla

*ac fritilla

*ac fictili religiosi sunt: mali rursus non effugiunt impietatem, quamuis aras sanguine multo cruentauerint.

CAP. VII. Si beneficia in rebus, non in ipsa beneficiendi uoluntate consistere, eo maiora essent, quo maiora sunt, quæ accipimus. Id autem falsum est. Nonnunquam enim magis nos obligat, qui dedit parua magnifice, qui regum æquauit opes animo, qui exiguum tribuit, sed libenter, qui paupertatis sue oblitus est, dum meam respicit, qui non uoluntatē tantū iuuandi habuit, sed cupiditatē, qui accipere se putauit beneficiū, cum daret, qui dedit tanquā non recepturus, recepit tanquā nō dedisset, qui occasione qua prodesset, & occupauit & quæsiuit. Contra ingrata sunt (ut dixit) licet re ac specie magna uideantur, quæ danti aut extorquentur, aut excidunt. Multoq; gratius uenit, quod facili, quam quod plena manu datur: Exiguum est quod in me contulit, sed amplius non potuit. At hic quod dedit magnū est, sed dubitauit, sed distulit, sed cum daret, genuit, sed superbe dedit, sed circumtulit, & placere ei, cui præstabat, noluit, ambitioni dedit, non mihi.

CAP. VIII. Socrati cū multa multi pro suis quisq; facultatibus offerret: Aeschines pauper auditor, Nihil, inquit, dignū te, quod dare tibi possim, inuenio, et hoc modo pauperem me esse sentio. Itaq; dono tibi quod unū habeo, me ipsum. Hoc munus rogo qualecūq; est boni cōsulas, cogitesq; alios cū multum tibi darent, plus sibi reliquisse. Cui Socrates. Quid ni tu, inquit, mihi magnū munus dederis, nisi forte paruo te aestimas? Habebo itaq; curæ, ut te meliorē tibi reddā quā accepī. Vicit Aeschines hoc munere Alcibiadis parem diuitijs animum, & omnium iuuenum opulentorum munificentiam.

CAP. IX. Vides quomodo animus inueniat liberalitatis materiā, etiā inter angustias paupertatis. Videtur mihi dixisse, Nihil egisti fortuna, quod me pauperē esse uoluisti. Expediam nihilominus dignū huic utro munus, & quia de tuo non possum, de meo dabo. Neq; est quod existimes illum uilem sibi fuisse: pretiū se sui fecit. Ingeniosus adulescens inuenit, quē ad minus Socrate sibi daret. Nō quāta quæq; sunt, sed à quali dētur perspicendiū. Callidus non difficilem aditū præbet inmodica cupientibus: spesq; improbas, nihil re adiuturus, uerbis fouet. At eius peior est opinio, qui lingua asper, uultu grauis, cū inuidia fortunā suā explicauit. Colunt enim detestanturq; felicē, et si potuerint, eadē facturi, odere facientē. Coniugibus alienis nec clam, sed apertē quidā ludibrio habitis, suas alijs permiscere. Rusticus, *inhumanus ac maleuolus, et inter matronas abominandæ cōditionis est, si quis coniugem in sella prostare uertuit, & uulgo admittis in spectoribus uehi undiq; perspicuā, Si quis nulla se amica fecit insignē, nec alienæ uxori anulū præstat, hunc matronæ humilē, & sordidæ libidinis, et ancillarium uocat. *Indecentissimū sponsaliorū genus est adulteriū, & in consensu uidui coelibatus: nemo uxorē duxit, nisi qui abduxit. Iam rapta spargere sparsa erant, pari auaritia recolligere

*inurbanus,
mali moris.

*Hinc decentissimū spons.

certant. Nihil pensi habere, paupertatē alienā contēnere, suam timere. Nullū aliud uereri malum, non parcere iniurijs, perturbare imbecilliores, ni ac metu premere. Nā prouincias spoliari, & nūmariū tribunal, audita utring; licitatione alteri addici, non mirum, quando quæ emeris, uendere gentium ius est.

*subsidat

C A P. X Sed longius nos impetus euehit prouocante materia. Itaq; sic finiamus, ne in nostro seculo culpa *subsistat. Hoc maiores nostri questi sunt, hoc nos querimur, hoc posteri nostri querētur, euersos esse mores, regnare nequitia, in deterius res humanas, & in omne nefas labi. At ista stant loco eodem, stabuntq; paululū dūtaxat ultrò aut citrò mota, ut fluctus quos æstus accedēs longius extulit, recedens intortore litorū uestigio tenuit. Nūc in adulteria magis, quā in alia peccabitur, ab-rūpetq; frenos pudicitia: nunc cōuiuiorū uigebit furor, & scēdissimū patrimoniorū exitiū culina: Nunc cultus corporū nimius, & formæ cura corpore præ se ferens animi deformitatē: Nūc in petulantia & audaciā erūpet, malē dispensata libertas: Nunc i crudelitātē priuatā, ac publicā ibitur, bellorūq; ciuiliū insaniā, qua oē ac sacrū sanctū prophanetur. Habebitur aliquādo ebrietati honor, & plurimū meri cepisse uirtus erit. Nō expectant uno loco uitia, sed mobilia & inter se *dissentiētia tumultuantur, pellunt inuicē, fuganturq; Ceterū idē semper de nobis pronūciare debemus, malos esse nos, malos fuisse, inuitus adijciā, & futuros esse. Erūt homicidæ, tyranni, fures, adulteri, raptores, sacrilegi, proditores. Infrā ista omnia ingratus est, nisi quod oīa ista ab ingrato animo sunt, sine quo uix illum magnum facinus accreuit. Hoc tu caue tanquā maximū crimen, ne admittas: ignosce tanquā leuissimo, si admissum est. Hæc est enim iniuriæ summa, Beneficium perdidisti. Saluum est tibi ex illo, quod est optimū, dedisti. Quæadmodum autem curandum, ut in eos potissimum beneficia conferamus qui grate respon-

*dissidentia

sure

furi erunt, ita quædam, etiam si de illis male sperabitur, faciemus tribuimusq; non solum si iudicabimus ingratos fore, sed si sciemus fuisse, tanquam si filios alicui restituere potero, magno periculo liberatos, sine ullo meo incommodo, non dubitabo. Dignum etiam impendio sanguinis mei tuebor, & in partem discriminis ueniam. Indignum si eripere latronibus potero, clamore sublato, salutarem uocem homini non pigebit emittere.

CAP. XI. Sequitur ut dicamus quæ beneficia danda sint, & quæadmodum. Primo demus necessaria, deinde utilia, deinde iucunda * atq; mansura. Incipiendum est autem à necessarijs. Aliter enim ad animum peruenit, quod uitam continet, aliter quod exornat, aut instruit. Potest in eo aliquis fastidiosus esse æstimator, quo facile cariturus est, de quo dicere licet, Recipere non desidero, meo contentus sum. interim non reddere tantum libet quod acceperis, sed abijcere. Ex his quæ necessaria sunt, quædam primum obtinent locum, sine quibus non possumus uiuere, quædam secundū, sine quibus non debemus, quædam tertium, sine quibus nolumus. Prima huius notæ sunt, hostium manibus eripi, & tyrannicæ iræ, & proscriptione, & alijs periculis, quæ uaria & incerta humanam uitam obsident. Quicquid horum discussserimus, quo maius ac terribilius erit, hoc maiorem inibimus gratiam. Subit enim cogitatio quantis sint liberati malis, & lenocinium est muneris, antecedens metus. Nec tamen ideo debemus tardius quenquam seruare, quam possumus, ut muneri nostro, timor imponat pondus. Proxima ab his sunt, sine quibus possumus quidē uiuere, sed ut mors potior sit, tanquam libertas & pudicitia, & mens bona. Post hæc habebimus coniunctione, ac sanguine, usuq; & consuetudine longa, chara, ut liberos, coniuges, penates, cæteraq; quæ usque eò animus sibi applicuit, ut ab illis quàm à uita

diuellit

* utiq;

diuelli grauius existimet. Subsequuntur utilia, quorum uaria & lata materia est. Hic erit pecunia non superfluens, sed ad sanum modum habendi parata. Hic erit honor & processus ad altiora tendētium. Nec enim utilius quicquam est, quā sibi utilem fieri. Cætera ex abundanti ueniūt, delicatos factura.

* In his uideamus, ut oport.

* In his sequemur, ut opportunitate grata sint, ut non uulgaria, quæq; aut pauci habuerint, aut pauci intra hanc ætate habent, aut quæ etiam si natura pretiosa non sunt, tempore aut loco fiant. Videamus quid oblatum maxime uoluptati futurum sit, quid frequenter occursum habenti, ut toties nobiscum, quoties cum illo sit. Vtiq; cauebimus, ne munera superuacua mittamus, ut foemine aut seni arma uenatoria, aut rustico libros, aut studiis ac literis dedito retia. Aeq; ex contrario circumspiciemus, ne dum grata mittere uolumus, suum cuiq; morbum exprobratura mittamus, sicut ebrioso uina, & ualetudinario medicamenta. Male dictum enim incipit esse non munus, in quo utium accipientis agnoscitur.

CAP. XII. Si arbitrium dandi penes nos est, præcipue mansura quæremus, ut quam minime mortale munus sit. Pauci enim sunt tam grati, ut quod acceperint, etiā si non uident, cogitent. Ingratis quoq; memoria cum ipso munere incurrit, ubi ante oculos est, & obliuisci sui non sinit, sed autorem suum ingerit, & inculcat. Et eo quidem magis duratura quæramus, quia nunquā admonere debemus. Ipsa res euanescentem memoriā excitet. Libentius donabo argentum factū, quā signatū. Libentius statuas, quā uestem, & quod usus breuis deleat. Apud paucos* post remanet gratia. Plures sunt apud quos nō diutius in animo sunt donata, quā in usu. Ergo si fieri potest, consumi munus meum nolo. Extet, hæreat amico meo, &* uiuat. Nemo tam stultus est, ut monendus sit, ne cui gladiatores aut uenationem iam munere ædito mittat, & uestimēta æstiuæ
bruma

* post rem manet

* conuiuat

bruma, hyberna solstitio. Sit in beneficio sensus cōmunis, tēpus locum personas obseruet: quia momētis quaedam grata & ingrata sunt. Quanto acceptius est si id damus, quod quis non habet, quā cuius copia abundat? Quod diu quērit nec inuenit, quā quod ubiq; uisurus est? Munera nō tā pretiosa, quā rara, & exquisita sint, quæ etiam apud diuitem sui locum faciunt, sicut gregalia quoq; poma, etiā post paucos dies itura in fastidiū, delectant, si prouenere maturius. Illa quoq; nō erunt sine honore, quæ aut nemo illis alius dedit, aut nos nulli alij.

CAP. XIII. Alexandro Macedoni, cum uictor oriētis, animos supra humana tolleret, Corinthij per legatos gratulati sunt, & ciuitate illum sua donauerunt. Cū risisset Alexāder hoc officij genus, unus ex legatis: Nulli, inquit, ciuitatē unquā dedimus alij quā tibi & Herculi. Libens accepit delatū honorem, & legatos inuitatione, aliāq; humanitate profecutus, cogitauit, nō qui sibi ciuitatem darent, sed cui dedissent. Et homo gloriæ deditus, cuius nec naturam, nec modum nouerat. Herculis Liberiq; uestigia sequens, ac ne ibi quidem resistens ubi illi defecerant, ad socium honoris sui respexit à dantibus, tanquam coelum quod mente uanissima complectebatur teneret, quia Herculi æquabatur. Quid enim simile habebat uesanus adolescens, cui pro uirtute erat felix temeritas? Hercules nihil sibi uicit, orbem terrarum transiuit, nō concupiscēdo, sed uindicando. Quid unceret malorū hostis, bonorū uindex, terrarū marisq; pacator? At hic à pueritia latro, gentiumq; uastator, tā hostiū perniciēs, quā amicorū, qui summum bonū duceret, terrori esse cunctis mortalibus, oblitus nō ferocissima tantū, sed ignauissima quoq; animalia timeri, ob uirus malum.

CAP. XIII. Ad propositum nunc reuertamur. Beneficium quod quibuslibet datur, nulli * gratum est. Nemo se stabularij, aut cauponis hospitem iudicat, nec conuiuiam dantis

* datum est

epulum,

epulum, ubi dici potest: Quid enim in me cōtulit? Nempe hoc quod in illum, & uix bene notū sibi, & in illum etiā inimicum ac turpissimum hominē. Nunquid enim me dignum iudicauit? Minime morbo suo morē gessit. Quod uoles gratum esse, rarum effice. Quis patitur sibi imputari? Nemo hæc ita interpretetur, tanquam reducā liberalitatem, & frenis arctioribus reprimam. illa uerò in quantumlibet exeat: sed eat, non erret. Licet ita largiri, ut unusquisq; etiā si cum multis accepit, in populo se esse non putet. Nemo non habeat aliquam familiarem notam, per quam speret se propius admissum. Dicat, accepi idem quod ille, sed ultro. Accepi quod ille, sed ego intra breue tempus, cum ille diu meruisset. Sunt, qui idem habeant, sed nō eisdem uerbis datum, nō eadem comitate tribuentis. Ille accepit, cum rogasset, ego* cum rogarer. Ille accepit, sed facile redditurus, sed cuius senectus & liberorum orbitas magna promittebat. Mihi plus dedit, quāuis idem dederit, quia sine spe recipiendi dedit. Quemadmodum meretrix, ita inter multos se diuidit, ut nemo non aliquod signum familiaris animi ferat: Ita qui beneficia sua amabilia uult esse, excogitat, quomodo & multi obligentur, & tamē singuli habeant aliquid, quo se cæteris præferant. Ego uerò beneficiis nō obiciam moras. Quo plura maioraq; fuerint, plus afferent laudis. Adsit tamen iudicium. Neq; enim cordi esse cuiquam possunt, forte, ac temere data. Quare si quis existimat nos, cum ista præcipimus, benignitatis fines introrsus referre, & illi minus luxum limitem aperire, ne perperam monitiones nostras exaudiat. Quam enim uirtutem magis ueneramur, cui magis stimulos addimus, quibus uerò tam conuenit hæc adhortatio quā nobis, societatem humani generis sancientibus?

CAP. XV. Quid ergo est: cum sit nulla honesta uis animi, etiam si à recta uoluntate inceptit, nisi quam uirtutum mo-

*cum non rogarer

dus fecit, ueto liberalitatem nepotari. Tunc iuuat accepisse be-
 neficium, & supinis quidē manibus, ubi illud ratio ad dignos
 perducit: quod non quilibet casus & consilij indigens impetus
 defert, quod ostentare libet, & inscribere sibi beneficia tu uo-
 cas, quorum autorē fateri pudet? At illa quanto gratiora sunt
 quantoq; in partem * interiorē animi nunquam exitura de-
 scendant, cum delectant, cogitantem magis à quo, quàm quid
 acceperis. Crispus Passienus solebat dicere, quorundam se iu-
 diciū malle, quàm beneficium, & quorundam beneficium mal-
 le, quàm iudiciū, & subiiciebat exempla, Malo, aiebat, diuī
 Augusti iudiciū. Malo Claudij beneficium. Ego uerò nul-
 lius puto expetendum esse beneficium, cuius uile iudiciū est.
 Quid ergo? Non erat accipiendum à Claudio quod dabatur?
 Erat, sed sicut à fortuna, quam scires statim posse malam fieri.
 Quid ergo? ista inter se mixta diuidimus? Non est benefi-
 cium, cui deest pars optima, datum esse iudicio. Alioquin pec-
 unia ingens si non ratione, nec recta uoluntate donata est,
 non magis beneficium est, quàm thesaurus. Multa sunt au-
 tem, quæ oportet accipere, nec debere.

LIBRI PRIMI FINIS.

ANNOTATIONES ERASMI

Roterodami in libros Senecæ de Beneficiis.

IN CAP. PRIMVM, LIBRI I.

1 Ne perspicuis lectorē moremur. Editio prior habebat, Utuntur
 natura sua, & ipsos munerum malos interpretes iuuant, quod uideba-
 tur argutius ex codice manu descripto restituiimus. Id ad hūc habet
 modum, Utuntur natura sua, & cuncta, interq; illa, munerū suorū ma-
 los interpretes iuuant. Sentit enim esse deorū naturam, omnibus be-
 nefacere. At inter omnia sunt etiam ingrati. Hoc admonendū erat,
 ne quis temerē reponeret ueterem lectionē. Cætera quæ mutauimus,
 dilucidiora sunt, quàm ut egeant admonitione. IN CAP. II.

2 Nullum perdit. Sensus obscurior est, potest enim accipi, Nullū
 beneficium perit, quia qui putat aliquod perisse, is computauerat, &
 iam

*teneriorem

II

iam non erat beneficium. Potest & sic intelligi, Qui perdidit, hoc ipsum computauerat, aliqua peritura. Veluti qui sementem facit, non queritur se perdere aliquot grana, quoniam hoc non expectarit, ut omnia proueniret. Liber manu descriptus habebat, Nullum perdit, qui perdit, non computauerat. Atque huius lectionis erit arguta sententia, si tollas, uerbum, perdit, Nullum perdit qui non computauerat. Hoc enim perdimus, quod decedit rationi nostrae. At beneficia non supputantur, aut si tollas particulam, non. Nullum perdit, qui perdit computauerat, hoc est, qui hoc ipsum computauerat quaedam peritura, sed prior sensus mihi magis arridet.

3 Tantum erogatur. Codex manu scriptus habebat, erogatur. Arbitror fuisse scriptum, erogantur, nisi erogatur accipias impersonaliter, aut nisi subaudias beneficium. Nec dubitem affirmare, quamlibet reclamantibus exemplaribus, redit, à Seneca fuisse scriptum non reddet. Tantum erogatur, si redit aliquid, lucrum est, si non redit, damnum non est. Nam fructus proprie redire dicitur, unde & reditus dicti, census annui.

IN CAP. III.

4 Græcis mācipatus. Editiones superiores habebant, Gratiis mācipatus, quæ lectio fuerat utcumque tolerabilis, si quemadmodum codex manu descriptus habebat, legamus emancipatus, quasi dicas, alienus à gratiis. Sed arbitror germanam esse lectionem mācipatus Græcis, siue Gratiis, pro addictis Græcis, ut quicquid ab illis proditum fuerit miretur. Siquidem hæc ueterum Græcorum commenta sunt, quæ Seneca cōtemnit, sed petulantius quam pro merito. Quid enim erat hic, quod existimaret tot salibus excogitandum, nisi forte totam Pœsin putat irridendam, quæ philosophiæ dogmata fabularum in uoluptatibus iuuenum animis cōmendauit. Hunc ineptum impetum, & carpendi libidinē ne dicā petulantiam, eruditi notarunt in hoc scriptore.

5 Et spissis aut phisianis prodeant. Sic habebant priores editiones. Aut phisianis, è spatio marginis suspicor in contextum fuisse relatum: quod nimium crebro factum in autoribus comperi. Codex manu descriptus habebat spissatis, quod mihi magis probatur. Allusit enim ad id quod paulo ante dixerat, de pellucidis tunicis ac solutis. Solutis enim opponit præinctas, & pellucidis spissatas. Quod enim spissatum est, minimè pellucet. Notat opinor uestes quæ pilis extantibus hirsutæ sunt, aut hoc genus, quod nunc uulgò dicunt uiltes, quo lanæ per se coactæ uestem faciunt, & si addatur acetum, ferro resistunt, imò etiam ignibus. Meminit Plin. lib. 8. cap. 48. Vidi mus & ipsi pueri, uestes floccis, aut pannis multiplicatis spissatas in usu fuisse. Erant qui haberent phryxianis.

Hecaton

6 Hecaton. Vide num legendum Hecatæus, quem accepimus magni nominis historiographum fuisse temporibus Darii.

7 Late patens patrimonii. Superiores editiones habebat. Late patens matrimonii. Verum id reclamantibus licet exemplaribus, mutare non debitaui. Scribā sefellit paulo ante facta matris mentio. At Seneca respexit ad Eurynomen, quæ à spatiofis pascuis dicta est Græcis, quasi Latine dicas latipascuam, Vocem autem Græcam uelut interpretans Seneca. Late, inquit, patens. Olim autem diuitiæ potissimum in pecoribus erant, & facultates patrimonium dicimus, matrimonium non dicimus.

8 Et cuiunque nomen non potest reddere, imponit. Hic aliquis uelut interpretans adiecerat hæc uerba, aliud loco nominis proprii. Ea uelut adulterina expunximus, maximè quod non habebantur in codice manu descripto, & officium argutiæ sensus. Reddit nomen, qui meminit, ac pronuntiat impositum, qui nouum fingit.

IN CAP. IIII.

9 Putemus certè paruum in genere sacrilegium. Ita quidem habebat superior editio. Primum, illud extra controuersiam est, locum esse mendosum. Codex manu descriptus habebat, Putemus parum sacrilegium sit, & tam, &c. quæ lectio uidetur etiã deprauatior. Si diuinare licet, fortè scriptum erat à Seneca, ut putemus non paruum ingrati, siue ingratiitudinis sacrilegium, si tam &c. Aut, ut putemus non parum graue sacrilegium. Aut, ut putemus contra patrem graue sacrilegium, si tam &c. Quæ postrema diuinatio mihi potissimum arridet, utpote quæ non multū recedit à scripturæ prioris uestigijs, & sensum habet argutum, certe uertitur in contra, paruum in patrem, siue parentem, & ingerere, in grauem, nisi maui ingeri. Etenim qui uolunt Charitas esse filias Iouis, putant graue sacrilegium etiam in patrem committi, si filius fiat iniuria. IN CAP. V.

10 Veto liberalitatem tecum potiri. Sic habebat prior editio, quam lectionem nemo non uidet esse deprauatam. E uestigijs tamen uerusti codicis, restitui nepotari, à nepote dicto uerbo, quem admodum ab helluone dicimus helluari, à iuene iuuenari. Sentit autem beneficium non esse dandum ei, qui nequiter profusus sit quod dederis.

11 Crispus Pasienus. Superiores editiones habebant Chrysippus Pasienus. Sed emendauit hunc locum Hermolaus Barbarus, & cum eius castigatione consentiebat codex manu descriptus.

b

LIB.

LIBER SECVN- DVS, QVEM AD MODVM dandum sit Beneficium.

CAP. I.



NSPICIAMVS Liberalis uirorum optime id, quod ex priore parte adhuc superest: quemadmodū dandū sit beneficiū, cuius rei expeditissimam uideor monstraturus uia:

Sic demus, quomodo uellemus accipere. Ante omnia libenter: citō sine ulla dubitatione. Ingratū est beneficiū, quod diu inter manus dantis hæsit, quod quis ægrè dimittere uisus est, & sic dare tanquā si sibi raperet. Etiam si quid moræ interuenit: euitemus omni modo, ne deliberasse uideamur. Proximus est autem neganti, qui dubitauit: nullamq; meretur gratiā. Nam cū in beneficio iucundissima sit tribuentis uoluntas, qui nolentē se tribuisse, ipsa cunctatione testatus est, non dedit, sed aduersus ducentē, male renuit. Multi autem sunt, quos liberales facit frontis infirmitas. Gratissima sunt beneficia, parata, facile occurrentia, ubi nulla mora fuit, nisi in accipientis uerecūdia. Optimū est antecedere desiderium cuiusq; proximi sequi. Illud melius, occupare antequā rogemur, quia cū homini probo ad rogandum * os cōcurrat, & suffundatur rubor, qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus suū. Non tulit gratis, qui cū rogasset, accepit. Quādoquidē, ut maioribus nostris grauissimis uiris uisum est, nulla res carius cōstat, quā quæ precibus empta est. Vota homines parcius facerēt, si palā faciendā essent. Ad eō etiā deos, quibus honestissimē supplicamus, tacitē malumus & intra nosmetipsos precari.

CAP. II. Molestum uerbū est, onerosum, & demisso uultu dicendū, rogo. Huius faciendā est gratiā amico, & cuiusq; quē amīcū sis promerendo facturus. Properet licet, sero benefice

*eriperetur.

*retinuit.

x

*os corruiat

beneficium dedit, qui roganti dedit. Ideo diuinanda cuiusq; uoluntas, & cū intellecta est, necessitate grauissima liberanda est. Illud beneficium iucundum uicturumq; in animo scias, quod obuia uenit. Si non contingit praeuenire, plura rogans uerba intercedamus, ne rogati uideamur, sed certiores facti statim promittamus, facturosq; nos etiam antequam interpellaremur, ipsa festinatione approbemus. Quemadmodum in aegris oportunitas cibi salutaris est, & aqua tepestine data remedij locum obtinuit, ita quamuis leue & uulgare beneficium sit, si praesto fuerit, si proximam quantumq; horam non perdidit, multum sibi adiicit, gratiamq; pretiosi, sed lenti & diu cogitati muneris uincit.

CAP. III. Qui tam parate fecit, non est dubium, quin libenter faciat. Itaq; letus facit, & induit sibi animi sui uultum. Argentia quorundam beneficia, silentium aut loquendi tarditas imitata grauitate, & tristitiam corrumpit, cum promitterent uultu negantium. Quanto melius adijcere bona uerba rebus bonis, & praedicatione humana benignaq; commendare que praestes. Ut ille se castiget, quod tardior in te rogando fuit, adijcias licet familiarē querelā. Irascor tibi, quod cum aliquid desiderasses non olim scire me uoluisti, quod tam diligenter rogasti, quod quenuam adhibuisti. Ego uero gratulor mihi, quod experiri animum nostrum libuit, postea quicquid desiderabis, tuo iure exiges. Semel rusticitati tuae ignoscitur. Sic efficies, ut animum tuum pluris aestimet, quam illud quicquid est, ad quod petendum uenerat. Tunc est summa uirtus tribuentis, tunc benignitas, ubi ille qui discessit, dicet sibi magnū hodie lucrum feci. Malo quod illum tale inueni, quam si multiplicatum hoc ad me alia uia peruenisset. Huic enim animo, nunquam parem referam gratiam.

CAP. IIII. At pleriq; sunt, qui beneficia asperitate uerborum, & supercilio in odium adducunt, eo sermone usi, ea superbia, ut impetrasse poeniteat. Alia deinde post rem pro-

b z nussam



missam sequuntur moræ. Nihil autem est acerbius, quam ubi quod impetrasti rogandū est. Repræsentanda sunt beneficia, quæ à quibusdā accipere difficilius est, quam impetrare. Hic ro-
 2 gandus est, ut admoneat, ille ut * sumat. Sic unum munus per
 * cōsummet. multorū teritur manus, ex quo gratiæ minimū apud promit-
 tentem remanet, quia auctori detrahit, quisquis post illū rogan-
 dus est. Hæc itaq; curæ habebis, si grate æstimari quæ præ-
 stabis uoles, ut beneficia tua illibata & integra ad eos, quibus
 promissa sunt, perueniāt sine ulla, quod aiunt, deauctione. Ne-
 3 mo illa intercipiāt, nemo detineat. Nemo in eo quod daturus
 es, gratiam suam facere potest, ut non tuam minuat.

CAP. V. Nihil æque amarum, quam diu pendere. Aequiore quidā animo serunt præcidi spem suā, quam trahi. Plerisq; autē hoc uitium est, ambitione praua differendi pro-
 4 missa, ne minor sit rogantiū turba. Quales regie potentie mi-
 nistri sunt, quos delectat superbiæ suæ longum spectaculū, mi-
 nusq; se iudicant posse, nisi diu multumq; singulis quod pos-
 sint ostendāt. Nihil confestim, nihil semel faciunt. Iniuriæ illo-
 rum præcipites, lenta beneficia sunt. Quare uerissimū existi-
 ma, quod ille Comicus dixit. Quid tu non intelligis, tantum te
 gratiæ demere, quantum moræ adijcis? Inde illæ uoces quas in-
 genuus dolor exprimit. Fac, si quid facis. Et nihil est tanti, ma-
 5 lolo mihi iam neget ubi in te diū ad ductus animus incipit bene-
 ficiū odisse, dum expectat. Potes ob id ingratus esse? Quæ ad-
 modum acerbissima crudelitas est, quæ trahit poenam: & mise-
 ricordie genus est, citò occidere: quia tormentū ultimū finem
 sui secum affert, quod antecedit tempus maxima uenturi sup-
 plicij pars est, ita maior est muneris gratia quò minus diu pe-
 pendit. Est enim bonarum etiā rerū sollicitis expectatio gra-
 uis. Et cū plurima beneficia remediū alicuius rei afferant, qui
 aut diutius torqueri patitur, quæ protinus potest liberare: aut
 gaudere

gaudet
propen
re. Qu
mo fo
mentu

CAP
tio est,
fecit, n
in infi
missa
quam
intere
gratia
tus est
mentis
aspera
si quia

CAP
duro
accipe
à nepo
illū sit
ditore
pecun
nepos
crediti
puto
tasse
dore
est ui

C

gaudere tardius beneficio suo manus affert. Omnis benignitas
 properat, & propriū est beneficentis libenter & citò face-
 re. Qui tarde dedit, & diem extrahens profuit, non ex ani-
 mo fecit. Ita duas res maximas perdidit, & tempus & argu-
 mentum amicæ uoluntatis. Tarde uelle, nolentis est.

CAP. VI. In omni negotio Liberalis, nō minima por-
 tio est, quomodo quicq; aut dicatur, aut fiat, multum celeritas
 fecit, multū abstulit mora. Sicut in telis eadē ferri uis est: sed
 in infinitū interest, utrum excusso lacerto torqueantur, an re-
 missa manu effluant. Gladius idem & stringit, & transforat,
 quā presso articulo uenerit, refert. Idē est quod datur, sed
 interest, quomodo detur. Quā dulce, quā pretiosum est, si
 gratias sibi agi non est passus, qui dedit, si dedisse dū dat obli-
 tus est: nam corripere eum, cui* maximē aliquid præstes, de-
 mentia est, & inferere contumeliam meritis. Itaq; nō sunt ex-
 asperanda beneficia, nec quicquam illis triste miscendū. Etiam
 si quid erit, de quo uelis admonere, aliud tempus eligito.

*cū maximē.

CAP. VII. Fabius Verucosus beneficium ab homine
 duro asperē datū, panem lapidosum uocabat, quem esurienti
 accipere necessariū sit, esse acerbū. Tyberius Cæsar rogatus
 à nepote M.* Aelio prætorio, ut æri alieno succurreret, edere
 illū sibi nomina creditorū iussit. Hoc non est donare, sed cre-
 ditores* conuocare. Cū edita essent, scripsit nepoti, iussisse se
 pecuniam solui. Adiecta contumeliosa admonitione, effecit, ut
 nepos nec æs alienū haberet, nec beneficiū. Liberauit illum à
 creditoribus, sibi non obligauit. Aliquid Tyberius secutus est,
 puto noluit plures esse, qui idē rogaturi cōcurrerent. Ista for-
 tasse efficax ratio fuerit, ad hominū improbas cupiditates, pu-
 dore reprimendas. Beneficium uerò danti, tota alia sequenda
 est uia.

* Accia.

* onerare

CAP. VIII. Omni genere quod des: quo sit acceptius,

b 3

adorn

adornandum est. Hoc uerò non est beneficiũ dare, deprehendere est. Et ut in transitu de hac quoq; parte dicam quid sentiam, Ne principi quidẽ satis decorum est, donare ignominie causa. Tametsi * inquietudinẽ Tyberius, nec hoc quidẽ modo, berius ne quo putabat, potuit effugere. Nã aliquot postea, qui idẽ rogarent, inuenti sunt, quos oēs iussit reddere in senatu eris alieni modo quod causas, & ita illis certas summas dedit. Non est illud liberalitas, censura est, auxilium est, principale tributum est, Beneficium non est, cuius sine rubore meminisse non possum. Ad iudicem missus sum, ut impetrarem, causam dixi.

CAP. IX. Præcipiunt itaq; omnes autores sapientiæ, quædam beneficia palã danda, quædã secreto. palãm, quæ consequi gloriosum est, ut militaria dona, & honores, & quicquid aliud notitia pulchrius sit. Rursus quæ nõ producunt, nec honestiorẽ faciunt, sed succurrunt infirmitati, egestati, ignominie. tacite dãda sunt, ut nota sint, solis, quibus profunt. Interdũ & ipse q̄ iuuatur fallẽdus est, ut habeat, nec à quo acceperit sciat.

CAP. X. Arcefilæus, ut aiunt, amico pauperi, & paupertatem suã dissimulanti, ægro autẽ & ne hoc quidem confitenti, deesse sibi in sumptũ ad necessarios usus, cũ clam succurrendũ indicasset, puluino eius ignorãtis sacculũ subiecit ut homo inutiliter uerecundus, quod desiderabat, inueniret potius quàm acciperet. Quid ergo: ille nesciet, à quo acceperit? Primum nesciat, si hoc ipsum beneficij pars est. Deinde multa alia faciã, multa tribuam, per quæ intelligat, & illius autorem. Deniq; ille nesciet accepisse se, ego sciã dedisse me. Parum est, inquis. Parum, si fœnerare cogitas. Sed si dare quo genere accipienti maxime profuturũ erit, dabis. Contentus eris te teste. Alioquin nõ benefacere delectat, sed uideri bene fecisse. Volo, inquis, sciat. Debitorẽ quæris. Volo utiq; sciat. Quid si illi utilius est nescire, si honestius, si gratius, non in aliã partẽ abibis?

Volo

Volo ut sciat. Ita tu hominē non seruabis in tenebris? Non ego quoties patitur res, percipiendum gaudiū ex accipiētis uoluntate. Sin adiuuari illum, & oportet, et pudet, si quod præstamus, offendit, nisi absconditur, beneficiū in acta nō mitto. Quid ni ego illi sum indicaturus me dedisse, cum inter prima præcepta, ac maxime necessaria sit, ne unquā exprobrem, imō ne admoneam quidem? Hæc enim beneficij inter duos lex est. Alter statim obliuisci debet dati, alter accepti nunquam. Lacerat animum, & premit frequens meritorum commemoratio.

CAP. XI. Libet exclamare, quod ille triumuirali proscriptioe seruatus à quodā Cæsaris amico exclamauit, cum superbiam eius ferre nō posset, Redde me Cæsari. Quousq; dices, Ego te seruauit, ego te eripui morti: istud si meo arbitrio memini, uita est: si tuo, mors est. Nihil tibi debeo, si me seruasti, ut haberes, quē ostenderes. Quousq; me circūducis? quousq; obliuisci fortunæ meæ nō sinus? Semel in triūpho ductus essem. Non est dicendum, quid tribuerimus. Qui admonet, repetit. Non est instandum nō est memoriæ reuocandum, nisi ut aliud dando, prioris admoneas. Ne alijs quidē narrare debemus. Qui dedit beneficium, taceat, n. irret qui accepit. Dicetur enim, quod illi ubiq; iactanti beneficium suum, Num negabis, inquit, te recepisse? & cū respondisset quādo? sepe quidem, inquit, & multis locis, id est, quoties & ubicunq; narrasti. Quid opus est eloqui? quid alienum occupare officiū? Est qui istud facere honestius possit, quo narrāte, & *hoc laudabitur, quod ipse non narras. Ingratum me iudicas, si istud te tacente, nemo sciturus est. Quod adeo non est committendum, ut etiam si quis coram nobis narrabit, respōdendum sit, dignissimus quidē ille est maioribus beneficijs, quæ ego magis uelle me scio præstare, quàm posse. Et hæc ipsa non *uenaliter, nec ea figura, qua quidam reijciunt, quæ magis ad se uolunt attrahere. Deinde adijcienda omnis humanitas.

*hoc narra-
bitur

*uerniliter

Perdet agricola quod sparsit, si labores suos destituet in semine. Multa cura sata perducuntur ad segetem. Nihil in fructu peruenit, quod non à primo usq; ad extremu æqualis cultura profequitur. Eadē beneficiorū est cōditio. Nunquid ulla maiora possunt esse, quā quæ in liberos patres cōferunt? Hæc tamen irrita sunt, si in infantia deseratur, nisi longa pietas munus suum nutriat. Eadē ceterorum beneficiorū conditio est, nisi illa adiuueris, perdes. Parū est dedisse, fouenda sunt. Si gratos uis habere quos obligas, nō tantū des oportet beneficia, sed ames. Præcipue ut dixi, parcamus auribus. Admonitio tedium facit, exprobratio odium. Nihil æquē in beneficio dando uitandum est, quā superbia. Quid opus arrogātia uultus? quid tumore uerborum? Ipsa res te extollit. Detrahēda est inanis iactatio. Res loquentur, nobis tacentibus. Non tantum ingratum, sed inuisum est beneficium, superbe datum.

CAP. XII. Caesar dedit uitam Pōpeio Pœno, si dat, qui non aufert, deinde absoluto & agēti gratias, porrexit ad osculandum sinistrum pedē. Qui excusant eū, negant id insolentiae causa factum, aiunt socculum auratum, imò aureum margaritis distinctum ostendere eū uoluisse. Ita prorsus, quid hic cōtumeliosum est, si uir consularis aurū, et margaritas osculatus est, & alioquin nullam partem in corpore eius electurus, quā purius oscularetur, homo natus in hoc, ut mores liberæ ciuitatis Persica seruitute mutaret? Parū iudicauit, si senator senex * submissis honoribus, in cōspectu principum supplex sibi, eo more iacuisset, quo uicti hostes * uictoribus iacuerē. Inuenit aliquid infra genua, quò libertatē detruderet. Non hoc est Rempub. calcare? * Equidē dicit aliquis, Non potest ad rem pertinere, sinistro pede. Parum enim scēde, furioseq; insolens fuerat, qui de capite consularis uiri soccatus audiebat, nisi in os senatoris ingessisset imperator * pigros suos.

*summis usus
honoribus
*hostibus

*Et quidem
litiget: aliās,
licitet.

*Videtur æ
gros pedes, di-

CAP. XIII. O superbia magnæ fortunæ. O stultissimum malū, ut a te nihil accipere iuuat, ut omne beneficium in iniuriam conuertis, ut te omnia nimia delectant, ut te omnia dedecent, quoq; altius te subleuasti, hoc deprestor es. Ostendisq; te non agnoscere ista bona, quibus tantū inflaris. Quicquid das, corrumpis. Libet itaq; interrogare, quid tātōpere te supinet, quid uultum, habitumq; oris peruertat, ut malis habere personam, quān faciem. Iucunda sunt, quæ humana fronte, leni, placidaq; tribuuntur, quæ cum daret mihi superior, non exultauit supra me, sed quān potuit, benignissimus fuit, descēditq; in equum, & detraxit muneri suo pōpam, obseruauit idoneū tēpus, ut in occasione potius, quā in necessitate succurreret. Vno modo istis persuadebimus, ne beneficia sua insolentia perdāt, si ostenderimus nō ideō uideri matora, quia tumultuosius data sunt, ne ipsos quidē ob id cuiquā posse maiores uideri, Vanam esse superbiæ magnitudinem, & quæ in odium, etiam amanda perducant.

CAP. XIII. Sunt quæ dā nocitura impetrantibus, quæ non dare, sed negare beneficium est. Aestimamus itaq; uilitatem potius, quam uoluntatē petentium. Sæpe enim noxia concupiscimus, nec dispicere quam pernicioſa sunt, licet, quia iudicium interpellat affectus. Sed cum subsedit cupiditas, cū impetus ille flagrantis animi, qui consilia fugat, cecidit, detestamur perniciosos malorum munerū autores, ut frigidam ægris negamus, & lugentibus, ac sibi iratis ferrum, aut amātibus, quicquid cōtra se usus, ardor petit, sic ea, quæ nocitura sunt, impense ac submisſe nonnunquam etiam miserabiliter rogantibus, perseuerabimus non dare. Tum inuita beneficiorū suorū spectare, tum etiam exitus decet, & ea dare quæ nō tantum accipere, sed etiam accepisse delectet. Multi sunt qui dicāt, scio hoc illi non profuturum, sed quid faciam? rogat, resistere precibus eius non possum. Viderit de se, nō de me queretur. Falsum est,

xille pigros. Nam hinc pigri uocem deductam putāt. Alii legunt, pichus foccos.

* Fortè accessio: ut sit allusio ad paroxysmos febrium.

imò de te, & merito quidem, cum ad mentem bonam redierit, cum * accessio illa, quæ animum inflammabat, se remisit. Quid ni eum oderit, à quo in damnum, ac periculum suum adutus est? Exorari in perniciem rogantium, seu bonitas est. Quemadmodum pulcherrimum opus est, etiam inuitos, nolentesq; seruare, ita rogantibus pestifera largiri, blandū & affabile odium est. Beneficiū demus, quod usu magis ac magis placeat, quod nunquam in malum uertatur. Pecuniam non dabo, quam numeraturum adulter & sciam, ne in societate turpis facti, aut consilij inueniar. Si potero, reuocabo, sin minus, non adiuuabo scelus. Sive illum ira, quò nō debebat, impellit, sive ambitionis calor abducit à tutis, non à semetipso uim sibi inferri patiar: nec committam, ut possit quandoque dicere, ille amando me occidit.

CAP. XV. Sæpe nihil interest inter amicorū munera, & hostium * acta. Quicquid illi accidere optant, in id horum intempestiua indulgentia impellit, atq; instruit. Quid autē turpius, quàm (quod euenit frequentissime) ut nihil intersit inter odium & beneficium? Nunquam in turpitudine nostram reditura, tribuamus. Cū summa amicitia sit, amicū sibi æquare, utriq; simul consulendū est. Dabo egenti, sed ut ipse non egeat. Succurrā perituro, sed ut ipse nō pereat, nisi si futurus ero magni hominis, aut magnæ rei merces. Nullum beneficium dabo quod turpiter peterem. Nec exiguum dilatabo, nec magna pro paruis accipi patiar. Nam ut qui quod dedit, imputat, gratiam destruit, ita qui quantum det ostendit, munus suum cōmendat, non exprobrat. Respiciendæ sunt cuiq; facultates suæ, uiresq; ne aut plus præstemus, quàm possumus, aut minus. Aestimanda est eius persona, cui damus. Quædam enim minora sunt, quàm ut exire à magnis uiris debeant, quæ dā accipiente maiora sunt. Vtriusq; itaq; personam confer tecum. Inter illa quæ
donab

donabis examina, nunquid aut danti graue sit, aut * pau- * parum
cum. Nunquid rursus qui accepturus est, aut fastidiat, aut
non capiat.

CAP. XVI. Urbem cuidam Alexander donabat uesanus, & qui nihil animo nisi grande concepit. Cum ille cui donabatur seipsum mensus, tanti muneris inuidiam refugisset, dicens non cōuenire fortunæ suæ. Non quero, inquit, quid te accipere deceat, sed quid me dare. Animosa uox uidetur, & cum regia sit, est stultissima. Nihil enim per se quenquam decet, Refert quid, cui, quando, quare, ubi, & cætera, sine quibus facti ratio non constabit. Tumidissimum animal, si illum accipere hoc non decet, nec te dare. Habetur personarum, ac * dignitatum
tum proportio. Et cum sit ubiq; uirtutis modus, æquè peccat ratio
quod excedit, quàm quod deficit. Liceat istud sane tibi, & te in
tantū fortuna sustulerit, ut congiaria tua urbes sint, quas quāto
maioris animi fuit nō capere quàm spargere, est tamen aliquis
minor, quàm ut in sinum eius condenda sit ciuitas.

CAP. XVII. Ab Antigono Cynicus petijt talentum. Respondit plus esse, quàm quod Cynicus petere deberet. Repulsus petit denarium. Respondit minus esse, quàm quod regem deceret dare. Turpissima est eiusmodi cauillatio. Inuenit quomodo neutrum daret. In denario regem, in talento Cynicum respexit, cum posset & denarium tanquam Cynico dare, & talentum tanquam rex. Ut sit aliquid maius, quàm quod Cynicus accipiat, nihil tam exiguum est, quod non * honeste
regis humanitas tribuat. Si me interrogas, probo. Est enim
intolerabilis res, poscere nummos & contemnere. Indixisti
pecuniæ odium, hoc professus es, hanc personam induisti,
agenda est. Iniquissimum est te pecuniam sub gloria egestatis
acquirere. Aspicienda ergo non minus sua cuique persona est,
quàm eius, de quo iuuando quis cogitat. Volo Chryssippi
nostri

*de uio: alijs,
dubio

nostri uti similitudine de pilæ lusu, quâ cadere nō est dubium aut mittentis* studio, aut accipientis. Tunc cursum suū seruat, ubi inter manus utriusq; apte, ab utroq; & iactata & excepta uersatur. Neesse est autē lusor bonus, aliter illâ collusori longo, aliter breui mittat. Eadem beneficij ratio est, nisi utriq; personæ, dantis & accipientis aptatur, nec ab hoc exhibit, nec ad illum perueniet, ut debet. Si cum exercitato & docto negotium est, audacius pilam mittemus, ut cunq; enim uenerit, manus illam expedita, & agilis repercutiet. Si cum tyrone & indocto, non tam rigide, nec tam excusse, sed languidius & in ipsam eius dirigentes manum, remisse occurremus. Adem faciendum est in beneficiis. Quosdam doceamus, & satis iudicemus, si conantur, si audent, si uolunt. Facimus autē plerunq; ingratos, & ut sint, fauimus, tanquā ita demū magna sint beneficia nostra, si gratia illis referri non potuit, ut malignis * cursoribus propositum est, collusorem traducere, cum damno scilicet ipsius lusus, qui nō potest, nisi consentitur, extendi. Multi sunt tam parue naturæ, ut malint perdere quæ præstiterunt, quâ uideri recepisse, superbi & imputatores. Quanto melius, quantoq; humanius id agere, ut illis quoq; partes suæ consent, & fauere, ut gratia sibi referri possit, benigne omnia interpretari, gratias agentem, non aliter quàm si reserat audire, præbere se facilem, ad hoc, ut quem obligauit, etiâ exolui uelit? Male audire solet foenerator, si acerbè exigit, æquè si in recipiendo tardus, ac difficilis moras querit. Beneficium tam recipiendum est, quàm non exigendum. Optimus ille, qui dedit facile, nunquàm exigit. Reddi gauisus est, bona fide quid præstitisset, oblitus, qui accipientis animo recepit.

CAP. XVIII. Quidam non tantū dant beneficium superbe, sed etiam accipiunt, quod non est cōmittendū, iam enim transeamus ad aliam partē, tractaturi, quomodo se gerere homines

mines in accipiendis beneficiis debeant. Quodcumq; ex duobus
 cōstat officium, tantundem ab utroq; exigit. Qualis pater esse
 debeat, cum inspexeris, scies nō minus operis illic superesse ut
 dispicias, qualem esse oporteat filium. Sūt aliquæ partes mari-
 ti, sed nō minores uxoris. Inuicē ista quantum exigunt, præ-
 stant, & parem desiderant regulā, quæ ut ait Hecaton, diffi-
 lis est. Omne enim honestū in arduo est, etiā quod uicinum ho-
 nesto est. Non enim tantū fieri debet, sed ratione fieri. Hac du-
 ce, per totā uitam eundem est. Minima maximaq; ex huius cō-
 filio gerenda sunt, quomodo hæc suaserit, dandum. Hæc autem
 hoc primum censebit, non ab omnibus accipiendum. A quibus
 ergo accipiemus? Ut breuiter tibi respondeam: ab his quibus
 decessisse uideamur. Nam etiā maiore delectu quærēdum est, cui
 debeamus, quā cui præstemus. Nam ut non sequantur ulla
 incommoda (sequuntur autem plurima) graue tormentum est
 debere, cui nolis. Contra iucundissimū est ab eo accepisse bene-
 ficium, quem amare etiā post iniuriam possis. Illud uerò homi-
 ni uerecundo & probo miserrimum est, si eum amare oportet
 quem non iuuat. Toties admoneam necesse est, nō loqui me de
 sapientibus, quos quicquid oportet, iuuat: qui animum in pote-
 state habent, & legē sibi, quam uolunt, dicunt, & quam dixe-
 runt, seruant: sed de imperfectis hominibus honesta sequi uo-
 lentibus, quorum affectus sæpe contumaciter parent. itaq; eli-
 gendus est, à quo beneficium accipiam. Et quidem diligentius
 quærendus beneficij quā pecuniæ creditor. Huic enim reddē-
 dum est, quantum accepi, etsi red didi, solutus sum ac liber. At
 illi plus soluendum est, & nihilominus etiam relata gratia, co-
 heremus. Debeo enim, cum reddidi, rursus incipere, monetq;
 amicitia non recipere indignum. Sic est beneficiorum quidem
 sacratissimum ius, ex quo amicitia oritur. Non semper inquit,
 mihi licet dicere, nolo, aliquando beneficium accipiendum est,

Et

& inuito. Dat tyrannus crudelis & iracundus, qui minus suū fastidire te, iniuriam iudicaturus est. Non accipiam. Eodem loco pone latronem & piratam, quo regem, animum latronis, ac piratæ habentem. Quid faciam? Parum dignus est, cui debeam. Cum eligendum dico cui debeas, uim maiorem & metum excipio, quibus adhibitis, electio perit. Si liberum est tibi, si arbitrij tui est, utrum uelis, an non, id apud te ipse perpendes. Si necessitas tollit arbitrium, scies te non accipere, sed parere. Nemo in id accipiendo obligatur, quod illi repudiare nō licuit. Si uis scire, an uelim, effice, ut possim nolle. Vitam tamen tibi dedit. Non refert quid sit, quod datur, nisi à uolente uolenti detur. Si seruasti me, non ideo seruator es. Venenum aliquando pro remedio fuit, nō ideo numeratur inter salubria. Quædam profunt, nec obligant.

* Beneficium
tribuitur for-
tunæ, homo
lædere uoluit.
* minister.
* ser. e.
* tyrannici-
dam

CAP. XIX. Tiber quidam tyranni gladio diuisit, qui ad eum occidendum uenerat. Non ideo illi tyrannus gratias egit quod rem, quam medicorum manus reformidauerant, nocendo sanauit. Vides non esse magnū in ipsa re momētum. Quoniam non uidetur dedisse beneficium qui malo animo profuit. * Cassus enim beneficium est, hominis iniuria. Leonem in amphiteatro spectauimus, qui unum è bestiariis agnitū, cum quondam eius fuisset * magister, protexit ab impetu bestiarum. Non ergo est beneficium * ferre auxilium? Minime, quia nec uoluit facere, nec benefaciendi animo fecit. Quo loco seram posui * tyrannum pone. Et hic uitam dedit, & illa, nec hic, nec illa beneficium. Quia non est beneficium accipere, cogi. Non est beneficium debere, cui nolis. Ante des oportet mihi arbitrium meī, deinde beneficium.

CAP. XX. Disputari de Marco Bruto solet, an debuerit accipere à diuo Iulio uitam, cum occidendum eum iudicaret. Quam rationem in occidendo secutus sit aliàs tractabimus.

Mihi

Mihi enim, cum uir magnus fuerit in aliis, in hac re uidetur uehementer errasse, nec ex institutione stoica se egisse, qui aut regis nomen extimuit cum optimus ciuitatis status sub rege iusto sit, aut ibi sperauit libertatem futuram, ubi tam magnum premium erat, & imperandi, & seruiendi, aut existimauit ciuitatē in priorem formam posse reuocari, amissis pristinis moribus, futuramq; ibi equalitatem ciuili iuris, & staturas suo loco leges, ubi uiderat tot milia hominum pugnantia, non an seruirent seruitutē. Quanta uerò illum aut rerum naturæ, aut 9 urbis sue tenuis obliuio, qui uno interempto, de futurum credit alium, qui idem uellet, cum Tarquinius esset inuentus post tot reges, ferro ac fulminibus occisos. Sed uitam accipere debuit, ob hoc tamen non habere illum parentis loco, qui in ius dandi beneficii iniuria uenerat. Non enim seruauit is, qui non 10 interfecit, nec beneficium dedit, sed missionem.

CAP. XXI. Illud magis uenire in disputationē potest aliquam quid faciendū sit, captiuo cui redemptionis pretium homo prostituti corporis & infamis ore promittit. Patiar me ab impuro seruari? Seruatus deniq; quam illi gratiam referam? Viuam cum obsceno? Non. Viuā cum redemptore? Non. Quid ergo placeat, dicam. Etiam ab aliquo tali accipiam pecuniam, quam pro capite dependam. Accipiam autem tanquā creditum, non tanquā beneficium. Soluam illi pecuniam, & si occasio fuerit seruandi, periclitatē seruabo, in amicitiam, quæ similes iungit, non descendam. Nec seruatoris illum loco numerabo, sed foeneratoris, cui sciam reddendum quod accepi. Est aliquis dignus, à quo beneficium accipiam, sed danti nociturus est, idē non accipiam. Quia ille paratus est mihi cum incōmodo, aut etiā periculo suo prodesse, defensurus est me reum, sed illo patrocinio, regem sibi est factururus inimicum. Inimicus sim, si cum ille pro me periclitari uelit, ego, quod facilius est, non facio

facio, ut sine illo periclitetur. Ineptum & frivolum hoc Heaton ponit exemplum Arcefilai, quem ait à filio familias oblatam pecuniam non accepisse, ne ille patrem sordidum offenderet. Quid fecit laude dignum? quod furtum non recepit? quod maluit non accipere, quam reddere? Quæ est enim alienam rem non accipere moderatio? Si exemplo magni animi opus est, uti mur, Græcini Iulij viri egregij, quem C. Cæsar occidit ob hoc unum, quod melior uir erat, quam esse quenquam tyranno expediret. Is cum ab amicis conferentibus ad impensam ludorum pecunias acciperet, magnam pecuniam à Fabio Persico missam, non accepit. Et obiurgantibus his, qui non aestimabant mittentem, sed missa, quod repudiasset, ego, inquit, ab eo beneficium accipiam, à quo propinationem accepturus non sum. Cunque illi Rebilus consularis, homo eiusdem infamiae maiorem summam mississet, instaretq; ut accipi iuberet, Rogo, inquit, ignoscas, & à Persico non accipi.

CAP. XXII. Vtrum hoc munera accipere est, an senatum legere? Cum accipiendum iudicauerimus, hilares accipiamus, profitentes gaudium, & id danti manifestum sit, ut fructum presentem capiat. Iusta enim causa letitiæ est, letum amicum videre, iustior fecisse. Grate ad nos peruenisse indicemus, effusis affectibus, quod non ipso tantum audiente, sed ubiq; testemur. Qui grate beneficium accepit, primam eius pensionem soluit.

CAP. XXIII. Sunt quidam, qui nolunt nisi secreto accipere, testem beneficij & conscium vitam quos scias licet male cogitare. Quomodo danti in tantum producenda notitia est muneris sui, in quantum delectatura est, cui datur, ita accipienti

*adhibendus
consciis est

*adhibenda concio est. Quod pudet debere, ne acceperis. Quidam furtive agunt gratias, & in angulo, & ad aurem. Non est ista uerecundia, sed inficiandi genus. Ingratus est, qui remotis arbitris, agit gratias. Quidam uolunt nomina secum fieri, nec

interpo

interp
dare.
quam
tute,
eorum
opinio
C
ritis?
tum n
dum e
de*rej
nit: &
submi
omne
lupas
quidē
statem
Alius
Loque
plures
suū lat
portet
onerat
definat
CA
ruit, &
quod e
dixit, &
& mor
modo s
quam b

interponi pararios, nec signatores aduocari, nec chirographū dare. Idem faciūt, qui dant operā, ut beneficiū in ipsos collatū, quā ignotiſimū ſit. Verentur palām ferre, ut ſua potius uirtute, quā alieno adiutorio conſecuti dicantur. Rariores in eorū officijs ſunt, quibus uitā aut dignitatem debent, & dum opinionem clientium timent, grauiorem ſubeunt ingratorum.

CAP. XXIII. Alij peſſime loquūtur de optime meritis. Tutius eſt quosdā offendere, quā demeruiſſe. Argumentum nihil debentiū, odio quæruunt. Atqui nihil magis præſtandum eſt, quā ut memoria nobis meritorū hæreat, quæ ſubinde* reſcienda eſt: quia nec referre poteſt gratiā, niſi qui meminit: & qui meminit, eā reſert. Nec delicatē accipiendū eſt, nec ſubmiſſe & humiliter. Nam qui negl. gens eſt in accipiendū, cū omne beneficiū recens placeat, quid faciet cū prima eius uoluptas reſrixit? Alius accepit ſaſtidiſe, tanquā qui dicat, Non quidē mihi opus eſt, ſed quia tam ualde uiſ, faciā tibi mei poteſtatem. Alius ſupinē, ut dubiū præſtanti relinquat, an ſenſerit. Alius uix labra diduxit: & ingrator, quā ſi tacuiſſet, fuit. Loquendū pro magnitudine rei impenſius, & illa adiſcienda, plures quā putas, obligaſti. Nemo enim nō gaudet beneficiū ſuū latiſ patere. Neſcis quid mihi præſtiteris, ſed ſcire te oportet, quanto plus ſit quā æſtumas. Statim gratus eſt, qui ſe onerat. Nunquam tibi gratiam referre potero. Illud certe non deſinam ubiq; conſiteri, me referre non poſſe.

CAP. XXV. Nullo magis Cæſarem Auguſtū demeruit, & ad alia impetranda facilē ſibi reddidit, Furnius, quā quod cū patri Antonianas partes ſecuto, ueniam impetraſſet, dixit, Hanc unā Cæſar habeo inuiriā tuā, effeciſti ut uiuerem & morerer ingratus. Quid eſt tam grati animi, quā nullo modo ſibi ſatiſfacere, quā nec ad ſpem quidē exæquandi unquam beneficii accedere. His atq; cuiſmodi uocibus id agamus,

c ut

* reſcienda

ut uoluntas non lateat, sed aperiatur, ut luceat. Verba cessent licet, si quæ admodum debemus affecti sumus, cōscientia eminebit in uultu. Qui gratus futurus est, statim dum accepit, de reddendo cogitat. Chrysippus quidem dicit, illum uelut in certamen cursus cōpositum, & carceribus inclusum, operire debere suum tempus, ad quod uelut dato signo profiliat. Et quidem magna illi celeritate opus est, magna cōtentione, ut cōsequatur antecederet.

II CAP. XXVI. Videndum est nunc, quid maxime faciat ingratos. Aut nimius sui suspectus, & insitum mortalitati uitium, se, suaque mirandi, aut auaritas, aut inuidia. Incipiamus à primo. Nemo non benignus est sui iudex. Inde est, ut omnia meruisse se existimet, & insolutum accipiat, nec satis suo pretio se æstimatum putet. Hoc mihi dedit, sed quam sero, sed post quot labores. Quanto cōsequi plura potuissem, si illum aut illum, aut me colere maluissem? Non hoc speraueram. In turbam coniectus sum, tam exiguo dignum me iudicauit, honestius præterire fuit.

IX CAP. XXVII. Cn. Lentulus augur, diuitiarum maximum exemplum, antequam illum libertini pauperem facerent (Hic quater milies sestertium suum uidit, proprie dixi: Nihil enim amplius quam uidit) ingenij fuit tam sterilis, quam pusilli animi. Cum enim esset auarissimus nummos citius emittebat, quam uerba, tanta illi inopia erat sermonis. Hic cum omnia incrementa sua diuo Augusto deberet, ad quem attulerat paupertatem, sub honore nobilitatis laborantem, princeps iam ciuitatis, & pecunia, & gratia, subinde Augusto solebat queri, dicens à studijs se abductum. Nihil tantum in se congestum esse, quantum perdidisset, relicta eloquentia. At illi inter alia hoc quoque diuus Augustus præstitit, quod illum derisum, à labore irritum liberauerat. Non patitur auaritas quenquam esse gratum. Nunquam enim improbesti, quod datur, satis est. Et maiora cupimus, quo maiora uenerunt: Multoque concitator est auaritia, in magnarum opum congestum

*derisu ac la
bore

conges
maior
in ea n
dens
non est
consul
tas por
rit, res
tunius
mihi p
causam
CA
benefic
seipso
plus da
Boni c
Parum f
Ille non
rem. Q
tis indi
ad rem
esse feli
morum u
in ceter
cium, q
quod n
rendi, si
CA
rum æs
quod no
tate cer

congestum

congestu collocata, ut flammæ * infinitæ acrior uis est, quo ex
 maiore incendio emicuit. Aequè ambitio non patitur quæquam
 in ea mēsurā honorū conquiscescere, quæ quondā eius fuit impu-
 dens uotū. Nemo agit de tribunatu gratias, sed queritur, quod
 non est ad præturā usq; perductus. Nec hæc grata est, si deest
 consulatus. Nec hic quidē faciat, si unus est. Ultra se Cupidi-
 tas porrigit, & felicitatē suā non intelligit, quia nō unde uene-
 rit, respicit, sed quò tendat. Omnibus his uehementius, & impor-
 tunius malum est inuidia, quæ nos inquietat, dum cōparat. Hoc
 mihi præstitit, sed illi plus, sed illi maturius, & deinde nullius
 causam agit, contra omnes sibi fauet.

* infinito

CAP. XXVIII. Quanto est simplicius, quāto * purius,
 beneficiū acceptū augere: Scire neminē tanti ab alio, quanti à
 seipso æstimari. Plus accipere debuissim, sed illi faciliè non fuit
 plus dare. In multos diuidenda liberalitas erat. Hoc iniriū est.
 Boni consulamus, & animū eius grate excipiendo euocemus,
 Parū fecit, sed sæpius faciet. Illū mihi prætulit, & me multis.
 Ille nō est mihi par uirtutibus, nec officijs, sed habuit suā uene-
 rem. Querēdo non efficiā, ut maioribus dignus sim, sed ut dat-
 tis indignus. Plura illis hominibus turpissimis data sunt. Quid
 ad rem quā raro fortuna iudicat? Quotidie querimur malos
 esse felices. Sæpe quæ agellos pessimi cuiusq; transierat, opti-
 morū uirorū segetē grandio percussit, Fert sortē suā quisq;, ut
 in cæteris rebus, ita in amicitijs. Nullum est tam plenū benefi-
 cium, quod nō uellicare malignitas possit, Nullū tam angustū,
 quod nō bonus interpretes extēdat. Nunquā deerūt causæ que-
 rendi, si beneficia à deteriore parte spectaueris.

* prudentius

CAP. XXIX. Vide quā iniqui sunt diuinorū mune-
 rum æstimatores, etiā quidā professi sapientiam. Queruntur,
 quòd non magnitudine corporis æquemus elephantes, ueloci-
 tate ceruos, leuitate aues, impetu tauros: quòd solidior sit cutis
 c 2 beluis,

al. *denfior. beluis, decentior damis, *depressior urfis, mollior fibris: quos
 sagacitate nos nariū canes uincant, quod acie luminū aquila,
 *facilitate spatio ætatis corui, multa animalia nandi *felicitate. Et cum
 *idem. quædam nec coire quidē in *id natura patiatur, ut uelocitatem
 13 corporū & uires pares animalibus habeamus, ex diuersis
 disidētibus bonis, hominē non esse cōpositū, iniuriā uocat: &
 in negligentes nostri deos querimoniā iaciunt, quod non boni
 *uitijs ualetudo, & *uirtus inexpugnabilis data sit, quod non futuræ
 scientiæ. Vix sibi tēperant, quin eousq; impudētis prouchari
 tur, ut naturam oderint, quod infra deos sumus, quod non in
 æquo illis stetimus. Quanto satius est ad contēplationē tot, tan
 torumq; beneficiorum reuerti, & agere gratias, quod nos in
 hoc pulcherrimo domicilio uoluerunt secundas sortiri, quod
 terrenis præfecerunt. Aliquis ea animalia cōparat nobis, quo
 rum potestas penes nos est: Quicquid nobis negatum est, dari
 non potuit. Proinde quisquis es iniquus æstimator sortis ha
 manæ, cogita quanta nobis tribuerit parens noster, quāto uel
 lentiora animalia sub iugū miserimus, quanto uelociora cōse
 quamur, quān nihil sit mortale, nō sub ictu nostro positū. Tot
 uirtutes accepimus, tot artes, animū deniq; cui nihil nō eodem
 quo intendit momento peruiū est, sideribus uelociorē, quorum
 post multa secula futuros cursus antecedit. Tantū deniq; fru
 gum, tantū opū, tantū rerum aliarū super alias aceruatarum
 Circumeas licet cuncta, & quia nihil totū inuenies, quod es
 te malles, ex omnibus singula excerptas, quæ tibi dari uelle
 Ita bene æstimata naturæ indulgentia, confitearis necesse est
 in delitijs te illi fuisse. Ita est, charissimos nos habuerunt
 immortales: habentq;. Et qui maximus tribui honos potuit,
 ipsis proximos collocauerunt. Magna accepimus, maiora no
 cepimus.

*dicerem.

CAP. XXX. Hæc mi Liberalis necessaria credidit
 elicere

elicere
 cum de
 ra huius
 quod
 beneficio
 pisse se
 go gra
 bus nul
 nihilon
 tionem
 cat, Q
 minisq;
 rus es,
 quo obi
 libenter
 CA
 mē mir
 benter
 *animu
 tas, fide
 etiā si i
 etiam u
 capit op
 Prodeff
 cit, per
 Tulit, c
 luit, *a
 uit, qui
 manus
 dat, uu
 ptum est
 elicere

elicere, & quia loquendū aliquid de magnis beneficijs erat, cum de minutis loqueremur, & quia inde manat etiā in cetera huius detestabilis uitij audacia. Cui enim respōdebit grate, quod munus existimabit magnum, aut reddendū, qui summa beneficia spernit? Cui salutē, cui spiritū debet, qui uitā accepisse se à dijs negat, quā quotidie ab illis petit? Quicunq; ergo gratos esse docet, & hominū causam agit, & deorū, quibus nullius rei indigentibus, positis extra desiderium, referre nihilominus gratiā possumus. Non est, quod quisquam excusationem mētis ingratae ab infirmitate atq; inopia petat, & dicat, Quid enim faciā, & quomodo, Quando superioribus, dominisq; rerū omniū gratias referam? Referre facile est: si auarus es, sine impendio: si iners, opera. Eodem quidem momento, quo obligatus es, si uis, cum quolibet paria fecisti, quoniā qui libenter beneficium accepit, reddidit.

CAP. XXXI. Hoc ex paradoxis stoicæ sectæ minime mirabile, ut mea fert opinio, aut incredibile est, eum qui libenter accepit, beneficium reddidisse. Nam cum omnia ad ^{*animum} referamus, fecit quisq; quantum uoluit. Et cum pietas, fides, iustitia, omnis denique uirtus intra se perfecta sit, etiā si illi manum exercere non licuit, gratus potest esse homo etiam uoluntate. Quotiens quod proposuit quis consequitur, capit operis sui fructum. Qui beneficium dat, quid proponit? Prodesse ei, cui dat, & uoluptati sibi esse, si quod uoluit, efficit, peruenitq; ad me munus eius, ac mutuo gaudio afficit. Tulit, quod petijt. Non enim sibi inuicem, aliquid reddi uoluit, ^{*aut} non fuit beneficium, sed negociatio. Bene nauigauit, qui, quem destinauit portum, tenuit. Teli iactus certa manus peregit officium, si petita percussit. Beneficium qui dat, multo excipit grate. Habet quod uoluit, si bene acceptum est. Sed sperauit emolumentum aliquod. Non fuit hoc elicere

*casum.

14

*aut, pro,
alioqui.

beneficium, cuius propriū est nihil de redditu cogitare. Quod accipiebam, si eo animo accepi, quo dabatur, reddidi. Alioquin pessima optime rei cōditio est. Vt gratus sim, ad fortunā mitior, si illa inuita respondere nō possum, sufficit animus animo. Quid ergo? Non quicquid potero, faciam ut reddam, & temporum rerumq; occasionem sequar, & eius implere sinum cupiam, à quo aliquid accepi: Sed malo loco beneficium est, nisi & excusis manibus esse *gratum licet.

*grato

CAP. XXXII. Qui accepit, inquit, beneficium, licet animo benignissimo acceperit, nondum cōsummauit officium suum. Restat enim pars reddendi, sicut in lusu est aliquid pilam scire ac diligenter excipere, sed nō dicitur bonus lusor, nisi qui apte & expedite remisit, quā excepit. Exēplum hoc dissimile est. Quare? quia huius rei laus in corporis motu est, & in agilitate, non in animo. Explicari itaq; totum decet, de quo oculis iudicatur. Nec tamen ideō non bonū lusorem dicam, qui pilam, ut oportebat, excepit, si per ipsum mora quo minus remitteret, non fuit. Sed quamuis, inquit, arti ludentis nihil desit, qui partem quidem fecit, sed & partem quam non fecit, potest facere: tamen lusus ipse imperfectus est, qui consummatur uicibus mittendi ac remittēdi. Nolo diutius hic resellere, existimemus ita esse, desit aliquid lusui, nō lusori. Sic et in hoc de quo disputamus, desit aliquid rei datæ, cui pars alia debetur, non animo. Qui animum parem sibi nactus est, quantum in illo est, quod uoluit, effecit.

CAP. XXXIII. Beneficium mihi dedit, accepi non aliter, quā ipse accipi uoluit. iam habet quod petit, & quod unum petit: ego gratus sum. Post hæc usus mei restat, & aliquid quod ex homine grato commodum. Hæc non imperfecti officij reliqua pars est, sed perfecti accessio. Facit Phidias statuam

*artifex

Alius est fructus artis, alius *artificij. Artis est fecisse quod uoluit,

uoluit

uoluit, artificij fecisse cū fructu. Perfecit opus suum Phidias, etiā si non uendidit. Triplex est illi fructus operis sui. Vnus conscientiae, hunc absoluto opere percepit: alter fame: tertius utilitatis, quem allatura est, aut gratia, aut uenditio, aut aliqua commoditas. Sit beneficij fructus primus ille conscientiae. Hunc percepit, qui quo uoluit, munus suum pertulit. Secundus est fame: tertius eorum quae praestari inuicem possunt. Itaque cum benigne acceptum est beneficium, is qui dedit, gratiam quidem iam recepit, mercedem nondum. Debeo itaque quod extra beneficium est, ipsum quidem bene accipiendo persolui.

CAP. XXXIII. Quid ergo? Retulit gratiam, qui nihil fecit? Plurimum fecit, bono animo bonū retulit, & quod est amicitiae, ex aequo. Post *deinde aliter beneficium, aliter creditum soluitur. Non est quod expectes, ut solutionem tibi ostendam, res inter animos geritur. Quod dico, non uidebitur durū, quamuis primo contra opinionem pugnet tuam, si te comoda ueris mihi, & cogitaueris plures res esse quam uerba. Ingens copia est rerum sine nomine, quas non proprijs appellationibus notamus, sed aliunde commodatis: quia pedem & nostrum dicimus, & lecti, & ueli, & carminis: Canem, & uenaticum, & marinum, & sidus. Quia non sufficimus, ut singulis singula assignemus, quoties opus est, mutuamur. Fortitudo est uirtus pericula iusta contemnens, aut scientia periculorum repellendorum, excipiendorum, prouocandorum. Dicimus tamen & gladiatorem fortem uirum, & seruum nequam, quem in contemptū mortis temeritas impulit. Parsimonia est scientia uitandi sumptus superuacuos, aut ars re familiari moderatē utendi: parcissimum tamē hominem uocamus pusilli animi & contracti, cum infinitum intersit, inter modum et angustias. Haec alia sunt natura, sed effecit inopia sermonis, ut & hunc & illū parcum uocemus: & ille fortis dicatur cum ratione fortuita despi-

* diuide

ciens, & hic sine ratione in pericula excurrans. Sic beneficium, & actio dicitur beneficij, & ipsum quod datur per illā actionem, ut pecunia, domus, prætexta. Vnum *utriq; nomen est, utiq; quis quidem ac potestas longe alia.

*utiq;

CAP. XXXV. Itaq; attende. Iam intelligis, nihil me, quod opinio tua refugiat dicere, illi beneficio quod actio perficit, relata gratia est, si illud beneuole excipimus, illud alteri quod in re continetur, nondum reddidimus, & uolumus reddere. Voluntati uoluntate satisfecimus, rei rem debemus. Itaq; quamuis retulisse illum gratiam dicamus, qui beneficium libenter accepit, iubemus tamen aliquid simile ei, quod accepit reddere. A consuetudine quædam, quæ dicimus, abhorrent. Deinde alia uia ad consuetudinem redeunt. Negamus iniuriam accipere sapiētem, tamen qui illum pugno percusserit, iniuriarum damnabitur. Negamus rem stulti esse, & tamen eum qui rem aliquam stulto surripuerit, furti condemnabimus. Insanum ¹⁵ *omnes dicimus, nec tamen omnes curamus elleboro. His ipsi quos uocamus insanos, suffragium, & iurisdictionem cōmittimus. Sic dicimus eum, qui beneficium bono animo accepit gratiam retulisse, nihilominus illum in ære alieno relinquimus, gratiam relaturum, etiam cū retulerit. Exhortatio est illa, ne inficiatio beneficij. Timeamus ne uel intolerabili sarcina depressi deficiamus animo. Bona mihi donata sunt, & fama de fensa, detractæ sordes. Spiritu & libertate potior. Et quomodo referre gratiam potero, quādo ille ueniet dies, quo illi animum meum ostendam? Hic ipse est, quo ille suum ostendit. Excipere beneficium amplexare, gaude, nō quod accipias, sed quod reddas, debiturus. Non abibis tam magnæ rei periculum, ut casu ingratum facere te possit. Nullas tibi proponam difficultates, ne despondeas animum, ne laborum, ac longe seruitutis expectatione deficias. Nō differo te, de præsentibus fiat. Nunquam

*omnes scilicet stultos

eris gr
da sum
etiam
nigree
ut secu

A

1 M
dixit,
gantis

2 I
enim n

3 I
de his
gratia

4 E
tentia

5 P
id iam
dato n
cipit.

6 T
ribus.

dit, qu
interfi
erat.

7 S
quod e
Ingrat

8 V
Atqui
ro doc

principi

eti

eris gratus, nisi statim sis. Quid ergo facies? Nō arma sumenda sunt? Et fortasse erunt. Non maria emetienda? Fortasse etiam uentis minantibus solues. Vis reddere beneficium? Benigne accipe, Retulisti gratiam, non ut *soluisse te putes, sed *solutum ut securior debeas.

FINIS LIBRI SECUNDI
DE BENEFICIIS.

ANNOTATIONES ERASMI
IN EUNDEM. CAP. I.

1 Male renuit, Codex manu scriptus habebat retinuit. Ducentem dixit, precibus trahentem, & male renuit, qui uictus improbitate rogantis parum constanter negat. CAP. IIII.

2 Ille ut sumat. Codex manu scriptus habebat, consummet. Quidā enim non totum reddunt quod polliciti sunt.

3 In eo quod daturus est, daturus es, opinor legendum. Agit enim de his per quos datur beneficium, qui dum eius gratiam ad se trahunt, gratiam danti debitam minuunt. CAP. V.

4 Potentiæ suæ, lōgum spectaculum. Ex descripto codice pro potentiæ reposui superbiam, quod ad sensum est acrius.

5 Potes ob id ingratus esse. Codex scriptus habebat potest ei ob id iam gratus esse, fortasse potest rectè legeris. Sentit, beneficio sic dato nullam deberi gratiam, itaque ingratus esse non potest qui accipit.

6 Tardius manus adfert. Varius habebatur hic locus in exemplaribus. Sed in uulgatis distinctio uitiat sententiam. Ea est, ut occidit, qui remedium non adhibet in tempore, ita manus adfert hoc est interficit, qui beneficium sero dat, quo poterat seruari cui dandum erat. CAP. XI.

7 Sed iniuifum est, prior editio habebat iniustum est. Sed iniuifum quod ex codice manu scripto restituiimus argutiæ plusculum habet. Ingratū est quod nō delectat, iniuifum est, quod odimus. CAP. XV.

8 Ut coniugia tua urbes sint. Sc habebant superiores editiones. Atqui licet refragantibus exemplaribus, tamen suffragaturis ut spero doctis, pro coniugia reposuimus, congiaria, quæ dicuntur munera principum. Nam uox coniugia nihil facit ad sensum. CAP. XX.

non agnoscere, insania. Quis tam ingratus est, quàm qui quod in prima parte animi positum esse debuit, & semper occurrere, ita seposuit & abiecit, ut in ignorantiam uerteretur? Apparet illum non sepe de reddendo cogitasse, cui obrepsit obliuio.

CAP. II. Deniq; ad reddendam gratiã, & uirtute opus est, & tempore, & facultate, & aspirante fortuna. Qui meminit, sine impendio gratus est. Hoc quod non operam exigit, non opes, non felicitatem, qui non prestat, nullum habet, quo lateat patrociniũ. Nunquam enim uoluit gratus esse, qui beneficiũ tam longe proiecit, ut extra cõspectum suum poneret. Quem admodum quæ in usu sunt, & manuum quotidie, tactumq; patiuntur, nunquã periculum situs adeunt, illa quæ ad oculos non reuocantur, sed extra conuersationem, ut superuacua iacuerunt, sordes ipsa colligunt uetustate: ita quicquid frequens cogitatio exercet, ac renouat, memoriæ nunquam subauctur, quæ nihil perdit, nisi ad quod non sepe respexit.

CAP. III. Præter hanc causam, aliæ quoq; sunt, quæ nobis merita nonnunquam maxima uelant. Prima omnium ac potissima, quod nouis semper cupiditatibus occupati, non quid habeamus, sed quid petamus, inspicimus: non in id, quod est, sed in id quod appetitur intenti. Quicquid enim domi est, uile est. Sequitur autem, ut ubi quod acceperis leue, nouorum cupiditas fecit, auctor quoq; eorum non sit in pretio. Amauimus aliquem & suscepimus, & fundatum ab illo statum nostrum professi sumus, quàm diu nobis placebant, ea quæ consecuti sumus. Deinde irrupit in animum aliorum admiratio, & ad ea impetus factus est, uti mortalibus mos est, ex magnis maiora cupienti, protinus excidit, quicquid ante apud nos beneficiũ uocabatur. Nec ea intuemur, quæ nos aliis preposuere, sed ea sola quæ fortuna præcedentium ostendat. Non potest autem quisquã & inuidere, & gratias agere. Quia inuidere querentis &

moesi

moesi
nouit
rari
nefi
ut in
retra
quam
mine
c
num
grati
duca
sit uo
nõdu
tura
posit
bene
intui
nimu
c
mel
(Int
dico
lubr
dere
uers
liber
tent
dixi
quod
exig

meæ si est, gratias agere gaudētis. Deinde quia nemo nostrum nouit, nisi id tempus quod eum maxime transit. Ad præterita * Cum rari animum retorquent, Sic fit, ut præceptores, eorumq; beneficia intercitant, quia totam pueritiam relinquimus. Sic fit, ut in adolescentiam nostram collata pereant, quia ipsa nunquã retractatur. Nemo quod fuit tanquam in præterito, sed tanquam in perduto ponit. Ideoq; caduca memoria est futuro imminentiũ.

CAP. IIII. Hoc loco reddendum est Epicuro testimonium, qui assidue queritur, quod aduersus præterita simus ingrati, quod quæcunq; percepimus bona, non in memoriam reducamus, nec inter uoluptates numeremus, cum certior nulla sit uoluptas, quàm quæ iam eripi non potest. Præsentia bona nõdum tota in solido sunt, potest illa casus aliquis incidere. Futura pendent, & incerta sunt. Quod præterierit, inter tuta sepositum est. Quomodo ergo gratus quisquam esse aduersus beneficia potest, qui omnem uitam suam transtulit præsentium intuitu, spe futurorum Memoria gratum facit. Memoriæ minimum tribuit, quisquis spei plurimum.

CAP. V. Quemadmodum mi Liberalis quædam res semel perceptæ herent, quædam ut scias, non est satis didicisse (Intercidit enim eorum scientia, nisi * continetur) Geometriã dico & sublimium cursum, & si qua alia propter subtilitatem lubrica sunt: ita beneficia quædã magnitudo non patitur excidere, quædam minora, sed numero plurima, & temporibus diuersa, effluunt. Quia (ut dixi) non subinde illa tractamus, nec libenter quid cuiq; debeamus, recognoscimus. Audi uoces penitentium. Nemo non uicturam semper in animo suo memoriam dixit, nemo non deditum se & deuotum professus est, & si quod alius humiliter uerbum, quo se oppignoraret, inuenit. Post exiguum tempus iidem illi uerba priora quasi sordida, & parum

rum libera euitant, perueniūt deinde eò, quò, ut ego existimo, pessimus quisq; atq; ingratisimus peruenit, ut obliuiscantur. Adeo enim ingratus est, qui oblitus est, ut gratus sit cui beneficium in mentem uenit.

CAP. VI. Hoc tamen inuisum uitium, an impunitum esse debeat, queritur, & an hæc lex, quæ in scholis exercetur, etiã in ciuitate ponenda sit, qua ingrati datur actio, quæ uideatur æqua omnibus. Quid nĩcũm urbes quoq; urbibus, quæ præstiteri exprobrent, & maioribus collata à posteris exigant. Noſtri maiores maximi scilicet uiri ab hostibus tantum es petierunt: beneficia magno animo dabant, magno perdebant. Excepta Macedonum gente, non est in ullam data aduersus ingratum actio. Magnumq; hoc argumentum dandum non fuisse, quia aduersus maleficium omne consensimus, & homicidij, ueneficij, parricidij, uiolatarum religionum, aliubi atq; aliubi diuersa pœna est, sed ubiq; aliqua. Hoc frequentissimum crimen nusquã punitur, ubiq; improbatur. Neq; absoluius illud, sed cum difficilis esset incertæ rei æstimatio, tantum odio danauimus, & inter ea reliquimus quæ ad uindices deos mittimus.

CAP. VII. Rationes autem multæ mihi occurrunt, propter quas crimen hoc in legem cadere non debeat. Primum omnium pars optima beneficij perijt, si actio, sicut certæ pecunie, aut ex conducto & locato datur. Hoc enim speciosissimũ est in illo, quod dedimus uel perdituri, quod totum permisimus accipientium arbitrio. Si appello, si ad iudicem uoco, incipit non beneficium esse sed creditum: Deinde cum res honestissima sit referre gratiã, desinit esse honesta, si necessaria est. Nõ enim magis laudabit quisquam gratum hominem, quàm eum, qui depositum reddidit, aut quod debebat, extra iudicem soluit. Ita duas res, quibus in uita humana nihil pulchrius est, corrumpimus, gratum hominem, & beneficium. Quid enim aut in

*creditus.

*citra iudicium.

hoc

hoc magnificum est, si beneficium non dat, sed commodat: aut in illo qui reddit, non quia uult, sed quia necesse est? Non est gloriosa res gratum esse, nisi tutum est, ingratum fuisse. Adhuc nunc quod huic uni legi omnia fora uix sufficient. Quis erit, qui non agat, quis, cum quo non agatur? Omnes sua extollunt, omnes etiam minima, quae in alios contulere dilatant. Praeterea quaecumque in cognitionem cadunt, comprehendi possunt, & non dare infinitam licentiam iudici. Ideo melior uidetur conditio causae bonae, si ad iudicem, quam si ad arbitrium mittitur: quia illum formula includit, & certos, quos non excedat terminos, ponit: huius libera, & nullis astricta uinculis religio, & detrahere aliquid potest, & aduicere, & sententiam suam non prout lex, ut iustitia suadet, sed prout humanitas, aut misericordia impulit, regere. Ingrati actio non erat iudicem alligatura, sed regno liberissimo positura. Quid sit enim beneficium non constat, deinde quantumcumque sit refert quam benigne illud interpretetur iudex. Quid sit ingratus, nulla lex monstrat. Saepem & qui reddidit quod accepit, ingratus est, & qui non reddidit gratus. De quibusdam etiam imperitus iudex dimittere tabellam potest. Vbi fecisse, aut non fecisse pronunciandum est, ubi prolatis causationibus, controversia tollitur, ubi inter disputantes ratio ius dicit. Vbi uero animi coniectura capienda est, ubi id, de quo sola sapientia decernit, in controversiam incidit, non potest ad haec sumi iudex ex turba selectorum, quem census * in album, &

* in album
equestris ordi-
nis misit.

CAP. VIII. Itaque non haec parum idonea res uisa est, quae deduceretur ad iudicem, sed nemo huic rei satis idoneus iudex inuentus est: quod non admiraberis, si excusseris, quid habiturus fuerit difficultatis, quisquis in eiusmodi regnum exisset. Donauit aliquis magnam pecuniam, sed diues, sed non sensurus impendium. Donauit alius, sed toto patrimonio cessurus. Summa eadem

2
* reu egisset?

est,

est, beneficium idem non est. Etiã nunc aduice. Hic pecuniã pro addicto dependit, sed cum illã domo protulisset. Ille dedit eandẽ, sed mutuã sumpsit, aut rogauit, & se obligari ingenti merito passus est. Eodẽ existimas loco esse illum, qui beneficium ex facili largitus est, & hunc, qui accepit, ut daret? Tẽpore quẽdã magna fiunt, non summa. Beneficiũ est donata possessio, cuius fertilitas laxare possit annonã. Beneficium est, unus in fame panis. Beneficiũ est, donare regiones, per quas multa flumina & nauigabilia decurrant. Beneficium est, arenibus siti, & uix spiritũ per siccas fauces ducentibus monstrare sfontem. Quis inter se ista comparabit? Quis expendet? Difficilis est sententia, quẽ non rem, sed uim rei querit. Eadẽ licet sint aliter data, non idem pendent. Dedit mihi hic beneficium, sed non libenter, sed dedisse se questus est, sed superbius me quam solebat, aspexit, sed tam tarde dedit, ut plus pręstaturus fuerit, si cito negasset. Horum quomodo iudex inibit æstimationem, cum sermo & dubitatio, & uultus meriti gratiam destruant?

CAP. IX. Quid quod quẽdam beneficia uocantur, quia nimis cõcupiscuntur: quẽdã non sunt ex hac uulgari nota, sed maiora, etiam si minus apparent? Beneficiũ uocas dedisse potentis populi ciuitatem, in quatuordecim gradus deduxisse, & defendisse capitis reum: quid utilia suasisse? quid retinuisse, ne in scelus rueret? quid gladium excussisse morituro? quid efficacibus remediis refocillasse lugentem? & quod desiderabat uolentẽ sequi, ad uitę conciliũ reduxisse? Quid assedisse ægro, & cũ ualetudo eius momẽtis constaret, excepisse idonea cibo tẽpora, & cadentes uenas uino refecisse, & medicũ adduxisse moriẽti? Hęc q̄s æstimabit? q̄s similibus beneficiis iubebit beneficia p̄sari? Donauit tibi domũ, sed ego tuã supra te ruere prędixi. Dedit tibi patrimoniu, sed ego naufrago tabulã. Pugnauit pro te, & uulnera excepit, at ego uitã tibi silẽtio dedi. Cũ

* magna.

* requirit.

3

aliter

aliter beneficium detur, aliter reddatur, paria facere difficile est.

CAP. X. Dies præterea beneficio reddendo non dicitur, sicut pecuniæ creditæ. Itaque potest, qui nondum reddidit, reddere. Dic enim, intra quod tempus deprehendatur ingratus. Maxima beneficia probatione non habent. Sæpe intra tacitam duorum conscientiam latent. An hoc inducimus, ut non demus beneficia sine teste? Quam deinde poenam ingratum constituanus? Vnam omnibus cum disparia beneficia sint? An inæqualem, & pro cuiusque beneficio maiorem, aut minorem? Age intra pecuniam uersabitur taxatio, quid quod quædam beneficia uitæ sunt, & maiora uitæ? His quæ pronuntiabitur poena? Minor beneficium? Iniqua est. Par & capitalis? Quid inhumanius, quam cruentos esse beneficiorum exitus.

CAP. XI. Quædam, inquit, priuilegia parentibus data sunt. Quomodo horum extra ordinem habitam ratio est, sic aliorum quoque beneficiorum haberi debet. Parentum conditionem sacrauimus, quia expediebat liberos tolli. Sollicitandi ad hunc laborem erant, incertam adituri fortunam. Non poterat illis dici, quod beneficia dantibus dicitur, Cui des, elige ipse tecum. Si deceptus es, quære te dignum, adiuua. In liberis tollendis nihil iudicio tollentium licet, tota res uoti est. Itaque ut æquiore animo adirent aliam danda illis aliqua potestas fuit. Deinde alia conditio est parentum, qui beneficia, quibus de derunt, dant nihilominus, daturique sunt. Nec est periculum, ne dedisse illos mentiatur. In cæteris quære debet, non tantum an receperint, sed an dederint. Horum in confesso merita sunt, & quia utile est iuuentuti regi, imposuimus illi quasi domesticos magistratus, sub quorum custodia contineantur. Deinde omnium parentum unum erat beneficium. Itaque æstimari semel potuit. Alia diuersa sunt & dissimilia, infinitis inter se internallis distantia. Itaque sub nullam regulam cadere potuerunt, cum æquius esset omnia relinqui, quam omnia æquari.

aliter

d

CAP.

CAP. XII. *Quaedam magno dātibus cōstant, quae* Hoc enim
accipientibus magna sunt, sed gratuita tribuentibus, quae aut circū
amicis data, quaedā ignotis. Plus est, quāuis idē detur, si ei quos me
tur, quē nosse à beneficio tuo incipis. Hic auxilia tribuit actio et
ornamēta, ille solatia. Inuenies, qui nihil putet esse iucundū dicē, Nu
nihil maius, quā habere in quo calamitas acquirescat. Inueni etia. Ho
rursus, qui dignitati suae, quā securitati cōsuli malit: est qui p̄sunt. Pol
ei debere se iudicet, per quē tutior est, quā ei per quē hon & ius g
stior. Proinde ista maiora aut minora erunt, prout fuerit ma est in
dex, aut ad haec, aut ad illa inclinatus animo. Præterea cre gnitate,
torē mihi ipse eligo. Beneficiū sæpe ab eo accipio, à quo non Aut pro
& aliquando ignorans obligor. Quid facies? ingrātū uocam meritur
eū, cui beneficiū inscio, & si sciisset nō accepturo, imposito Non est
est: non uocabis eum, qui utcunq; acceptum non reddidit iam, sua

CAP. XIII. *Aliquis dedit mihi beneficiū, sed idē* & quer
ea fecit iniuriā. Vtrū uno munere ad patientiā omnium iniuri CAP
rum astringor, an perinde erit, ac si gratiā retulerim, quia pecunias
beneficiū suum ipse insequenti iniuria rescidit? Quomodo de stipulati
estimabis, utrū plus sit quod accepit, an id quo læsus est? Impresis
me deficiet, oēs difficultates persequi tentantē. Tardiores sequum c
quit ad beneficia danda facimus nō uindicando data, nec in ogere fi
ciatores eorū afficiendo poena. Sed illud quoq; tibi ē cōtra e testes.
occurrat. Multo tardiores futuros ad accipienda beneficia cit. Ille
periculū causæ dicēdæ adituri erunt, & innocentia sollicitu uenit. O
re habituri loco. Deinde erimus per hoc ipsi quoq; ad dan onfessio
tardiores. Nemo enim libenter dat inuitis, sed quicunq; ad isti uiri o
nefaciēdū bonitate inuitatus est, & ipsa pulchritudine rei, se ille ne
libentius dabit, nihil debitoris, nisi quod uolēt. Minuitur eni uindū
gloria eius officij, cui diligenter cautum est. ecuniae c

CAP. XIII. *Deinde pauciora erunt beneficia, illi, quā*
ueriora, Quid autem mali est inhiberi beneficiorū temeritate, ut

Hoc enim ipsum secuti sunt, qui nullam legem huic constituerunt, ut circumspectius donaremus, circumspectius eligeremus eos, in quos merita conferrentur. Etiam atque etiam cui des considera. Nulla actio erit, nulla repetitio. Erras, si existimas succursurum tibi iudicem. Nulla lex te in integrum restituet. Solam accipietis fidem spectat. Hoc modo beneficia auctoritate sua tenent, et magnifica sunt. Pollucis illa, si materiam litium feceris. Aequissima vox est, et ius gentium praeseferens, redde quod debes. Haec turpissima est in beneficio, Redde. Quid reddet? Vitam inquam debet, dignitatem, securitatem, sanitatem. Reddi maxima quaeque non possunt. Aut pro his inquit, aliquid quod tanti sit. Hoc est quod dicebam, mereturam tantae rei dignitatem, si beneficium mercedem facimus. Non est incitandus animus ad auaritiam, ad querelas, ad discordiam, sua sponte in ista fertur. Quantum possumus resistamus, querendi occasiones amputemus.

CAP. XV. Vtinam quidem persuadere possemus, ut pecunias creditas tantum a uolentibus acciperent. Vtinam nulla stipulatio emptorem uenditori obligaret: nec pacto conuetaque impressis signis custodirentur, fides potius illa seruaret, et equum colens animus. Sed necessaria optimis praetulerunt, et cogere fidem quam spectare malunt. Adhibetur ab utraque parte testes. Ille per tabulas plurius nomina interpositis pararijs cit. Ille non est interrogatione contentus, nisi rem manu sua sollicitauerit. O turpem humani generis fraudis, ac nequitiae publicae confessionem, anulis nostris, plusquam animis creditur. In quid isti uiri ornati adhibiti sunt, in quid imprimunt signa? Nempe uindictae ille neget accepisse se, quod accepit. Hos incorruptos uiros uindictae committentur. Ita non honestius erat, a quibusdam fidem accipere, quam ab omnibus perfidiam timeri? Hoc unum deest auaritia, ut beneficia sine sponsore non demus. Generosi animi et

*reum.

magnifici est iuuare, & prodesse. Qui dat beneficia, deos iures morbitatur, qui repetit sceneratores. Quid illos dum uindictam beneficiorum turbam sordidissimam redigimus? & angit

CAP. XVI. Plures inquit ingrati erunt si nulla ad poena n^{ost}ra sus ingratum datur actio, Imò pauciores, quia maiore delicta percipit. dabuntur beneficia. Deinde non expedit notum omnibus fieri, ut quam multi ingrati sint. Pudorem enim rei tollet multum. Gratū hoc peccantiū, & desinet esse probri loco comune maledictū. Parari autem quid iam nulla repudio erubescit, postquam illustres quædā, quales nobiles fœminæ, non consulum numero, sed maritorum amparentium, suos computant, & exeunt matrimonij causa, nubunt repulter Leti. Tam diu istud timebatur quam diu rarum erat. Quia uerò ex hoc ipso la sine diuortio acta sunt, quod sæpe audiebant, facere didicimus. Nunquid iam ullus adulterij pudor est, postquam eò non pondaturum est, ut nulla uirum habeat, nisi ut adulterium irriter? An quoque permentum est deformitatis pudicitia. Quam inuenies tam miseris existimata tam sordidam, ut illi satis sit unum adulterorum parum nisi singulum. CAP. diuisit horas, & non sufficit dies omnibus, nisi apud alium ab Hecata stata est, apud alium mansit. Infrunita & antiquata est, quæ enim quis sciat matrimonium uocari unius adulterium. Quemadmodum quædam morum delictorum iam euauit pudor, postquam res latius qui potius gata est, ita ingratos plures efficies & auctiores, si numerum earum per se se coeperint. ubet. Mi.

*pransit. Infirmata
ap. X. c. i. a
*audaciores.

CAP. XVII. Quid ergo? impunitus erit ingratus nihil eorum. Quid ergo? impunitus erit impius? Quid malignus? Quid aios qui non rus? Quid impotens? Quid crudelis? Impunita tu credis uiris humilia quæ iniusta sunt? Aut ullum supplicium grauius existimas publicus status. odio? Poena est, quod non audet ab ullo beneficium accipere, omne quod non audet ulli dare, quod omnium designatur oculis, des. Non designari se iudicat, quod intellectum optime rei ac dulcissimum est. Quid amisit. An tu infelicem uocas, qui caruit acie oculorum, cuius minus pro-

deos *res morbus obstruxit, non uocas miserum eū, qui sensum be-*
licamus beneficiorū amisit? Testes ingratorū omnium deos metuit, urit illū
& angit intercepti beneficij conscientia, deniq; satis hæc ipsa
illa ad pœna magna est, quod rei (ut dicebā iucundissime) fructū non
ore depercepit. At quē iuuat accepisse, æquali perpetuāq; uoluptate
ibis sufficitur, & animū eius à quo accepit, non rem intuens gaudet.
multū Gratū hominē semper beneficium delectat, ingratiū semel. Com-
dictū. Parari autē potest utriusq; uita, cum alter tristis sit & solici-
quæditus, qualis esse inficiator ac fraudulentus solet, apud quē non
um amparentū, qui debet honor est, non educatorū, non præceptorū:
at repulter letus, hilaris, occasionē referendæ gratiæ expetens, & *expectans*
u uerò rex hoc ipso affectu gaudium grande percipiens, nec querens
ere didi quomodo, de quo, quare, sed quæadmodū plenius uberiusq; re-
am eò respondeat, non solum parentibus & amicis, sed humilioribus
et? Arquoq; personis. Nam etiam si à seruo suo beneficium accepit,
a miser existimat non à quo, sed quid acceperit.

si sing CAP. XVIII. Quanquā queritur à quibusdā, sicut
alium ab Hecatone, an beneficium dare seruus domino possit. Sunt
st, quæ enim qui ita distinguant, quædā beneficia esse, quædā officia,
modū quædā ministeria. Beneficiū esse, quod alienus det. Alienus est,
latius qui potuit sine reprehensione cessare. Officiū esse, filij, uxoris,
si numerus earū personarum, quas necessitudo suscitāt, & ferre opem
ubet. Ministerium esse serui, quem conditio sua eo loco posuit,
ingratū nihil eorum quæ præstat, imputet superiori. Præterea ser-
Quid eos qui negat dare aliquando beneficium domino ignarus est
credis iuris humani. Refert enim cuius animi sit, qui præstat, non cu-
nas pubius status. Nulli præclusa uirtus est, omnibus patet, omnes ad-
acciperunt, omnes inuitat, ingenuos, libertinos, seruos, reges, & ex-
oculis, ules. Non eligit domum, nec censum, nudo homine contenta
dulcissimū. Quid enim erat tuti aduersus repentina, quid animus ma- *magni*
*ū, cuius minus promitteret sibi, * si certam uirtutem fortuna mutaret? * si cœsu uirt.*

Si non dat beneficiū seruus domino, nec regi quisquam suo, adduci suo miles. Quid enim interest, quali quisq; teneatur imprio, si summo tenetur? Nam si seruo quo minus in nomen meum perueniat necessitas obest, & patiendi ultima timor, idē istud obstat, et ei qui regē habet, & ei qui ducem, quoniā quano sub dispari titulo, paria in illos licent. Atqui dant regibus suadant imperatoribus beneficia, ergo & dominis. Potest seruus iustus esse, potest fortis, potest magnanimus: ergo & beneficium dare potest. Nam & hoc uirtutis est, adeoq; dominis serui beneficia possunt dare, ut ipsos sepe beneficij sui fecerint. Non est dubium quin seruus beneficiū dare possit cuilibet, quare ergo non & domino suo possit?

CAP. XIX. Quia non potest, inquit, creditor dominum fieri, si pecuniā illi dederit. Alioqui quotidie dominū suum obligat. Peregrinantē sequitur, agro ministrat, & labore summat colit. Omnia tamen ista quæ alio præstante beneficia dicuntur, præstante seruo ministeria sunt. Beneficium enim, id est quod quis dedit, cum illi liceret & non dare. Seruus autē non habet negandi potestatem. Ita nō præstat, sed paret. Nec iactat, quod non facere non potuit. Nam sub ista lege iuram, & eō perducam seruum, ut in multa liber sit. Interim mihi, si tibi ostendero aliquē seruum pro salute domini sui respectu dimicantē, & confosū uulneribus, reliquias tamē sanguinis ab ipsis uitalibus fundentē, et ut ille effugiendi tēpus habeat, morā sua morte quærentē, hunc tu negabis beneficiū dedisse, quia seruus est? Si tibi ostendero aliquē, ut secreta domus prodant, nulla tyrāni pollicitatione corruptum, nullis territis minis, nullis cruciatibus uictū, auertisse quantum potuit, suspiciones quærentis, & impendisse spiritū fidei, hunc tu negabis beneficiū domino dedisse, quia seruus est? Vide ne eo maius sit, rarius est exēplum uirtutis in seruis, coq; gratius quod cū

* & laborem suo tollit

inuisa i
tis odii
cium n
deter

C A
minem
xia sum
libera e
neri qu
infinitū
fortuna
cipio d
enim a
re cogi
sceleri

C A
tant fac
statur,
seruo n
uocari
suo deb
indulsi
tradidi
Quicq
ex imp
tantum

C A
mercer
stat qu
domini
etiā se

im

inuisa imperia sint, et omnis necessitas grauis cōmune seruitutis odium, in aliquo domini charitas uicit. Ita non idcō beneficium non est, quia à seruo profectum est, sed idcō maius, quia deterrere ab illo nec seruitus quidem potuit.

CAP. XX. Errat si quis existimat uirtutē in totum hominem descēdere. Pars melior eius excepta est. Corpora obnoxia sunt & ascripta dominis: mens quidem sui iuris, quæ adeō libera & uaga est, ut ne ab hoc quidē carcere cui inclusa est teneri queat, quo minus impetu suo utatur, & ingētia agat & in infinitū comes cœlestibus exeat, Corpus itaq; est quod domino fortuna tradidit. Hoc emit, hoc * uendit. Interior illa pars mancipio dari non potest. Ab hac quicquid uenit, liberum est. Non enim aut nos omnia iubere possumus, aut in omnia serui parere coguntur. Contra Rempublicam imperata non facient, nulli sceleri manus commodabunt.

* uenit

CAP. XXI. Quædā sunt quæ leges nec iubent, nec uentant facere, in his seruus materiā beneficij habet. Quā diu præstat, quod à seruis exigī solet, ministeriū est: ubi plusquā quod seruo necesse est, beneficiū. Vbi in affectū amici transit, desinit uocari ministerium. Est aliquid quod dominus præstare seruo suo debeat, ut cibaria, uestiariū. Nemo hoc dixit beneficiū. At indulgit, liberalius educauit, artes quibus erudiuntur ingenui, tradidit, beneficium est. Idem ē contrario fit in persona serui. Quicquid est quod seruilis officij formulam excedit, quod non ex imperio sed ex uoluntate præstat, beneficium est, si modo tantum est, ut hoc uocari potuerit, quolibet alio præstante.

CAP. XXII. Seruus (ut placet Chrysippo) perpetuus mercenarius est. Quæadmodū ille beneficiū dat, ubi plus præstat quàm quod operas locauit: sic seruus ubi beneuolentia erga dominū fortune suæ modū transit, & altius aliquid ausus, quod etiā felicius nato decori esset, et spem domini antecessit, benefi-

d *

cium

cium est intra domū inuentum. An equū tibi uidetur, quibus minus debito faciunt, irascimur, nō haberi gratiā, si plus debito solitoq; fecerint? Vis scire quando non sit beneficium? Vbi dicitur potest, quid si nolle? Vbi uerō id præstat, quod nolle licuit, noluisse laudandū est. Inter se contrariū sunt, beneficium et iniuria. Potest dare beneficium domino, si à domino iniuriam potest accipere. At qui de iniurijs dominorū in seruos, qui audiatur, potestus est, qui & seuitiam & libidinē, & in præbendis ad uictum necessarijs auaritiā cōpescat. Quid ergo? Beneficium domino à seruo accipitur: imò homo ab homine. Deniq; quod in illius potestate fuit, fecit. Beneficium domino dedit. Ne à seruo acciperis, in tua potestate est. Quis autē tantus est, quem non fortuna indigere etiam infimis cogat? Multa iam beneficiorū exempla referant, & dissimilia, & quædam inter se contraria. Dedit aliquis domino suo uitam, dedit mortē: seruauit periturū & hoc si parum est, pereundo seruauit. Alius mortem domini adiunxit, alius decepit.

CAP. XXIII. Claudius Quadrigarius in duodeuicesimo annaliū tradit, quòd cum obsideretur Grumentū, & iam ad summam desperationē uentum esset, duos seruos ad hostē transfugisse, et operæpretiū fecisse. Deinde urbe capta, passim discurrēte uictore, illos per nota itinera ad domū in qua serui erant, præcucurrisse, & dominā suam ante se egisse, & querentibus quænam esset, dominā & quidem crudelissimam ad supplicium ab ipsis duci, professos esse. Eductā deinde extra muros summam cura celasse, donec hostilis ira concideret. Deinde ut satiatum miles ad Romanos mores cito rediit, illos quoq; ad suos redisse, & dominam sibi ipsos dedisse. Manumisit utrunq; è uestigio illa nec indignata est ab his se uitam accepisse, in quos uitæ necisq; potestatem habuisset. Potuit sibi hoc uel magis gratulari. Aliiter enim seruata munus notæ & uulgaris clementiæ habuisset,

*consideret
à confido.

set,

set, sic seruata nobilis fabula, & exēplum *duarū urbium fuit. In tanta confusione captæ ciuitatis, cum sibi quisq; consuleret, omnes ab illa præter transfugas fugerunt. At hi, ut ostenderēt quo animo facta esset prior illa trāsitio, à uictoribus ad captiuam transfugerunt, personā parricidarū ferentes, quod in illo beneficio maximū fuit, tanti iudicauerunt, ne domina occideretur, uideri dominā occidisse. Non est, mihi crede * non est seruilis animi, egregium factum fama sceleris emisse. * Attenus prætor Marforum ducebatur ad Romanū imperatorē. Seruus eius gladium militi ipsi, à quo trahebatur eduxit, & primum dominū occidit. Deinde tempus est, inquit, me & mihi consulerē, iam dominum manumisi, atq; ita se uno ictu * transegit. Da mihi quenquam, qui magnificentius dominum seruauerit?

* Grumantine
ne urbis fuit

* non dico
seruilis
* Vetenus

* traiecit

CAP. XXIII. Corfinium Cæsar obsidebat. Tenebatur inclusus Domitius. Imperauit medico, eidemq; seruo suo, ut sibi uenenū daret. Cum tergiuersantē uideret, quid cunctaris, inquit, tanquam in tua potestate totū istud sit? mortem rogo armatus, Tum ille promisit, & medicamentū innoxium bibendum illi dedit, quo cum sopitus esset, accessit ad filium eius. Iube me, inquit, adseruari, dum ex euentu intelligis, an uenenū patri tuo dederim. Vixit Domitius, & seruatus à Cæsare est. Prior tamen illum seruus seruauerat.

CAP. XXV. Bello civili proscriptum dominum seruus abscondit, & cū anulos eius sibi aptasset, ac uestem induisset, spiculatoribus occurrit, nihil se deprecari, quo minus imperata peragerent, dixit, & deinde ceruicem porrexerit. Quanti uiri est pro domino eo tempore mori uelle, quo erat rara fides, dominum mori nolle in publica crudelitate: item inueniri in publica perfidia fidelem, cum præmia prodicionis ingentia ostendantur, præmium fidei, mortem concupiscere?

CAP. XXVI. Nostri seculi exempla non præteribo.

d 5 sub

Sub Tyberio Cesare fuit accusandi frequens, & penè publicè rabies, quæ omni ciuili bello grauius togatam ciuitatem conficit. Excipiebatur ebriorū sermo, simplicitas iocantium. Nihil erat tutum. Omnis seruiendi placebat occasio. Nec iam reorum expectabatur euentus, cum esset unus. Cœnabat Paulus prætorius in conuiuio quodam, imaginem Tiberij Cæsaris habens exculptam, eminente gemma. Rem ineptissimam fecero, si nunc uerba quaesiero, quæ admodum dicam illum matellam sumpsisse. Quod factum simul & Maro ex notis illius tēporis uestigatoribus notauit. At seruus eius cui nectebantur insidiæ, ebrio anulum extraxit. Et cum Maro conuiuias testaretur admotam esse imaginem obscœnis, & iam* proscriptionem cōponeret, ostendit in manu sua seruus anulum. Siquis hunc seruum uocat, & illum conuiuam uocabit.

*subscri-
ptionem

CAP. XXVII. Sub diuo Augusto nondum hominibus uerba sua periculosa erant, iam molesta. Ruffus uir ordinis senatorij inter cœnam optauerat, ne Cæsar saluus rediret, ex ea peregrinatione quam parabat, & adiecerat idem omnes et tauros, & uitulos optare. Fuerunt qui illa diligenter audirent. Vt primum diluxit, seruus qui cœnanti ad pedes steterat, narrauit quæ inter cœnam ebrius dixisset. Hortatur eum, ut Cæsarem occupet, atque ipse se deferat. Vt sus consilio, descendenti Cæsari occurrit. Et cum malam mentem habuisse se pridie iurasset, ut in se et filios suos recideret, optauit, & Cæsarem ut ignosceret sibi, rediretq; in gratiam secum rogauit. Cum dixisset se Cæsar facere, nemo, inquit, credet te mecum in gratiam redisse, nisi aliquid mihi donaueris, petitq; non fastidiendam à propitio summam, & impetrauit. Cæsar ait, mea causa dabo operam, ne unquam tibi irascar. Honestè Cæsar fecit, quòd ignouit, quòd liberalitatem clementiæ adiecit. Quicumq; hoc audiuerit exemplum, necesse est Cæsarem laudet, sed cum seruum ante

laudauerit

laudauerit. Non expectas, ut tibi narrem manumissum, qui hoc fecerat? Nec tamen gratis, Pecuniam pro libertate eius Cæsar numerauit.

CAP. XXVIII. Post tot exempla non est dubiū, quin beneficium aliquando à seruo dominus accipiat. Quare potius persona rem minuat, quàm personam res ipsa cohonestet? Eadem omnibus principia, eademq; origo. Nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ suæ longo ordine ac multis stemmatum illigata flexuris in parte * prima ædium collocant, noti magis quàm nobiles sunt. Vnus omnium parens mundus est, siue per splendidos, siue per sordidos gradus, ad hunc prima cuiusq; origo perducitur. Non est, quod te isti decipiant, cum maiores suos recensent. Vbicunq; fecit nomen illustre, * ilico Deum fingunt. Neminem despexeris, etiam si circa illum obsoleta sunt nomina, & parum indulgente adiuta fortuna: siue libertini autem nobis aui, siue serui, siue exterarum gentium homines. Erigite audacter animos, & quicquid in medio sordidi iacet, transiite. Expectat uos in summo, magna nobilitas. Quid superbia in tantam uanitatem attollimur, ut beneficia à seruis indignemur accipere, & sortem eorum spectemus, obliti meritorum? Seruum tu quenuquam uocas libidinis & gulæ seruus, & adulteræ inò adulterarum commune mancipium? Seruum uocas quenuquam? Quo tandem ab istis regulis raperis, cubile istud tuum circumferentibus? Quo te penulati isti in militum quidem non uulgarem cultum subornatis? Quo inquam te isti efferunt? ad ostium alicuius hostiarij, ad hortos alicuius, ne ordinarium quidem habentis officium. Et deinde negas tibi beneficiū à seruo tuo posse dari, cui osculum alieni serui beneficium est? Quæ est tanta animi discordia? Eodem tēpore seruos despicias & colis. Imperiosus intra limen atq;

*summa ed.

*illud domū
pingunt

impot

impotens, humilis foris tam contēptus, quā contemnens. Neq̄ enim ulli magis abūciunt animos, quā qui improbe tollunt. nulliq̄ ad calcandos alios paratiorēs, quā qui contumelias facere, accipiendō didicerunt.

CAP. XXIX. Dicenda hęc fuerūt ad contundendā insolentiā hominū ex fortuna pendentū, uindicandūq̄; ius beneficij dandi à seruis, ut à filiis quoq̄; uindicaretur. Queritur enim, an aliquando liberi maiora beneficia dare parētib; suis possint, quā acceperint. Istud cōceditur, multos filios maiores potentioresq̄; extitisse, quā parentes suos, eoq̄; illis, meliores fuisse. Quod si cōstat, potest fieri, ut meliora tribuerint, cū & fortuna illis maior esset, & melior uoluntas. Quicquid, inquit, est, quod dat patri filius, utiq̄; minus est, quia hanc ipsam dandi facultatē patri debet. Ita nunquā beneficio uincitur, cuius beneficiū est ipsum, quod uincitur. Primum quēdā initium ab aliis trahunt, & tamen initiis suis maiora sunt. Nec ideo aliquid nō est maius eo à quo cœpit, quia non potuisset intantum procedere, nisi cœpisset. Nulla non res principia sua, magno gradu transit. Semina omniū rerū causę sunt, & tamen minimę partes sunt eorū, quę gignunt. Aspice Rhenum, aspice Euphratē, omnes deniq̄; inclytos amnes, quid sunt, si illos illic unde effluūt æstimes? Quicquid est quo timentur, quo nominatur, in processu parauerunt. Tolle radicē, nemora non surgent, nec tanti montes uestientur. Aspice trabes, siue proceritatē æstimes altissimā, siue crassitudinem spaciumq̄; ramorum, latissime susas, quantulum est his cōparatum illud, quod radix tenui fibra cōplectitur? Innituntur fundamētis suis templa, & illa urbis mœnia, tamen quę in firmamentū totius operis iacta sunt, latent. Idē in cæteris euenit. Principia sua semper sequēs magnitudo obruit. Non potuissē quicquā consequi, nisi parētum beneficium antecessisset. Sed nō ideo quicquid consecutus sum, minus

est

est eo, sine quo cōsecutus nō essem. Nisi me nutrix aluisset infan-
tē, nihil eorū quæ cōsilio ac manu gero, facere potuissē, nec in
hāc emergere nominis claritatē, quā ciuili ac militari industria
merui, nunquid tamen ideo maximis operibus præferebatur nutri-
cis officium? At quid interest, cū æquē sine nutricis benefi-
cio, quā sine patris, non potuerim ad ulteriora procedere?

CAP. XXX. Quod si initio meo quicquid iā possum de-
beo, cogita nō esse initiū mei patrem, ne auum quidem. Semper
enim erit ulterius aliquid, ex quo originis proximæ origo de-
scendat. Atqui nemo dicet me plus debere ignotis, & ultra
memoriā positis maioribus, quā patri. Plus autem debeo, si
hoc ipsum quod genuit me pater meus, maioribus debeo. Quic-
quid præstiti patri, etiam si magnum est, infra æstimationem
paterni muneris est, quia nō essem, si non genuisset. Istō modo
etiā si quis patrem meum ægrum ac moriturū sanauerit, nihil
præstare ei potero, quod non beneficio eius munus sit. Nō enim
genuisset me pater, * nisi natus esset. Sed uide, ne illud uerius sit
æstimari, an id quod potui, & id quod feci, meum sit, mearum
uirium, meæ uoluntatis. Illud quod natus sum, prorsus intuere
quale sit, Animaduertis exiguum & incertum, & boni maliq;
cōmunem materiam, sine dubio primum ad omnia gradum, sed
non ideo maius omnibus, quia primum est. Seruaui patrem, &
ad summam prouexi dignitatem, & principem urbis suæ feci,
nec tantum rebus à me gestis nobilitaui, sed ipsi quoq; geren-
darum ingentem ac facilem, nec tutam minus, quā gloriosam
dedi materiā. Honores, opes, quicquid humanos ad se animos
rapit, congesi, & cum supra omnes stare, infra illum steti. Dic
nunc, hoc ipsum, quod ista potuisti, patris munus est? Respon-
debo tibi. Est prorsus, si ad ista facienda nasci satis est. Sed si
ad * bene uiuendum minima portio est uiuere, & id tribuisti,
quod cum feris mihi, & animalibus quibusdam minimis, qui-
busd

* ni sanatus

* bene facien-
dum

busdam etiam foedissimis commune est, noli tibi asserere, quod non ex tuis beneficiis, etiam si non sine tuis oritur. Puta me uitam pro uita reddidisse. Sic quoque munus tuum uici, cum ego dederim sentienti sentiens me dare, cum uitam tibi non uoluptatis meae causa, aut certe per uoluptatem dederim: cum tanto maius sit retinere spiritum, quam accipere, quanto leuius mori ante mortis metum.

CAP. XXXI. Ego uitam dedi statim illa usuro, tu nescituro, an uiuerem. Ego uitam dedi, mortem timentem, tu uitam dedisti, ut mori possem. Ego uitam tibi dedi consummatam, perfectam, tu me expertem rationis genuisti, onus alienum. Vis scire quam non sit magnum beneficium uitam sic dare? Exposuisses. Nempe iniuria erat genuisse. Quo quidem colligo, minimum esse beneficium, patris matrisque concubitum, nisi accesserint, alia quae prosequerentur hoc initium muneris, et aliis officiis ratum faceret. Non est bonum uiuere, sed bene uiuere. At bene uiuo, sed potui et male. Ita hoc tantum est tuum, quod uiuo. Si uitam imputas mihi per se nudam, egentem consilij, et id ut magnum bonum iactas, cogita te mihi imputare muscarum ac uermium bonum. Deinde, ut nihil aliud dicam, quam bonis artibus me studuisse, ut cursum ad rectum iter uitae dirigerem: si bene uiuo, in ipso beneficio maius quam quod dederas, recepisti. Tu enim me mihi rudem et imperitum dedisti, ego tibi filium, qualem genuisse gauderes.

CAP. XXXII. Aluit me pater, si idem praesto, plus reddo, quia non tantum aluisse, sed a filio alii gaudet, et maiorem ex animo meo, quam ex ipsa re percipit uoluptatem. Illius alimenta ad corpus tantum meum peruenerunt. Quid si quis intantum processit, ut aut eloquentia per gentes enotesceret, aut iustitia, aut bellicis rebus, et patri quoque ingentem circumfunderet famam, tenebrasque natalium suorum clara luce discerneret, non inestimabile

mabile

mabile in parētes suos beneficium cōtulit? An quisquā Aristonē & Gryllum, nisi propter Xenophontem ac Platonē filios nosset? Sophroniscū Socrates expirare nō patitur. Cæteros enu merare longū est, qui* uiuunt ob nullā causam aliā, quā quod illos liberorū eximia uirtus tradidit posteris: Vtrū maius beneficium dedit M. Agrippæ pater, nec post Agrippā quidē notus, an patri dedit Agrippa, nauali corona insignis, unicū adeptus inter dona militaria decus, qui tot in urbe maxima opera excitauit, quæ & priorē magnificentiā uincerent, & nulla postea uincerentur? Vtrum Octauius maius ullum beneficium dedit filio, an patri diuus Augustus, quāuis illum umbra adoptiui patris abscondit? Quantam cepisset uoluptatē, si illum post debellatā arma ciuilia, uidisset securæ paci præsidētē, nō agnoscens bonum suū, nec satis credēs, quoties respexisset ad se, potuisse illum uirū in domo sua nasci. Quid nunc cæteros persequar, quos iam cōsumpsisset obliuio, nisi illos filiorum gloria ē tenebris eruisset, & adhuc in luce retineret? Deinde nō quæramus, num quis filius patri maiora beneficia reddiderit, quā a patre acceperat, sed an possit aliquis maiora reddere, etiam si quæ retuli exēpla, nondū satisfaciunt, nec beneficia parentum suorum supernicant. Capit tamē hoc natura, quod nondū ulla ætas tulit. Si singula paternorum meritorum magnitudinē exuperare non possunt, plura in unum congesta superabunt.

CAP. XXXIII. Seruauit in* bello patrē Scipio, & prætexatus in hostes equum concitat. parum est, quod ut perueniret ad patrē, tot pericula, maximos duces, tot eum cum maxime premētia cōtempserat, tot oppositas difficultates, quod ad primam pugnā exiturus tyro per ueteranorum corpora cucurrit quod annos suos trāsiliuit. Adūce ut idē patrē reum defendat, & conspirationi inimicorū potētium eripiat: ut alterum illi cōsulatum, ac tertium aliosq; honores etiā cōsularibus concupi-

scend

* durant

* præliō

scendos cogerat, ut pauperi raptas, belli iure opes tradat, quod est militaribus uiris speciosissimum, diuitem illum spoliati etiam hostilibus faciat. Si adhuc parum est, adiuce ut provincias, extraordinaria imperia continuet, adiuce ut dirutis maximis urbibus, Romani imperij sine æmulo ad ortus occasusque uenturi defensor & conditor, maiorem nobilitatem nobilitati adiuuiat. Dic Scipionis * patrem, haud dubium est, quin generandi uulgare beneficium uicerit eximia pietas & uirtus, si urbi nescio, utrum maius præsidium afferens, an decus.

*patrem

CAP. XXXIII. Deinde, si hoc parum est, finge aliquis tormenta patris discussisse, finge in se transtulisse. Licet tibi quatum uelis extendere beneficia filij, cum paternum munus & simplex sit & facile, sed & danti uoluptariu. Quid necesse est multis? Dedit etiam quibus dedisse se nescit. In quo consortio habet, in quo spectauit legem patriam, præmia patrum, domum ac familie perpetuitatem, omnia potius quam cum cui datur, beneficia. Quid si quis sapientiam consecutus, hanc patri tradiderit, etiam hi beneficia nunc disputabimus, an maius aliquid dederit quam acceperit ego aut cum uitam beatam patri reddiderit, acceperit tantum uitam. Sed patris, inquit, beneficium est, quicquid facis, quicquid præstiti acceperis stare illi potes. Et præceptoris mei, quod institutis liberalibus, quam profeci. Ipsos tamen qui tradiderunt illa transcendimus, uti Ergo meos, qui prima elementa docuerunt. Et quamuis sine illis nempe, quicquam assequi posset, non tamen quantumcumque quis affectatus est, infra illos est. Multum inter prima ac maxima interpretatione. Nec ideo prima maximorum instar sunt, quia sine primis maxima esse non possunt.

CAP. XXXV. Iam tempus est quedam ex nostra (ut ita uenerit) io cam) moneta proferri. Qui id beneficiu dedit, quo est aliquis (quonia melius, potest uinci. Pater dedit filio uitam, est autem aliquid incertame melius, ita pater uinci potest, quia dedit beneficium, quo teantur aliqui

quid m
liberat
dedit.
morti
dit. Qu
Magis
ne indi
ter, si u
Patris
quia uir
cia poti
runt ab
pissent.
enim &
Atqui
runt, be
ius ded
Ergo m
pit, qua
CA
ratione
Natura
Alacric

quid melius. Etiam nū qui dedit alicui uitam, si semel & iterum
 liberatus est mortis periculo, maius accepit beneficium, quā
 dedit. Pater autē uitam dedit. Potest ergo si sepius à periculo
 mortis liberatus à filio fuerit, maius beneficiū accipere, q̄ de-
 dit. Qui beneficiū accipit, maius accipit, quò magis eo indiget.
 Magis autē indiget uita qui uiuit, quā qui natus nō est, ut qui
 ne indigere quidē oīno possit. Maius ergo beneficiū accipit pa-
 ter, si uitam à filio accipit, quā filius à patre, quòd natus est.
 Patris beneficia uinci à filij beneficijs non possunt. Quare?
 quia uitā accepit à patre, quā nisi accepisset, nulla dare benefi-
 cia potuisset. Hoc cōmune est patri cū omnibus, qui uitā dede-
 runt alicui. Non potuissent enim referre gratiā, nisi uitā acce-
 pissent. Ergo nec medico in maius gratia referri potest, solet
 enim & medicus uitā dare, nec nauæ, si naufragum sustulit.
 Atquē & horū & aliorum: qui aliquo modo nobis uitā dede-
 runt, beneficia uinci possunt, ergo & patrū possunt. Si quis mō
 hi beneficiū dedit, quod multorū beneficijs adiuuandum esset,
 ego autē beneficiū illi dedi, quod nullius adiutorio egeret, ma-
 ius dedi quā accepi. Pater filio uitā dedit periturā, nisi mul-
 ta accessissent, quæ illā tueretur. Filius patri si dedit uitā, dedit
 eam, quæ nullius desideraret auxilium, in hoc, ut permaneret.
 Ergo maius beneficium accepit à filio pater, qui uitam acce-
 pit, quam ipse illi dederat.

CAP. XXXVI. Hæc non destruunt parentū uene-
 rationē, nec deteriores illis liberos faciunt, imò etiā meliores.
 Natura enim gloriosa uirtus est, & anteire priores cupit.
 Alacrior erit pietas, si ad reddenda beneficia cū uincendi spe
 uenerit. Id si patribus idem uolentibus legibusq; contigerit
 (quoniā pleraq; sunt, in quibus nostro bono uincimur) unde
 certamen tam optabile, unde tantā felicitatē parentibus, ut fa-
 teantur seipsos filiorū beneficijs impares? Nisi hoc ita iudica-
 mus,

mus, excusationē damus liberis, & illos segniores ad reser-
dam gratiā facimus, quibus stimulos adijcere debemus, &
cere, Hoc agite optimi iuuenes, proposita est inter parētes
liberos honesta cōtentio, dederint maiora, an receperint. N
ideo uicerūt, quia occupauerūt. Sumite modo animū, qualē
cet, & desicere nolite, ut uincatis optantes. Nec desunt
pulchro certamini duces, qui ad similia uos cohortētur, ac
uestigia sua ire ad uictoriā saepe iā partā ex parētibus, iubo

CAP. XXXVII. Vicit Aeneas patrē: ipse eius in

fantia leue tutumq; gestamen, graue senio, per media hosti-
agmina, & per cadentis circa se urbis ruinas serens, cū co-
plexus sacra ac penates deos religiosus senex non simplici
dentē sarcina premeret: tulit illū per ignes, & quid non pot-
est, pertulit, colendumq; inter cōditores Romani imperi-
posuit. Vicere Siculi iuuenes, cū Aetna maiore ui peragitant
urbes, in agros, in magnā insule partē effudisset incendia,

Dissidisse à
disido

xerunt parentes suos, dissidisse creditum est ignes, & utri-
flāma recedente limitē adaperitū, per quē transcurrerem
uenes dignissimi, qui magna tuto auderent. Vicit Antigonē
qui cū ingenti praelio superasset hostē, premiū belli ad patrem
transtulit, & imperiū illi Cypri tradidit. Hoc est regnū, me-
regnare, cū possis. Vicit patrē imperiosum quidē Manliū,
cū ad tēpus relegatus esset à patre, ob adolescentiā brutū
hebetē, ad tribunū plebis qui patri suo dixerat diē uenit, po-
toq; tēpore quod ille dederat, sperans fore proditorē patris

* inuisi. aliās
in lite

* inuiti, & bene meruisse se de iuene credebat, cuius exiliū
pro grauissimo crimine inter alia Manlio obijciebat, nam
adolescens secretū, stringit occultatū sinu ferrū, & nisi in-
inquit, te diē patri remissurū, hoc te gladio trāsfordiā. In tua
testate est, utro mō pater meus accusatorē non habeat. Iurā
tribunus, nec fefellit, & causam* accusationis remissæ cōtra
reddidit. Nulli alij licuit impunē tribunū in ordinē redige-

* actionis

CA
parētes
tulerūt
dederit
test, qu
minū c
perio e
missum
uincere
Felices,
te praec
dicere,
ne, qui
Humē Q

AN

1 Vbi
Arbitror
bi prol
es ratio
2 Si i
tus, pro
Quisquis
ad causas
gratitudi
et. Hinc
index, de
3 Nor
endere f
4 An
us ne fia
5 Red
ae præter
riporū,
ntiebant

CAP. XXXVIII. Alia ex alijs exēpla sunt eorū, qui parētes suos periculis eripuerūt, qui ex infimo ad summū protulerūt, & e plebe aceruōq; ignobili nunquā tacendos seculis dederūt. Nulla uerborū, nulla ingenij facultate exprimi potest, quātū opus sit, quā laudabile, quāq; nūquā à memoria hominū exiturū, posse hoc dicere, Parētibus meis parui, cessi imperio eorū, siue equū, siue iniquū fuit ac durū, obsequentē submissumq; me præbui: ad hoc unum cōtumax fui, ne beneficijs uincerer. Certate obsecro uos, & * fessi quoq; restituite aciem. Felices, qui uicerint. Felices, qui uincuntur. Quid eo adolescente praeclarius, qui sibi ipsi dicere potuit, neq; enim fas est alteri dicere, Patrem meum beneficijs uici? Quid eo fortunatius senne, qui omnibus ubiq; prædicabit, à filio suo se beneficijs uictum? Quid autem est felicius, quam * ibi cedere?

* fusi

* sibi

FINIS LIBRI TERTII.

ANNOTAT. IN EVNDEM.

CAP. VII.

1 Vbi fecisse, aut nō fecisse, & c. Non sum ausus mutare scripturā. Arbitror ita distinguēdū, Vbi fecisse aut nō fecisse pronūciādū est, ubi prolatis cautionib⁹ cōtrouersia tollitur. Vbi uerō inter disputātes ratio ius dicit, ibi animi cōiectura capiēda est. CAP. VIII.

2 Si in huiusmodi regnū exisset, & c. Vnus codex manu descriptus, pro regnū habebat, reū. Vnde cōiicio fuisse scriptum à Seneca, Quisquis in eiusmodi reū egisset, ut eiusmodi, sit neutri generis, & ad causas referatur, nō ad hominē. Qui pararet quēpiā agere reū ingratiitudinis, uix inueniret argumēta quibus probaret quod intēderet. Hinc coniectari potest, quanto plus difficultatis habiturus esset iudex, de utriusque animo pronūciaturus.

3 Non idem pendent, aut pendunt legendū est, aut pendent erit à pendere futuri temporis uerbum.

CAP. X.

4 An hoc indicimus. Suspicio fuisse scriptum, an hoc interdicius ne fiāt bene, & c. aut, an hoc indicim⁹, ut ne fiāt, & c. CA. XIII.

5 Redde quod debes, & c. Hic aliquot uerba deerant, incuria scriptorū, quæ reposuimus ex fide duorū uoluminū manu deceptorū, quorū cum alterū esset in Anglia, alterū Basileæ, tamē conieciabant. Et apte quadrant sententiæ. Hoc admonendum duxi, ne

c 2 quis

quis ceu temerè adiecta refecet.

6 Vt ipsos sæpe beneficii sui fecerint. Vide num legendum si ipsos sæpe beneficio suos fecerint, aut sui iuris fecerit. CAP. XX

7 Et seruus eius quo necebat̃ur infidia, &c. Quã citra cõtor̃fiã sit eũ locũ fuisse mēdosum, nec suffragarentur exēplaria, reponimus lectionē, nisi fallimur, germanã. Procliuis lapsus est, ab at̃i & fortasse scriptum erat quo, pro cui. CAP. XXV

8 Iam molesta. Maiuscula corruptit sensum, nondum erãt petiosa, ueter iam essent molesta, Id indicandum erat, ne quis repet̃ret uerem lectionem. CAP. XXVI

9 Vbicunq; fecit nomē illustre, &c. Hic locus uariabat in exemplaribus, sed ita ut nihil esset, quod posses in totũ probare. In quidã aberat qui, qui cũ maiores suos, Verũ id haud ita multũ referensum, nisi quod sermo magis est abrupt⁹, id quod Senecę peccate est. Nõnulli sic habebãt, illo dominũ fugiãt. Alii, illo deũ fugiãt. Rursus alii dominũ fingũt. Ex his diuinare licet fuisse scriptum, quonq; nomē fecit illustre, ilico deũ fingunt. Nec displicet ubi si legas illustrem, nec illustre displicet, si subaudias aliquis. Nisi si pro fecit, legẽdũ est, sterit. Notat illos qui tumet̃ nobilitate maiore ac sibi dii uidetur nõ homines, reliquosq; fastidiũt. CAP. XXVII

10 In initio huius capitis hæc uerba sustulimus, Si quid melius est, & à patre sola uita datur, potest beneficiis à filio uinci per hoc doctus aliquis ascriperat in margine, Senecę sententiã suis bis explicãt. at scriba ut sæpe fit retulit in contextum. Ex fide manu descripti quod superaret, refecimus, ne quis temerè repet̃

L. ANNAEI SENE

CAE DE BENEFICIIS

LIBER IIII.

CAP. I.



omnibus quæ tractauimus Ebuti Libremota
lis, potest uideri nihil tã necessariũ, aut inuitus su
(ut ait Sallustius) cũ cura dicendũ, quã quũ quæ
in manibus est: An beneficiũ dare, & inconfusio
gratiã referre, per se res expetẽdæ sint. Non in
niuntur qui honesta in mercedẽ colãt: quibusq; nõ placeat
tus gratuita: quæ nihil habet in se magnificũ, si quicquam & lögis

bet uenale. Quid enim est turpius, quàm aliquem computare,
 quanti uir bonus sit, cū uirtus nec lucro inuitetur, nec abster-
 reatur dāno: adeoq; nemine spe ac pollicitatione corrumpat,
 ut cuncta in se impendere iubeat, ac sepius in ultro tributis
 sit: Calcatis utilitatibus ad illā eundum est: quocunq; uocauit,
 quocunq; misit, sine respectu rei familiaris, interdū etiam sine
 ulla sanguinis sui parsimonia uadendū, nec unquā imperium
 eius detrectādum. Quid cōsequar, inquit, si hoc fortiter, si hoc
 grate fecero? Quod si feceris, nihil tibi extra promittitur, si
 quid forte obuenerit cōmodi, inter accessiones numerabis. Re-
 rum honestarum precium in ipsis est. Si honestum per se ex-
 petendum est, beneficium autem honestum est, non potest alia
 eius conditio esse, cum eadem natura sit. Per se autem expe-
 tendum esse honestum, sepe & abunde probatum est.

CAP. II. In hac parte nobis pugna est, cū Epicureo-
 rum delicata & umbratica turba, in cōiuiuo suo philosophā-
 tium, apud quos uirtus uoluptatū ministra est. Illis parerit, illis
 deseruit, illas supra se uidet. Non est, inquit, uoluptas sine uir-
 tute. Sed quare ante uirtutē est? De ordine disputas. Disputa-
 tionē esse oportet de re tota, & de potestate eius ambigitur.

Non est uirtus, si sequi potest. Primæ partes eius sunt, ducere
 debet, imperare, summo loco stare. Tu illā iubes signū petere?
 Quā, inquit, tua refert? Et ego sine uirtute nego beatā uitam
 posse constare. Ipsam uoluptatē, quā sequor, cui me mancipauī,
 Libremota illa, improbo & damno. De hoc uno disputatur, utrū
 uirtus summū boni causa sit, an ipsa summum bonum. Vt hoc
 quāquā queratur, ordinis tantū existimas mutationem? Ista uerò
 confusio est, & manifesta cæcitas, primis postrema præferre.
 Non indignor, quod post uoluptatem ponitur uirtus, sed quod
 omnino cū uoluptate cōfertur. Contemptrix eius & hostis est,
 lōgissime ab illa resiliens, labori ac dolori familiarior, ui-

*ut contrā

in se

*gratis

*de parte

eius

vilibus incōmodis magis, quā isti effœminato bono inferendū
 CAP. III. Hæc mi Liberalis dicenda fuerunt, quæ
 beneficiū (de quo nunc agitur) dare, virtutis est, & turpissimū
 id causa vilius alterius rei dare, quā ut datū sit. Nam si re-
 piendi spe tribueremus, locupletissimo cuiq; nō dignissimo da-
 remus. Nunc uerò diuiti importuno, pauperē præferimus. Nō
 est beneficiū, quod ad fortunā spectat. Præterea, si ut prode-
 semus, sola nos inuitaret utilitas, minime beneficia distribuere
 deberent, qui facillime posset, locupletes, & potētes, & rege-
 aliena ope non indigentes. Dij uerò tot munera, quæ sine in-
 termissione diebus ac noctibus fundūt, nō darent. In omnia
 nim illis natura sua sufficit, plenosq; & tutos, & inuiolabi-
 præstat. Nulli ergo beneficiū dabunt, si una dandi causa est
 intueri, ac cōmodum suū. Istud non est beneficium, sed foem-
 circūspicere, non ubi optime ponas, sed ubi quæstuosissime
 beas, unde facillime tollas. Quod cū longe à dijs remotum
 sequitur ut liberales sint. Nam si una beneficij dandi causa
 dantis utilitas, nulla autem ex nobis utilitas Deo speranda
 nulla Deo dandi beneficij causa est.

*Vtiq;

CAP. IIIII. Scio quid hoc loco respondeatur. * In-
 non dat Deus beneficia, sed securus & negligens nostri, au-
 sus à mūdo, aliud agit, aut (quæ maxima Epicuro felicitas
 detur) nihil agit, nec magis illū beneficia, quā iniuriæ tangū
 Hoc qui dicit, nō exaudit precātiū uoces, & undiq; sublatis
 cælū manibus uota faciētibus priuata ac publica. Quod pro-
 cto nō fieret, nec in hūc furorē oēs profecto mortales cōse-
 sent alloquēdi surda numina, & inefficaces deos, nisi nos
 illorū uera beneficia nūc ultrò oblata, nunc orātibus data,
 gna, tēpestiua, ingentes minas interuēiu suo soluetia. Quis
 autē tam miser, tā neglectus, quis tam duro fato, & in per-
 genitus, ut non tantam deorum munificentiam senserit?

illos con-
 nies non
 esse ad
 rum au-
 sequunt
 dit natu-
 CA
 possides
 innume-
 luxuriā
 modo ne
 sta, non
 ciborū,
 alimenta
 doq; ali-
 rerum n-
 hæc am-
 mercia
 dam *st-
 feruenti
 Quid n-
 aquarum
 F
 CA
 dices
 gas esse
 cam tua
 cium uo-
 super qu-
 immane
 facultat

illos complorantes sortem suam et querulos circumspice, inuenies non ex toto beneficiorum celestium expertes, neminem esse ad quē nō aliquid ex illo benignissimo fonte manauerit. Parum autē id, quod nascentibus ex æquo distribuitur. Vt quæ sequuntur inæquali dispensata mensura transeamus, parum dedit natura, cum se dedit?

CAP. V. Non dat Deus beneficia. Vnde ergo ista quæ possides? quæ das? quæ negas? quæ seruas? quæ rapis? Vnde hæc innumerabilia, oculos, aureis, & animū mulcentia? Vnde illa luxuriā quoq; instruēs copia? Neq; enim necessitatibus tantūmodo nostris prouisum est, usq; in delicias amamur. Tot arbuta, non uno modo frugifera, tot herbæ salutare, tot uarietates ciborū, per totum annū digestæ, ut incerti quoq; fortuita terræ alimenta præberēt? Iam aī alia omnis generis, alia in sicco solidoq; alia in humido innascētia, alia per sublime dimissa, ut oīs rerum naturæ pars tributū aliquod nobis conferret. Flumina, hæc amoenissimis flexibus cāpos cingentia, illa præbitura cōmercia mari, uasto et nauigabili cursu uadētia, ex quibus quædam *statis diebus mirabile incrementū trahunt *ut anhele & feruenti subiecta cælo loca subita uis æstiuū torrentis irriget. Quid medicatorum torrentium uenæ? Quid in ipsis littoribus aquarum calentium exundatio?

-Te Lari maxime, teq;

Fluclibus, & fremitu assurgens Benace marino.

CAP. VI. Si pauca quis tibi donasset iugera, accepisse te diceres beneficium, immensa terrarū late patentium spatia negas esse beneficium? Si pecuniam tibi aliquis donauerit, & arcam tuam (quoniā id tibi magnū uidetur) impleuerit, beneficium uocabis: tot metalla defodit, tot flumina emisit in arenas, super quas decurrunt solidi auri uehentia, argenti, æris, ferri, immane pondus omnibus locis obrutū: cuius inuestigandi tibi facultatem dedit, ac latentū diuitiarum in summa terra signa

* æstatis
* ut arida

disposuit: negas te accepisse beneficiū? Si domus tibi donetur qua marmoris aliquid resplendeat, & tectū nitidius auro, coloribus sparsum, num mediocre munus uocabis? Ingens domiciliū, sine ullo incendij, aut ruinæ metu struxit, in quod des nō tenues crustas, & ipsa qua secantur lamina gracilior, sed integras lapidis pretiosissimi moles, sed totas, uariæ distictæq; materiæ, cuius tu paruula frustra miraris, tectū uerò ter nocte, aliter interdum fulgēs, negas te ullū munus accepisse? Et cum ista quæ habes magno æstimes, quod est ingrati honoris, nulli debere te iudicas? Vnde tibi istum quæ trahis spiritum? Vnde istam, per quā actus uitæ tuæ disponis atq; ordinas, cœm? Vnde sanguinē, cuius cursu uitalis continetur calor? Vnde ista palatum tuū saporibus exquisitis ultra facietatē lacescitia? Vnde hæc irritamenta iam lassæ uoluptatis? Vnde uis quies, in qua putrescis, ac marces? Nonne si gratus es dices,

-Deus nobis hæc otia fecit.

*Namq; erit ille mihi semper deus: illius aram
sepe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus:
ille meas errare boues (ut ceruus) & ipsam
Ludere quæ nellem calamo permisit agresti?*

Ille Deus est, non qui paucas boues, sed qui per totū orbem amenta dimisit, qui gregibus ubiq; passim uagantibus pabula præstat, qui pascua hybernis æstiuâ substituit, qui non calam tantū cantare, & agreste atq; inconditum carmen, ad aliquam tamen obseruationē modulari docuit, sed tot artes, tot uocum uarietates, tot sonos, alios spiritu nostro, alios externo carmine ædituros commentus est. Neq; enim nostra ista quæ inuenimus dixeris, non magis, quā quod crescimus, quā quod ad consuetum tempus sua corpori officia respondent. Nunc pueriliu dentium lapsus, nunc ad surgentē iam ætatē, & in robustiore gradum transeuntē pubertas, & ultimus ille dies fugienti uis terminum ponēs. Injita sunt nobis omnium ætatum, omnium

*tantum oblectationem

artium

CA

telligis

naturæ

inserta:

strarum

dices, &

ex eo quod

sed quod

demq; &

aliud si

sa, ex quo

aptabis.

Tot apud

CA

Mercium

quod per

Hercule

æditis, &

numeru

uidebis

plet. Et

debere,

natura,

accepiss

mutare

dixisses

fatum,

potesta

unius an

CA

artium

artium semina, magisterq; ex occulto Deus, producit ingenia.
 CAP. VII. Natura, inquit, hæc mihi præstat. Non intelligis te, cū hoc dicis, mutare nomē Deo. Quid enim aliud est natura, quā Deus, & diuina ratio toti mundo et partibus eius inserta? Quoties uoles, tibi licet aliter nunc auctorē rerum nostrarum cōpellare, & Iouē, * id est, optimū, ac maximum, ritē ^{*illum} dices, & Tonantē et Statorē: qui nō (ut historici tradiderunt) ex eo quòd post uotū susceptū, acies Romanorū fugiētū stetit, sed quòd stant beneficio eius oīa, Stator, Statiliog; est: hunc eundemq; & Fatum si dixeris, non mentieris. Nam cū fatum nihil aliud sit quā series implexa causarū, ille est prima oīm causa, ex qua cæteræ pēdent. Quæcunq; uoles illi nomina propriè aptabis, uim aliquam effectumq; celestium rerum cōtinentia. Tot appellationes eius possunt esse, quot munera.

CAP. VIII. Hunc & liberum patrē, & Herculem, ac Mercurium nostri putant. Liberum patrē, quia oīm parens sit, quod primū inuenta seminum uis est, consultiura per uoluptatē: Hercule, quia uis eius inuicta sit, quūq; lassata fuerit operibus æditis, in ignē recessura. Mercuriū, quia ratio penes illum est, numerusq; & ordo, & scientia. Quocūq; te flexeris, ibi illum uidebis occurrentē tibi. Nihil ab illo uacat. Opus suum ipse implet. Ergo nihil agis ingratiſsimē mortalium, qui te negas deo debere, sed naturæ. Quia nec natura sine Deo est, nec Deus sine natura, sed idē est utrūq;, nec distant officio. Si quod à Seneca accepisses, Annæo te diceres debere, uel Lucio, non creditorem mutares, sed nomen. Quoniam siue prænomen eius, siue nomen dixisses, siue cognomē, idē tamen ille esset. Sic nūc naturā uoca fatum, fortunā: oīa eiusdem Dei nomina sunt, uariē utentis sua potestate. Et isticia, probitas, prudentia, fortitudo, frugalitas unius animi bona sunt. Quicquid horū tibi placuit, aīus placet.

CAP. IX. Sed ne in aliā diſputationē ex obliquo abeam,
 e s plur

plurima beneficia ac maxima in nos Deus confert sine spe recipiendi. Quoniam nec ille collato eget, nec nos ei quicquā conferre possumus. Ergo beneficium per se expetenda res est, in qua spectatur in eo accipientis utilitas. Ad hāc accedamus sepositis comodis nostris. Dicis, inquit, diligenter eligendos, quibus beneficia debeamus, quia ne agricolæ quidem semina arenis committant. Nostrā utilitatē in beneficijs dandis sequimur, quemadmodum in arando serendoq; . Neque enim serere per se expetenda est. Præterea queritis beneficium quod nō esset faciendum, si per se beneficiū dare expetenda res esset, quæ quocunq; loco, & quocunq; modo daretur, beneficiū erat. Honestum propter nullam aliam causam, quā propter ipsum sequimur. Tamen etiamsi nihil aliud sequendum est, querimus quid faciamus, & quando, & quemadmodum, per hæc enim constat. Itaq; cum eligo cui dem beneficiū, id ago, ut quando beneficium sit. Quia si turpi datur, nec honestum esse potest, nec beneficium.

CAP. X. Depositum reddere per se res expetenda est, non tamē semper reddam. Nec quolibet loco, nec quolibet tempore. Aliquando nihil interest, utrum inficiet, an **parum* palam reddam. Intuebor utilitatē eius, cui redditurus sum, & nociturus illi depositum negabo. Idem in beneficio faciā. Videbo quādem, cui dem, quemadmodum, quare. Nihil enim sine ratione faciendum est. Non est autē beneficiū, nisi quod ratione datur, quoniā ratio, omnis honesti comes est. Quā sepe hominū, donationem suam inconsultam obiurgantium, hanc audimus uocem. Mallet perdidisse, quā illi dedisse. Turpissimum genus dandi est inconsulta donatio: multoq; grauius, malē dedisse beneficium, quā non recepisse. Aliena enim culpa est, quōd nō recepimus: quōd cui daremus non elegimus, nostra. In electione nihil minus, quā hoc quod tu æstimas spectabo, à quo receptus

rus sim.
autem e
animum
præter
opia gr
lucrum
placere
oportet
terroga
CAP
rem, gra
uolum.
ex quo
utilitas
sum, nisi
fificient
ro semp
di, non
piendi.
aduenis
succurri
mus &
& nunc
bitores
referam
cum in
dinamus
tum ten
& quib
receptu
gis iudic

rus sim. Eligo enim cum qui gratus, nō qui redditurus sit. Sape autem & non redditurus gratus, & ingratus qui reddidit. Ad animum tendit æstimatio mea. Ideo locupletem, sed indignum præteribo, pauperi uiro bono dabo. Erit enim in summa inopia gratus, & cum omnia illi deerunt, supererit animus, Non lucrum ex beneficio capto, non uoluptatem, non gloriam, Vni placere contentus, in hoc dabo, ut quod oportet, faciam. Quod oportet autem non est sine electione, quæ qualis futura sit, interrogas.

CAP. XI. Eligam uirum integrum, simplicem, memorem, gratum, alieni abstinentem, sui non auarè tenacem, beneuolum. Hunc ego cum elegero, licet nihil illi fortuna tribuat, ex quo referre gratiam possit, ex sententia res gesta erit. Si utilitas me & sordida computatio liberalem facit, si nulli profum, nisi ut inuicem ille mihi proffit, non dabo beneficium proficiscenti in diuersas longinquasq; regiones, non dabo absuturo semper, non dabo sic affecto, ut spes ei nulla sit conualescendi, non dabo ipse deficiens. * Non enim dabo in tempus recipiendi. Atqui ut scias, rem per se expetendam esse, benefacere, aduenis modo in nostrum delatis portum, & statim abituris succurrimus. Ignoto naufrago nauem qua reuehatur & damus & instruimus. Discedit ille uix satis noto salutis autore, & nunquam amplius in conspectum nostrum reuersurus, debitores nobis deos delegat, precaturq; ut illi pro se gratiam referant. Interim nos iuuat sterilis beneficij conscientia. Quid cum in ipso uitæ sine constituti sumus, cum testamentum ordinamus, nō beneficia nobis nihil profutura diuidimus? Quantum temporis consumitur, quamdiu secreto agitur, quantum & quibus demus? Quid enim interest, quibus demus à nullo recepturi? Atqui nunquam diligentius damus, nunquam magis iudicia nostra torquemus, quàm ubi remotis utilitatibus, solum

*Non enim
habeo tēpus

* inertissimi-
num.

solum ante oculos honestum stetit, tamdiu officiorum malitiam dices, quamdiu illa deprauat spes ac metus ac incertissimum, uoluptas. Vbi mors interclusit omnia, & ad ferendam sententiam incorruptum iudicem misit, quem erimus dignissimum quibus nostra tradamus. Nec quicquam cura sanctiore committimus, quam quod ad nos non pertinet.

CAP. XII. Et mehercule tunc magna uoluptas subit cogitantem, hunc ego locupletiorē faciā, & huius dignitati adiectionibus aliquid splendoris affundam. Si non damus beneficium nisi recepturi, intestatis moriedum sit. Dicitis, inquit, beneficium creditum insolubile esse, creditum autē non est res per se expetenda. Cum creditum dicimus, imagine & translatione utimur. Sic enim & legē scimus iusti iniustiq; regulam esse, & regulam non est res per se expetenda. Ad hæc uerba demonstrandæ in causa descendimus. Cum dico creditum, intelligitur tanquam creditum. Vis scire? adiicio insolubile, cum creditum nullum non solui aut possit, aut debeat. Adeo beneficium utilitatis causa dandum non est, ut sæpe, quemadmodum dixi, cum damno ac periculo dandum sit. Sic latronibus circumuentum defendo, ut tu transire permittatur, reum gratia laborātem tueor, & hominum potentium factionem in me cōuerto, quas illi detraxero sedes, sub accusatoribus iisdem fortasse sumpturus, cum abire partem alteram possim, & securus spectare aliena certamina, spero deo pro iudicato, & suspensum amici bonis libellum deiciam creditoribus eius me obligaturus, ut possim seruare proscriptum, ipse proscriptionis periculum adeo. Nemo Tusculanum aut Tiburtinum emere paratus, salubritatis causa, & æstiuum cessus, quoto anno empturus sit disputat, cum emerit, tuendum est. Eadem in beneficii ratio est. Nam cum interrogaueris quid reddat, respondebo bonam conscientiam. Quid reddit beneficium? Dic tu mihi, quid reddat iustitia, quid innocentia

* suspensis.

quid m
quicqu

C A
sol dien
enim n
agere r
oriatur
mio, ita
ergo d
bis uol
tatem s
titare, t
tis, ani
intra h
uirilis
alioru
extrah
cessitat
benefic
modum
illi dan
pretio
ægris,
dum p
C A
tur. H
amato
muit,
Non i
timori
peret

quid magnitudo animi, quid pudicitia, quid temperantia, si quicquam præter ipsas petis?

CAP. XIII. Mundus in quid incessum absoluit? in quid sol diem extendit & cōtrahit? Omnia ista beneficia sunt, fiunt enim nobis profutura. Quomodo mundi officium est circumagere rerum ordinem, quomodo solis loca mutare, ex quibus oriatur, in quæ cadat, & hæc salutaria nobis facere sine præmio, ita uiri officium est inter alia, & beneficium dare. Quare ergo dat? Ne non det, ne occasionem benefaciendi perdat. Vobis uoluptas est inerti ocio assuefacere corpusculum, & securitatem sopitis simillimam appetere, & sub* depressa umbra la
titare, tenerrimisq; cogitationibus, quas tranquillitatem uocatis, animi marcentis oblectare torporem, & cibus potionibusq; intra hortorum latebras, corpora ignauia pallentia saginare: uirilis nobis uoluptas est, dare beneficia uel laboriosa, dum aliorum labores leuent, uel periculosa, dum alios à periculis extrahant, uel rationes nostras aggrauatura, dum aliorum necessitates & angustias laxent. Quia mea interest, an recipiam beneficia? Etiam cum recepero danda sunt. Beneficium eius cōmodum spectat cui præstatur, nō nostrum. Alioquin nobis, nō illi damus. Itaq; multa quæ summam utilitatem alijs afferunt, pretio gratiam perdunt. Mercator urbibus prodest, medicus ægris, magno uenalibus, sed omnes isti quia ad alienum cōmodum pro suo ueniunt, non obligant eos, quibus profunt.

CAP. XIII. Non est beneficium quod in quæstū mittitur. Hoc dabo, hoc recipiā, auctio est. Non dicā pudicam, quæ amatorem ut incenderet reppulit, quæ aut legē, aut uirum timuit, ut ait Ouidius, Quæ quia non licuit non dedit, illa dedit. Non immerito in numerū peccantium refertur, quæ pudicitia timori præstitit, nō sibi. Eodem modo qui beneficium ut reciperet dedit, non dedit. Ergo & nos beneficiū damus animalibus,

* densa

bus, quæ aut usui, aut alimento futura nutrimus: beneficiū dāmus arbutis quæ colimus, ne siccitate, aut immoti & neglecti soli duritia laborent. Nemo ad agrum colendum ex æquo bono uenit, nec ad ullam rē, cuius extra ipsam fructus est. Beneficium dandū nō adducit cogitatio auara, nec sordida, sed humana, liberalis cupiens dare etiā cum dederit, & augere uis ac recentibus uetera, nō habēs propositū, quāto ei qui proficit bono futura sit, alioquin humile est, sine laude, sine gloria prodesse, quia expedit. Quid magnifici est se amare, sibi precere, sibi acquirere? Ab omnibus istis uera beneficij dandi cupiditas auocat, Ad detrimentum, iniecta manu trahit, & utilitates relinquit, ipso beneficiendi opere letissima.

CAP. XV. Nunquid dubium est, quin contraria sit beneficio iniuria? Quomodo iniuriā facere per se uitanda ac fugienda res est, sic beneficium dare per se expetendum. Illic turpitudine contra omnia præmia in scelus hortantia ualeat, ad hoc uitat honesti per se efficax species. Non mentiar, si dixero neminem nō amare beneficia sua, neminem nō ita cōpositum animo, ut non libentius eum uideat, in quē multa congescit, cui causa sit iterum dandi beneficij, semel dedisse. Quod non accideret, nisi nos ipsa delectarent beneficia. Quā sepe dicentis audias: Non sustineo illum deserere, cui dedi uitam, quem periculo eripui. Rogat me ut causam suam contra homines gratiosos agā. Nolo, sed quid faciam? Tam illi semel, iterumq; assensum. Non uides inesse isti rei propriam quandam uim, quæ nos beneficia dare cogit? Primum quia oportet, deinde quia dedimus. Cui initio ratio non fuisset præstandi, aliquid ei præstamus ob hoc, quia præstitimus. Adeoq; nos ad beneficia non impellit utilitas, ut & inutilia tueri ac fouere perseueremus sola beneficij charitate, cui etiam infeliciter dato, indulgere, tam naturale est, quā liberis paruis.

CAP.
quia ho
ra prob
cium d
mus. F
exeunt,
coli. Q
honestū
utilem?
ma bene
tanquā
turam*
cui cura
se expet
suam pr
situm es
luceat. C
mos rec
CAP
Lucrum
iactatio
enim un
quomod
Superua
admodu
scitur tr
cēt suap
malis, pr
lit? qui n
qui nō ip
recti? V

CAP. XVI. Idem isti gratiam referre ipsos fatentur, nō quia honestum est, sed quia utile, quod non esse ita, minore opera probandum est. Quia quibus argumentis collegimus beneficium dare per se rem expetendā esse, iisdem etiam hoc colligimus. Fixum est illud, à quo in cætera probationes nostræ exeunt, honestū ob nullā aliam causam, quā quia honestū sit, coli. Quis ergo cōtrouersiam facere audebit, an gratum esse, honestū sit? Quis nō ingratum detestetur hominē, sibi ipsi inutilem? Quid autē, cum tibi narratur de eo, qui aduersus summa beneficia amici sui, ingratus est, quomodo id *fecerit, utrū tanquā rem turpē fecerit, an tanquā utilem rem sibi & profuturam *cōmiserit? Puto nequā hominē existimas, cui poena, nō cui curatore opus sit. Quod nō accideret, nisi gratum esse per se expetendū, honestumq; esset. Alia fortasse minus dignitatē suam præferunt, & an sint honesta interprete egent, hoc expositum est pulchriusq; , quā ut splendor eius dubie ac parum luceat. Quid tam laudabile, quid tam æqualiter in omnium animos receptum, quā referre bene meritis gratiam?

* feres

* omiserit

CAP. XVII. Ad hoc, dic mihi, quæ causa nos perducit? Lucrum, quod qui non cōtemnit, ingratus est? Ambitio? Et quæ iactatio est soluisse, quod debebas? Metus nullus ingrato. Huic enim uni rei non posuimus legem, tanquā satis natura cauisset, quomodo nulla lex amare parentes, indulgere liberis iubet. Superuacuum est enim, in quod natura imus, impelli. Quem admodum nemo in amorem sui cohortandus est, quem cum nascitur trahit, ita ne ad hoc quidem, ut honesta per se petat. Placēt suapte natura: adeoq; gratiosa uirtus est, ut insitum sit etiā malis, probare meliora. Quis est qui non beneficus uideri uelit? qui non inter scelera & iniurias opinionē bonitatis affectet? qui nō ipsis quæ impotentissimē fecit, speciem aliquam inducat recti? Velit quoq; etiam his uideri beneficium dedisse, quos lesit?

lesit?

le sit? Gratijs itaq; agi sibi ab his quos afflixere patiuntur, nosq; se ac liberales fingunt, quia prestare nō possunt. Quod non facerent, nisi illos honesti & per se expetendi amor cogeret moribus suis opinionem contrariam querere, & neque abdere, cuius fructus concupiscitur, ipsa uerò odio, pudor est, nec quisquam tantum à naturali lege desciiuit, & hominem exiit, *ut animi causa malus sit. Dic enim cui libet ex istis raptu uiuunt, an ad illa quæ latrocinij & furtis consequuntur malint ratione bona peruenire? Optabit ille cui grassari transeuntes percutere, quæ estus est, potius illa inuenire, quæ eripere. Neminem reperies qui non nequitie præmijs sine nequitia frui malit. Maximum hoc habemus nature meriti, quod uirtus in omnium animos lumen suum permittit, cui qui non sequuntur illam, uident.

CAP. XVIII. Ut scias per se expetendum esse gratiam, non affectum, per se fugienda res est ingratum esse, quomodo nihil æque concordiam humani generis dissociat, ac distrahunt quàm hoc uitium. Nam quo alio tuti sumus, quàm quod in uicinis iuuamur officijs? Hoc uno instructior uita, contraque incursionibus subitas munitionis est beneficiorum commertio. Nos singulos, quid sumus? Præda animalium & uictime bellissimus & facillimus sanguis. Quoniam cæteris animalibus in tutelam sui satis uirium est: quæcunque uaga nascitur, & actura uitam segregem, armata sunt. Hominem imbellitas cingit, non unguium uis, non dentium, terribilem cæteris fecit. Nudum & infirmum societas munit. Duas res dedit, illud *obnoxium cæteris, ualidissimum faceret, Rationem Societate. Itaq; qui par esse nulli posset, si seduceretur, reuocatur, societas illi dominium omnium animalium dedit. Societas terris genitum in alienæ nature transmisit imperiū, & dominari etiā in mari iussit. Hæc morborum impetus arceat, senectus, alios

* inani

Nequitia subinde uocat, malitiam etiā in sceleribus quibuslibet.

* f. imbellis.

* à noxijs quibuslibet ualido securam faceret.

adminic
nos facit
tolle, &
Tolle
dus sit, s
enim qui
quisquis
CAP
metuere
Epicure
tentia, &
Hunc igit
sumq; à c
rearis, nu
dio interu
ne homin
enitat, nō
ideri col
ut si nō t
ed te aton
ur colis
naturā, V
io induct
ignitas d
ratū esse
CAP.
ta, cui em
uod quā
ac remo
nocet. C
nicos, al
di

admiracula prospexit, solatia contra dolores dedit. Hæc fortes nos facit, quod licet contra fortunã aduocare. Hanc societatem tolle, & unitatẽ generis humani, qua uita sustinetur scindes. Tolle autẽ, si efficies ut ingratus animus non per se uitandus sit, sed quia aliquid illi timendum est. Quã multi sunt enim quibus *ingratos esse tuto licet? Deniq; Ingratum uoco,

*ingratis.

CAP. XIX. Deos nemo sanus timet. Furor est enim metuere salutaria. Nec quisquam amat quos timet. Tu deniq; Epicure Deũ inermẽ facis, Omnia illi tela omnẽ detraxisti potentia, & ne cuiquã metuendus esset, proiecisti *ipsum metum.

*illum extra metum

Hunc igitur septũ ingenti quidẽ & inexplicabili muro, diuisumq; a contactu & a cõspectu mortaliũ, nõ habes quare ueraris, nulla illi ne tribuendi, nec nocendi materia est. In medio interuallo huius & alterius cœli desertus, sine animali, sine homine, sine re, ruinas mûdorũ supra se circaq; se cadentiũ uentat, nõ exaudiens uota, nec nostri curiosus. Atqui hunc uis uideri colere, nõ aliter quã parentẽ, grato, ut opinor, animo: ut si nõ uis uideri gratus, quia nullũ habes illius beneficium, sed te atomi, & ista mica tuæ forte ac temerẽ cõglobauerũt, ur colis? Propter maiestatem, inquis, eius eximia, singularemq; naturã, Vt concedã tibi, nempe hoc facis nulla spe, nullo premio inductus. Est ergo aliquid per se expetendum, cuius te ipsa ignitas ducit. Id est, honestum. Quid est autẽ honestum, quã gratũ esse? Huius uirtutis materia tam late patet, quã uita.

CAP. XX. Sed inest, inquit, huic bono etiã utilitas aliqua, cui enim uirtuti nõ inest? sed id propter se expeti dicitur, quod quãuis habeat aliqua extra se cõmoda, sepositis quoq; illis ac remotis placeat. Prodest gratũ esse, ero tamẽ gratus etiã nocet. Qui gratus est, quid sequitur? Vt hæc res illi alios amicos, alia beneficia conciliet? Quid ergo si quis sibi offensas

f concit

concitaturus est? Siquis intelligit, adco per hoc se nihil caest aliqu
 *reposito cuturū, ut multa etiā ex * appposito acq̄sitoq; perdenda interpret
 nō libens in detrimenta descēdit. Ingratus est, qui in referre, quā
 gratia secundū datū uidet, qui sperat cū reddit. Ingratū uoni ac
 qui aegro asidet, quia testamētū facturus est, cui de herede altera
 te, aut de legato uacat cogitare. Faciat licet omnia quae suffragia
 bonus amicus & memor officij debet, si animo eius obuerfaiie
 tur spes, si lucri captator est, & hamū iacit, ut aues quae uia poen
 laxa ratiōe corporū alūtur. Iassa morbo pecora, & casura ei CAP
 ximo speculantur, ita hic imminet morti, & circa cadaverem non pœ
 lat. Gratus animus ipsa uirtute propositi sui capitur. erducet.
 CAP. XXI. Vis scire hoc ita esse, nec illū utilitate rodest l
 rumpit. Duo sunt genera grati hominis. Dicitur gratus, qune, qui
 quid pro eo quod acceperat, reddit. Hic fortasse ostētare us circū
 test, habet quod iactat, quod proferat. Dicitur gratus qui iētia stil
 debet animo accepit beneficiū, bono dedit. Hic intra cōscientiā. Nunc
 clusus est. Quae illi contingere potest utilitas ex affectu lo quid est
 Atqui hic etiā si ultra facere nil potest, gratus est, Amariū pēp
 bet, referre gratiā cupit. Quicquid ultra desideras, nonā memo
 deest. Artifex est etiā cui ad exercendā artē instrumentum super
 suppetunt, Nec minus canēdi peritus, cuius uocē exaudire ē re
 mitus obstrepentiū nō sinit. Volo referre gratiā, post haec magna in
 quid superest, non ut gratus, sed ut solutus sim. Sape emendū inge
 qui gratiā retulit, ingratus est, & qui nō retulit, gratus. Indit, &
 omnū aliarū uirtutū, ita huius ad animū tota aestimatio est. At mu
 Hic si in officio est, quicquid deficit, fortuna peccat. Quis, atq; se
 do est disertus etiā qui tacet, fortis etiā qui cōpressis manū, quā gr
 uel etiā alligatis, quomodo gubernator etiam qui in sicatura, si h
 quia cōsummata sciētiae nihil deest, etiā si quid obstat, quod illud in
 nus se utatur. Ita gratus est, etiā qui uult tantū, nec habilitur, eti
 ius uoluntatis suae ullū aliū, quā se testē. Imò amplius alij sum iter

et nihil constat aliquando gratus, etiam qui ingratus uidetur, quem mala
 interpretans opinio in contrarium* tradidit. Hic quid aliud sequi-
 in referatur, quam ipsam conscientiam, quae etiā obruta delectat, quae cō-
 ingrati rationi ac fame reclamationat, & in se omnia reponit, & cū ingentē
 de herede altera parte turbā contrā sententiū aspexit, non numerat
 ia quae suffragia, sed una sententia uincit? Si uerò uerò bonam fidem
 eius obuersariae supplicij affici uidet, non descendit ē fastigio, sed su-
 pes quae poenam suam consistit.

CAP. XXII. Habeo, inquit, quod uolui, quod petij.
 cadaver non poenitet nec poenitebit, nec ulla iniquitate me eō fortuna
 er. erducat, ut hanc uocē audia, Quid mihi uolui? quid mihi nūc
 utiliter odest bona uoluntas? Prodest & in eculco, prodest & in
 ratas, quae ne, qui si singulis mēbris admoueat, & paulatim uiuū cor-
 pōstetareus circueat. Bene conscio homini si cor bonū plenū bona con-
 titus quā uētia stillet, placebit illi ignis, per quē bona consciētia luce-
 ōscientiē. Nunc illud quoq; argumentū * quamuis ductū reducat.
 ffetula uid est quare grati uelimus esse, cū morimur, quare singu-
 i, Amariū pēpendamus officia, quare id agamus in omnē uitam no-
 ras, non ā memoria decernēte, ne cuius officij uideamur obliui. Nihil
 rumentam superest, quod spes porrigatur, in illo tamē cardine positi,
 ex audire ē rebus humanis quā gratissimi uolumus. Est uidelicet
 post haec magna in ipso opere merces rei, & ad alliciendas mentes ho-
 pe emēnū ingens honesti potētia, cuius pulchritudo animos circū-
 gratus indit, & delinitos admiratione luminis ac fulgoris * sui ra-
 imatioit. At multa hinc cōmoda oriūtur. Et tutior est uita meliori-
 at. Quis, atq; secundū bonorū iudiciū etiam securior, quā innocen-
 sis malis, quā grata mens prosequitur. Fuiſſet enim iniquissima rerū
 i in ſiccutura, si hoc tantū bonū miserū, & anceps & sterile feciſſet.
 stat, quid illud intueri, an ad istam uirtutem quae saepe tuta ac facili
 ec habilitur, etiam per saxa, & rupes, & seris ac serpentibus ob-
 olius assum iter, fueris iturus.

* uertit

* supra dictū
reducatur

* ui

CAP. XXIII. Non ideò per se non est expetendum
 cui aliquid extra quoq; emolumentum adhaeret. Fere enim
 cherrima quæque multis & aduētitijs comitata sunt. doli
 sed illas trahunt, ipsa præcedunt. Num dubiū est, quin hoc
 mani generis domiciliū, circuitus solis ac lunæ uicibus suis
 pereret? quin alterius calore alantur corpora, terræ relaxantur
 immodici humores cōprimantur, alligantis oīa hyemis tra
 tia frangatur, alterius tepore efficaci & penetrabili rigore
 maturitas frugū? quin ad huius cursum fecūditas humana
 spondeat, quin ille annū obseruabile fecerit circūactu suo
 mensem minoribus se spatijs flectens? Vt tamen detrahatur
 non erat ipse sol, idoneū oculis spectaculū, dignusq; ad ora
 tantū præteriret? Non erat digna suspectu luna, etiā si oculis
 sydus transcurreret? Ipse mūdus quoties per noctē ignes
 fudit, & tantū stellarū innumerabiliū refulsit, quē non inter
 in se tenet? Quis sibi illa tunc cum miratur prodesse cogitat
 Aspice ista tacito supernè coelo labētia, quæadmodū uelociter
 suam sub specie stantis, atq; immoti operis abscondant. Quis & in
 ista nocte, quā tu in numerū ac discrimen dierū obseruas, quis imbri
 tur? Quāta rerū turba sub hoc silētio euoluitur? quāta spes redi
 seriē certus limes educet? ista quæ tu non aliter, quā in
 rem sparsa cōsideras, singula in opere sunt. Nec enim est, ut
 existimes septē sola discurrere, cætera herere. Paucorū
 tus comprehendimus, innumerabiles uerò, longiusq; à consuetu
 etu nostro seducti dii, cedūt, redeuntq;. Et ex his qui
 nostros patiuntur, pleriq; obscuro gradu pergunt, & per
 cultum aguntur. Quid ergo non caperis tanta molis aspectu
 etiam si te non regat, non custodiat, non foueat, generetq; uerus sit
 spiritu suo riget?

CAP. XXIII. Quemadmodum hæc cum prius cōstituta
 *utiliaq; usum habeant, & necessaria *uitaliaq; sint, maiestas tamē cultus est

totam mentem occupat: ita omnis uirtus, & in primis illa grati
 animi, multū quidē præstat, sed nō uult ob hoc diligi, amplius
 quiddā in se habet, nec satis ab eo intelligitur, à quo inter uti-
 lia numeratur. Gratus est quia expedit, ergo & quantū expe-
 dit. Nō recipit sordidū uirtus amatorē. Soluto ad illā sinu ue-
 niendū est. Ingratus hoc cogitat, Volebā gratiā referre, sed ti-
 meo impēsas, timeo periculū, uereor offensam, Faciam potius,
 quod expedit. Non potest eadem ratio, & gratum facere, &
 ingratum. Vt diuersa illorum opera, ita* inter diuersa proposi-
 ta sunt. Ille ingratus est, quamuis non oporteat, quia expedit.
 Hic gratus est, quamuis non expediat, quia oportet.

CAP. XXV. Propositū est nobis secundū rerum na-
 turam uiuere, & deorū exemplū sequi. Dij autē quodcumq; fa-
 ciunt, in eo nihil præter ipsam faciendī rationē sequuntur: nisi
 forte existimas illos fructū operū suorū ex fumo extorum, &
 horis odore percipere. Vide quāta quotidie moliantur, quan-
 tū uelociter distribuunt, quantis terris fructibus impleant, quā oportu-
 nis & in oēs horas ferentibus uentis maria permoueāt, quan-
 tis imbribus repēte deiectis, solū molliant, uenasq; fontium aren-
 as redintegrent, & infuso per occulta nutrimento renouent.
 Omnia ista sine mercede, sine ullo ad ipsos perueniente cōmo-
 nim est, sto faciunt. Hæc quoq; nostra ratio, si ab exemplari suo non
 aberrat, seruet, ne ad res honestas conducta ueniat. Pudeat
 ullum uenale esse beneficiū. Gratuitos habemus deos. Si deos
 quidem imitaris, da & ingratas beneficia. Nam & sceleratis
 & perol oritur, & piratis patent maria.

CAP. XXVI. Hoc loco interrogant, an uir bonus da-
 turus sit beneficiū ingrato, sciens ingratiū esse. Permitte mihi
 liquid interloqui, ne interrogatiōe insidiosa capiamur. Duos
 ex cōstitutione stoica accipe ingratos. Alter est ingratus, quia
 stultus est. Stultus etiā malus est: qui malus est, nullo uitio caret.

f 3 Ergo

Ergo & ingratus est. Sic oēs malos dicimus, intemperatos, auaros, luxuriosos, malignos: non quia ista oīa singulis malis & nota uitia sint, sed quia esse possint, & sunt, etiam si in aliquo non sint. Alter est ingratus, *qui aululgo dicitur i hoc uitium natura pensus. Illi ingrato qui hac culpa non caret, quo nulla dabit beneficiū uir bonus. Nulli enim dare poterit, si tales minnes submouerit. Huic ingrato qui beneficiorū fraudator & in hanc partem procubuit aīo, non magis dabit beneficiū quam captatori. Quis decoctori pecuniam credet, aut detursum cōmittet ei, qui iam pluribus abnegauit? Timidus dicitur aliquis, quia stultus est, & ob hoc quia malos sequitur, quos discreti & uniuersa uitia circumstant. Dicitur timidus pro natura, etiā ad inanes sonos pauidus. Stultus omnia uitia habet, sed non in omnia natura pronus est. Alius in auaritiā, alius in luxuriā, alius in petulantiam inclinatur.

CAP. XXVII. Itaq; errant illi, qui interrogāt Stoicos. Quid ergo? Achilles timidus est? Quid ergo? Aristides, qui stititia nomen dedit, iniustus est? Quid ergo? & Fabius, qui stando restituit rem, temerarius est? Quid ergo? Decius qui timet? Mutius proditor est? Camillus desertor? Non hoc dicimus, sic oīa uitia esse in omnibus, quomodo in quibusdam uita eminent, sed malum ac stultū nullo uitio uacare, nec auidius quidem timoris absoluius, nec prodigū quidem auaritiā ramus. Quomodo homo oēs sensus habet, nec ideò tamē omnes homines aciem habent. Lynceo similem: sic qui stultus est, tam acria & cōcitata habet oīa, quam quidam quaedam. Quia in omnibus uita sunt, sed non oīa in singulis extant. Hunc uita ad auaritiā impellit, hic libidini, hic uino deditus est, nondum deditus, ita formatus, ut in hoc illum mores sui impellit. Itaq; ut ad propositum reuertar, nemo nō ingratus est, qui ingratus est. Habet enim omnia nequitiae semina. Tamen propter ingratus appellatur, qui ad hoc uitium uergit. Huic ergo be-

cium no
melioso
miliās l
cur an
filio rel
re dicit

CA
buunt, s
quia sep
propter
diem, so
tempera
tus pro
Rex ho
blicum

lectū m
ui, non t
quoq; q
excludi
secundu
cōmerci
terat le
rura de
malis cō
peruent
ni strat.
sanare
tionē, q
scue tur
das, an
tur, sua

cium non dabo. Quomodo male filie consulit, qui illam contumelioso & sepe repudiato collocauit, quomodo malus pater familias habebitur, qui negotiorum gestorum dānato, patrononij sui curam mādauerit, quomodo dementissime testatur, qui tutorē filio reliquerit, pupillorum spoliatores, sic pessime beneficia dare dicitur, quicumque ingratos eligit, in quos peritura conferat.

CAP. XXVIII. Dij quoque, inquit, multa ingratis tribuunt, sed illa bonis parauerant. Contingunt autē etiam malis, quia separari non possunt. Satius est autem prodesse etiā malis propter bonos, quā bonis deesse propter malos. Ita, quae refert, diem, solem, hyemis aestatisque cursus, & media ueris, autūniq; temperamenta, imbres, & fontium haustus, uentorum statos flatus pro uniuersis inuenerūt, excerpere singulos nō potuerunt.

Rex honores dignis dat, congiarium et indignis. Frumentum publicum tam fur quā periurus & adulter accipiunt, & sine delectu morū quisquis * ciuis est: cum aliquid est, quod tanquā ciuis, non tanquam bono datur, ex aequo boni ac mali ferunt. Deus quoque quaedā munera uniuerso humano generi dedit, à quibus excluditur nemo. Nec enim poterat fieri, ut uentus bonis uiris secundus esset cōtrarius malis. Cōmune autē bonum erat patere cōmercium maris, et regnū humani generis relaxari. Nec poterat lex casuris imbribus dici, ne in malorum improborumque rura defluerent. Quaedā in medio ponuntur. Tam bonis quam malis cōduntur urbes. Monumenta ingeniorum, & ad indignos peruentura publicauit aeditio. Medicina et sceleratis opē * ministrat. Cōpositiones remediorum salutarium nemo suppressit, ne sanarentur indigni. In his exige censurā, et personarum aestimationē, quae separatim tanquā digno dantur, nō in his quae promiscue turbā admittunt. Multi enim refert, utrum aliquē nō excludas, an eligas. Ius fori oībus dicitur, pace etiā homicidae fruuntur, sua repetūt, etiā qui aliena rapuerūt. Percussores & domi-

f * ferr

* census est
aliās in cen-
su est.

* monstrat

ferrū exercētes murus ab hoste defendit. Legū præsidio
 *certis rimū in illas peccauerūt protegūtur. Quædā nō poterāt
 teris cōtingere, nisi uniuersis darētur. Nō est itaq; quod de
 disputes, ad quæ publice inuitati sumus. Illud quod iudicio
 ad aliquē peruenire debebat, ei quē ingratum sciam nō da

CAP. XXIX. Ergo, inquit, nec cōsiliū deliberāti dabis
 grato, nec aquā haurire permittes, nec uia errāti mōstrabis
 grato? An hæc quidē facies, sed nihil donabis? Distingua ista
 certē tentabo distinguere. Beneficiū est opera utilis, sed nō
 opera utilis beneficiū est. Quædā enim tā exigua sunt, ut be
 ficij nomē nō occupēt. Duæ res coire debēt, quæ beneficiū
 ciāt. Primū rei magnitudo. Quædā enim sunt infra huius me
 nis mensurā. Quis beneficiū dixit, quadrā panis, aut stipē
 abiecti, aut ignis accēdendi factā potestātē? Et interdū ista
 profunt quā maxima. Sed tamē uilitas sua illis, etiā ubi tēp
 necessitate facta sunt necessaria, detrahit pretiū. Deinde
 potētissimum est oportet accedat, ut eius causa faciam, ad qu
 uolebam peruenire beneficium dignumq; eum iudicē, & lib
 id tribuam, percipiēsq; ex munere meo gaudium. Quom
 nihil est in istis, de quibus loquebamur. Non enim tanquam
 gnis illa tribuimus, sed negligenter tanquam parua, &
 homini damus, sed humanitati.

*quondam CAP. XXX. Aliquādo daturū me etiā indignis quædā
 negauerim, in honorē aliorū: sicut in petēdis honoribus qu
 turpissimos nobilitas industrijs prætulit nō sine ratione. Sa
 est magnarū uirtutum memoria, & esse plures bonos iuu
 gratia honorū non cū ipsis cadat. Ciceronis filiū quæ res cō
 lem fecit, nisi pater? Cinnā nuper quæ res ad cōsulatū recepit
 hostiū castris? Quæ Sextum Pōpeiiū, aliosq; Pōpeios, nisi m
 uiri magnitudo tātā *quidē, ut satis altē oēs suos etiā ruina
 attolleret. Quid nuper Fabiū Persicū, cuius osculū etiā imp
 tractent.

uiri uitabāt, sacerdotem nō in uno collegio fecit, nisi Verrucosi,
 & Allobrogici, et illi trecenti qui hostiū incursionī pro repub.
 unā domū obiecerāt? Hæc debemus uirtutibus, ut nō præsentēs
 solum illas, sed etiam ablatas è cōspectu colamus. Quomodo illi
 ijdem egerūt ut nō in unam ætatē prodesse, sed beneficia sua
 etiā post ipsas relinquerēt: ita et nos nō una ætate grati sumus.
 Hic magnos uiros genuit, dignus est beneficijs, qualiscunq; est,
 dignos dedit. Hic egregijs maioribus ortus est, qualiscunq; est,
 sub umbra suorum lateat. Vt loca sordida repercussu solis illu-
 strantur, ita inertes maiorum suorum luce resplendeant.

CAP. XXXI. Excusare hoc loco mi Liberalis deos uolo.

Interdū enim solemus dicere, quid sibi uoluit prouidentia, quæ
 Arrhideū regno imposuit? Illi putas hoc datū patri eius datū
 est, & fratri. Quare * Cesarē orbi terrarū præfecit, hoīem hu-
 mani sanguinis auidiſsimū, quē nō aliter fluere in conspectu suo
 iubebat, quā si ore excepturus esset? Quid ergo tu illi hoc da-
 tum existimas? patri eius Germanico datū, datū auo, proauoq;
 & ante hos alijs non minus claris uiris, etiā si priuati paresq;
 alijs uitā exegerūt. Quid tu cū Mamercū Scaurū Cos. faceres,
 ignorabas ancillarū suarū menstruū ore illū hiantē exceptare.
 Nūquid enim ipse dissimulabat? Nūquid purus uideri uolebat?
 Referam dictū eius in se, quod circūferri memini, & ipso præ-
 sente laudari. Pollioni * Annio iacenti, obsceno uerbo usus, di-
 xerat se facturum id quod pati malebat, et cum Pollionis attra-
 ctioem uidisset frōtem, quicquid inquit, mali dixi, mihi & ca-
 piti meo. Hoc dictum suum ipse narrabat, Hominem tam palam
 obscœnum, ad fascēs, & ad tribunal admisisi? Nempe dum ue-
 terem illum Scaurus senatus principem cogitas, indignè fers
 sobolem eius iacere.

* Caligulanus
 Cesarē

* Asinio

CAP. XXXII. Deos uerisimile est, ut alios indulgentius
 tractent, propter parentes auosq;, alios propter futuram ne-

f s potum

*posterorū potum prone potumq; ac longe sequenium * posterā idolo
 Nota est enim illis operis sui series, oīm illis rerum per ma-
 suas ituraru sciētia in aperto semper est, nobis ex abaito sub-
 Et quæ repentina putamus, illis prouisa ueniunt ac famili-
 Sint hi reges, quia maiores eorū nō fuerūt, quia pro summo
 perio habuerunt iustitiā, abstinentiā, quia nō Remp. sibi, sed
 Reip. dicauerūt. Regnēt hi, quia uir bonus quidā proauus eo
 fuit, qui aīum supra fortunā gessit, qui i dissensione ciuili, quo
 ita expediebat Reipub. uinci quā uincere maluit. Reserri
 gratia tam longo spacio nō potuit. In illius respectū, iste popu-
 præsidiat, nō quia scit aut potest, sed quia alius pro eo mer-
 Hic corpore deformis est, aspectu foedus, et ornamenta sua
 ducturus. Iam me homines accusabunt, cæcum & temerari-
 dicent, nescientem quo loco, quæ summis ac excellentissimis
 bentur, ponam. At ego scio, alij me istud dare, alij olim debiti
 soluere. Vnde isti norunt illum gloriæ sequentis fugacissimu
 eo uultu ad pericula euntem, quo alij ex periculo redeunt, ni
 quan bonum suum à publico distinguentem? Vbi, inquis, is
 aut quis est? Vnde uos scitis? Apud me istæ expensorum ac-
 ptorumq; rationes dispunguntur. Ego quid cui debeam
 alijs post longam diem repono, alijs in antecessum, aut pr-
 occasio, & * Reipub. meæ facultas tulit.

*reipriuatē

CAP. XXXIII. Ingrato ergo aliquando quædam
 nō propter ipsum dabo. Quid si, inquit, nescis, utrū gratum
 an ingratus? Expectabis donec scias, an dandi beneficij temp-
 non amittes? Expectare longū est. Nam (ut Plato ait) Diffic-
 humani animi coniectura est. Non expectare temerarium
 Huic respondebinus, nunquā expectare nos certissimā ren-
 cōprehensionem, quoniā in arduo est ueri exploratio, sed ea
 quā ducit ueri similitudo. Omne hac uia procedit officiū. Sic
 mus, sic nauigamus, sic militamus, sic uxores ducimus, sic libe-
 to

tollimus
 quibus
 serenti
 to pu
 quæ uer
 nisi cor
 sistit.
 uerebo
 CA
 quæ
 ceat. Fa
 negat
 ueritas
 quā
 Sic eni
 manus
 parca
 situm e
 nō dab
 buentis
 daturū
 Si facis
 hoc mo
 uestra
 sapient
 nec nu
 his ma
 poenite
 quā
 tum est
 rit quo

collimus, cū omnium incertus sit euentus. Ad ea accedimus, de quibus bene sperandum esse credimus. Quis enim pollicetur ferenti prouentum, nauiganti portum, militanti uictoriā marito pudicam uxorem, patri pios liberos? Sequimur quā ratio, nō quā ueritas trahit. Expecta, ut nisi bene cessura non facias, & nisi comperta ueritate nihil moueris, relicto omni actu uita cōsistit. Dum ueri similia me in hoc aut in illud impellant, non uerebor beneficium dare ei quem uerissimile erit gratum esse.

CAP. XXXIIII. Multa, inquit, interuenient propter quæ & malus pro bono surrepat, & bonus pro malo displiceat. Fallaces enim sunt rerum species, quibus credimus. Quis negat? Sed nihil aliud inuenio, per quod cogitationē regā. His ueritas mihi uestigijs sequenda est. Certiora nō habeo. Hæc ut quā diligētissime æstimē operā dabo, nec cito illis assentiar. Sic enim in prælio potest accidere, ut telum meū in cōmilitonē manus dirigat, aliquo errore decepta, & hosti tanquam meo parcā. Sed hoc & raro accidet, & nō uitio meo, ciuius propositum est hostem ferire, ciuem defendere. Si sciam ingrātū esse, nō dabo beneficiū. At obrepfit, at imposuit. Nulla hic culpa tribuentis est, quia tanquam grato dedi, Si promiseris, inquit, te daturū beneficiū, & postea ingrātū esse scieris, dabis an non? Si facis sciens, peccas, das enim cui non debes dare: Si negas, & hoc modo peccas, quia non das ei, cui promissisti. Conscientia uestra hoc loco titubat, & illud superbū promissum, nunquam sapientē facti sui poenitere, nec unquam emēdare quod fecerit, nec mutare consilium. Nō mutat sapiens consilium, omnibus his manentibus quæ erant, cum sumeret. Ideo nunquam illum poenitentia subiit, quia nihil melius illo tempore fieri potuit, quā quod factū est, nihil melius constitui, quā quod cōstitutum est. Cæterum ad omnia cū exceptione uenit, si nihil incidere quod impediatur: ideo omnia illi succedere dicimus, & nihil
contra

contra opinionem accidere, quia præsumat animo posse aliqui interuenire, quod destinata prohibeat. Imprudentium ista fiducia est, fortunam sibi spondere. Sapiens autem utranq; parte eius cogitat. Scit quantū liceat errori, quā incerta sint humana, quam multa consilijs obstant. Ancipitē rerū ac lubricā tē suspensus sequitur, cōsilijs certis incertos euentus. Excepta aut, sine qua nihil destinat, nihil* ingreditur, & hic illū tuetur

*aggreditur

CAP. XXXV. Promisi beneficium, nisi si quid incidisset quare nō deberem dare. Quid enim si quod illi pollicitus sum

* non dare

patria sibi* me dare iusserit? Si lex lata erit, ne id quisquam faciat, quod ego me amico meo facturum promiserā. Promisi sibi filiam in matrimonium, postea peregrinus apparuisti. Ne

* externo

est mihi cum* extraneo cōnubium. Eadem res me defendit, quæ uetat. Tunc fidem fallam, tunc inconstantiae crimen audiam, cum omnia eadem sint, quæ erant promittente me, non præterito promissum. Alioquin quicquid mutatur, libertatem fide

* meā fidem.

de integro cōsulendi, & * me fide liberat. Promisi aduocatus postea apparuit per illam causam præiudiciū in patrē meū queri. Promisi me peregre unā exiturum, sed iter infestum trocianijs nunciatur. In rem præsentem uenturus fuis, sed ægrius filius, & puerpera uxor tenet. Omnia esse debent eadem quæ

22

fuerunt cum promitterem, ut promittentis fidem teneas. Quæ autem maior fieri mutatio potest, quā si te malum uirum et ingratum comperis? Quod tanquam digno dabam, indigno nō dabo, & irascendi quoq; causam habebō deceptus.

CAP. XXXVII. Inspiciā tamen, & quantum sit de quo agitur. Dabit mihi cōsiliū promissæ rei modus. Si exiguum est, dabo, nō quia dignus es, sed quia promisi. Nec tanquā munus dabo, sed uerba mea redimā, & aurē mihi puellam. Damno cōdabo promittentis temeritatem. Ecce ut doleat tibi, ut possis cōsideratius loquaris, quod dicere solemus, * Ignarium dabo

*linguarium

Ignarium pyriten dixit.

Si maius
tertio
bo. Est
tum in
denari
aut rub
semper
mei uer
sed quo

CAP
tem ma
operā,
& hom
Hic nau
Quod
collegi
seniani
refecit,
uidere
lippo n
sibi pra
à quo r
lo præf
unus to
pore, &
milia h
quisq; n
bona qu
iniuriā
Philipp
arsit, ut

Si maius erit, nō cōmittam (quēadmodū Mecoenas ait) ut sextertio centies obiurgatus sim. *Interesse enim utrunq; cōpara
 bo. Est aliquid in eo quod promiseris pseuerare, est rursus mul
 tum in eo, ne indigno beneficiū des. Hoc tñ quantū est atten
 dendū. Si leue, cōnuceamus, Si uerò magno mihi aut detrimēto,
 aut rubori futurū, malo semel excusare, quare negauerim, quā
 semper, quare dederim. Totum, inquā, in eo est, quāti promisi
 mei uerba taxentur. Nō tantū quod temerè promisi retinebo,
 sed quod nō recte dedi repetā. Demens est qui præstat errori.

CAP. XXXVII. Philippus Macedonū rex habebat mili
 tem manu fortē, cuius in multis expeditionibus utilem expertus
 operā, subinde ex præda aliqd illi uirtutis causa donauerat,
 & hominem uenalis animæ crebris autoramentis accendebat.
 Hic naufragus in possessiones cuiusdā Macedonis expulsus est.
 Quod ut Macedoni illi nuntiatū est, accurrit, spiritū eius re
 collegit, in uillā illam suam transtulit, lectulo suo cecidit, affectū
 semi animemq; recreauit, diebus tringinta impensa sua curauit,
 refecit, uiatico instruxit, subinde dicentem, Gratiā tibi referā,
 uidere tantū mihi Imperatorem meum cōtingat. Narrauit Phi
 lippo naufragium suum, auxilium tacuit, & protinus petijt, ut
 sibi prædia cuiusdā donaret. Ille quidē erat hospes eius, is ipse,
 à quo receptus erat, à quo sanatus. Multa interim reges, in bel
 lo præsertim, opertis oculis donant. Non sufficit homo iustus
 unus tot armatis cupiditatibus. Nō potest quisquā eodem tem
 pore, & bonum uirum, & bonū ducem agere. Quomodo tot
 milia hominum insatiabilia satiabuntur? Quid habebunt, si suū
 quisq; habuerit? Hoc Philippus sibi dixit, cum illum induci in
 bona quæ petebat iussit. Expulsis bonis suis ille, nō ut rusticus
 iniuriā tacitus tulit, cōtentus quod nō & ipse donatus esset, sed
 Philippo epistolā strictā, ac liberā scripsit: qua accepta ita ex
 arsit, ut statim Pausaniæ mādaret, ut bona priori dño restitue
 ret.

ret. Ceterum improbiſſimo militi, ingratiſſimo hoſpiti, auidiſſimo naufrago, ſtigmata inſcriberet, ingratum hoſpitē teſtante. Dignus quidē fuit, cui nō inſcriberentur illae literae, ſed inſcriperentur, qui hoſpitē ſuum nudo & naufrago ſimilem in id quo iacuerat ipſe littus expulerat. Sed uidebimus quis morae poenae ſeruandus fuerit. Auferendum utiq; fuit, quod ſummū ſcelere inuaserat. Quis autem poena eius moueretur, qui id miſerat, * pro quo nemo miſereri miſericors poſſet?

* propter
quod

CAP. XXXVIII. Dabit tibi Philippus quia promiſit, etiā ſi nō debet, etiā ſi iniuriā facturū, etiā ſi ſcelus factū eſt, etiā ſi uno facto praecluſurus eſt naufragijs littora? Non leuitas à cognito & damnato errore diſcedere, & ingenue tendendum eſt. Aliud putauī, deceptus ſum. Hae uerō ſuperbia ſtultitiæ perſeuerantia eſt, quod ſemel dixi, qualecunq; eſt, eorum ratumq; ſit. Nō eſt turpe cum re mutare cōſilium. Aggredere Philippus poſſeſſorem illum eorum littorum reliquiſſet, naufragio ceperat, nōne omnibus miſeris aqua & igni inter dixerat? Potius eſt, inquit, intra fines regni mei, te literas in oculis inſcribēdas, durīſſima fronte circumferre. Oſtende quae ſacra res ſit menſa hoſpitalis. Praebe in facie tua legendum iſtius decretum, quo cauetur, ne miſeroteſto iuuare capitale ſit. Quis iſta cōſtitutio ſic erit rata, quā ſi illam in aēs incidīſſet?

CAP. XXXIX. Quare ergo, inquit, Zeno noſter, qui quingentos denarios mutuos cuiſdā promiſiſſet, & ipſe illiſus parum idoneum cōperīſſet, amicis ſuadentibus ne daret, per me uerauit credere, quia promiſerat? Primū alia cōditio eſt in dīto, alia in beneficio. Pecuniae etiā male creditae exactio eſt. Non appellare debitorē ad diem poſſum, & ſi ſoro ceſſerit, potius nē ferā: beneficiū & totū perit, & ſtatim. Praeterea hoc malū uerū eſt, illud mali patrisfamiliae. Deinde ne Zeno quidē, ſi miſerati fuiſſet ſumma, credere perſeueraiſſet. Quingenti denarii ſunt

illud (quod dici solet) in morbo consumat, fuit tanti non reuocare promissum suum. Ad coenam quia promisi ibo, etiam si frigus erit, non quidem si niues cadent. Surgam ad sponsalia, quia promisi, quamuis non concoxerim, sed non si febricitauero. Sponsum descendam quia promisi, sed non si spondere in incertum iubebis, si scisco obligabis, Subest, inquam, tacita exceptio, si potero, si debebo. Si haec ita erunt, effice, ut idem status sit, cum exigis, qui fuit cum promitterem. Desitucere leuitas non erit, si aliquid interuenit noui. Quid miraris cum conditio promittentis mutata sit, mutatum esse consilium? Eadem mihi omnia praesta, et idem sum. Vadimonium promittimus, tamen deseritur. Non in omnes datur actio. Deserentem uis maior excusat.

CAP. XL. Idem etiam illa in quaestione responsum existima, an omnimodo referenda sit gratia, et an beneficium* utique reddendum sit. Animum prestare gratum debeo, ceterum aliquando me referre gratiam non patitur mea infelicitas, aliquando felicitas eius cui debeo. Quid enim regi, quid pauperi, quid diuiti reddam? Utique cum quidam recipere beneficium iniuriam iudicet, et beneficia subinde alijs beneficijs onerent? Quid amplius in horum personam possum quam uelle? Nec enim ideo beneficium nouum reijcere debeo, quia nondum prius reddidi. Accipiam tam libenter, quam dabitur, et praebibo me amico meo exercenda bonitatis suae capacem materiam. Qui noua accipere non uult, acceptis offenditur. Non refero gratiam. Quid ad rem? non est per me mora, si aut occasio mihi deest, aut facultas. Ille praestitit mihi, nempe cum occasione haberet, cum facultatem. Vtrum bonus uir est, an malus? Apud bonum uirum, bonam causam habeo, apud malum non ago. Ne illud quidem existimo faciendum, ut referre gratiam, etiam inuitis his quibus refertur, properemus, et instemus cedentibus. Non est referre gratiam, quod uolens acceperis nolenti reddere. Quidam cum aliquod illis missum est

* ubique: alijs,
utile.

* principi

munusculum, subinde aliud intempestiue remittunt, & nihil
 17 debere testantur. Reijciendi genus est protinus aliud inui-
 mittere, & munus munere expungere. Aliquando &
 reddam beneficium cum possim. Quando? Si plus mihi detur
 eturus ero, quam illi collaturus, si ille non erit sensurus illius
 accessionem recepto eo, quo reddito mihi multum abscessum
 erit. Qui festinat itaq; reddere, non habet animum grati-
 minis, sed debitoris. Et ut breuiter dicam, qui nimis cito cu-
 soluere, inuitus debet, qui inuitus debet, ingratus est.

FINIS LIBRI QVARTI.

ANNOT. IN EVNDEM.

CAP. IIII.

1 Prædicantium uota, &c. Quidam codex habebat, peccantibus
 duo, uoces pro uota, nec dubium, quin præcantium sit legendum,
 habebat codex uetustissimus. Sed adhuc uidetur una dicti uincula
 esse, fors, aut fortuna. Vti hunc in modum legamus, Vota facientibus
 fortuna, priuata gerit, ac publica. Quamquam omiſſa hac uoce
 bilis est lectio, si pro geri, legamus gerit, ut in hominis personam
 feratur, mundi gubernatio. Nam Seneca multus est, in mutandis
 sonis, interim durus ac subitus, & hinc interdum obscurior. In ueteri
 simo codice, in spatio quod uersus dirimit, ascriptum erat, sed eadem
 manu, non attendit, non gerit, ita, publica priuataq; non attendit.

CAPVT IX.

2 Arenis committant. Hic quidam adiecerat, pro fructu est, quod
 spatio in contextum translatum constat. Alius adiecerat, quod si
 rum est, nostram &c. Hunc sefellit mutata persona. Non enim
 dicuntur à Seneca, sed ab eo qui putat in beneficio conferendo
 standam utilitatem.

CAPVT XVIII.

3 Illud obnoxio quolibet ualidis, &c. Vnus codex manu scriptus
 habebat, ceteris obnoxium, alter non habebat quolibet: hinc gerit
 scripturam coniecimus, illum ceteris obnoxium, ualidis
 facerent. Sentit enim hominem ut inermem, ceteris omnibus
 situm iniuriis, sola ratione & societate tutum esse.

4 Si seduceretur, rerum potitur. Hæc duo uerba, rerum potitur
 desiderabantur, ea restitimus ex fide duorum exemplariorum.

rum alterum misit Anglia, alterum suppeditauit Basilea, ne quis suspi-
cetur à nobis adiecta.

CAP. XXII.

5. Ac multa hinc cōmoda oriuntur, & tutior est uita melioribus,
amatq; & secundū bonorū iudiciū, ætasq; securior. Sic habebat ædi-
tio prior, quam nemo dubitat esse mendosam. Itaq; quum nō suffra-
garentur exēplaria, germanam, ni fallor, lectionē ita restituius. At
multa hinc cōmoda oriuntur: & tutior est uita melioribus, atque se-
cundum bonorū iudiciū, etiā securior. At, enim conuenit obiicienti
ex aduerso. Et tutior, est respondentis idē accidere in omni genere
uirtutis. Securior autem refertur ad, tutior. Potest enim esse tuta uita
quæ non sit secura. Porro boni magis spectant securū quā tutum,
eo spectat quod addit, secundum bonorum iudicium. Securitas enim
non nascitur nisi ex bona conscientia.

CAP. XXIII.

6. Quantum ista nocte, quantū in numerū ac discrimē demū ob-
seruas. Igitur quanta &c. Sic habebat superior æditio, Omnes codi-
ces descripti, pro igitur habebant agitur, & recte, dierū pro demum
non recte. Restituimus hunc in modum, Quantū ista nocte, quam
tu in numerum ac discrimē demū obseruas, agitur? Quanta rerū &c.
Demum dixit pro tantum. Sensus est, Tu tantū obseruas numerū ac
discrimē stellarū noctū lucentiū, quid agāt nō attēdis.

CAP. XXVIII.

7. Rex honores dignis dat, donatio imperatoris est, congiarium
indignis &c. Aliquis exposuit congiarium, donatio est imperato-
ris. Ea uerba è spatio translata sunt in textum. Nos ex fide ueterum
exemplariorum rescuimus.

CAP. XXXI.

8. Scaurum heroa. Vetustissimi codices habebant, Cos. pro con-
salem, uocem heroa ut notham sustulimus.

9. Ore illum hiantē expectare. Refragantibus licet exemplaribus
posuimus, exceptare.

CAP. XXXII.

10. Deos uerisimile est. Consentiebant exemplaria. At sermo est
imperfectus, ni repetas ex superioribus, cogitare, aut indigne ferre.

11. Rationes disponuntur. Codex manu descriptus, & alter uetu-
sissimus habebat dispunguntur. Loquitur enim de soluendo quod
dubietur. Magis autem mihi placet, rei priuatæ meæ quā reipubli-
cæ. Tam enim ad hominis personam rediit.

CAP. XXXV.

12. Vt promittentis fidem teneam. In uetustissimis exemplaribus
erat, teneas. Dicitur autem ab eo qui promisit, ad illū cui promissio
facta est. Ille tenet fidem tuam, qui te habet obligatum.

CAP. XXXVI.

13. Quando promisi mea. Hoc habebat superior æditio. Vnum
exemplar habebat promisi. Longobardicum uetustissimum, quanti

g

promisi

promisi mei, quæ germana est lectio.

14 Non tantum quod temerè promisi. &c. Vnus codex habet Si magnū est, non tantum quod temerè, &c. CAP. XX

15 Ad sponsum descendam. Sic habebant exemplaria cætera miræ vetustatis, Longobardicis literis scriptum habebat, Spon descendam, id est, descendam ad sponsonem. CAP. XXI

16 Refert utrum bonus &c. In duobus pernetustis exemplis non erat refert, nec congruit huic loco, alioqui dicendū erat, ut

17 Reiciendi sunt pignus est, &c. Consentiant cæteri codices mendo, sed Longobardicus subuenit, in quo erat, Reiciendū est &c. Et mox pro accessurum erit, habebat abscellurum. Id in me quis ut à nobis diuinatum contemnat.

L. ANNAEI SEN

CAE DE BENEFICIIS

LIBER QVINTVS.

CAP. I.



N prioribus libris uidebar cōsummasse positum, cum tractassem quemadmodum dūm esset beneficium, & quemadmodum capiendum. Hij enim sunt huius officij. Quicquid ultra moror, non seruiō, sed inaulgeo, quæ quō ducit sequendum est, non quo Subinde enim nascetur, quod laceſſat aliqua dulcedine magis non superuacuum quàm necessarium. Verūm uis, perseueremus, peractis quæ rem continebant, scrutari ea, quæ sunt his connexa, uerum non coherentia, quæ diligenter inspicit, nec facit operæ pretium, nec tamen operam. Tibi autem hominum natura optimo, & ad benipropenso Liberalis Ebuti, nulla eorum laudatio satis facit minem unquam uidi tam benignum, etiam leuissimorum ciorum æstimatorem. Iam bonitas tua eo usq; prolapsa tibi dari putes beneficium, quod ulli datur. Paratus es, beneficij pœniteat, pro ingratis dependere, Ipse usq;

ab omni iactatione, usq; eò statim exonerare cupis quos obligas, ut quicquid in aliquem confers, uelis uideri non præstare, sed reddere. Ideoq; plenius ad te sic data reuertuntur. Nam ferè sequuntur beneficia non reposcètem, & ut gloria fugientes magis ac magis sequitur, ita fructus beneficiorum gratius respondet illis, per quos etiam esse ingratis licet. Per te uerò non est mora, quò minus beneficia qui acceperunt, ultro repetant, nec recusabis conferre alia, & suppressis dissimulatisq; plura ac maiora adijcere. Propositum & optimi uiri, & ingentis animi, tam diu ferre ingratum, donec feceris gratum. Nec te ista ratio decipit. Succumbunt uitia uirtutibus, si illa concito odisse properaueris.

CAP. II. Illud utiq; unice tibi placet, uelut magnifice dictum, Turpe est beneficijs uinci, quod an sit uerum, non immerito queri solet, longeq; aliud est, quàm mente concipis, Nunquam enim in rerum honestarum certamine superari turpe est, dummodo arma non projicias, & uictus quoque uelis uincere. Non omnes ad bonum propositum easdem afferunt uires, easdem facultates, eandem fortunam, quæ optimorum quoq; consiliorum duntaxat exitus temperat. Voluntas ipsa electum petens laudanda est, etiam si illam alius gradu uelociori antecessit: non ut in certaminibus ad spectaculum æditis meliorem palma declarat, quanquam in illis quoq; sæpe dete-
 quæ quæ
 uenit
 ad bene-
 tis faci-
 morum
 lapsa
 usq; co-
 no, non magis uictus est, tanquam qui in armis moritur, quem
 usq; co-
 cedere facilius hostis potuit, quàm auertere. Quod turpe

existimas, id accidere uiro bono non potest, ut uincatur. uoluntas
quam enim succumbet, nunquam renuntiabit, ad ultimum iudi, au
diem uitæ stabit paratus, & in hac statione morietur, in quia tam
se accepisse præ se ferens, paria uoluisse. beneficii

* alium

CAP. III. Lacedæmonij uctant suos pancrati beneficii
cestu decernere, ubi inferiorem ostendit uicti confessio. dico, à r
sor metam prior contingit, uelocitate * illum, non animo multa po
cessit. Luctator ter abiectus perdidit palmam, non Reges &
dit. Cum inuictos esse Lacedæmonij ciues suos magno & quoru
marent, ab his certaminibus remouerunt, in quibus uicti ministeri
facit non iudex, non per se ipse exitus, sed uox cedentis cupiditate
tradere iubentis. Hoc quod illi in ciuibus suis custodiuntur, quib
tus ac bona uoluntas omnibus præstat, ne unquam uiu. Socrate u
quoniam quidem etiam inter superantia animus inuictus. dias Mac
Ideò nemo ccc. Fabios uictos dicit, sed occisos. Eibus. Nō
gulus captus est à Pœnis, non uictus, & quisquis alii picienda
uientis fortune ui ac pondere oppressus, non subminere uisu
num. In beneficijs idem est. Plura aliquis accepit, maior multo lo
quentiora, non tamen uictus est. Beneficia fortasse bene plus enim
uicta sunt, si inter se data & accepta computes. Si daret dare.
accipientem comparaueris, quorum animi & per se est CAP.
di sunt, penes neutrum erit palma. Solet enim fieri, uictus fortis
cum alter multis uulneribus confossus est, alter leuiter deo ignis
dem saucius pares exisse dicantur, quamuis alter uictum flam
inferior. accipiens

CAP. IIIII. Ergo nemo uinci potest beneficijs e diuide
debere, si uult referre, si quod rebus non potest, animo Non turp
Hic quam diu in hoc permanet, quam diu tenet uoluntate uos aut
tum animum signis approbat. Quid interest ab utraque lituris ad
manuscula plura numerentur? Tu multa dare potes, tur. Na
tantum accipere possum. Tecum stat fortuna, mecum icamus,

catur. uoluntas. Tamen tam par tibi sum, quàm multis armatissimis
 ultimam nudum, aut leuiter armati. Nemo itaque beneficijs uincitur,
 tur, quia tam gratus est quisque, quàm uoluit. Nam si turpe est
 beneficijs uinci, non oportet à præpotentibus uiris accipere
 in crati beneficium, quibus gratiam referre non possis. A principibus
 fessio. dico, à regibus, quos eo loco fortuna posuit, ex quo largiri
 animo multa possent, pauca admodum & imparia datis accepturi.
 , non Reges & principes dixi, quibus tamen potest opera nauari,
 magno & quorum illa excellens potentia per animorum consensum
 bus uicini ministeriumq; constat. Sunt quidam extra omnem subducti
 edentia cupiditatem, qui uix ullis humanis desiderijs contingun-
 todiantur, quibus nihil potest præstare ipsa fortuna. Necesse est à
 m uincere Socrate uincat beneficijs. Necesse est à Diogene, qui per me-
 in uictis dias Macedonum gazas nudus incesit, calcatis regijs opi-
 sos. Eibus. Nonne ille tunc merito & sibi & ceteris quibus ad di-
 nis aliquid ueritatem non erat obsusa caligo, supra eum emi-
 submittere usus est, infra quem omnia iacebant? Multo potentior,
 , maior multo locupletior fuit, omnia tunc possidente Alexandro.
 esse bene plus enim erat, quod hic nollet accipere, quàm quod ille pos-
 si daret dare.

r se a se CAP. V. Non est turpe ab his uinci. Neque enim mi-
 geri, ut nus fortis sum, si cum inuulnerabili me hoste committis, nec
 r leuiter deo ignis minus urere potest, si in materiam incidit inuolabi-
 lter uim flammis, nec ideo ferrum secandi uim perdidit, si non
 recipiens ictum lapis solidus, inuict. e. q; aduersus dura natu-
 neficijs. e diuidendus est. Idem tibi de homine grato respondeo.
 animo Non turpiter uincitur beneficijs, si ab his obligatus est, apud
 olitatem uos aut fortunæ magnitudo, aut eximia uirtus aditum re-
 ab utri- tituris ad se beneficijs clausit. A parentibus fere uinci-
 potes- tur. Nam tam diu illos odio habemus, quam diu graues iu-
 mecum icamus, & quam diu beneficia illorum non intelligimus.

Cum iam *etas* aliquid *prudentiæ* collegit, & apparere cœperat propter illa ipsa eos amari à nobis debere, propter quæ amabantur, admonitiones, se ueritatem, & in consultæ ad scienciæ diligentem custodiam, rapiuntur nobis. Paucos usque uerum fructum à liberis percipiendum perduxit *etas*. Ceteri liberos onere senserunt. Non est tamen turpe uinci beneficii parente. Quid ni nō sit turpe, cū à nullo turpe sit? Quibusdam enim & pares & impares sumus. Pares animo, quem solus illi exigūt, quem nos solum promittimus: impares fortuna, quæ beneficii obstitit quo minus referret gratiam, nō ideo illi tanquam uicto erubescendum est. Non est turpe non assequi, dum modo quaris. Sæpe necesse est ante alia beneficia petamus, quæ prior reddidimus. Nec ideo non petimus, aut turpiter petimus, quod non reddituri debebimus. Quia non per nos erit mora, quoniam nus gratissimi sumus, sed interueniet aliquid extrinsecus, quod prohibeat. Nos tamen nec uincemur animo, nec turpiter rebus superabimur, quæ non sunt in nostra potestate.

CAP. VI. Alexander Macedonū rex gloriari solebat nullo se beneficijs uictū. Non est quod nimius animis Macedonas, & Græcos, & Caras, & Persas, & nationes districtis sine exercitu suspiciat, ne hoc sibi præstitisse regnum, à Thraciæ angulo porrectū usque ad littus incogniti maris, iudicet. Eadem re gloriari Socrates potuit, eadem Diogenes, à quo uictus est. Quid ni uictus sit illo die, quo homo supra mensuram humanæ superbiæ tumens, uidit aliquē, cui nec dare quicquā possit nec eripere? Archelaus rex Socratem rogauit, ut ad se uenire dixeret, Socrates traditur, Nolle se ad eū uenire à quo acciperet beneficia, cū reddere illi paria non posset. Primum in ipsius potestate erat non accipere. Deinde ipse dare beneficiū prior accipiebat. Veniebat enim rogatus, et id dabat quod utique illi erat Socrati redditurus. Etiamnū, Archelaus daturus erat ad

Et argu-
terat er-
erat acc-
morti
dia err-
rum, u-
(quod i-
fuisse b-
num an-
sed duo-
fra ipso
dit: quæ
ducit: m-
cludit to-
media s-
tas sua-
dispositi-
næ uete-
iam em-
impedi-
tiam A-
parum
dare po-
facetus
risor on-
quàm c-
acciper-
geretur
te accip-
se regen-
Nihil a-

& argētum, recepturus contēptum auri & argenti. Non poterat ergo Archelao referre Socrates gratiam? Et quid tantum erat accepturus, quātum dabat, si ostendisset hominem uitae ac mortis peritum, utriusq; fines tenentem? Si regem in luce media errantem ad rerum naturam admisisset, usq; cō eius ignarum, ut quo die solis defectio fuit, regiam clauderet, & filium (quod in luctu ac rebus aduersis moris est) tonderet? Quantū fuisset beneficium, si timentem ē latebris suis extraxisset, et bonum animū habere iussisset, dicens: Non est ista solis defectio, sed duorū syderum coitus, cum luna humiliore currens uia, infra ipsum solem, orbem suū posuit, & illum obiectu sui abscondit: quae modo partes eius exiguas, si in transcurso strinxit, obducit: modo plus tegit, si maiorem partem sui obiecit: modo exclusit totius aspectum, si recto libramento inter solem terrasq; media successit. Sed iam ista sydera, huc & illō diducet uelocitas sua, iam recipient diem terrae, & hic ibit ordo per secula, dispositosq; ac praedictos dies habent, quibus sol intercurso lunae uetetur omnes radios radios effundere. Paulū expecta, iam emerget, iam istam uelut nubem relinquet, iam exolutus impedimentis, lucem suam libere mittet. Socrates parem gratiam Archelao ferre non posset? Si illum * docuisset regnare, parum scilicet magnū beneficium à Socrate accipiebat, si ullum dare potuisset Socrati? Quare ergo hoc Socrates dixit? * Ut facetus, & cuius per figuras sermo procedere solitus erat, derisor omnium, maxime potentium, maluit illi * uafre negare, quā contumaciter ac superbe. Dixit se nolle beneficia ab eo accipere, cui non posset paria reddere. Timuit fortasse, ne cogereetur accipere quae nollet. Timuit ne quid indignum Socrate acciperet. Dicit aliquis, negasset, si nollet. Sed instigasset in se regem insolentem, & omnia sua magno aestimari uolentem. Nihil ad rem pertinet utrum dare aliquid regi nolis, an acci-

* uetuisset

* Vir facetus

* nasute: aliā mansuete

pere à rege. In æquo utranq; ponit repulsam. Et superbo
diri acerbius est, quàm non timeri. Vis scire quid uere nolue
Noluit ire ad uoluntariam seruitutem is, cuius libertatem
tas libera ferre non potuit.

CAP. VII. Satis (ut existimo) hanc partem tracta
mus, an turpe esset beneficijs uinci, quod qui quærit, scit
solere homines sibiipsis beneficiũ dare, manifestũ enim factum
non esse turpe à seipso uinci. Atqui apud Stoicos quosdam
de hoc ambigitur, an possit aliquis sibi beneficium dare, an
beat referre sibi gratiam: quod ut uideretur quærendum,
fecerunt, Solemus dicere, gratias mihi ago, & de nullo quod
possim alio quàm de me: Ego mihi irascor, & ego à me peccata
exigam, & odi me. Multa præterea huiusmodi, per quæ
quisque de se tanquam de altero loquitur. Si nocere, inquit,
possim, quare nõ et beneficia mihi dare possim? Præter ea
si in aliũ contulissim, beneficia uocarentur, quare si in me
tuli non sint? Quod si ab altero accepissim, deberem, quare
mihi ipse dedi, non debeam? Quare sim aduersus me ingratus,
quod nõ minus turpe est, quàm in se sordidum esse, & in se
rum ac seuum, & sui negligentem? Tam alieni corporis
male audit, quàm sui. Nempe reprehenditur assentator, et
na subsequens uerba, paratus ad falsa laudator: non minus
cens sibi, & se suspiciens, & ut ita dicam, assentator suus.
non tantum cum foris peccant inuisa sunt, sed cum in se re
quentur. Quem magis admiraberis, quàm qui imperat
bi, quàm qui se habet in potestate? Gentes facilius est bene
ras impatientesq; alieni arbitrij regere, quàm animum suum
continere & tradere sibi. Plato, inquit, agit Socrati gratias
quod ab illo didicit, quare Socrates non agat, quod ipse se
cuit. * M. Cato ait, Quod tibi deerit, à teipso mutuare. Quod
re donare mihi nõ possim, si comodare possim, Innumerabilis

* Hecaton ait

* M. Cato ait, Quod tibi deerit, à teipso mutuare. Quod
re donare mihi nõ possim, si comodare possim, Innumerabilis

Sunt in q
loquar n
quæ adm
modo c
& lucro
dicimus,
dedit. N
de ut gr
quàm m
C A P
est dare.
Quomo
transfe
dicitur,
eger cu
omni ne
bebit re
cedam
cedam a
mi (qu
transit.
Hoc uer
ergo in
nihil est
motu or
occideb
tuntur:
ris, unus
Alligau
tinus dar
quicquia

sunt in quibus consuetudo nos diuidit. Dicere solemus. Sine tu, loquar mecū, & ego mihi aurem peruellam. Quæ si uera sunt, quæ admodum aliquis sibi irasci debet, sic et gratias agere, quomodo obiurgare se, sic & laudare, quomodo damno sibi esse, sic & lucro potest. Iniuria et beneficiū contraria sunt. Si de aliquo dicimus, iniuriam sibi fecit: poterimus dicere. & beneficiū sibi dedit. Natura sibi dedit. Natura prius est, ut quis debeat, deinde ut gratiam referat. Debitor non est sine creditore, nō magis quā maritus sine uxore, aut sine filio pater.

CAP. VIII. Aliquis dare debet, ut aliquis accipiat. Non est dare, nec recipere, in dexteram manū de sinistra transferre. Quomodo nemo se portat, quamuis corpus suum moueat & transferat, quomodo nemo quamuis pro se dixerit, affuisse sibi dicitur, nec statuan sibi tanquam patrono ponit, quomodo si eger cum cura sua conualuit, mercedem à se non exigit: sic in omni negotio, etiam cum aliquis probe fecerit, non tamen debet referre gratiā sibi, quia non habebit, cui referat. Ut concedam aliquem dare sibi beneficiū, dum dat, & recipit. Ut concedam aliquem à se accipere beneficiū, dum accipit, reddit. Domū (quod aiunt) uersura fit, & uelut lusorium nomen statim transit. Neq; enim alius dat quā qui accipit, sed unus atq; idē. Hoc uerbum debere, non habet nisi inter duos locū. Quomodo ergo in uno cōsistit, qui se obligando liberat? Ut in orbe ac pila, nihil est inum, nihil summū, nihil extremum, nihil primum quia motu ordo mutatur, & quæ sequebantur præcedunt, & quæ occidebant oriuntur, oīa quomodocunq; ierint, in idem reuertuntur: ita in homine existima fieri, cū illum in multa mutaueris, unus est. Cæcidit se, iniuriarum cum quo agat, non habet. Alligauit & clausit, de ui nō tenetur. Beneficiū sibi dedit, protinus danti reddidit. Rerum natura nihil dicitur perdere, quia quicquid illi auellitur, ad illam redit: nec perire quicquā potest,

*excidat quod quò *excedat non habet, sed eodè reuoluitur, unde dicitur. Quid simile, inquit, habet hoc exemplum propositæ questionis? Dicam. Puta te ingratum esse, non peribit beneficiū, habet illud, qui dedit. Puta te recipere nolle, apud te est, antequam reddatur. Non potes quicquam amittere. Quia quod detur, nihilominus tibi acquiritur. Intra te ipsum orbis agitur, accipiendo das, dando accipis.

CAP. IX. Beneficiū inquit, sibi dare oportet, ergo referre gratiā oportet. Primū illud falsum est, ex quod pēdet sequentia. Nemo enim sibi beneficiū dat, sed natura & suæ patriæ à qua ad charitatem sui cōpositus est, unde illi summa cura & nocitura uitandi, profutura appetēdi. Itaq; nec liberalis est, qui sibi donat, nec clemēs, qui sibi ignoscit, nec misericors, qui misericordiam sibi præstare natura est. Beneficiū res uoluntaria est, at prodesse sibi necessarium est. Quo quis plura beneficia dedit, beneficentior est. Quis unquam laudatus est, quod sibi præfuisse auxilio? quod se eripuisse latronibus? Nemo sibi beneficiū dat, nō magis quàm hospitium. Nemo sibi donat, non magis quàm credit. Si dat sibi quisque beneficiū, semper dat, sibi inuentione dat. * Inuenire beneficiorū suorum nō potest merum. Quomodo ergo gratiā referet, cū per hoc ipsum, quod gratiam referret, beneficiū det? Quomodo enim discernere poteris utrum det sibi beneficiū an reddat, cum intra eundem hominem res geratur? Liberavi me periculo, beneficiū me dedit. Iterū me periculo libero, do beneficiū an reddo? * Deinde ut primū illud concedam dare nos beneficiū nobis, quod dicitur non concedam. Nam etiā si damus non debemus. Quod requirit statim recipimus. Accipere beneficiū nos oportet, deinde debere, deinde referre. Debendū locus non est, quia sine mora recipimus. Dat nemo nisi alteri. Debet nemo nisi alteri.

Reddit
toties d
CA
bum a
debitur
natio est
quædam
quod ter
nemo si
uno coe
interest
uerba p
inter da
tinere,
nobis. F
sum, sed
altero n
et quod
Idem ip
Nemo a
partiū e
niē cum
desidera
tutis, ni
maxima
dicitur s
CA
refert, al
autē imp
quitur, q
tio ultro

Reddit nemo nisi alteri. Id intra unum non potest fieri, quod toties duos exigit.

CAP. X. Beneficium est prestitisse aliquid utiliter. Verbum autē prestitisse ad alios spectat. Nunquid nō demens uidebitur, qui aliquid uendidisse sibi se dicit? quia uenditio alienatio est, & rei suae, iurisq; in ea sui in alium translatio. Atqui quā admodum uendere, sic dare aliquid, à se dimittere est, & id quod tenueris, habendū alter tradere. Quod si est beneficium, nemo sibi dedit, quia nemo dat sibi aliquid. Duo contraria in uno coeunt, ut idem sit dare, & accipere. Sed etiam nū multum interest, inter dare, & accipere. Quid ni? cum ex diuerso ista uerba posita sunt. Atqui si quis sibi beneficiū dat, nihil interest inter dare & accipere. Paulo ante dicebā quaedā ad alios pertinere, & sic esse formata, ut tota significatio illorū discedat à nobis. Frater sum, sed alterius. Nemo est enim suus frater. Par sum, sed alicui. Quis est enim par sibi? Quod comparatur, sine altero non intelligitur, quod iungitur, sine altero non est. Sic & quod datur, sine altero nō est, et beneficiū sine altero nō est. Idem ipso uocabulo apparet, in quo hoc continetur benefecisse. Nemo autē sibi benefacit, non magis quā sibi fauet, quā suarū partiū est. Diutius hoc et pluribus exēplis licet prosequi. Quid ni? cū inter ea sit habēdum beneficiū, quae secundā personam desiderat? Quaedā cū sint honesta, pulcherrima, summā uirtutis, nisi * cum altero non habent locum. Laudatur, & inter maxima humani generis bona fides colitur. Num quis ergo dicitur sibi fidem prestitisse?

*in altero

CAP. XI. Venio nunc ad ultimam partē. Qui gratiam refert, aliquid debet impendere, sicut qui soluit pecuniam. Nihil autē impendit, qui gratiam sibi refert, non magis quā consequitur, qui beneficium à se accepit. Beneficium & gratiae relatio ultro citroq; ire debent. Intra unum hominē non est uicissitudo,

tudo.

tudo. Qui ergo gratiam refert, inuicem prodest ei, à quo consecutus est aliquid. Qui sibi gratiam refert, cui prodest? sibi. Et quis non alio loco relationem gratiæ, alio beneficium cogitat? Qui gratiam refert, sibi prodest. Et quis unquam ingratus hoc noluit facere? imò quis non ingratus fuit, ut hoc faceret? Si gratias, inquit, nobis agere debemus, & gratiã referre debemus. Dicimus autem, ago gratias mihi, quod illam uxorem nolui ducere, & cum illo non contraxi societatem. Cum hoc dicimus, laudamus nos, & ut factum nostrum comprobemus, gratias agentium uerbis abutimur. Beneficium est, quod potest, & cui datum est, non reddi. Qui sibi beneficium dat, non potest non recipere, quod dedit. Ergo non est beneficium. Alio tempore beneficium accipitur, alio redditur. In beneficio hoc est probabile, & suspiciendum, quod alteri ut aliquis prodesset, utilitatis interim suæ oblitus est, quod alteri dedit ablaturus sibi. Hoc non facit, qui beneficium sibi dat. Beneficium dare socialis res est, aliquem conciliat, aliquem obligat: sibi dare, non est socialis res, neminem conciliat, neminem obligat, neminem in spem inducit, ut dicat, Hic homo colendus est, illi beneficium* dedit, dabit & mihi. Beneficium est, quod quis non sua causa dat, sed eius cui dat. Is qui sibi beneficium dat, sua causa dat. Non est ergo beneficium.

* dedit

CAP. XII. Videor tibi iam illud quod in principio dixeram mentitus? Dicis me* abesse ab eo, qui operæ pretiũ facit, imò totam operam bona fide perdere. Expecta etiam, hoc uerius dices, simul ac te ad has latebras perduxero, à quibus cum euaseris, nihil amplius affecutus eris, quàm ut eas difficultates effugias, in quas licuit non descendere. Quid enim boni est, nodos operose soluere, quos ipse ut solueres feceris? Sed quemadmodũ quædã in oblectamentum ac iocum, sic alligantur, ut eorum solutio imperito difficilis sit: quæ ille, qui implicuit sine

* abisse

illo

illo ne
hilom
animor
da &
runt, q
do * cr
pant, e
Id sic
nemo h
non ac
honest
aut pro
potest
num, u
cit, ing
non ac
malus.
est ap
test. D
diu au
na mal
quia q
Quen
lem, q
sam de
onus s
simis i
inueni
rentur
nihil q
tur am

illo negotio separat, quia commissuras eorum & moras nouit, nihilominus illa habent, aliquā uoluptatem: tentant enim acumen animorum, & intentionē excitant: Ita hæc quæ uidentur callida & insidiosa, securitatē, torporē, ac segnicie[m], ingenijs auferunt, quibus modo campus in quo uagentur, sternendus est, modo * crebri aliquid & confragosi obijciendum, per quod erant, & sollicitē uestigium faciāt. Dicitur nemo ingratus esse. Id sic colligitur, Beneficium est, quod prodest, prodesse autem nemo homini malo prodest, ut dicitis Stoici, ergo beneficium non accipit malus, itaq; nec ingratus est. Etiamnum, beneficium honesta & probabilis res est. Apud malum nulli honestæ rei aut probabili locus est, ergo nec beneficio, quod si accipere nō potest, nec reddere quidē debet. Et ideo non fit ingratus. Etiamnum, ut dicitis, Bonus uir omnia recte facit. Si omnia recte facit, ingratus esse non potest. Bonus beneficium reddit, malus non accipit. Quod si est, nec bonus quisquam ingratus est, nec malus. Ita ingratus in rerū natura est nomē, & hoc inane. Vñ est apud nos bonum, honestum. Id peruenire ad malum nō potest. Desinit enim malus esse, si ad illū uirtus intrauerit. Quādiu autem malus est, nemo illi dare beneficium potest, quia bona malaq; dissentiant, nec in unum eunt. Ideo nemo illi prodest quia quicquid ad illum peruenit, id prauo usu corrumpitur. Quemadmodum stomachus morbo uitiatus, & colligens bilem, quoscunq; accepit cibos mutat, & omne alimentum in causam doloris trahit: ita animus cæcus, quicquid illi comiseris, id onus suum, & perniciem, & occasionem miseriæ facit. Felicissimis itaq; opulentissimisq; plurimum æstus subest, minusq; se inueniunt, quo in maiorem materiam inciderunt, qua fluctuantur. Ergo nihil potest ad malos peruenire, quod prodest, imò nihil quod non noceat. Quæcunq; enim illis contigerunt, in naturam suam uertunt, & * extra speciosa profuturaq; si meliori

* recti. aliās;
scabri

* ex se.

daren

darentur, illis pestifera sunt, Ideò nec beneficium dare possunt, quoniam nemo potest, quod non habet dare, hic beneficium uoluntate caret.

CAP. XIII. Sed quamuis hæc ita sint, accipere tamen potest, quæ beneficijs similia sint, quibus non redditus gratus erit. Sunt animi bona, sunt corporis, sunt fortuna. animi bona à stulto ac malo submouentur. Ad hæc admittitur quæ & accipere potest, & debet reddere, & si non reddit, ingratus est. Nec hoc ex nostra constitutione tantum. Perpetui quoque, qui felicitatis humanæ longe lateque terminos perueniunt, aiunt, minuta peruenire beneficia ad malos. Hæc qui reddit, ingratus est. Nobis itaque beneficia esse non placet, non sunt animum factura meliorem, comoda tamen illa esse, expetenda non negamus. Hæc & uiro bono dare malum est, & accipere à bono, ut pecuniam, uestem, honores, & tam. Quæ si non reddet, ingrati nomen incidet. At quomodo ingratum uocas, eo non reddito, quod negas esse beneficium. Quædam etiam si uera non sint, propter similitudinem eodem uocabulo comprehensa sunt. Sic pyxidem & argenteam auream dicimus. Sic illiteratum non ex toto rudem, sed ad teras altiores non perductum. Sic qui male uestitum & per nosum uidit, nudum se uidisse dicit. Beneficia ista non sunt, habent tamen beneficij speciem. Quomodo ista sunt tanquam beneficia, sic & ille tanquam ingratus est, non ingratus. Falsum est, quia illa beneficia, & qui dat appellat, & qui accipit. qui uiri boni spem sefellit, tam ingratus est, quam ueneficus qui saporem cum uenenum crederet, miscuit.

* ita & qui
ueri beneficij
specie sefellit
* agit

CAP. XIII. Cleanthes uehementius ait, Licet, ingrati beneficium non sit quod accipit, ipse tamen ingratus est, quia non fuit redditurus, etiã si accepisset. Sic latro est etiã antequam manus inquinet, quia ad occidendũ iam armatus est, & habet

liandi a
re neque
sed uoc

* eos
gratus
licet ra
ritos bo
materia
bonis a
tur, &
sum, qu
cunã p

CAP.

milem q
* Ad no
ciẽ uev

quod no
mo per

dicimus
bet om

sunt. Q
blica q

beneme

tantũ m
rantũ,

nõ ex pl
gentes q

Nõ soce
tio uir e

lus uers
fundẽ du

lian

liandi atq; interficiendi uoluntate. Exercetur & aperitur ope
re nequitia, nō incipit. Ipsum quod accepit beneficiū nō erat,
sed uocabatur. Sacrilegi dant pœnas, quamuis nemo usq; ad
*eos manus porrigat. Quomodo, inquit, aduersus malum in-
gratus est quisquam, cum malo dari beneficiū non possit? Ea sci
licet ratione, quia accepit ab illo aliquid ex his, quæ apud impe-
ritos bona sunt, *cui tamen & si malus est, ipse quoq; in simili
materia gratus esse debebit, & illa qualiacunq; sunt, cum pro
bonis acceperit, pro bonis reddere. Aes alienum habere dicitur,
& qui aureos debet, & qui corium forma publica percussu-
m, quale apud Lacedæmonios fuit, quod usum numeratæ pe-
cuniæ præstat. Quo genere obligatus es, hoc fidem exolue.

CAP. XV. Quid sint beneficia, an & in hæc sordidâ hu-
miliemq; materiam deduci magnitudo nominis clari debeat.

*Ad nos nō pertinet, sed ad alios aspectat. Verum uos ad spe-
ciē ueri cōponite animū, & dū honestū dicitis, quicquid est id,
quod nomine honesti iactatur, id colite. Quomodo, inquit, ne-
mo per uos ingratus est, sic rursus omnes ingrati sunt. Nam (ut
dicimus) omnes stulti mali sunt: Qui autē habet uitū unū, ha-
bet omnia, Omnes autem stulti & mali sunt, Oēs ergo ingrati
sunt. Quid ergo non undiq; humano generi conuitiū fit? nō pu-
blica querela est beneficia perisse, & paucissimos esse, qui de
benemerentibus nō inuicē pessime mereantur? Nec est quod hæc
tantū nostrā murmuratiōne putes, pro pessimo prauoq; nume-
rantū, quicquid citra recti formulam cecidit, Ecce nescio quæ
nō ex philosophorū domo clamat, ex medio cōuentu, populos
gentesq; dānatura uox mittitur, Non hospes ab hospite tutus,
Nō socer à genero, fratrū quoq; gratia rara est. Imminet exitio
uir cōiugis, illa mariti. Hoc iā amplius est. Beneficia in sce-
lus uersa sunt, & sanguini eorū nō parcitur, p quibus sanguis
fundēdus est. Gladio ac uenenis beneficia sequimur. Ipsi patriæ

manus

*deos

*quorū si ma-
lis copia est.

*Ad uos non
pertinet, in
alios queri-
tur.

manus afferre, & fascibus suis illā premere, potētia ac dignitas est. Humili se ac depresso loco putat stare, quisquis nō sup-
republicam stetit. Accepti ab illa exercitus in ipsam cōuertur, & imperatoria cōcio est, Pugnate cōtra cōiuges, pugna cōtra liberos. Aras, focos, penates, armis incesite. Qui ne-
phaturi quidē intrare urbē iniussu senatus deberetis, quibus exercitū uictorē reducētibus curia extra muros præberetur nūc ciuibus cæsis, perfusi cruore cognato, urbem subreçti-
trate uexillis. Obmutescat inter militaria signa libertas, & uictor, pacatorq; gentiū populus, remotis procul bellis, & terrore cōpresso, intra muros obsessus, aquilas suas horre-

CAP. XVI. Ingratus est Coriolanus, sero & post scelerum
ris poenitētiā pius, posuit arma, sed in medio parricidio posuit
Ingratus Catilina, parū est illi capere patriā, nisi euerterit
Allobrogū in illā cohortes immiserit, & trans alpes accitus
stis, uetera & ingenitā odia satiauerit, ac diu debitas infer-
Gallicis bustis duces Romani psoluerint. Ingratus C. Marius
ad consulatum à caliga per ductus, qui nisi Cymbricis cædibus
omnia funera æquauerit, nisi ciuili exilij, & trucidationis
tantū dederit signū, sed ipse signū fuerit, parū* mutata, ac
positā in priorē locū fortunā suā sentiet. Ingratus L. Sylla
patriā durioribus remedijs q̄ pericula erant, sanauit. Qui
Prænestina arce usq; ad Collinā portā per sanguinē humi-
incesisset, alia ædidit in urbe prælia, alias cædes: legiones
quod crudele est, post uictoriā, qd' nefas, post fidē, in angulū
gestas cōtrucidauit, & proscriptionē cōmentus est, Dij magis
ut qui ciuē Romanū occidisset, impunitatē, pecuniā, & tam-
nō ciuicā acciperet. Ingratus Cn. Pōpeius, qui pro tribus ci-
latibus, pro triūphis tribus, pro tot honoribus, quos ex ma-
ma parte immaturus inuaserat, hanc gratiā reipublicæ re-
dit, ut in possessionē eius alios quoq; induceret, quasi potē-

* mulctatam

Ciuicā, subau-
di, coronam

sue detracturus inuidiã, si quod nulli licere debebat, pluribus
 licuisset: dum extraordinaria concupiscit imperia, dum pro-
 uincias ut eligat, distribuit, dum ita triuuiris R. P. diuidit, ut
 tamen in sua domo duæ partes essent, eo rededit * Rom. P. ut
 saluus esse nõ posset, nisi beneficio seruitutis: Ingratus ipse Põ-
 peij hostis ac uictor C. Iulius Cæsar, qui à Gallia Germaniãq;
 bellũ in urbẽ circumegit, & ille plebicola, ille popularis, ca-
 stra in circo flaminio posuit, propius quàm Porsennæ fuerant.
 Temperauit quidẽ ius crudelitatem quæ uictoriæ, quod dicere
 solebat, præstitit, neminẽ* occidit, nisi armatũ. Quid ergo est? *odit
 Cæteri arma cruẽtius exercuerũt, satiati tamen aliquãdo ab-
 iecerunt. Hic gladium cito condidit, nunquã posuit. Ingratus
 Antonius in dictatore suũ, quem iure cæsum pronunciauit, in-
 terfectoresq; eius, in provincias & imperia dimisit: patriã ue-
 rò proscriptionibus, incursionibus, bellis, laceratã, post tot ma-
 la destinauit, ne Romanis quidẽ regibus, ut quæ, Acheis, Rho-
 dijs, & plerisq; urbibus claris, ius integrum, libertatemq; cũ
 immunitate reddiderat, ipsa tributum spadombus penderet.
 CAP. XVII. Deficiet dies enumerantẽ ingratos usq;
 in ultima patriæ exitia. Aequè immensum erit, si percurrere
 coepero, ipsa Respublica quàm ingrata in optimos ac deuotif-
 simos sibi fuerit, quamq; non minus sepe peccauerit, quàm in
 ipsam peccatũ est. Camillum in exiliũ misit, Scipionẽ dimisit,
 exulauit post Catilinã Cicero, diruti eius penates, bona dire-
 pta, factũ quicquid uictor Catilina fecisset. Rutilius innocentia
 precium tulit, in Asia latere. Catoni populus Romanus prætu-
 ram negauit, consulatũ pernegauit. Ingrati publice sumus. Se-
 quisq; interroget. Nemo non aliquẽ queritur ingratũ. Atqui
 non potest fieri, ut omnes querantur, nisi querendum * est de *esset
 omnibus. Oēs ergo ingrati sunt tantũ? Et cupidi oēs, & mali-
 gni omnes, & timidi oēs, illi in primis qui uidentur audaces.

Adiice, & ambitiosi omnes sunt, & impij omnes. Sed
 quod irascaris. Ignosce illis, oēs insaniunt. Nolo te ad
 reuocare, utiq; quā in ingrata sit iuuentus, uide. Quis non
 tri suo supremū diē, ut innocens sit, optat? ut moderatus,
 Etat? ut pius, cogitat? Quotus quisq; uxoris optimæ mori
 met, *ut nō cōputet? Cui rogo litigatori defenso, tā mag
 ficij ultra res proximas memoria durauit? Illud in cōse
 Quis sine querela moritur? Quis extremo die dicere au

Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregi?

*præterito Quis non recusans, quis non gemens exit? Atqui hoc
 est, non esse contentū* præfato tēpore. Semper pauci dies
 si illos numeraueris. Cogita non esse summū bonū in temp
 pro- Quantūcunq; est, boni consule. Vt prolongetur tibi dies
 getur tis, nihil proficit ad felicitatē, quoniā mora non fit beati
 ta, sed longior. Quanto satius est gratū aduersus percepta
 luptates, non aliorū annos computare, sed suos benigne
 mare, & in lucro ponere? Hoc me dignū iudicauit Deus.
 satis est, Potuit plus, sed hoc quoq; beneficium est. Grati
 aduersus deos, grati aduersus homines, grati aduersus eos
 nobis aliquid præstiterunt, grati etiam aduersus eos qu
 stris præstiterunt.

CAP. XVIII. In infinitū, inquis, me obligas, et tuæ præ
 cis, & nostris. Itaq; pone aliquem finem. Qui filio benefi
 cūbis, di
 dat, ut dicis, & patri eius dat. Primū de quo quero, De tibi. Nū
 illud utiq; mihi determinari uolo, si & patri beneficium d
 nunquid & fratri? nunquid & patruo? nunquid auo? nū
 si filius m
 uxori, & socero? Dic mihi, ubi debeā desinere, quousq; non tame
 narum seriē sequar. Si agrū tuū coluero, tibi beneficium de
 si domū tuā ardentē restinxero, aut ne cadat excepero,
 beneficium nō dabo? Si seruū tuū seruauero, tibi imputabo,
 lium tuum seruauero, non habebis beneficium meum?

CAP. XIX. *Distinilia ponis exempla, quia qui agrum meum colit, agro beneficiū non dat, sed mihi: & qui domum meū quo minus ruat, sulcit, præstat mihi. Ipsa enim domus sine sensu est. Debitorē me habet, quia nullū habet. Et qui agrum meū colit, nō illū, sed me demereri uult. Idē de seruo dicā, mei mancipij res est, mihi seruatur. Ideo ego pro illo debeo. Filius ipse beneficij capax est. Itaq; ille accipit, ego beneficio letor. Contingor, nō obligor. Vclim tamen, tu qui debere te nō putas, respondeas mihi, Filij bona ualetudo, felicitas, patrimonium, pertinet ad patrē? Felicior futurus est, si saluū habuerit filium, infelicior si amiserit. Quid ergo? Qui & felicior fit à me, & infelicitatis maximæ periculo liberatur, nō accipit beneficiū? Non inquit. Quædā enim in alios conferuntur, sed ad nos usq; permanant. Ab eo autē exigi quicquā debet, in quē confertur, sicut pecunia ab eo petitur, cui credita est, quamuis ad me illa aliquo modo uenerit. Nullū beneficiū est, cuius comodū nō & proximos tangat, nonnunquā etiā longius positos. Non quaeritur, quo beneficiū ab eo cui datū est transferatur, sed ubi primo collocetur.* A reo tibi ipso & à capite repetitio est. Quid ergo oro te? non dicis, filiū mihi donasti, & si hic perisset uicturus non fui? Pro eius uitā beneficiū non debes, cuius uitam tuæ præfers? Etiamnum cum filiū tuū seruauit, ad genua prostratus, dijs uota soluis, tanquā ipse seruatus. Ille uoces* excidunt, tuæ præfers? Nihil mea interest, an me seruaueris, duos seruaſti, imò me magis. Quare ista dicis, si non accipis beneficiū? Quia & si filius meus pecuniā mutuā sumpsit, creditori numerabo, non tamen ego debucero, Quia & si filius meus in adulterio deprehensus erit, erubescam, non ideo ego ero adulter. Dico me tibi obligatū pro filio, non quia sum, sed quia uolo me offere tibi debitorem uoluntariū. At peruenit ad me summa ex incolumitate eius uoluptas, summa utilitas, & orbitatis grauis-*

* Ab eo tibi
& ab ipso
capite repe-
titio est.
* excidunt

finum uulnus effugi. Non queritur nunc an profueris
 sed an beneficiū dederis, Prodest enim & animal, & herba,
 & herba, nec tamē beneficiū dāt, quod nunquā datur, nisi
 lente. Tu autē non uis patri, sed filio dare, & interim ne
 quidē patrē. Itaq; cūm dixeris, patri ergo beneficiū non
 filiū eius seruando: contra oppone, Patri ergo beneficiū
 quem non noui, quem non cogitauī. Et quid, quod aliquādo
 nit, ut patrē oderis, filiū serues, beneficiū ei uideberis
 cui tunc inimicissimus eras, cū dares? Sed ut dialogorum
 catione seposita, tanquā iurisconsultus respondeam, mens
 Etanda est dantis, beneficiū ei dedit, cui datū uoluit. Si in
 honorē fecit, pater accepit beneficiū, sic pater beneficio
 lium collato non obligatur, etiā si fruitur, Si tamen occa
 habuerit, uolet & ipse prestare aliquid, non tanquā sol
 necessitatē habeat, sed tanquā incipiendi causam. Repeti
 tre beneficium non debet. Siquid pro hoc benigne facit, u
 non gratus est. Nam illud finire non potest, si patri de be
 cium, & matri, & auo, & auunculo, & liberis, & affini
 & amicis, & seruis, & patriæ. Vbi ergo beneficium in
 stare? Sorites enim ille inexplicabilis subit, cui difficile est
 dum imponere, quia paulatim surrepit, & nō desinit ser
 Illud solet queri, Fratres duo disident, si alterū seruo,
 beneficium ei, qui fratrem inuisum non perisse moleste la
 est. Non est dubium, quin beneficium sit, etiā inuito pro
 sicut non dedit beneficium, qui inuitus profuit.

C A P. XX. Beneficiū, inquit, uocas, quo ille offe
 tur, quo torquetur? Multa beneficia tristem frontem
 ram habent, quemadmodum secare & urere ut sanes, &
 culis coercere. Non est spectandum an doleat aliquis be
 cio accepto, sed an gaudere debeat. Non est malus numer
 quem barbarus & ignarus formæ publicæ reiecit. Bene
 fecisse, n

& odit & accepit, si modo id prodest, si is qui dabat, ut pro-
 desset dedit, nihil refert an bonam rem malo animo quis acci-
 piat. Agedum, hoc in contrarium uerte. Odit fratrem suum,
 quem illi expedit habere. Hunc ego occidi, non est beneficium,
 quamuis ille dicat esse, & gaudeat. Insidiosissime nocet, cui gra-
 tiæ aguntur pro iniuria. Video. Prodest aliqua res, & ideo be-
 neficium est: Nocet, & ideo non est beneficium. Ecce, quod
 nec profit, nec noceat, dabo, & tamen beneficium est. Patrem
 alicuius in solitudine exanimem inueni, corpus eius sepeliui,
 nec illi profui. (Quid enim illius intererat, quo genere dilabe-
 retur?) nec filio, quid enim per hoc commodi accessit illi? Di-
 cam quid consecutus sit. officio solenni & necessario per me
 functus est. Præstiti patri eius, quod ipse præstare uoluisset,
 necnon & debuisset. Hoc tamen ita beneficium est, si non mise-
 ricordie & humanitati dedi, ut quolibet cadauer absconde-
 rem: sed si corpus agnouit, si filio tunc hoc præstare me cogita-
 ui. At si terram ignoto mortuo iniecti, nullum in hoc habeo hu-
 ius officij debitorem, in publicum humanus. Dicet aliquis, quid
 tantopere queris, cui dederis beneficium, tanquam repetitu-
 rum aliquando? Sunt qui nunquam iudicant esse repetendum,
 & has causas afferunt. Indignus etiam repetenti non reddet,
 dignus etiam per se referet. Præterea si bono uiro dedisti ex-
 pecta ne iniuriam illi facias appellando, tanquam non fuisset
 sua sponte redditurus. Si malo uiro dedisti, flerem, Beneficiū
 uerbo ne corruperis, creditum faciendo. Præterea lex quod
 non iussit repeti, uetuit. Verba sunt ista, quam diu me nihil ur-
 get, quam diu fortuna nihil cogit, præteream potius beneficiū
 quam repetam: sed si de salute liberorum agitur, si in pericu-
 lum uxor deducitur, si patriæ salus ac libertas mittit me etiam
 quo ire nollem, imperabo pudori meo, & testabor omnia me
 fecisse, ne esset mihi auxilio hominis ingrati. Nouissime reci-

piendi beneficij necessitas, repetendi uerecundiam uincet. que pra
 inde cum bono uiro beneficium do, sic do, tanquam nunc rende g
 repetiturus, nisi necesse fuerit. Sed lex, inquit, non permi ficiam, i
 do exigere uetuit. rioribus

CAP. XXI. Multa legem non habent, nec actione propter
 Atqui consuetudo uitae humanae lege omni ualentior dat etiam. Q
 tum. Nulla lex iubet amicorum secreta non eloqui, nulla timus, se
 fidem etiam inimico praestare. Quae lex ad id praestanda ro sanab
 quod alicui promissimus alligat? Nulla. Querar tamen cum perire p
 qui arcanum sermonem non continuerit, & fidem datam, quando a
 seruata, indignabor. Sed ex beneficio, inquit, creditum si amicit
 Minime. Non enim exigo, sed repeto, & ne repeto quidem, CAP
 admonero. Nam ultima quoque necessitas in hoc aget, ut ad sed comm
 ueniam. Cum quo diu mihi luctandum sit, qui tam ingratus gratiam
 ut illi non sit satis admoneri, cum transibo, nec dignum munus ti
 cabo, qui gratus esse cogatur. Quomodo foenerator quos repetis, u
 debitores non appellat, quos scit decoxisse, & in quorum i occupa
 dorem nihil superest, nisi quod pereat: sic ergo quosdam obseruan
 tos palam ac pertinaciter praeteribo, nec ab ullo beneficia as, anteq
 repetam, nisi à quo non ablaturus ero, sed recepturus. perdere

CAP. XXII. Multi sunt, qui nec negare sciunt, qui it mibi
 acceperunt, nec referre, qui nec tam boni sunt quam grati, te conuit
 tam mali quam ingrati, segnes & tardi, lenta nomina, nō CAP
 li. Hos ego nō appellabo, sed commonefaciam, & ad officia eteranis
 aliud agentes educā, qui statim mihi sic respōdebunt. Ignō a preme
 non mehercule sciuī hoc te desiderare, alioquin ultro ob e torfisse
 sem. Rogo ne me ingratiū existimes, memini quid mihi pra memin
 teris. Hos ego quare dubitē, & sibi meliores & mihi fac um uelle
 Quocūque potuero, peccare prohibeo, multo magis amici n quo ex
 ne peccet, & ne in me potissimū peccet: alterum illi benef ex comili
 do, si illum ingratiū esse non patior: nec dure illi exprobr at, quid

que præstiti, sed quam potero mollissime, ut potestatem referendæ gratiæ faciam, renouabo memoriã eius, et petam beneficium, ipse me repetere intelliget, Aliquando utar uerbis durioribus, si emendari illum speraui posse. Nam deploratum propter hoc quoq; non exagitem, ne ex ingrato inimicum faciam. Quod si admonitionis quoq; sugillatione ingratis remittimus, seigniores ad reddenda beneficia faciemus. Quosdam uero sanabiles, & qui fieri boni possint, si quid illos momorderit, perire patiemur admonitione sublata, qua & pater filium aliquando correxit, et uxor maritum aberrantem ad se reduxit, & amicus languentem amici fidem erexit.

CAP. XXIII. Quidam ut expergiscatur non ferendi, sed commouendi sunt. Eodem modo quorundam ad referendam gratiam fides non cessat, sed languet. Hanc peruellamus. Noli munus tuum in iniuriam uertere. Iniuria est enim, si in hoc non repetis, ut ingratus sim. Quid si ignoro, quid desideres? Quid occupationibus districtus, & in alia uocatus, occasione non obseruauis? Ostende mihi quid possim, quid uelis. Quare despicias, antequã tentas? Quare properas & beneficiũ & amicum perdere? Vnde scis nolim, an ignore, an animus, an facultas detur mihi? Experire. Admonebo ergo, nõ amare, non palam, si te comitio, sic, ut se reddisse in memoriã, non reduci putet.

CAP. XXIII. Causam dicebat apud diuum Iulium experientis quidã Publius Militio aduersus uicinos suos, & cauere premebatur. Meministi, inquit, imperator in Hispania talum torfisse circa Sucronem? cum Cæsar meminisse se dixisset, Meministi quidẽ sub quadã arbore minimũ umbræ spargente, in quo ex rupibus acutis, unica illa arbor eruperat, *quendam ex comilitonibus penulam suam substrauisse. Cum dixisset Cæbium Militionem, quid ni meminerim? Equidẽ siti cõfectus, quia impeditus ire

*nisi P. ad fontem proximū non poterā, repere manibus uolebam,
 Militio cōmilito, homo fortis ac strenuus, aquam mihi in galea sua
 tulisset, Potes, inquit, imperator agnoscere illum hominem,
 illam galeā? Cæsar ait, se non posse galeam agnoscere, homo
 pulchre posse, & adiecit, puto ob hoc iratus, quod se à cogi-
 tione media ad ueterē fabulam abduceret, tu utiq; ille non
 Merito, inquit, Cæsar me non agnoscis, nam cū hoc factū
 integer eram, postea ad Mundam in acie oculus mihi efflu-
 est, et in capite *eiecta ossa. Nec galeam illam si uideres, ag-
 sces. Machæra enim, *Isponia diuisa est. Vetuit illi exhibere
 negotium Cæsar, & agellos in quibus *uicinalis uia, causa
 xæ ac litium fuerat, *militi suo donauit.

*lecta

*Hispana

*uicina sylua

*Militioni

CAP. XXV. Quid ergo? non repeteret beneficiū ab
 imperatore, cuius memoriam multitudo rerum confuderat, quæ
 fortuna ingens exercitus disponentem, non patiebatur singulis
 militibus occurrere? Non est hoc repetere beneficiū, sed re-
 mere bono loco positum & paratū. Ad hoc tamen ut reser-
 tur, manus porrigenda est, Repetam itaq; quia hoc aut necesse
 tate facturus ero, aut illius causa, à quo repetā. Tyberius Cæsar
 inter initia dicenti cuidam, Meministi? antequā plures nota
 miliaritatis ueteris proferret, Non memini, inquit, quid fuerit
 Ab hoc quā diu nō esset repetendum beneficiū? *optanda est
 obliuio. Auersabatur omnium amicorum et æqualium notitiam
 illam solam presentē fortunam suā aspici, illam solam cogitari
 ac narrari uolebat, Inquisitorē habebat ueterem amicū. Me-
 tēpestiuē repetendum est beneficiū, quā petendū. Adhibenda
 uerborū moderatio, ut nec ingratus possit dissimulare. Tamen
 dum & expectandū, si inter sapientes uiueremus, & tamen
 pientibus quoq; indicare bonū est quid rerum nostrarū sit
 poscat. Deos quorum notitiam nulla res effugit, rogamus,
 illos nota non exorant, sed admonent. Dijs quoq; inquam

*obtendebat
 obliuionem

merito
 quos o
 cunda
 animu
 in uian
 eadem
 minist
 artifex
 modo d
 bemus,
 discent
 quem ad
 reddent
 moniti

A

1 In
 exempla
 nere. In
 aliud qu
 2 Q
 Solus l
 3 Sic
 habebat
 fieret. V
 4 Cu
 dices hab
 tur deesse
 figuram,
 est. que
 tam scrip
 5 Si m
 uetustissi
 pro ueto,

mericus ille sacerdos allegat officia, & aras religiose cultas, quos obsequentes faciat, & parent. Moneri uelle ac posse, secunda uirtus est. Huc illuc frænis leniter motis flectendus est animus, paucis sui rector optimus: proximi sunt, qui admoniti in uiam redeunt. His non est dux detrahendus, Opertis oculis eadem est acies, sed sine usu, *quos lumen à Dijs immissum ad ministeria sua euocat. Instrumenta cessant, nisi illa in opus suum artifex mouerit, Inest interim animis uoluntas bona, sed torpet modo delitijs, ac situ, modo officij inscitia, Hanc utilè facere debemus, nec irati relinquere *inuito, sed ut magistri puerorum in uitis discentiũ patienter ferre offensationes memoriæ labētis. Quæ quemadmodum subiecto uno aut altero uerbo, ad contextum reddendæ orationis adducta est, sic ad referendam gratiam admonitione reuocanda est.

FINIS QVINTI LIBRI.

ANNOTAT. IN EVNDEM.

CAPVT XII.

1 In rerum natura est nemo. Et hoc inane. Consentiebāt quidem exemplaria. At ego doctis opinor approbaturis, non dubitauī repone. Ingratus in rerum natura est nomen, & hoc inane, id est nihil aliud quàm inane nomen,

2 Quoscūq; accepit cibos mittit. Cōsentiebāt in mendo codices. Solus Logobardicus habebat, mutat, & recte. CAP. XIII.

3 Sic paropfidē, & argēteā & aureā dicimus. Tres uetusti codices habebāt pyxidem. πύξίς enim Græcis à πύξος dicitur, quod ex buxo fierēt. Vnde falso pyxidē argenteā auream uē diximus. CAP. XIII.

4 Cui tamen & si malus est, ipse quoq; &c. Duo uetustissimi codices habebant, quorum si malis copia est, ipse quoq; &c. Mihi uideatur deesse uocula, quæ apud illos bona sunt, nisi forte reddidit Græcā figuram, τὰ πὰρ αὐτῶν, quod mox explicauit, quorum illis copia est. quæ uerba dubito num ab interprete sint adiecta, & hinc uariatam scripturam. CAP. XX.

5 Si malo uiro dedisti, flere, Beneficiũ ueto, ne corrumpas, &c. In uetustissimo codice, & altero, pro flere erat, flectere: in lōgobardico, pro ueto, uerbo diuino fuisse scriptũ, Si malo uiro dedisti, plectere.

h 5 Benefic

Beneficium uerò, siue uerbo ne corrupas, Hoc est da pœnas, qui in colloca-
ris, nec ideo beneficio commutes nomē, Aut ita. Beneficium malo uiro dedisti, flere, ut re referat ad uerbo, Re sis tristis nō in-
to rei nomine. Aut fle, rem, nomen rei ne corruperis. CAP. XI

6 Ab hoc quam diu non esset repetendum, &c. pro. quādiu Longobardicus codex habebat, quid ni Opinor legendum, Ab hoc quādiu non esset repetendum beneficium. Optanda erat obliuio. Ne displicet si ni, uertas in ne. quid, ne esset repetendum beneficium, optanda erat obliuio.

7 Quos obsequentes facit & parce moneri uelle ac posse. Sic habebant superiores æditiones. Longobardicus habebat, faciet proficit, & parere, pro parce. Unde conicio sic legendum, quo obsequentes faciat & parent. Moneri uelle, &c. Impetrant enim sacrificium quæpetebat.

8 Sed ut magistri patienter ferre, offensationes puerorū discere memorie labētis, &c. Ita ferebat uetus æditio cōsentientibus exemplaribus manu scriptis. Nos ordinē inuertimus sic restitimus, sed ut magistri puerorum discant patienter ferant, siue ferre, offensationes memorie labētis, quæ quemadmodum, &c.

LVCII ANNAEI

SENECÆ DE BENEFICIIS LIBER VI.

CAP. I.



Quædam Liber alis uirorum optime exercitum tantum ingenii causa queruntur, & semper extra uitam iacent, quædam & dum queruntur, oblectamento sunt, et quæ sita usui. Omnia tibi copiam faciam. Tu illa utcumque tibi uisum erit, aut peragi iubeto, aut ad explicandum ludorum ordines induci. Quin his quoque si abire protinus iusseris, non minus actum crit. Nam etiam quod discere superuacuum est, prodè agnoscere. Ex uultu igitur tuo pèdebo, prout ille suasit me alia detinebo diutius, alia expellam, * & capite agam.

* alia peragā: aliās, alia peritē agam

CAP. II.

An beneficium eripi possit, quæ situm

Quida
aliud e
ipsa na
idem e
quod a
porale
Etatur,
ra reuo
non re
men ui
fuerint,
est, quæ
benefic
uires su
eripi de
quo hæ
Nulla u
CA
Rabiru
deat, &
occupau
tum hab
cunque
maiores
quam tu
dos, & s
tis, quæ
rapta, ue
deduciti
aduersos
tis, amic

Quidam negant posse. Non enim res est, sed actio, quomodo aliud est munus, aliud ipsa donatio, aliud qui nauigat, aliud ipsa nauigatio. Et quamuis æger non sit sine morbo, non tamen idem est æger & morbus. Ita aliud est beneficium ipsum, aliud quod ad unumquemq; nostrum beneficio peruenit. Illud incorporale est, irritum non fit, materia uerò eius huc & illuc iactatur, & dominum mutat. Itaq; cum eripis, ipsa rerum natura reuocare quod dedit, non potest. Beneficia sua interrumpit, non rescindit. Qui moritur, tamen uiuit, qui amisit oculos, tamen uidit. Quæ ad nos peruenerunt, ne sint, effici potest, ne fuerint, non potest. Pars autem beneficij & quidem certissima est, quæ fuit. Nonnūquam usu beneficij longiore prohibemur, beneficium quidem ipsum non eraditur. Licet omnes in hoc uires suas natura aduocet, retro illi agere se non licet. Potest eripi domus, & pecunia, & mancipium, & quicquid est, in quo hæsu beneficij nomen. Ipsum uerò stabile & immotum est. Nulla uis efficiet, ne hic dederit, ne ille acceperit.

E I
I
CAP. III. Egregie mihi uidetur M. Antonius apud Rabirium poëtam, cum fortunam suam transeuntem aliò uideat, & sibi nihil relictum, præter ius mortis, id quoque, si cito occupauerit, exclamare. Hoc habeo quodcumq; dedi. O quantum habere potuit, si uoluisset. Hæ sunt diuitiæ certæ, in quacumque sortis humanæ leuitate, uno loco permansuræ, quæ quo maiores fuerint, hoc minorem habebunt inuidiam. Quid tanquam tuo parcis? Procurator es: Omnia ista quæ uos tumidos, & supra humana elatos, obliuisci cogunt uestre fragilitatis, quæ ferreis claustris custoditis armati, quæ alieno sanguine rapta, uestro defenditis, propter quæ classes cruëturæ maria deducitis, propter quæ quassatis urbes, ignari, quantum telorū in aduersos fortuna comparet, propter quæ ruptis toties affinitatis, amicitia, collegij fœderibus, inter cõtendentes duos terrarū orbis

orbis elisus est, nō sunt uestra, in depositi causa sunt, iam
ad alium dominū spectantia, aut hostes illa, aut hostilis
successor inuadet. Queris, quomodo illa tua facias? dono
do. Consule ergo rebus tuis, & certam tibi earū atq; in-
gnabile possessionē para, honestiores illas non solum, sed
res facturus: illud quod suspicis, quo te diuitem ac potētē
tas, quandiu possides, sub nomine sordido iacet. Domus
seruus est, nummi sunt: cum donasti, beneficium est.

CAP. IIII. Fateris, inquit, nos aliquando beneficiū
debere ei, à quo accepimus, ergo ereptum est? Multa sunt
pter quæ beneficiū debere desinimus, nō quia ablatū, sed
corruptū est. Aliquis reum me defendit, sed uxorem meam
um stupro uiolauit. Non abstulit beneficiū, sed opponendū
parem iniuriā soluit me debito: & si plus lesit, quā ante
fuerat, non tantū gratia extinguitur, sed ulciscendi quæritur.
libertas fit, ubi in cōparatione beneficij præponderauit
ria: ita non aufertur beneficiū, sed uincitur. Quid? nō tam
quidā & tam scelerati patres sunt, ut illos * auersari &
re, ius fasq; sit? Nunquid ergo illi abstulerunt, quæ dederat?
Minime, sed impietas sequentiū temporū cōmendationē
prioris officij sustulit. Non beneficiū tollitur, sed beneficij
tia: & efficitur, non ne habeam, sed ne debeam. Pecuniam
quis mihi credidit, sed domum meā incendit, pensatū est
tum damno, nec reddidi illi, nec tamen debeo. Eodē modo
hic, quia aliquid benigne aduersus me fecit, aliquid liberatū
sed postea multa superbe, contumeliose, crudeliter, eo loco
posuit, ut perinde liber aduersus eum essem, quasi non accep-
sem. Vim beneficijs suis attulit. Colonum suū non tenet, quod
tabellis manētibus, qui segetē eius proculcauit, qui succida
busta, nō quia recepit, quod pepigerat, sed quia ne recep-
effecit. Sic debitori suo creditor sæpe dānatur, ubi plus ex-

* auerri &
eiurare

causa ab
& debi
ergo: pe
emera
tor uen
est dant
ret, su
sua caus
& ubiq
nificiū, q
bus ius a

CAP.

Dedisti
debetur
mibi po
illi redd
disse, sed
nicū on
cumiam
teis auro
ne, & u
operam
debetur
tatam ne
quam qu
te sunt: il
cū idem
utrū &
nus uina
re: an al
nificiū i

causa abstulit, *quàm credito petit. Non tantùm inter creditorẽ
 & debitorẽ iudex sedet qui dicat, pecuniam credidisti. Quid
 ergo? pecus abegisti, seruum eius occidisti, *argentum quod non
 emeris possides, æstimatione facta debitor discede, qui credi-
 tor ueneras. Sæpe etiam beneficium manet, nec debetur, si secuta
 est dantẽ poenitentia: si miserũ se dixit, quod dedisset: si cum da-
 ret, suspirauit, uultũ obduxit, perdere se credidit, nõ donare: si
 sua causa, aut certè nõ mea dedit: si nõ desijt insultare, gloriari
 & ubiq; iactare, & acerbũ munus suũ facere. Manet itaq; be-
 neficiũ, quamuis nõ debeatur. Sicuti quædam pecuniæ, de qui-
 bus ius creditori non dicitur, debentur, sed non exiguntur.

CAP. V. Inter beneficia quoq; & iniurias ratio cõfertur.
 Dediti beneficiũ, iniuriam postea fecisti. Et beneficio gratia
 debetur, & iniuriæ ultio. Nec ego illi gratiam debeo, nec ille
 mihi poenã. Alter ab altero absoluitur. Cũ dicimus, beneficiũ
 illi reddidi, nõ hoc dicimus, illud nos quod acceperamus reddi-
 disse, sed aliud pro illo reddere. Est enim rẽ pro re dare. Quid
 ni cũ omnis solutio nõ idem reddat, sed tantũdem? Nam & pe-
 cuniam dicimur reddidisse, quamuis numerauimus pro argen-
 teis aureos, quamuis non interuenerint nummi, sed delegatio-
 ne, & uerbis perfectã solutio sit. Videris mihi dicere, perdis
 operam. Quorsum enim pertinet scire me, an maneat quod nõ
 debetur? Iurisconsultorũ istæ * acutæ ineptiæ sunt qui heredi-
 tatem negant usucapi posse, sed ea quæ in hereditate sunt, tan-
 quam quicquam aliud sit hereditas, quam ea quæ in heredita-
 te sunt: illud mihi potius distingue, quod potest ad rẽ pertinere
 cũ idem homo beneficium mihi dedit, & postea fecit iniuriam
 utrũ & beneficiũ illi reddere debeam, & me ab illo nihilomi-
 nus uindicare, ac ueluti duobus noninibus separatim responde-
 re: an alterũ alteri contribuere, & nihil negotij habere, ut be-
 neficiũ iniuria tollatur, beneficio iniuria? Illud enim uideo in

hoc

* quàm quod
 est crediti
 * agellũ quẽ
 non em.

* argutæ: al's
 argutiæ ine-
 ptæ

hoc foro fieri, quid in uestra schola iuris sit, uos sciatis. Seruantur actiones, & de eo quod agimus, de eodem nobis agitur. Confunditur formula, si qui apud me pecuniam deposuerit, idem mihi postea furtum fecerit, & ego cum illo agam, & ille mecum depositi.

CAP. VI. Quæ proposuisti mi Liberalis exempla, in legibus continetur, quas necesse est sequi, lex legi non misceatur. Vtraque sua uia it. Depositum habet suam actionem propriam, eam hercule, quam furtum. Beneficium nulli legi subiectum est, me utro utitur: licet me comparare inter se quantum profuerit, quisque, aut quantum nocuerit, tum pronuntiare, utrum plus debeam, an debeam. In illis nihil est nostræ potestatis, eundem est, iudicemur. In beneficio tota potestas mea est, ego itaque illam illa, non separo, nec diduco, sed iniurias ac beneficia ad eundem iudicem mitto. Alioquin iubes me eodem tempore amare & esse queri & gratias agere, quod natura non recipit. Potius comparatione facta, inter se beneficij & iniuriæ, uidebo* an cuius ultra debeat. Quomodo si quis scriptis nostris, alios superne imprimat uersus, priores literas non tollit, sed abscondit: beneficium superueniens, * iniuriam apparere non patitur.

* an mihi ultra deb.

* iniuria

CAP. VII. Vultus tuus, cui regendum me tradi di, color rugas, & attrahit frontem, quasi longius exeam, Videris me dicere, Quo tantum mihi dexter abis? huc dirige cursum, in amara. Non possum magis. Itaque si huic satisfactum existimam, lo transeamus, an ei debeat aliquid, qui nobis inuitus profuit. Hoc apertius potui dicere, nisi propositio deberet esse confusa, ut distinctio statim subsecuta ostenderet utrumque queri, an deberemus, qui nobis dum non uult, profuit, & an ei, qui dum profuit, non si quis coactus aliquid boni fecit, quin nos non obligat manifestius est, quam ut ulla in hoc uerba impedenda sint. Et hoc quæstio facile expeditur, & si qua similis huic moueri potest.

si totie
est, nisi
ca &
magis
perenn
interfl
magis
nec uen
lis & s
non tant
quæ deb
nec arb
citas tes
qui scir
utrum
cium, a
lum ha
CAP
nesciete
sunt, &
tis fut:
metus r
fellit, ne
dā nobi
lis bene
na desle
manus e
rasset? S
gaut fia
didit. Q
quæ dān

si totiens illò cogitationē nostrā cōuerterimus, Beneficiū nullū est, nisi quod ad nos primū aliqua cogitatio defert, deinde amica & benigna. Itaq; nec fluminibus gratias agimus, quāuis aut magna nauigia patiantur, & ad subuehendas copias largo ac perenni alueo currant, aut piscosa & amœna pinguis aruis interfluant, nec quisquā Nilo beneficiū debere se iudicat, non magis quā odiū, si immodicus superfluxit, tardeq; recessit: nec uentus beneficiū dat, licet lenis & secūdus aspiret, nec utilis & salubris cibus. Nā qui beneficiū mihi daturus est, debet nō tantū prodesse, sed uelle. Ideò nec mutis animalibus quicquā debetur, Et quā multos è periculo uelocitas equi rapuit? nec arboribus, Et quā multos æstu laborātes, ramorū opacitas texit? Quid aut̄ interest, utrū mihi qui nescit, profuerit, an qui scire nō potuit, cū utriq; uelle defuerit? Quid autē interest utrum me iubeas naui, aut uehiculo, aut lancea debere beneficiū, an ei qui æque quā ista propositum benefaciendi nullum habeat, sed profuit casu?

CAP. VIII. Beneficiū aliquis nesciēs accipit, nemo à nesciēte. Quomodo multos fortuita sanant, nec ideò remedia sunt, & in flumē alicui cecidisse fragore magno, causa sanitatis fuit: quomodo quorundā flagellis quartana discussa est, & metus repētīuus animū in aliā curā auertēdo suspectas horas sefellit, nec ideò quicq; horū etiā si saluti fuit, salutare est: sic quidā nobis profunt dū nolunt, imò, quia nolunt, nō tamē ideò illis beneficiū debemus. Quid si pernicioſa illorū cōsilia fortuna deflexit in melius, an existimas me debere ei quicquā, cuius manus cū me peteret, percussit hostē meū, qui nocuisset, nisi errasset? Sæpe hostis dū apertē peierat, etiā ueris testibus abrogauit fidē, & reū uelut factione circumuentū miserabilē reddidit. Quosdā ipsa que premebat potentia eripuit, & iudices quē dānaturi erant causa, damnare gratia noluerunt. Nō tamē

hi ben

hi beneficiū dederūt, quāuis profuerint. Quia telū quod missū sit, nō quod peruenerit, queritur. Et beneficiū ab iniuria dicitur, non euentus, sed animus. Aduersarius meus dum contra me in unum testem temerē dimittit, iudicem super me offendit, & causam meam erexit. Non quæro an pro me eruerit, quia contra me uoluit.

CAP. IX. Nēpe ut gratus sim, uelle debeo idē facere. Ille, ut beneficiū daret, uelle debuit. Nā quid est iniquius hoc, qui cū odit, à quo in turba calcatus, aut respersus, aut non nollet impulsus est? At qui quid est aliud, qd' illū querelam stringat. mat, cū in re sit iniuria, q̄ nescisse qd' faceret. Eadē res efficit, ut uoluit. Pone hic beneficiū dederit, ne ille iniuriā fecerit. Et amiciū quidē eum micū uolūtas facit. Quā multos militiæ morbus eripuit, quos res & a ne ad ruinā domus suæ occurrerēt, inimicus uadimonio tenere, sed ne in piratarū manus puenirēt, quidā naufragio cōsecutus. Et uolo i Nec his tamē beneficiū debemus, quoniam extra sensum est. Et uolo i casus est, nec inimico cuius nos lis* exercuit, dum uexat ac si benigni tinet. Non est beneficiū, nisi quod à bona uoluntate proficitur gratiam tur, nisi illud agnoscit, qui dedit. Profuit aliquis mihi, nisi uolūtas à me nihil illi debeo. Profuit cum uellet nocere, imitabor ipsum.

*al. seruauit

CAP. X. Ad primū illū reuertamur, ut gratiā referre opus est: id quid facere me uis, ipse ut beneficiū mihi daret nihil fecit, profuit; alterū transeamus, uis me huic gratiā referre, ut quod à uolente auctore accipi, uolens reddā. Nam quid de tertio loquar qui dicitur Dicā mihi iniuria in beneficiū delapsus est? Ut beneficiū tibi debeā, parē quā ab uoluisse te dare: ut non debeā, satis est noluisse. Beneficiū beneficiū uolūtas nuda non efficit, sed quod beneficiū nō esset, si opus qui totus ac plenissimæ uoluntati fortuna deesset, id æque beneficiū deesse nō potest, nisi fortunā uolūtas antecessit. Non enim profuisse te estiuum huiusmodi oportet, ut ob hoc tibi obliger, sed ex destinato profuitur modius uolūtas.

CAP. XI. Cleanthes exēplo eiusmodi utitur, ad quod Lanis

dum, inquit, & accersendū ex academia Platonem, duos pue-
ros misi. Alter totam porticū perscrutatus est, alia quoq; loca
in quibus illū inueniri posse sperabat, percurrit, & domū non
minus lassus quā irritus redijt. Alter apud proximū circu-
latores redijt, & cū uagus atq; erro uernaculis cōgregatur
& ludit, transeuntē Platonē, quem nō quæsierat, inuenit. Illū,
inquit, laudabimus puerū, qui quantū in se erat, quod iussus est
fecit, hunc feliciter inertē castigabimus. Voluntas est, quæ apud
nos ponit officiū, cuius uide quæ conditio sit, ut me debito ob-
stringat. Parū est illi uelle nisi profuit, parū est profuisse, nisi
uoluit. Puta enim aliquē donare uoluisse, nec donasse, animum
quidē eius habeo, sed beneficiū non habeo, quod cōsummat, &
res & animus. Quemadmodū ei qui uoluit mihi pecuniā cre-
dere, sed non credidit, nihil debeo, ita ei qui uoluit mihi benefi-
cium dare, sed nō potuit, amicus quidē ero, sed non obligatus.
Et uolo illi aliquid præstare, nam & ille uoluit mihi. Ceterū
si benigniore fortuna usus præstitero, beneficium dedero, non
gratiam retulero. Ille mihi gratiam debebit referre, huic ini-
mum à me fiet gratiæ.

CAP. XII. Intellego iam quid uelis quærere. Non
opus est te dicere, uultus tuus loquitur. Si quis sua causa nobis
profuit, ei ne, inquis, debetur aliquid? Hoc enim sæpe te cōque-
rentē audio, quod quædā homines sibi præstāt, alijs imputāt.
Dicā mi Liberalis, sed prius hęc quæstiunculā diuidā, & rem
quā ab iniqua separabo. Multū enim interest utrū aliquis be-
neficium nobis det sua causa, an nostra, an sua & nostra. Ille
qui totus ad se spectat, & nobis prodest, quia aliter sibi pro-
desse nō potest, eo loco mihi est, quo qui pecori suo hybernū &
estiuum pabulū prospicit, eo loco quo qui captiuos suos ut cō-
modius ueneant, pascit, & opimos boues saginat ac defricat,
quo lanista, qui familiā suam summa cura exercet atq; ornat.

Multum (ut ait Cleanthes) à beneficio distat negociatio.

CAP. XIII. Rursus non sum tam iniquus, ut debeā, qui cū mihi utilis esset, fuit & sibi. Non enim ex sine respectu sui mihi cōsulat, imò etiā opto ut beneficiū datū, uel magis danti profuerit, dūmodo id qui dabat tuens dederit, & inter me seq; diuiserit, licet id ipse ex parte possideat. Si modò me in cōfortiū admisit, si duos tautit, ingratus sum, non solū iniustus, nisi gaudeo hoc fuisse, quod proderat mihi, Summe malignitatis est, nō beneficiū, nisi quod dante aliquo incōmodo affecit. Aliter beneficium dat sua causa, respōdebo. Vfus me, quare pot mihi profuisse dices, q̄ me tibi? Puta, inquit, aliter fieri nō me magistratū, q̄ si decē captos ciues ex magnō captiuorū mero redemero, nihil debebis mihi, cū te seruitute ac liberauero? Atqui mea id causa faciā. Aduersus hoc respōdeat. Aliquid istic tua causa facis, aliquid mea. Tua, quòd redē me, à mea quòd eligis. Tibi enim ad utilitatē tuam satis est, redemisse. Itaq; debeo, non q̄ redimis me, sed q̄ eligis: enim & alterius redēptione idē cōsequi quod mea. Vt rei partiris mecū, & me in beneficiū recipis, duobus rum. Præfers me alijs, hoc totū mea causa facis. Itaq; si rem te factura esset decē captiuorū redēptio, decē autē captiuū essemus, nemo quicquā tibi deberet ex nobis, haberes quod cuiquā imputares, à tua utilitate seductum sum iniquus beneficij interpres, nec desidero illud mihi dari sed & tibi.

CAP. XIII. Quid ergo, inquit, si in sortem uestra cōijci iussissem, & tuū nomē inter redimēdos nihil deberes mihi? imò deberē, sed exiguū. Quid sit hoc? Aliquid mea causa facis, quod me ad fortunā redēptionis mittis quod nomē melū exit sorti debeo, quod exire pot

bi. Ad
fortunae
Illos ex
qui da
cōuerju
nisi eme
rit, estū
non hab
cogitau
lucri sib
CA
te, nisi m
ueris. A
uerētia e
emūtur.
bonā, à
cultū. I
potiunt, qu
sed
quod stat
ro. Que
quid mihi
interest q
conueni
est, inquit
uiusq; re
quāto plu
qui bene
tū man
annonā e
ber medic

bi. Aditū mihi ad beneficiū tuū dedisti, cuius maiore partem fortunæ debeo, sed hoc ipsum tibi, quod fortunæ debere potui. Illos ex toto præteribo, quorū mercenariū beneficiū est, quod qui dat, nō cōputat cui sed quāti daturus sit, quod undiq; in se cōuersum est. Vēdit mihi aliquis frumentū, uiuere non possum nisi emero, sed nō debeo uitā, quia emi. Nec quā necessariū fuerit, æstimo sine quo uicturus nō fui, sed* quā ingratum, quod non habuissem, nisi emissem, in quo inuichendo mercator non cogitauit, quantum auxiliij allaturus esset mihi, sed quantum lucri sibi quod emi non debeo.

*quā gratitutum

CAP. XV. Isto modo, inquit, ne medico quidē debere fieri nō te, nisi mercedulā dices, nec præceptorī, quia aliquid numeratū capiturū ueris. Atqui omnīū horū apud nos magna charitas, magna reuerētia est. Aduersus hoc respoñdetur, quædā pluris esse, quā emitur. Emis à medico rem inæstimabilē, uitā ac ualitudinem bonā, à bonarum artiū præceptorē studia liberalia, & animi cultū. Itaq; his nō rei pretiū, sed operæ, soluitur, quod deseruiunt, quod à rebus suis auocati nobis uacāt. Mercedē nō meriti, sed occupatiōis suæ ferunt. Aliud tamē dici potest uerius, quod statim ponā, si prius quomodo istud reselli possit, ostēdero. Quædā, inquit, pluris sunt quā uenierunt, & ob hoc aliquid mihi extra pro illis quāuis empta sint, debes. Primū quid interest quanti sint, cū de pretio inter ementē & uendentem conuenerit. Deinde non uenijt illud suo precio: sed tuo. Pluris est, inquit, quā uenijt, sed pluris uenire nō potuit. Preciū autem cuiusq; rei pro tēpore est. Cū bene ista laudaueris, tanti sunt, quāto pluris uenire nō possunt. Præterea nihil uēditōri debet, qui bene emit. Deinde etiā si pluris ista sunt, nō tamē ullū istiuscūq; manus est, ut non ex usu effectū ue, sed ex cōsuetudine, & annona æstimetur. Quod tu preciū ponis traiccienti maria, & per medios fluctus, *cū è terræ cōspectu recessit, certā secanti

*cū èther è consp.

viam, & prospicienti futuras tempestates, & securis oneranti subito uela stringi, armamenta demitti, paratos cursum procellæ, & repentinū impetū stare? Huic tamen rei præmiū uectura persoluit. Quanti æstimas in solibus hospitium, in imbre tectū, in frigore balneū, aut ignem? Men quāti ista consecutus diuersorū subeā. Quantū præstat, qui labentē domū* suscipit, & agentē ex insulam incredibili arte suspendit. Certo tamen & leuissima futura concluditur. Murus nos ab hostibus tutos, & latronum incursionibus præstat. Notum est tamen, illas pro securitate publica propugnacula habituras, excitabuntur, quid in diem mereat.

*fulsit

CAP. XVI. Infinitū erit, si latius exēpla conueniunt quibus appareat, paruo magna cōstare. Quid ergo? dico & præceptori plus quiddā debeo, nec aduersus illucede defungor? Quia ex medico ac præceptore in amicitia eunt, & nos non arte quā uendunt, obligant, sed benigni familiari uoluntate. Itaq; medico qui nihil amplius quā tangit, & me inter eos, quos perambulat ponit, sine effectu faciēda uitandāue præcipiens, nihil amplius debet me nō tanquā amicū uidit, sed tanquā imperatorē. Neptorē quiddē habeo cur uenerer, si me in grege discipulobuit, si nō putauit dignū propria & peculiari cura, si in me direxit animū, & cū in mediū effunderet, quæ nō didici, sed excepi. Quid ergo est, quare istis debeatur? nō quia pluris est quod uendiderūt quā emimus, sed bisipsis aliquid præstiterūt. * Ille plus impendit, quam necesse est. Pro me nō pro fama artis extimuit. Non tentus remedia monstrare, sed admouit. Interea sollicitudinit, ad suspecta tempora occurrit. Nullū ministeriū nullum fastidio fuit. Gemitus meos nō securus audiuit.

*emptorem: alias, inuocantorem

*ille magis perpendit: alias, pepēdit

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

CAP

multorum inuocantū, ego illi potissima curatio fui. Tantum
 alijs uacauit, quantū mea ualetudo permiserat. Huic ego non
 tanquā medico, sed tanquā amico obligatus sum. Alter rursus
 in docendo me & laborē & tediū tulit, præter illa quæ præ-
 cipientibus in cōmune dicuntur, aliqua instillauit ac tradidit,
 hortando bonā indolē erexit, et modo laudibus fecit animum,
 modo admonitionibus discussit desidiā. Tum ingeniū latens &
 pigrū iniecta (ut ita dicā) manu extraxit: nec quæ sciebat, ma-
 gignē dispēsauit, quò diutius esset necessarius: sed cupit si pos-
 set uniuersa transfundere. Ingratus sum, nisi illum inter gra-
 tissimas necessitudines diligo.

CAP. XVII. Sordidissimorum quoq; artificiorū in-
 titutoribus supra constitutū aliquid adiecimus, si nobis opera
 illorū enixior uisa est, & gubernatori, & opifici uilissimæ mer-
 itis, & in diē se locati corollarium aspersimus. In optimis uerò
 artibus quæ uitā aut conseruant, aut excolunt, qui nihil se plus
 existimat debere quā pepigit, ingratus est. Adijce quod ta-
 tum studiorū traditio miscet animos. hoc cū factū est tam me-
 dico quā præceptori precium operæ soluitur, animi debetur.

CAP. XVIII. Plato cum flumen naue transisset, nec
 ab illo quicquam portitor exegisset, honori hoc suo datū cre-
 dens, dixit positū illi esse apud Platonē officium. Deinde pau-
 o post, cum aliū atq; aliū gratis eadē transucheret sedulitate,
 rogauit illi iam apud Platonē positū officium. Nā ut tibi debeā
 aliquid, pro eo quod præstas, debes non tantum mihi præsta-
 re, sed tanquam mihi. Non potes ob id quenquam appellare,
 quod spargis in populum. Quid ergo? nihil debetur pro hoc?
 tanquam ab uno nihil. Cum omnibus soluā, quod cum omni-
 bus debeo.

CAP. XIX. Negas, inquit, ullum dare beneficiū eum,
 qui me gratuita naue per flumen Padum tulit? Negro. Aliquid

boni facit, beneficiū non dat. Facit enim sua causa, aut uti-
 mea. Ad summā, ne ipse quidem se mihi beneficiū iudicat
 sed aut R. P. aut uiciniæ, aut ambitioni suæ præstat, et pro
 aliud quoddam cōmodum expectat, quā quod à singulis
 pturus est. Quid ergo, inquit, si princeps ciuitatē dederit
 bus Gallis, si immunitatē Hispanis, nihil hoc nomine singu-
 bebunt? Quid ni debeant? Debebunt autē non tanquā pro
 5 beneficiū, sed tanquā publici partem. Nullam, inquit, habi-
 gitationem mei. Illo tēpore, quo uniuersis proderat, nolui
 propriē ciuitatē dare, nec in me direxit animū. Ita quare-
 beam qui me sibi non substituit, cum facturus esset, quod
 Primum, cū cogitauit Gallis omnibus prodesse, et mihi
 uit prodesse. Eram enim Gallus, & me etiā si non mea, p-
 6 tamen nota cōprehendit. Deinde ego quoq; illi non tanquā
 prium debeo, sed quomodo unus ē populo. Non tanquā
 me soluam, sed tanquam pro patria conferam.

CAP. XX. Si quis patriæ meæ pecuniā credat, me
 cam me illius debitorē, nec hoc æs alienū profitebor, aut
 datus, aut reus: ad exoluendum tamen hoc, portionē mea
 bo. Sic istius muneris quod uniuersis datur, debitorē me
 quia dedit quidē, sed non propter me: & mihi quidem
 sciens an mihi daret: nihilominus aliquid mihi depende-
 sciam, quia ad me quoq; circuitu longo peruenit. Prop-
 factū debet esse quod me obliget. Isto, inquit, modo, nec
 nec Soli quicquam debes. Non enim propter te mouentur
 cū in hoc moueantur, ut uniuersa cōseruent, & pro me
 tur: uniuersorum enim pars sum. Adijce nunc, quod nobis
 horum conditio dissimilis est. Nam qui mihi prodest, ut
 profit & sibi, non dedit beneficiū, quia me instruat
 utilitatis fecit. Sol autem & Luna etiam si nobis prof-
 causa, non in hoc tamen prosunt, ut per nos prosint sibi.

enim nos
 CAP
 prodesse.
 summā
 re fellati
 gnum arg
 Vir bonu
 nus, nisi
 quod deb
 multum
 cogitur, a
 debeo ip
 quia nihil
 coacto nō
 Hoc loco
 luntatē e
 trarium:
 cuius uol
 mult, qui
 turam no
 CAP
 dicis, om
 uniuersi
 sydera sy
 diuina lat
 promissa
 alternis r
 perantia,
 tate solua
 quem dei
 sorbeat. S

enim nos illis conferre possumus?

CAP. XXI. Sciam, inquit, Solem ac Lunã nobis uelle prodesse, si nolle potuerint, illis autẽ non licet non moueri. Ad summã cõstant et opus suũ intermittant. Hoc uide quot modis resellatur. Non ideò minus uult, qui non potest nolle. Ergo magnum argumentũ est firmæ uoluntatis, ne mutari quidẽ posse. Vir bonus non potest non facere, quod facit, non enim erit bonus, nisi fecerit. Ergo nec bonus uir beneficium dat, quia facit quod debet, non potest autem non facere quod debet. Præterea multum interest, utrum dicas, non potest hoc non facere, quia cogitur, an non potest nolle. Nam si necesse est illi facere, non debeo ipsi beneficiũ, sed cogenti. Si necesse est illi uelle ob hoc, quia nihil habet melius quod uelit, ipse se cogit. Ita quod tanquã coacto nõ deberem, tanquã cogenti debeo. Desinãt inquit uelle. Hoc loco tibi occurrat, Quis tam demens est, ut eam neget uoluntatẽ esse, cui non est periculũ desinendi uertendiq; se in contrarium: cum ex diuerso nemo æquẽ uideri debeat uelle, quã cuius uoluntas usque eo certa est, ut æterna sit? An si is quoq; uult, qui potest statim nolle, is non uidebitur uelle, in cuius naturam non cadit nolle?

CAP. XXII. Agedum, inquit, si possunt, resistãt. Hoc dicis, omnia ista ingentibus interuallis diducta, & in custodiam uniuersi disposita, stationes suas deserant, subita cõfusione rerũ sydera syderibus incurrant, & rupta rerũ concordia in ruinam diuina labantur, cõtexusq; uelocitatis citatissimæ, in tot secula promissas uices in medio itinere destituat, & quæ nunc eunt alternis redeuntq; oportunis libramentis, mundũ ex æquo temperantia, repentino concrementur incendio, & ex tanta uarietate soluantur, atq; eant in unũ omnia. Ignis cuncta possideat, quem deinde pigra nox occupet, & profunda uorago tot deos sorbeat. Sit tãti ut tu coarguaris. Ista tibi cõcedere possunt etiã

inuito, euntq; ista tua causa, etiam si maior illis alia, de causa est.

CAP. XXIII. Adijce nunc, quod non externa deos, sed sua illis in legē aeterna uoluntas est, statuerūt quae mutarent. Itaq; nō possunt uideri facturi aliquid, quāuis nō. Quia quicquid desinere nō possunt, perseuerare uoluerūt. unquā primi consilij deos poenitet. Sine dubio stare illis, &

7 sciscere in cōtrarium non licet. Sed nō ideō, quia uis sua illi proposito tenet, * in imbecillitate permanent, sed quia nō ab optimis aberrare, & sic ire decretum est. In prima autē constitutione, cū uniuersa disponderent, etiā nostra uiderunt, tionemq; hoīs habuerunt. Itaq; nō possunt uideri sua tantū sa decurrere, & explicare opus suū, quia pars operis sumus nos. Debemus ergo & Soli, & Lunae, & ceteris coelestium beneficium, quia etiā si potiora illis sunt, in quae oriuntur, tamen in maiora *ituri iuuant. Adijce quod *destinato

8 Ideoq; obligati sumus, qui nō in beneficium ignorantū inueniamur, sed haec quae accipimus, accepturos scierūt, & quam maius illis propositū sit maiorq; actus sui fructus, quāuis se re mortalia, tamē in nostras quoq; utilitates à principio re praemissa mens est, & is ordo mundo datus, ut apparatus nostri non inter ultima habitam. Debemus parentibus pietatem, & multi non ut gignerent coierant. Dij non uideri nescisse, quid effecturi essent, cū omnibus alimentis, & alia prouiderint, nec eos per negligentiam genuerunt quibus tam multa genuerant. Cogitauit enim nos ante quam fecit. Nec tam leue opus sumus, ut illi potuerimus exire. Viae quantū nobis permiscuit, quā non intra hoīes huius imperij cōditio sit. Vide inquantū corporibus uagari huius quae coërcuit sine terrarū, sed omnem in partem sui misit, animi quantum audeant, quemadmodum, soli aut nouerunt d

*ex imbecil.
*inuitant: a-
liās, itura
*ex destinato

*ex exilia

aut qua
non ess
xima r
certe
muner
quibus
his acc
daturi
ob hoc
continu
re nece
omnes
minus n
uenit, c
querent
CA
beroru
gant? E
& ne n
tura co
timore
pudori
cant. A
metu au
benefici
aut nese
CA
non qui
grati, qu
sunt, alie
approb

aut querant, & mente in altum data diuina comitentur. Scias non esse hominem tumultuariū & incogitatū opus. Inter maxima rerum suarū natura nihil habet, quo magis gloriatur, aut certe cui gloriatur. Quantus iste furor est, controuersiam dijs muneris sui facere? Quomodo aduersus eos hic erit gratus, quibus gratia referri sine impendio non potest? qui negat ab his accepisse se, à quibus quum maximè accipit: qui & semper daturi sunt, & nunquā recepturi? Quanta autem pueritas, ob hoc alicui non debere, quia etiam inficanti benignus est, & continuationem ipsam seriemq; beneficij argumentum uocare necessario dantis? Nolo, sibi habeat, quis illum rogat? & omnes alias impudentis animi uoces his astrue. Non ideo de te minus meretur is, cuius liberalitas ad te etiam dum negas peruenit, cuiusq; beneficiorum, uel hoc maximum, quod etiam querenti daturus est.

CAP. XXIIII. Non uides quemadmodū teneram liberorum infantiam, parentes ad salubriū rerum patientiā cogant? Flentū corpora, ac repugnātium, diligenti cura fouent, & ne membra libertas immatura detorqueat, in rectum exitura constringunt, & mox liberalia studia inculcant, adhibito timore nolentibus. Ad ultimum audacem iuuentam frugalitati, pudori, moribus bonis, si parum sequitur, coaptant, & applicant. Adolescentibus quoq; ac iam potentibus sui, si remedia metu aut intemperantia reijciunt, uis adhibetur, ac seruitus. Itaq; beneficiorum maxima sunt quæ à parentibus accipimus, dum aut nescimus, aut nolumus.

CAP. XXV. His ingratis & repudiantibus beneficia, non quia nolunt, sed ne debeant, similes sunt ex diuerso nimis grati, qui aliquid incommodi precari solent, his quibus obligati sunt, aliquid aduersi, in quo affectum memorè accepti beneficij approbent. An hoc recte faciant, & pia uoluntate queritur,

quorū animus similis est, prauo amore flagrantibus, qui
sue optant exiliū, ut desertam, fugientemq; comitentur,
inopiā, ut magis desideranti donent: optant morbū, ut
Et quicquid inimicus optaret, amantes uouent. Fere ita
exitus est odij et amoris insani. Tale quiddam et his accidit
amicis incōmoda optant, quæ detrahant, et ad beneficiū
ueniunt: cum * sanctius sit uel cessare, quàm per scelus
locum querere. Quid si gubernator à Dijs tempestates
*suo suisimas, & procellas petat, ut gratior ars * sua periculo
Quid si imperator deos oret, ut magna uis hostium circa
sa castris, fossas subito impetu compleat, & uallum trepidi
exercitu conuellat, & in ipsis portis, infesta signa confusa
quo maiore cum gloria rebus lapsis, profugatisq; succedat
Omnes isti beneficia sua detestabili uia ducunt, qui deos
eum aduocant, cui ipsi affuturi sunt, & ante illos sterni
erigi uolunt. Inhumana ista et peruerse grati animi natura
contra eum optare, cui honeste deesse non possis.

CAP. XXVI. Non nocet, inquit, illi uotum meum
simul opto & periculum & remedium. Hoc dicis non
peccare, sed minus quàm si sine remedio periculum optaret
Nequitia est, ut extrahas mergere, euertere ut suscites, ut
tas includere. Non est beneficium iniuriæ finis, nec unquam
detraxisse meritum est, quod ipse qui detraxit, intulerat.
uulneres me malo, quàm sanes. Potes inire gratiam, si qua
neratus sum sanas, non si uulneras, ut sanandus sim. Num
cicatrix nisi collata uulneri placuit, quod ita coisse gauderet
ut non fuisse mallems. Si hoc ei optares, cuius nullum benefi-
cium haberes, inhumanum erat uotum, quanto inhumanum
optes, cui beneficium debes?

CAP. XXVII. Simul, inquit, ut possi ferre illi opem
cor. Primū ut te in media parte uoti tui occupēs, tā ingratus

Nōdum
Solicitud
ope indig
Hoc pr
perat, ip
honestu
Optas er
ut ille ne
nefas est
nesta uol
inficiare
quod de
uarum,
sua iacea
Votam
diuidi, q
ma tace
ut seruat
hostilia
uenit. De
let, quā
dijs noc
mas par
Si accus
lū lite in
dubitare
Nisi que
cas, quā
est, aut i
non effi
Tibi no

Nōdum audio quid illi uelis pręstare, scio quid illū uelis pati.
 Sollicitudinē illi et metū, & maius aliquod imprecari malū, ut
 ope indigeat, Hoc contra illum est. Optas, ut tua indigeat ope.
 Hoc pro te est, nō succurrere uis illi, sed soluere. Qui sic pro-
 perat, ipsum solui uult non soluere. Ita quod unum in uoto tuo
 honestum uideri poterat, turpe & ingratum est, nolle debere,
 Optas enim non ut tu facultatem habeas referendę gratię, sed
 ut ille necessitatē implorandę rei. Superiorem te facis, & quod
 nefas est, benemeritū ad pedes tuos mittis. Quāto satius est ho-
 nesta uoluntate debere, quā per malam rationem soluere? Si
 inficiareris quod acceperas minus peccares, nihil enim nisi
 quod dederat, amitteret. Nūc uis illū subijci tibi iactura rerū
 suarum, & status mutatione in id deuocari, ut infra beneficia
 sua iaceat. Gratium te reputabo, corā eo cui prodesse uis, opta.
 Votam tu istud uocas, quod inter gratium & inimicum potest
 diuidi, quod nō dubites aduersariū & hostem fecisse, si extre-
 ma taceantur. Hostes quoq; optauerunt capere quasdā urbes,
 ut seruari, & uincere quosdam, ut ignoscere. Nec ideo nō
 hostilia uota, in quibus quod mitissimum est, post crudelitatem
 uenit. Deniq; qualia esse iudicas uota, quę nemo tibi minus uo-
 let, quā is pro quo fiunt succedere. Pessime cū eo agis, cui uis à
 dijs noceri à te succurri, imque cū ipsis dijs. Illis enim durissi-
 mas partes imponis, tibi humanas. Vt tu prosis, dij nocebunt.
 Si accusatorē submitteres, quem deinde remoueres, si aliqua il-
 lū lite implicares, quā subinde discuteres, nemo de tuo scelere
 dubitaret. Quid interest, utrum istud fraude tentetur an uoto?
 Nisi quod potētiore illi aduersarios quęris. Non est quod di-
 eas, quā enim illi iniuriam facio? Votum tuū aut superuacuum
 est, aut iniuriosum, imò iniuriosum, etiam si irritum. Quicquid
 non efficit, dei munus est, iniuria uerò, quicquid optas. Sat est,
 Tibi non aliter debemus irasci, quā si profeceris.

CAP. XXVIII. Si uota, inquit, ualuisſent, & in hoc ualuisſent, ut tutus eſſes. Primū certum mihi optas periculum ſu incerto auxilio. Deinde utrūq; certum puta, quod nocet, praeſt. Præterea tu conditionem uoti tui noſti, me tempeſtas occipauit, portus ac præſidij dubium. Quantū exiſtimas tormentum, etiā ſi accepero, eguiſſe? etiam ſi ſeruatus fuero, trepidiſe? etiā ſi abſolutus fuero, cauſam dixiſſe? Nullius metus tā gratus eſt finis, ut non grator ſit ſolida & inconcuſſa ſecuritas. Opta ut reddere mihi beneficium poſſis, cum opus erit, nō opus ſit. Si eſſet in tua poteſtate quod optas, ipſe feciſſes.

CAP. XXIX. Quanto hoc honeſtius uotiū eſt, opto eo ſtatu ſit, quo ſemper beneficia diſtribuat, nunquā deſideret. Sequatur illū materia, qua tam benigne utatur largiendo inuadoq; ut nunquam illi ſit dandorum beneficiorum inopia, daturum pœnitentia. Naturam per ſe pronam ad humanitatem, & miſericordiam & clementiam, iritet ac prouocet turba gratiarum, quos illi & habere cōtingat, nec experiri neceſſe ſit. Ipſi nulli implacabilis ſit, ipſi nemo placandus. Tam æquali in eam fortuna indulgentia perſeueret, ut nemo in illum poſſit eſſe, niſi conſcientia gratus. Quanto hæc iuſtiora uota ſunt, quæ te in nullam occaſionem differunt, ſed gratum ſtatim faciunt. Quis enim prohibet referre gratiam proſperis rebus? Quam multum ſunt, per quæ quicquid debemus, reddere etiā felicibus poſſemus. Fidele conſiliū, aſtdua conuerſatio, ſermo comis, & iuſta adulatione iucundus, aures ſi deliberare uelit, diligentes, tua,

* ſi credere

* optio

* ſecretæ, conuictus familiaritas. Neminem tam alte ſecundum poſuerunt, ut non illi eo magis amicus deſit, quia nihil abſit. CAP. XXX. Iſta triftis & omni uoto ſubmouenda* occaſio, ac procul repellenda. Ut gratus eſſe poſſis, iratis Diſ opus eſt? Nec ex hoc quidem peccare te intelligis, quod melius cum eo agitur, cui ingratus es. Propone in animo tuo carere,

uincula
fiones t
potus e
Quid
ditis gr
tu neſci
ſtringat
tibi, cui
ſidentib
mentier
audienc
ſu conce
ceps ag
miſſa, d
adulan
contem
dum ſe
cua, &
& nec
reuoca
dum ui
ſtimant
mum p
gna fre
diffue
aduerſi
CA
animur
non im
mam ac
quin ill

uincula, sordes, seruitutem, bellum, egestatem. Hæc sunt occa-
siones tui uoti, si quis * tecum traxit per ista dimittitur. Quin-
potius eum potentem esse uis, cui plurimum debes, & beatum?
Quia enim (ut dixi) uetat te referre, etiã summa felicitate præ-
ditis gratiã, cuius plena tibi occurret & uaria materia? Quid?
tu nescis debitum etiam locupletibus solui. Ne te inuitum di-
stringam: Omnia sane exclusit opulenta felicitas, monstrabo
tibi, cuius rei inopia laborant magna fastigia, quid omnia pos-
sidentibus, desit. Scilicet ille, qui uerum dicat, & hominẽ inter
mentientes stupentem, ipsaq; consuetudine pro rectis blanda
audiendi, ad ignorãtiam ueri perductum, uindictet * à consen-
su concentuq; falsorum. Non uides quemadmodũ illos in præ-
ceps agat extincta libertas, & fides in obsequium seruile sub-
missa, dum nemo ex animi sui sententia suadet, dissuadetq; sed
adulandi certamen est, & unum amucorũ omnium officium, una
contentio, quibus blandissime fallat? Ignorauere uires suas, &
dum se tam magnos quã audiunt credunt, attraxere superua-
cua, & in discrimen rerum omnium peruentura bella, utilem
& necessariam rupere concordiam: secuti iram, quã nemo
reuocabat, multorum sanguinẽ hausserunt, fusuri nouissime suũ
dum uindicant inexplorata pro certis, flectiq; non minus exi-
stimant turpe quã uinci, & perpetua credunt, quæ in sum-
mum perducta maxime nutant. Ingentia * super se casura re-
gna fregerunt, nec intellexerunt in illa scena & uanis & cito
diffluentibus bonis refulgente, ex eo tempore ipsos nihil non
aduersi expectare debuisse, ex quo nihil ueri audire potuerũt.

CAP. XXXI. Cum bellum Græciæ indiceret Xerxes
animum tumentem, oblitumq; quã caducis confideret, nemo
non impulit. Alius aiebat, non laturos nuntium belli, & ad pri-
mam aduentus famam, terga uersuros. Alius nihil esse dubij,
quin illa mole non uinci solum Græciã, sed obrui posset: magis

ueren

* tecum con-
traxit: als, te
contraxit.

* cum sensu
contemptuq;
falsorum

10
* super se ac
suos regna
freg.

uerendum, ne uacuas desertasq; urbes inuenirent, & profugis
 hostibus uastæ solitudines relinquerentur, non habituris, ne
 tantas vires exercere possent. Alius illi uix rerum natura
 sufficere, angusta esse clauibus maria, militi castra, explican-
 dis equestribus copijs campestria, uix patere cælum * sagittis
 ad emittenda omni manu tela. Cum in hunc modum multa u-
 diq; iactarentur, quæ hominem nimia æstimatione sui fierent
 concitarent, Demaratus Lacedæmonius solus dixit, ipsam
 lam qua sibi placeret multitudinem indigestam & grauem
 metuendam esse ducenti: non enim vires, sed pondus habent
 immodica nunquam regi posse, nec diu durare, quicquid regi
 non potest. In primo, inquit, statim monte Lacones obiecti, di-
 bunt tibi sui experimentum. Tot ista gentium milia trecenta
 morabuntur, hærebunt in uestigio fixi, & commissas sibi
 angustias tuebuntur, & corporibus obstruent. Totæ illos Alpes
 non mouebit loco. Tantas minas belli, & penè totius generis
 humani ruentis impetum, paucissimi sustinebunt. Cum te ma-
 tatis legibus suis natura transmiserit, in semita hærebis, &
 æstimabis futura damna, cum computaueris quanti Thermopy-
 pylarum angusta constiterint. Scies te fugari posse, cum scia-
 ris posse retineri. Cedent quidem tibi pluribus locis uelut tor-
 rentis * modo ablatis, cuius cum magno terrore, prima uis de-
 fluit: Deinde hinc atq; illinc * coorientur, & tuis te uiribus
 prement. Verum est quod dicitur, maiorem belli apparatus
 esse, quàm qui recipi ab his regionibus possit, quas oppugnare
 constituis. Sed hæc res contra nos est. Ob hoc ipsum te Gre-
 cia uincet, quia non capit. Vti toto te non potes. Præterea
 quæ una rebus salus est, occurrere ad primos rerum impetus
 & inclinatis opem ferre non poteris, nec fulcire ac firmare
 labentia. Multo ante uinceris, quàm uictum esse te sentias.
 Cæterum non est, quod exercitum tuum ob hoc sustineri poterat

Cõmissas di-
 xit adeo angu-
 stas, ut se inui-
 cem contin-
 gant.

* mole
 * adorientur

non po-
 magnu-
 ut alia
 que I-
 tem, &
 runt: st-
 quantu-
 quàm d-
 uerum e-
 dis max-
 pite tian-
 mio ant-
 mo fuit,

CA
 maledic-
 nus in p-
 ratam n-
 fra, ex-
 placuiss-
 tera in o-
 tero pel-
 (quia qu-
 dit) par-
 tempore
 illa silen-
 esset, f-
 Agripp-
 minum
 protinus
 noua. Sa-
 lora cor-

non posse, quia numerus eius duci quoque ignotus est. Nihil tam magnum est, quod perire non possit, cui nascitur in perniciem, ut alia quiescant, ex ipsa magnitudine sua causa. Acciderunt quæ Demaratus prædixerat, diuina atque humana impellentem, & mutantem quicquid obstiterat, trecenti stare iusserunt: stratusque per totam Græciam passim Xerxes intellexit, quantum ab exercitu turba distaret. Itaque Xerxes pudore quam damno miserior, Demarato gratias egit, quod solus sibi uerum dixisset, & permisit petere quod uellet: petit ille, ut Sardis maximam Asiæ ciuitatem curru uectus intraret, rectam capite tiaram gerens: id solis datum regibus. Dignus fuerat premio antequam peteret, sed quam miserabilis gens, in qua nemo fuit, qui uerum diceret regi, nisi qui non dicebat * sibi.

CAP. XXXII. Diuus Augustus filiam* intra pudicitia maledictum impudicam relegauit, & flagitia principalis domus in publicum emisit. Admissos gregatim adulteros, percratam nocturnis comessationibus ciuitatem, forum ipsum ac rostra, ex quibus pater legem de adulterijs tulerat, filia in stupra placuisse, quotidianum ad Marsiam concursum, cum ex adultera in quæstuariam uersa, ius omnis licentiæ sub ignoto adultero peteret. * Hæc tam uindicanda principi quam tacenda (quia quarundam rerum turpitudine etiam ad uindicantem redit) parum potens iræ, publicauerat. Deinde cum interposito tempore in locum iræ subiisset uerecundia, geniens, quod non illa silentio preßisset, quæ tamdiu nescierat, donec loqui turpe esset, sæpe exclamauit, Horum mihi nihil accidisset, si aut Agrippa, aut Mecænas uixisset. Adco tot habenti milia hominum duos reparare difficile est. Cæse sunt legiones, & protinus scriptæ. Fracta classis, & intra paucos dies natauit noua. Sæuitum est in opéra publica ignibus, surrexerunt meliora consumptis. Tota uita, Agrippæ & Mecænatibus uacauit

locus

* uindicantē

* Sibi, id est, suo comodo,

* ultra

II

* Hæc non tam uind.

*solos

locus. Quid putem, defuisse similes qui assumerentur, an ipsius uirtutum fuisse, qui maluit queri, quam querere? Non est quod existimemus Agrippam & Mecoenatem * solitos illi uera dicere, qui si uixissent, inter dissimulantes fuissent. Regalis ingenij mos est, in presentium contumeliam amissa laudare, & his uirtutem dare uera dicendi, a quibus iam audiendi periculum non est.

CAP. XX XIII. Sed ut me ad propositum reducam, uides quam facile sit, gratiam referre felicibus, & in summam manarum opum positis: dic illis non quod uolunt audire, sed quod audisse semper uolent. Plenas aures adulationibus dant, quando uera uox intret. Da consilium utile. Queris quid felici prestare possis? Effice, ne felicitati suae credat, ut sciat illum multis & fidis manibus continendam. Parum in illum contuleris, si illi stultam fiduciam permansuræ semper potentiae excusseris, docuerisq; mobilia esse quae dedit casus, & maiore cursu fugere quam ueniunt, nec his portionibus, quibus ad summam peruentum est, retrò iri, saepe inter fortunam maximam & ultimam nihil interesse? Nescis quantum sit pretium amicitiae, si non intelligis multum te ei daturum, cui dederis amicum, rem non domibus tantum, sed seculis raram, quae non aliubi magis deest, quam ubi creditur abundare. Quid? istos tu libros, quos uix nomenclatorum cõplectitur, aut memoria, aut manus, amicorum existimas esse? Non sunt isti amici, qui agmine magno ianuam pulsant, qui in primas & secundas admissiones digeruntur. Consuetudo ista uetus est regibus, regesq; simulantibus, populum amicorum describere. Est proprium superbiae, magno aestimare introitum ac tactum sui liminis, pro honore dare, ut ostio propius absideas, ut gradum prior intra domum ponas, in quo deinceps multa sunt ostia, quae receptos quoq; excludunt.

CAP. XX XIII. Apud nos primi omnium Gracchus,

mox Livi-
alios in se-
Habueru-
* nunquã
potest hui-
non intra
libertate
ignotis, A
istorum uer-
mauertit
in utranq;
locum homi-
atrio quae
sensus rec-
si inuilibi-
dum te &
ris, & du-
rate: ita in-
nec deseru-
in tanta u-
incident. C
rum partem
spicit: sic
fideq; disc-
mat illum
tus est. E
Multum u-
beneficiu-
aptabit, e
quam ipse
quod est p

mox Linius Drusus instituerunt segregare turbam suam, & alios in secretū recipere, alios cū pluribus, alios cū uniuersis. Habuerunt itaq; isti amicos primos, habuerunt & secundos, *nunquā ueros. Amicum uocas, cuius disponitur salutatio, aut potest huius tibi patere fides, qui per fores maligne apertas non intrat, sed illabatur? Huic peruenire usq; ad distringendā libertatē licet, cuius uulgare & publicū uerbū & promiscuū ignotis, Aue, nō nisi suo ordine emittitur? Ad quencunq; itaq; istorū ueneris, quorū salutatio urbē concutit, scito, etiā si animaduuerteris obsessos ingenti frequentia uicos, & cōmeantiū in utranq; partē cateruis itinera cōpressa, tamen uenire te in locū hominibus plenū amicis uacū. In pectore amicus, nō in atrio queritur. Illō recipiendus est, illic retinendus est, & in sensu recondendus. Hoc doce gratus es. Male de te existimas, si inutilis es, nisi afflicto, si rebus tutis superuacuuus. Quēadmodum te & in dubijs & in aduersis, & in letis sapienter geris, & dubia prudenter tractas, aduersa fortiter, leta moderate: ita in omnia utilē te amico exhibere potes, si aduersa eius nec deserueris, nec optaueris. Multa nihilominus, ut nō optes, in tanta uarietate quæ tibi materiā exercendæ fidei præbeāt, incident. Quēadmodū qui optat diuitias alicui in hoc, ut illarū partē ipse ferat, quāuis pro illo uideatur optare, sibi prospicit: sic qui optat amico aliquā necessitatē, quā adiutorio suo fidēq; discutiat, quod est ingrati, se illi præfert, & tanti æstimat illū miserū esse, ut ipse gratus sit, & ob hoc ipsum ingratus est. Exonerare enim se uult, & graui sarcina liberare. Multum interest, utrum properes referre gratiam, ut reddas beneficium, an ne debeas. Qui reddere uult, illius se commodo aptabit, & idoneum illi uenire tempus uolet. Qui nihil aliud quā ipse liberari uult, quacunque ad hoc cupiet peruenire, quod est pessimæ uoluntatis.

* neutros ueros
 12

CAP. XXXV. Ista, inquis, nimia festinatio ingr
est id apertius exprimere non possum, quā si repetuero qu
dixi, nō uis reddere acceptū beneficiū, sed effugere. Hoc die
re uideris. Quādo isto carebo? Quocunq; modo mihi labor
dum est, ne isti obligatus sim. Si optares ut illi solueres de
multum abesse uidereris à grato, hoc quod optas iniquius
Execraris enim illū, & caput sanctum tibi dira imprecatio
defigis. Nemo, ut existimo, de immanitate animi tui dubitauit
si aperte illi paupertatē, si captiuitatē, si finē, ac *metū imp
careris. At quid interest, utrū uox ista sit uoti tui? Sanius est
aliquid horū opta. I nunc & hoc esse gratū puta, quod ne
gratus quidē faceret, qui modo non usq; in odium, sed tanta
ad inficiationem beneficij perueniret.

CAP. XXXVI. Quis piū dicet Aeneā, si patriā
uoluerit, ut captiuitate patrē eripiat? Quis Siculos iuuenes
ut bona liberis exēpla monstraret, optauerūt ut Aetna imm
sa igniū ui supra solitū ardēs, daret ipsis occasionē exhiben
pietatis, ex medio parētibus incēdio raptis? Nihil debet
pioni Roma, si puniciū bellū ut finiret, perseuerare maluit. Ni
hil Decijs, quod morte patriā seruauerunt, si prius optauer
ut deuotiōi fortissimæ locū, ultima rerū necessitas faceret. Qu
uissima infamia est medici, opus quærerere medici. Multi quos
*irritauerāt morbos, & *reuocauerāt, ut maiore gloria sanaret, ne
potuerūt discutere, aut cū magna miserorū uexatiōe uicerent.

CAP. XXXVII. Callistratū aiunt, ita certe Her
ton autor est, cū in exiliū iret, in quod multos simul cū illo
ditiosa ciuitas, & intēperāter libera expulerat, optante qu
dam, ut Atheniēsis necessitas restituēdi exules esset, ab
natū talē reditū. Rutilius noster animosius. Cū enim quidā
cōsolaretur, & diceret instare arma ciuilia, breui futurum
omnes exules reuerterētur, quid tibi, inquit, mali feci, ut me
pelore

*mortem

13

14

*irritauerāt

pelore
meo er
nemine
uaueru
luerunt
ci, quā
qui ben
submou
trocini
quod fe
uicem t

CA
cessaria
lucrū op
terat. Q
uit, non
que uē
dito, qu
sit: Præ
omnes e
partē d
bellū op
quentiæ
in quest
locuplet
opera fa
An tu
mentore
gnatore
nesciunt
tie plur

pelore

peiores reditū, quā exitū optares? Malo, ut patria in exilio meo erubescat, quā reditum morreat. Nō est istud exiliū, cuius neminē nō magis quā damnatū pudet. Quemadmodū illi seruauerunt bonorū ciuitū officium, qui reddi sibi penates suos noluerunt clade cōmuni, quia satius erat duos *iniquo malo affici, quā omnes publico. Ita nō seruat grati hominis affectum, qui bene de se merentē difficultatibus uult opprimi, quas ipse submoueat, qui etiā si bene cogitat, male precatur. Ne in patrociniū quidem, nedum in gloriam est, incēdium exinxisse quod feceris. In quibusdam ciuitatibus impium uotum, sceleris uicem tenuit.

CAP. XXXVIII. Demades certē Athenis eū qui necessaria funeribus uenditabat, dānauit, cū probasset magnum lucrū optasse, quod cōtingere illi sine multorū morte non poterat. Queri tamen solet, an merito dānatus sit? Fortasse optauit, non ut multis uēderet, sed ut chare, ut paruo sibi cōstarent quæ uēditurus esset. Cū constet negociatio ex empto & uendito, quare uotū eius in unā partē trahis, cum lucrū ex utraq; sit? Præterea omnes licet, qui in ista negociatiōe sunt, damnos, omnes enim idē uolunt, idē intra se optant. Magnā hominum partē damnabis. Cui enim nō ex alieno incōmodo lucrū? Miles bellū optat, in gloriā: Agricola annonæ charitas erigit: *Eloquentiæ exceptat precii litū numerus: Medicis grauis annus in questu est: Institores delicatarū mercū, iuuentus corrupta locupletat. Nulla tēpestate, nullo igne ledantur tecta, iacebit opera fabrilis. Vnius uotū deprehēsum est, omnium simile est. An tu Aruntii & Ateriū, & ceteros qui captandorū testamentorum artē professi sunt, non putas eadē habere quæ designatores & libitinos uota? Illi enim quorū mortes optent, nesciunt: hi familiarissimū quēq; , cū quo propter rem amicitie plurimū est, mori cupiunt. Illorum damno nemo uiuit, hos

* unico malo: aliās, uno

* Eloquentiæ principes exoptant litū mane

quisquis differt exhaurit. Optant ergo non tantū ut accipere beneficia quod turpi seruitute meruerunt, sed etiā ut tributo gratia re, nō mar-
rentur. Non est itaq; dubiū, quin hi magis quod damnatū liberādi s-
in uno optēt, quibus quisquis morte profuturus est, uita dicit, quod
Omniū tamen istorū tam nota sunt uota, quā impunita. Dicit esse
se quisq; consulat, & in secretū pectoris sui recedat, & bere meri-
ciat quid tacitus optauerit. Quā multa sunt uota, que iudicare?
sibi fateri pudet, quā pauca quæ facere corā teste possunt. uos allig-

CAP. XXXIX. Sed non quicquid reprehēdendo apto hilar-

*immane est

etiā damnandū est, sicut hoc uotū amici, quod *in manib; oq; quodā
male utentis bona uoluntate, & in id incidētis uitū quocūq; ego ac-
tat. Nam dum gratū animū festinat ostēdere, ingratus est. In T
ait, in potestate meā recidat, gratiā meā desideret, sine uis aduene-
uus, honestus, tutus esse nō possit. Tam miser sit, ut illi b CAP.

19

*Hinc Dij
circūueniant
illinc

cij loco sit quicquid redditur. *Hæc dijs audiētibus? Circūfectum,
nient illum domesticæ insidiæ, quas ego possim solus oppello officio
re. Instet potens inimicus & grauis, infesta turba, ne contra sum
mis, creditor urgeat & accusator. uissa est or-

CAP. XL. Vide quā sis æquus, horum optares ebes, quā
si tibi beneficiū non dedisset. Ut alia taceā, quæ grauior ius, ut re-
mittis, pessima pro optimis referēdo, hoc certe delinques de me
nō expectas suū cuiusq; rei tēpus, quod æque peccat, & gratus est.
sequitur, quā qui antecedit. Quomodo nō semper beneficiū potes.
cipiendū est, sic nō utiq; reddendū. Si mihi nō desiderare debet
deres, ingratus esses, quāto ingrator es, qui desiderare uoluptate
gis? Expecta. Quare subsidere apud te munus meum officij, quē
Quare obligatū moleste fers? Quare quasi cū acerbo, à quo ac-
ratore *resignare rationem parem properas? Quid m CAP.
gotium queris? Quid in me deos immittis? Quomodo tūmi credu-
res, qui sic reddis? cū ista in-

CAP. XLI. Ante omnia ergo Liberalis hoc dicit. Nesci-

beneficia secure debere, & occasiones reddendorū obserua-
re, nō manu facere. Hanc ipsam cupiditatē primo quoq; tēpore
liberādi se, meminerimus ingrati esse. Nemo enim libēter red-
dit, quod inuitus debet, & quod apud se non uult esse, onus u-
dicat esse nō munus. Quanto melius ac iustius in prōptu ha-
bere merita, amicorū, & offerre nō ingerere, nec ob. eratiū se
iudicare? Quoniā beneficiū cōmune uinculum est, & inter se
duos alligat. Dic, nihil moror, quō minus tuū reuertatur ad te,
hilaris accipias, si necessitas alterutri nostrū immīnet, fa-
ciat quodā datum est, ut aut tu cogaris beneficium recipere,
aut ego accipere, det potius qui solet. Ego paratus sum, nulla
in Turno est: ostendam hunc animum, cū primum ten-
et, sine uis aduenerit. Interim dij testes sunt.

CAP. XLII. Soleo mihi Liberalis notare hunc in te
Circūfectum, & quasi manu prēdere, uerētis & aestuantis, ne in
solus oppello officio sis tardior. Nō decet gratum animum sollicitudo
contra summam fiduciā sui, & ex conscientia ueri amoris di-
uisa est omnis anxietas. Tam conuitiū est recipere quod non
optares, quā non dare quod debes. Hoc beneficij primum dati
gratior ius, ut recipiēdi tēpus eligat qui dedit. At uereor ne homi-
delinquentes de me secius loquātur. Male agit qui famæ, nō conscientie
peccat, gratus est. Duos istius rei indices habes, illū quē nō potes, &
beneficiū potes. Quid ergo si nulla interuenerit occasio? semper de-
siderabis? debebis, sed palā debebis, sed libēter debebis, sed cū ma-
siderare uoluptate apud te depositū intueberis. Poenitet accepti be-
neficij, quē nondum redditi piget. Quare qui tibi dignus uisus
acerbo, a quo acciperes, indignus uideatur, cui diu debeas?

CAP. XLIII. In magnis erroribus sunt, qui ingētis
credunt proferre, donare, Pluriū sinum ac domū reple-
cū ista interdū non magnus animus faciat, sed magna for-
Nesciunt quanto maius ac difficilius interim sit capere
quā

quàm fundere. Nam ut nihil alteri detrahā, quoniam ubi ubi uirtute fit, par est, non minoris est animi beneficium re, quàm dare. Eo quidem operosius hoc quàm illud, quore diligentia custodiuntur accepta quam dantur. Ideo trepidandum, quam cito reponamus, nec properandum pestiue: quia æquè delinquit, qui ad referendam gratiam properat tempore alieno, quam qui suo cessat. Positum apud me, nec illius nomine, nec meo timeo. Bene illi caute. Non potest hoc beneficium perdere, nisi mecum, imò nequidem. Egi illi gratias, id est, retuli. Qui nimis de beneficio reddendo cogitat, nimis cogitare alterum de recipiendo. Præstet se in utrunq; facilem: si uult recipere beneficium, feramus reddamusq; Leti: illud apud nos custodiri manu thesaurum eius * eripimus: quid custodiam recusamus? est cui utrum uolet, liceat. Opinionem quidem et famam habeamus, tanquam quæ non ducere, sed sequi debeat.

* eripimus

FINIS SEXTI LIBRI.

ANNOTAT. IN EVNDE

CAPVT IX.

1 Ut beneficiū daret, debuit. Longobardicus habebat, daret. Suspicio deesse uerbum. Ut beneficium daret, uelle debuit.

CAPVT. X.

2 Sed quod beneficium non esset. Consentiebant tres dices, & in his Longobardicus, quanquā mihi, non, quæ uox tribus æditionibus non erat, uidetur superesse. Sic enim ratio Seneca. Si in beneficio tantum potest uoluntas, ut debeamus promptissimæ iuuandi uoluntati fortuna defuit, è contrarium beneficium illi non debemus, cui suppetiit fortuna, sed uolens antecessit.

3 Cum uagus atque erroneus. Ita uetus æditio. Longobardicus habebat, atque error: unde conicio, erro fuisse scriptum, quod rursus errore uertit in erroneum. Mox in Basiliensi codice rursus scriptum.

4. Modo laudibus affecit animum. Longobardicus habebat, fecit animum, hoc est, animauit ad studia. Et elegans est facere animum.

CAP. XIX.

5. Sed tanquam Rom. Pop. partem. Sic uetus æditio, in nonnullis rat. publice partum. Lōgobardicus habebat germanam scripturam, publici partem.

6. Sed commune munus ex populo. Ita superiores æditiones, & consentiebat Longobardicus. Nos tamen non ueriti sumus reponere, unus è populo: retulit enim illud Græcum *ἐκ τῶν κοινῶν*.

CAP. XXIII.

7. Sed non ideo quia uis sua illos &c. Longobardicus habet, sed non aliud, quàm quia uis sua illos in proposito tenet, nec in imbecillitate permanent. Sensus fere consentit.

8. In maiora ituros iuuant, Lōgobardicus habebat, in maiora iturus, ut referatur ad Solem & Lunam.

CAP. XXXI.

9. Aut res si deliberare uelit, diligentes, tu te credere. Sic habebat superiores æditiones, nec suffragabatur codex Longobardicus. Nos, ut spero, feliciter germanam scripturam reposuimus, aures si liberare uelit, diligentes, tutæ, secretæ. Diligentes ut attendant, tutæ prodant, secretæ ne spargant in uulgus.

CAP. XXX.

10. Ingentia super se ac sua regna fregerūt. Ita uetus æditio: Non illi pro hac sua, habebant ac suos. Neutra lectio uacat mendo, nec abium est, quin scriba, pro casura, scripserit ac sua.

CAP. XXXII.

11. Intra impudicitia maledictum. Longobardicus habebat, ultra, rum ut intra legamus faciunt quæ sequuntur, in publicum emisit, uanquam si legas ultra, sensus est tolerabilis, non solum laborabat fama, sed in propatulo res erat. Mox. Narrauit noua, alii nectauit, Longobardicus notauit. Natauit haud dubie legendum.

CAP. XXXIII.

12. Prior æditio sic habebat, Hunc peruenire usque ad distribuendum libertatem licet, cuius uulgare & publicum uerbum & promissum? Ignotus nō nisi suo ordine emittitur. Ex hoc sermone cuius ordo deprauatus erat, & uerba, nihil omnino sensus poterat elici. Exemplar per uetustū hæcenus opitulabatur, ut certis uestigiis germanam lectionem deprehenderimus. Pro hunc, habebat huic, post notus, habebat, habe. Iam nationibus quibusdā peculiare est, pro b, mare u consonantem, & germanicum est aspirare nonnunquam & ipsum, quæ ues, ita factum est, ut pro aue, scriptum sit habe. Ad hunc itaque odum sinceram scripturam reposuimus. Huic peruenire usque ad

k 4 diste

distringendam libertatem licet, cuius uulgare & publicum uerbum & promiscuum ignotis, Aue, non nisi suo ordine emittitur? Distingere libertatem dixit, pro expromere, quemadmodum distringimus gladium. Amicitiae proprium est, liberas inuicem uoces emittere. Quando autem amicus ille saluator audebit libertatem hanc exere in amicum, cui non licet uerbum, Aue, quod uulgo ignotus distringit, nisi suo ordine emittere.

CAP. XXXV.

13 Vtrum uox ista sit uoti tui. Sanius aliquid horum opta. Ita superior editio, nec suffragabantur exemplaria. Itaque diuina uis fuisse scriptum, utrum uox ista tua sit, an uoti tui? Sanus aliquid horum opta. Sensus est, fortasse non imprecaris talia amico, sed quod refert quum optes: Sanus aliquid tale opta tibi. Hinc coniecta, quod immaniter optes amico. Sciui nunc. alii, Sum nunc. Alii, Si in manu Arbitror legendum, I nunc.

CAP. XXXVI.

14 Immensa ignium ui. Codices aliquot manu descripti habebant insuper, Ex, ui, fecerant, in, ex, supra, super. Codex uetus minus habebat sic, Quis Siculos iuuenes, ut bona liberis exemplaria monstrabit, si optauerint ut Aetna immensam ignium uim, supra solium ardens & incensa, praecipitet, datura ipsis occasionem, &c.

CAP. XXXVII.

15 Quam reditum meum mereat: pro mereat Longobardicus habebat, haereat. Fortassis scriptum erat horreat.

16 Quemadmodum illi. Hic aliquis enarrator adiecerat, si. G. listratu & Rutilius: In Longobardico non erant.

CAP. XXXVIII.

17 Eloquentiae pretium exoptat litium numerus. Quoniam hic nullus existit sensus, uerteram exoptat in exceptat, idque post compertum in codice Longobardico.

18 In secreta peccatoris sui reddat. alius redeat. Non dubito quod legendum sit recedat.

CAP. XXXIX.

19 Hinc dii circumueniant. Longobardicus habebat, Haece audientibus? Circumueniant illum.

CAP. XLII.

20 Illum quem potes. alius habebat, quem non potes. Cum non suffragentur exemplaria, legendum arbitror, duo istius rei iudicium habes, te quem non potes fallere, illum quem potes.

L



non dix
super fue
crescere
satiatus
primum
mehercu
ubi dicta
dium an
hoc dice
si maxim
sapientia
multa qu
admodum
nexusq;
qui in un
occasione
si scit qua
stant, pa
dat ac re
primat,
seruet po
laminarw

LIBER VII. ET

VLTIMVS, DE BENEFICIIS.



NONVM mi Liberalis habeas animum, In manibus terræ. Non hic te carmine longo, atq; per ambages & longa exorsa tenebo. Reliquias hic liber cogit. Exhausta materia circumspicio, non quid dicam, sed quid non dixerim. Boni tamen consules quicquid superest, cum tibi superfuerit. Si uoluiffem lenocinari mihi, debuit paulatim opus crescere, & ea pars in finem reseruari, quam quilibet etiam satiatus appeteret. Sed quicquid maxime necessarium erat in primum *statim congesi: nunc siquid effugit, recolligo. Nec mehercule si me interrogas nimis ad rem existimo pertinere, ubi dicta sint quæ regunt mores, persequi cætera, non in remedium animi, sed in exercitationem ingenij inuenta. Egregie enim hoc dicere Demetrius Cynicus, uir meo iudicio magnus, etiam si maximis comparetur, solet: plus prodesse, si pauca præcepta sapientiæ teneas, sed illa in promptu tibi & in usu sint, quam si multa quidem didiceris, sed illa non habeas ad manum. Quem admodum, inquit, magnus luctator est, non qui omnes numeros nexusq; perdidicit, quorum usus sub aduersario rarus est, sed qui in uno se, aut altero bene & diligenter exercuit, & eorum occasiones intentus spectat. Nec enim refert quam multa sciat, si scit quantum uictoriæ satis est: Sic in hoc studio multa delectant, pauca *uincunt. Licet nescias, quæ ratio oceanum effundat ac reuocet, quare septimus quisq; annus *ætati signum imprimat, quare latitudo porticus ex remoto spectantibus, non seruet portionem suam, sed ultima in angustias coëant, & columnarum nouissima interualla iungantur: quid sit quod gemi-

CAP. I.

*statim

*uiuât: aliâs,

manent

*ætatis

norum conceptū separet, partū iungat, utrum unus concubitus
 spargatur in duos, an toties cōcepti sint, Cur pariter natis
 diuersa sint, maximisq; rerum spacijs distent, quorū inter
 tus minimum interest. Non multum tibi nocebit transisse, que
 nec licet scire, nec prodest. Inuoluta ueritas in alto latet. Non
 de malignitate nature queri possumus, quia nullius rei diffi-
 cilis inuentio est, nisi cuius hic unus inuentæ fructus est, inuen-
 nisse. Quicquid nos meliores beatosq; facturū est, aut in aper-
 to, aut in proximo posuit. Si animus fortuita contempsit, se
 supra metum sustulit & posuit, nec auida spe infinita comple-
 ctitur, sed didicit à se petere diuitias, si deorū hominumq; fir-
 midinem eiecit, & scit non multum esse ab homine timendum,
 à deo nihil, si cōtemptor omnium, quibus torquetur uita, dum or-
 natur, eò perductus est, ut illi liqueat mortem nullius mali esse
 materiam, multorum finem, Si animum uirtuti consecrauit, &
 quacumq; uocat illa, planum putat, Si sociale animal est, & in
 cōmune genitus mundum ut unam domū spectat, & conscien-
 tiam suam dijs aperuit, semperq; tanquam in publico uiuit,
 magis ueritus quam alios, subductus illis tempestatibus, in so-
 lido ac sereno stetit, consummauit scientiam utilem atque neces-
 sariam. Reliqua oblectamenta otij sunt. Licet enim iam in tra-
 ctum retracto animo, ad hæc quoque excurrere, cultum non
 robur ingenij afferentia.

CAP. II. Hæc Demetrius noster, utraque manu tenens
 proficientē iubet, nec usquam dimittere, imò affigere, & par-
 tem sui facere, eoque quotidiana meditatione perducere, ut sua spō-
 occurrant salutaria, & ubiq; ac statim desiderata præsto sint,
 & sine mora ulla ueniat, illa turpis honestiq; distinctio, sciatisq;
 nec malum esse ullum nisi turpe, nec bonum nisi honestū. Hanc
 regula uite opera distribuat, ad hanc legem & agat cuncta &
 exigat, Miserrimosq; mortaliū iudicet, in quantiscumq; opibus
 refulgebat.

refulgeb
 torpet. D
 obiecta,
 subinde
 magnific
 milis, se
 illa est u
 saginare.
 perturbat
 tus concu
 creditum
 tem aqu
 que defor
 mani per
 enim firm
 exēptus,
 se mittit
 contenti
 runt, cui
 qua qua
 rat, cum
 explorat
 appareb
 ret: qui s
 prorsus
 dederit, e
 CAP
 per Lib
 quos for
 regni Pe
 rij futiet
 refulge

refulgebunt, uentri ac libidini deditos, quorum animus inerti otio
 torpet. Dicit ipse sibi, Voluptas fragilis est & breuis, *fastidit *fastidio.
 obiecta, quo auidius hausta est, citius in contrarium recidens, cuius
 subinde necesse est aut poeniteat, aut pudeat. In qua nihil est aut
 magnificum, aut quod naturam hominis diis proximi deceat. Res hu-
 milis, & ebriorum turpium ac uilium ministerio ueniens, exitu sceda.
 Illa est uoluptas & homine & uiro digna, non implere corpus, nec
 saginare, nec cupiditates iritare, quarum tutissima est quies: sed
 perturbatione carere, et ea quam hominum inter se rixantium ambi-
 tus concutit, et ea quae intolerabilis ex alto uenit, ubi de diis fama
 creditum est, uitiumque illos nostris aestimauimus. Hanc uolupta-
 tem aequalem, intrepidam, nunquam sensuram sui tedium percipit, hic
 quae deformamus, *qui maxime, ut ita dicam, diuini iuris atque hu- *cum max.
 mani peritus, de praesentibus gaudet, ex futuro non pendet. Nihil
 enim firmi habet, qui in incerta propensus est. Magnis itaque curis
 exemptus, & distorquentibus mentem, nihil sperat aut cupit, nec
 se mittit in dubium, suo contentus. Nec illum existimes paruo esse
 contentum, omnia illius sunt. Non sic, quemadmodum Alexandri fue-
 runt, cui quanquam in littore maris rubri steterat plus deerat,
 quam qua uenerat. Illius ne ea quidem erant, quae tenebat, aut uice-
 rat, cum in Oceano Onesicritus praefectus classibus praemissus
 explorator erraret, & bella in ignoto mari quaereret. Non satis
 apparebat inopem esse, qui extra naturae terminos arma profer-
 ret: qui se in profundum, inexploratum, et immensum auiditate caeca
 prorsus immitteret? Quid interest, quot eripuerit regna, quot
 dederit, quantum terrarum tributo premat? Tantum illi deest quantum cupit.
 CAP. III. Nec hoc Alexandri tantum uitium fuit, quem
 per Liberi Herculisque uestigia felix temeritas egit, sed omnium
 quos fortuna iritauit implendo. Cyrum & Cambysen, & totum
 regni Persici stemma percense, quem inuenies, cui modum impe-
 rij satietas fecerit qui non uitam in aliqua ulterius procedendi
 cogit

cogitatione finierit? Nec id mirum est. Quicquid cupiditati
 tigit, penitus hauritur & conditur. Nec interest quantum in
 quod inexplebile est congeras. Vnus est sapiens, cuius omnia
 sunt, nec ex difficili tuenda. Non habet mittendos trans maria
 legatos, nec metanda in ripis hostilibus castra, non oportunos
 stellis disponenda praesidia, non opus est legione, nec equestribus
 turmis. Quemadmodum dii immortales regnum inermes regunt,
 & illis rerum suarum ex aedito, tranquilloque tutela est, ita hic offi-
 cia sua, quamuis latissime pateat, sine tumultu obit. Et omne hu-
 manum genus, potentissimus eius optimusque infra se uidet. Deri-
 deas licet, argenti spiritus res est, cum orientem occidentemque
 straueris animo, quo etiam remota, & solitudinibus interclusis
 penetrantur, cum tot animalia, tantam copiam rerum, quas natura
 beatissime fundit aspexeris, emittere hanc dei uocem, Haec
 omnia mea sunt. Sic fit, ut nihil cupiat, quia nihil est extra omnia.

CAP. IIII. Hoc ipsum, inquis, uolui, teneo te, uolo uide-
 dere, quomodo ex his laqueis, in quos tua sponte decidisti ex-
 pliceris. Dic mihi, quemadmodum potest aliquis donare sapien-
 ti, si omnia sapientis sunt? Nam id quoque quod illi donat, ipsius
 est. Itaque non potest dari beneficium sapienti, cui quicquid datur
 de suo datur. Atqui dicitis, sapienti posse donari. Idem autem non
 scito, & de amicis interrogare, Omnia dicitis illis esse commu-
 nia, ergo nemo quicquam amico donare potest, donat enim in
 communia. Nihil prohibet aliquid & sapientis esse, & eius quod
 possidet, cui datum & assignatum est. Sic omnia sapientis esse di-
 co, ut nihilo minus proprium quisque in rem suam dominium ha-
 beat. Iure civili omnia regis sunt. Et tamen illa quorum ad regem
 pertinet uniuersa possessio, in singulos dominos descripta sunt,
 & unaquaeque res habet possessorem suum. Itaque dare regi, & de-
 mum, & macerium, & pecuniam possumus, nec donare illi de
 dicimur. Ad reges enim potestas omnium pertinet, ad singulos
 propriam

propriam
 deinde
 tus ag
 cense
 uis illi
 quid d
 domini
 est hab
 est mu
 Quem
 inter a
 modo
 uersa e
 manu
 Omnia
 iecimu
 test em
 leno ej
 tut. e su
 ius pro
 Dicunt
 sapien
 usuran
 cauilla
 CA
 hilomi
 admod
 li domi
 que sti
 se dona
 se dona

proprietas. Fines Atheniensium aut Campanorum uocamus, quos
 deinde inter se uicini priuata terminatione distinguunt, & to-
 tus ager aut ullius reipub. est, pars deinde suo domino quæq;
 censetur. Ideoq; donare agros nostros reipub. possumus, quã-
 uis illius esse dicantur. Quia aliter illius sunt, aliter mei. Nun-
 quid dubium est, quin seruus cum peculio, domini sit? Dat tamen
 domino suo munus. Non enim ideò nihil habet seruus, quia nõ
 est habiturus, si dominus illum habere noluerit. Nec ideò non
 est munus, cum uolens dedit, quia potuit eripi, etiã si nolisset.
 Quemadmodũ probemus omnia, nũc enim omnia sapientis esse
 inter duos conuenit, illud quod quaeritur colligendũ est, quo-
 modo liberalitatis materia aduersus eum supersit, cuius uni-
 uersa esse * contendimus. Omnia patris sunt, quæ in liberorum
 manu sunt. Quis tamen nescit donare aliquid & filium patris? ** cõcessimus*
 Omnia deorum sunt, tamen dijs posuimus donum, & stipen-
 dicimus. Non ideò quod habeo, meũ non est, si meũ tuum est? Po-
 test enim idem esse meũ & tuũ. Is inquis, cuius prostituta sunt
 leno est. Omnia autẽ sapientis sunt: inter omnia autẽ & prosti-
 tuta sunt, ergo & prostituta sapientis sunt. Leno autẽ est, cu-
 ius prostituta sunt, ergo sapiens est leno. Sic illum uetant emere.
 Dicunt enim, nemo rẽ suã emit, omnia autẽ sapientis sunt, ergo
 sapiens nihil emit. Sic uetant & mutuuum sumere, quia nemo
 usuram pro pecunia sua pendit. Innumerabilia sunt, per quæ
 cauillantur. cum pulcherrime quid à nobis dicatur, intelligant.

CAP. V. Enimvero sic omnia sapientis esse dico, ut ni-
 hilominus propriũ quisq; in rebus suis dominũ habeat. Quẽ-
 admodum sub optimo rege, omnia rex imperio possidet: singu-
 li dominio. Tẽpus istius probandæ rei ueniet. Interim hoc huic
 quaestioni sat est, id quod aliter sapientis, aliter meũ est, me pos-
 se donare sapiẽti. Nec mirum est, aliquid ei, cuius est totũ, pos-
 se donari. Cõduxi domũ à te. * inde aliquid tuum aliquid meũ. ** in hac*

Res

Res tua est, usus rei tue meus est. Itaq; nec fructus tanges, in loco tuo prohibente, quamuis tua in possessione nascantur. Et si annona carior fuerit aut fames. Hec frustra magnum aliter spectabis aceruum, in tuo natum, in tuo positum, in tuo reatum tuum. Nec conductum meum, quanquam sis dominus intrabis, nec seruum tuum, mercenarium meum abduces, et abs te reddam si conduxero, beneficium accipies, si tibi in vehiculo tuo sedere permisero. Vides ergo posse fieri, ut aliquis accipiendo quod suum est, munus accipiat.

CAP. VI. In omnibus istis quae modo retuli, uterque eorum rei dominus est. Quomodo? quia alter rei dominus est, alter usus. Libros dicimus esse Ciceronis. Eosdem Dorus liberior suos uocat, et utrumque uerum est. Alter illos tanquam ad se sibi, alter tanquam emptor asserit, ac recte utriusque dicitur esse. Vtriusque enim sunt, sed non eodem modo. Sic potest Titus Liberum a Doro accipere, aut emere libros suos. Possum donare sapientiam, quod uirtutem meam est, licet illius sint omnia. Nam cum regnum cuncta conscientia possideat, singularium autem rerum in uisumque proprietates sit sparsa, et accipere munus, et debere emere, et conducere potest. Caesar omnia habet, fisci eius prouinciae uata tantum ac sua, et uniuersa in imperio eius sunt, in patrimonio propria. Quid eius sit, quid non sit, sine diminutione imperii queritur. Nam id quoque quod tanquam alienum abdicatur, alium illius est. Sic sapiens uniuersa animo possidet, iure ac domino suo.

CAP. VII. Non modo omnes sacrilegos argumentis colligit, modo neminem. Cum omnes de saxo deiecturus est, dicit quisquis id quod deorum est sustulit et consumpsit, atque in usum suum uertit, sacrilegus est. Omnia autem deorum sunt. Quod quis ergo tollit, deorum tollit quorum omnia sunt, Ergo quisquis tollit aliquid, sacrilegus est. Deinde cum effringi templa, et expulsi impune capitolium iubet, dicit nullum sacrilegium esse. Quia quod

*Pro conscientia opinor legendum, communia, Huic enim opponitur singularium.

quid sub
tur locu
esse, sed
religio
taliu tem
tia dignu
cere in a
conspectu
potest fa
punitur,
gat poen
fert sacri
minos est
enim illi
minus in
sionem a
uocem, q
et bene
arando u
opus ciu
putas, re
ratores,

CAP.
tentem om
mus: quon
bitur, m
metur, an
minabitur
ceteros
storu inu
uidetur r

quid sublatum est, ex eo loco qui deorū erat, in eum transfer-
tur locum, qui deorū est. Hic respondetur, Omnia quidē deorū
esse, sed nō omnia dijs dicata. In his obseruari sacrilegiū, quæ
religio numini ascripsit. Sic & totū mundū deorū esse immor-
taliū templum, solum quidē amplitudine illorū ac magnificen-
tia dignum: tamen à sacris prophana discerni, & non omnia li-
cere in angulo, cui nomen phani impositū est, quæ sub cælo &
conspectu syderum licent. Iniuriam sacrilegus deo quidem non
potest facere, quem extra ictum sua diuinitas posuit, sed tamen
punitur, quia tanquā Deo fecit. Opinio illum nostra ac sua obli-
gat poenæ. Quomodo ergo sacrilegus uidetur, qui aliquid au-
fert sacri, & si quocūq; transtulit, quod surripuerat, intra ter-
minos est mundi, sic & sapienti furtum potest fieri. Auferitur
enim illi non ex his, quæ uniuersa habet, sed ex his quibus do-
minus inscriptus est, quæ uiritim ei seruiunt. illā alterā posses-
sionem agnoscet, hanc nolet habere, si poterit: Emittitq; illam
uocem, quam Romanus imperator emisit, cum illi ob uirtutem
& bene gestam Rempub. tantum agri decerneretur, quantum
arando uno die circuire potuisset. Non est, inquit, uobis eo
opus ciue, cui plus opus sit, quā uni ciui. Quanto maioris uiri
putas, respuisse hoc munus, quā meruisse. Multi enim impe-
ratores, fines alijs abstulerunt, sibi nemo constituit.

CAP. VIII. * Credo cū animū sapientis intuemur po-
tentē omnium, & per uniuersa dimissum, omnia illius esse dici-
mus: quum ad hoc ius quotidianū, si ita res tulerit, capite cense-
bitur, multū interest possessio eius animo ac magnitudine æsti-
metur, an censu. Hæc uniuersa habere, de quibus loqueris abo-
minabitur. Non referam tibi Socratē, Chrysippū, Zenonē, &
ceteros magnos quidē uiros, maiores tamē, quia in laudē uetu-
storū inuidia non obstat. Paulō ante Demetriū retuli, quæ mihi
uidetur rerū natura, nostris tulisse tēporibus, ut ostēderet nec
illum

* uici sine

* Ergo

* uero

illum à nobis corrumpi, nec nos ab illo corripì posse. Viri exactæ (licet neget ipse) sapientiæ, firmæq; in his quæ propo-
suit cōstantiæ. Eloquentiæ * quoq; eius, quæ res fortissimas
ceat, non concinnatæ, nec in uerba sollicitæ, sed ingenti animo
prout impetus tulit res suas prosequenti. Huic non dubitauit
quin providentiæ, & talem uitam, & talem dicendi facultatē
dederit, ne aut exemplum sæculo nostro, aut conuiciū deo

* subtilis

CAP. IX. Demetrio si res nostras aliquis deorū possidet
das uelit tradere sub lege certa, ne liceat donare, affirmauerit
repudiaturū dicturumq; Ego uerò me ad istud inextricabilis
pondus nō alligo, nec in illā fecem rerū hunc expeditū hominem
demitto. Quid ad me defers populorū omnium mala, quæ me
turus quidē acciperē, quoniā multa uideo, quæ me donare
deceat. Volo sub cōspectu meo ponere, quæ gentiū oculos
gumq; perstringunt. Volo intueri pretia sanguinis animarū
uestrarū. Prima mihi luxuriæ spolia propone, siue illa in
ordinē expandere, siue (ut est melius) in unū accruū dare.
deo elaboratā scrupulosa distinctione testudinē, & fœdissimā
rū pigerrimorūq; animalium testas, in gētibus pretijs emptis
quibus ipsa illa, quæ placet uarietas * subditis medicamentis
militudinē ueri coloratur. Video istic mensas, & æstimat
gnū senatoris censu, eo pretiosius, quo illud in plures non
arboris infelicitas torsit. Video istic crystallina, quorū acris
fragilitas pretiū. Omnium enim rerū uoluptas apud imperitiam
ipso quo fugare debet periculo, crescit. Video murrhina
la, parū scilicet luxuria magno fuerit, nisi qd' uomat caput
gēmis inter se propinarēt. Video uniones, nō singulos sangui-
auribus cōparatos: iā enim exercitatæ aures oneri ferēdo
Iunguntur inter se, & insuper alij binis * supponuntur. Non
muliebris insania uiros subiecerat, nisi bina ac terna patrum
nia, auribus singulis pepēdissent. Video sericas uestes, si u-

* superponuntur

uocand
deniq;
dā se nō
merciū
quidem
CAP
tuum ui
ciōq; sur
materie
quæ quic
mersit, &
ris, toto
prolatū,
mutuas
riam hab
Video *
habendi
decipian
sunt: Qu
piditat is
tura que
quod non
rit. Quid
& sangu
stra pena
neri man
ctat sui p
lenda per
ac regna
edificia p
bene ista

uocandæ sunt, in quibus nihil est, quo defendi, aut corpus aut deniq; pudor possit. Quibus sumptis, mulier parū liquido nudā se nō esse iurabit, Hæc ingēti summa ab ignotis etiā ad cōmerciū gentibus accersuntur, ut matronæ nostræ, ne aduiteris quidem plus sui in cubiculo quàm in publico ostendant.

CAP. X. Quid agis auaritia: quot rerū charitate aurū tuum uictū est? Omnia ista quæ retuli, in maiore honore precioq; sunt. Nūc uolo tuas opes recognoscere, Lamīnas utriusq; materiæ, ad quas cupiditas nostra caligat. At mehercule terra quæ quicquid utile futurū nobis erat protulit, ista defodit, & mersit, & ut noxijs rebus ac malo gentiū in medium prodituris, toto pondere incubuit. Video ferrū ex hisdē tenebris esse prolatū, quibus aurū & argentū, ne aut instrumentū in cædes mutuas deesset, aut precii. Et tamen adhuc ista aliquā materiā habēt, est in quo errorē oculorū animus subsequi possit. Video * istic diplomata, & syngraphas, & cautiones uacua habendi simulacra, umbra quædā auaritiæ laborātis, per quæ decipiant animū inanium opinione gaudentē. Quid enim ista sunt? Quid fœnus & kalendariū, & usura, nisi humanæ cupiditatis extra naturā quæ sita nomina? Possū de rerum natura queri, quod aurū argentumq;, non interius absconderit, quod non illis maius quàm quod detrahi posset, pondus iniecerit. Quid sunt istæ tabulæ, quid cōputationes, & uenale tēpus, & sanguinolentæ cētesimæ? Volūtaria mala ex cōstitutioe nostra pendentia, in quibus nihil est, quod subijci oculis, quod teneri manu possit, inanis auaritiæ somnia, O miserū, si quæ deletat sui patrimonij liber magnus, & uasta spatia terrarū colenda per uinctos, & immensī greges pecorū per prouincias ac regna pascendi, & familia bellicosus nationibus maior, & ædificia priuata laxitatem urbium magnarum uincētia. Cum bene ista per quæ diuitias suas disposuit ac fudit circūspexerit,

*ista

l
superb

superbumq; se fecerit, si quicquid habet, ei quod cupit cōparare pauper est. Dimitte me, & illis diuitijs meis redde. Ego regis sapiētia noui magnū, securū. Ego sic oīa habeo, ut omnīū sit

CAP. XI. Itaq; cū C. Cæsar illi ducenta talenta donaret, ridēs reiecit, ne dignā quidē summā iudicans, qua nō accepta gloriaretur. Dij de eiq; quā pusillo illū animū, aut honorare uoluit, aut corrumpere. Reddendū egregio uiro testimonium est. Ingentē rem ab illo dici audui, cū miraretur Caij demeritiam quōd se putasset tanti posse mutari. Si tentare, inquit, constituerat, toto illi sui experiendus imperio.

CAP. XII. Sapienti ergo donari aliquid potest, etiam sapientis oīa sunt. Aequē nihil prohibet, cū oīa amicis dicam esse cōmunia, aliquid amico donari. Non enim mihi sic cū amico communia omnia sunt, quomodo cū socio, ut pars mea, pars illius: sed quomodo patri matriq; communes liberi sunt, quibus cū duo sint, non singuli singulos habent, sed singuli nos. Primū omnīū iam efficiā, ut quisquis est iste, qui me in societate uocat, sciat se nihil mecū habere cōmune. Quare? quod hoc consortium solū inter sapientes est, inter quos amicitia ceteri nō magis amici sunt, quā socij. Deinde pluribus modis cōmunia sunt. Equestris omnīū equitū Romanorū sunt. In illis tamen locus meus sit proprius, quē occupauī. Hoc si cui cōcessi, quāuis illi cōmuni re cesserim, tamen aliquid dedisse uideor. Quēdā quorundā sub certa conditione sunt. Habeo in equestribus locū, non ut uendā, non ut locem, non ut habitē, in tantū ut spectem. Præterea non mētiar, si dicam me habere equestri locū: sed cū in theatrū ueni, si plena sunt equestris, iure habeo locū illic, quia sedere est mihi liberū, & nō habere quia ab his, cū quibus ius mihi loci cōmune est, occupatus est. Idē inter amicos puta fieri. Quicquid habet amicus cōmune est nobis, sed illius proprium est, qui tenet. Vti hoc nolente

possum

possum
hi uēdet
cū ceter
tūi no
re in de
sub lege

CA
non pot
plura in
admodū

res non
sio prof
Possunt

Querit
Ut scias

ret ergo

et credit

suūt, nec

re debeā

fecit ut se

oratori c

peratori

stria, &

neficiū re

quod uer

sano assie

ciū non r

tēpus op

dit, plus l

CA P
rū est pec

possum. Derides me, inquis? Si quod amici est, meū est, liceat mihi uēdere? Nō licet. Nā nec equestria, & tamē cōmunia tibi cū cæteris equestribus sunt. Non est argumētum idēd aliquid tuū non esse, quia uēdere nō potes, quia cōsumere, quia mutare in deterius aut melius non potes. Tuū enim est etiam quod sub lege certa tuum est. Accepi, sed certe non minus habes.

CAP. XIII. Ne te trahā lōgius. Beneficiū maius esse non potest, ea per quæ beneficiū datur, possunt esse maiora & plura in quæ se beneuolētia effundat, & sic sibi indulgeat, quæ admodū amātes solēt, quorū plura oscula, & cōplexus arctiores non augēt amorē, sed exercēt. Hæc quoq; quæ uenit quæstio profligata est in prioribus. Itaque breuiter perstringetur. Possunt enim in hæc quæ data sunt alijs argumenta transferri. Queritur an qui oīa fecit, ut beneficium redderet, reddiderit. Ut scias inquit, illū non reddidisse, oīa fecit, ut redderet. Apparet ergo non esse id factū, cuius faciēdi occasionē non habuit: et creditori suo pecuniā nō soluit is, qui ut solueret ubiq; quæsiuit, nec inuenit. Quædā eius cōditiois sunt, ut effectū præstare debeat, quibusdā pro effectū est oīa attētaße, ut efficerēt. Si oīa fecit ut sanaret, peregit medicus partes suas. Etiā damnato reo oratori constat eloquētiæ officium, si omni arte usus est. Laus imperatori etiā uictō, & duci redditur, si & prudētia, & industria, & fortitudo muneribus suis functa est. Oīa fecit, ut beneficium redderet, Obstitit illi felicitas tua. Nihil incidit durius, quod uerā amicitia experiretur, Locupleti donare nō potuit, sano asidere, felici succurrere. Gratiā retulit, etiā si tu beneficium non recepisti. Præterea huic intentus semper, & huius rei tēpus operiēs, qui in hoc multū curæ, multū sedulitatis impendit, plus laborauit, quàm cui cito referre gratiam contigit.

CAP. XIII. Debitoris exemplū disimile est, cui parua est pecuniā quæsiisse, nisi soluit. Illic enim stat acerbis super

caput creditor, qui nullū diē gratis occidere patiatur: hic tibi reddignissimus, qui cū uiderit te concursantē & sollicitū atq; conatur, xium, dicat, Mitte hanc de pectore curā. Desine tibi molestiam praenunare. Omnia à te habeo. Iniuriā mihi facis, si me quicquam merus instare. Amplius desiderare iudicas. Plenissime ad me peruenit animus in locū r tuus. Dic, inquit mihi, reddidisse beneficium diceres illum. Quod si gratiā retulisset? Eodē ergo loco est, qui reddidit, & qui uersus de reddidit. Contrā nūc illud pone, si oblitus esset accepti beneficii, si ne tētasset quidē gratus esse, negares, illū gratiā retulisse gratiā. At hic diebus noctibusq; se lassauit, & omnibus alijs rebus eo adueruit officijs, huic uni imminens, & *operatus, ne qua se fugi CAP occasio. Eodē ergo loco erūt, ille qui curam referendae gratiae res pōsum abiecit, & hic qui nunquā ab illa recessit? Iniquus es, si reddidisse. H exigis, cū uideas animū nō defuisse. Ad summā, puta cū esse respondeat, esses, me pecuniā mutuātū, rebus meis in securitatē crediti publicū. Prae *oppositis nauigasse hyeme tā sēua, per infesta latrocinia pōsunt, & tora, emēsūm quicquid periculi asferre potest etiā pacatū. nūc. Qu re: peragratis omnibus solitudinibus, cū quos nemo non non intē bat ego quærerē, tandē ad piratas perueni, & iam te aliam nā, quā à demerat, negabis me gratiā retulisse? etiā si in illa nauigatiōe eū qui inc pecuniā, quā saluti tuæ contraxerā, naufragus perdidit. eū suis per ubi in uincula quæ detrahere tibi uolui, ipse incidi, negabit fidē u retulisse gratiā? At mehercle Atheniēses, Harmodiū & excusatio stogitonē tyrannicidas uocant, & Mutij manus in hostili ut redolicta instar occisi Porsennæ fuit, Et semper cōtra fortē ille, si eni luctata uirtus etiam citra effectū propositi operis enituit. gratia res præstitit, qui fugiētes occasiones secutus est, & alia atq; tute bon captauit, per quæ referre gratiam posset, quā is quæ Non rapi ullo sudore, gratum prima fecit occasio. querat. R

*Pro operatus, forte legēdū operosus, aut obseruans

*depositis

CAP. XV. Duas, inquit, res ille tibi præstitit, meam & rem. Tu quoq; illi duas debes. Merito istud diceres. Non rapi

tibi reddidit uoluntate ociosam. Huic uero qui & uult, & qui conatur, & nihil intentatum reliquit, non potes dicere, utrumque enim prestat, quantum in se est. Deinde non semper numero numerus equandus est. Aliquando una res pro duabus ualet. Itaque in locum rei succedit tam propensa uoluntas, & cupida reddendi. Quod si animus sine re ad referendam gratiam non ualet, nemo aduersus deos gratus est, in quos uoluntas sola confertur. Dijs, inquit, nihil aliud prestare possumus. Sed si huic quoque, cui referre gratiam debeo, nihil aliud prestare possum, quid est quare non eo aduersus hominem gratus sim, quo nihil amplius in deos confero?

CAP. XVI. Quid tamen sentiam queris, & uis signare responsum. Hic beneficium recepisse se iudicet, ille se sciat non reddidisse. Hic illum dimittat, ille se teneat. Hic dicat, habeo; ille respondeat, debeo. In omni quaestione propositum sit nobis bonum publicum. Praecludenda sunt excusationes ingratas, ad quas refugere possunt, & sub quibus inficiatione sua tegere. Omnia feci. Fac etiam tu. Quid tu tam imprudens iudicas maiores nostros fuisse, ut non intelligerent iniquissimum esse eodem loco haberi eum, qui pecuniam, quam a creditore acceperat, libidine, aut alea absumpsit, & eum qui incendio, aut latrocinio, aut aliquo casu tristiore, aliena cum suis perdidit? Nullam excusationem receperunt, ut homines sciret fide utique prestanda. Satius enim erat a paucis etiam iustam excusationem non accipi, quam ab omnibus aliqua tetari. Omnia feci ut redderes. Hoc illi satis sit, tibi parum. Nam quemadmodum ille, si enixam & sedulam operam transire pro irrita patitur, cui gratia referatur indignus est: ita tu ingratus es, nisi ei, qui uoluntate bona insolutum accepit, eo libentius debes, quia dimitteris. Non rapias hoc, nec testeris: occasiones reddendi nihilominus queras. Redde illi, quia repetit, huic quia remittit: illi quia malus, huic quia non malus. Ideoque non est quod ad te hanc quaestione iudices pertinere: an quod beneficium quis a sapiente ac-

ceperit, reddere debeat, si ille desinit esse sapiēs, & in malum uersus est. Redderes enim & depositū, quod à sapiente accepisses, & etiā malò redderes creditū, quid est, cur nō et beneficiū? Quia mutatus est ille, te mutat? Quid si quid à sano accepisses, egro nō redderes, cū plus semper ibecillō amico debeamus? Et hic æger est animo, adiuuetur, feratur. Stultitia morbi est animi. Distinguendū hoc, quo magis intelligatur, existimemus.

CAP. XVII. Duo sunt beneficia. Vnum, quod dicitur **solidum* nisi sapiēs sapienti non potest, hoc est **absolutū* & uerū beneficium. Alterū uulgare, plebeū, cuius inter nos imperitos commercium est. De hoc non est dubiū, quin illi qualiscunq; est debeat reddere, siue homicida, siue fur, siue adulter euasit. Habēt scilicet leges suas. Melius istos iudex, quàm ingratus emendat. Nemo te malum quia est, faciat. **Malo* beneficium proijciat bono reddam. Huic quia debeat, illi ne debeam.

**Malo* beneficium proijci à bono, quod non reddam etiam malo. Reddā huic, quia debeat illi, ne debeam

CAP. XVIII. De altero beneficii genere dubitatur, quod si accipere nō potui nisi sapiēs, nec reddere quidē nisi sapienti possum. Puta enim me reddere, ille non potest recipere. Non est iam huius rei capax. Scientiam utendi perdidit. Quod si me remittere manco pilā iubeas? Stultū est dare alicui, quod accipere non possit. Ut respondere ab ultimo incipiam, Non dabo illi, quod accipere non poterit, reddam etiam si accipere non poterit. Obligare enim non possum, nisi accipientem, liberari tantum si reddo possum. Ille uti illo non poterit, uideri penes illum erit culpa, non penes me.

CAP. XIX. Reddere, est, inquit, accepturo tradidisse. Quid enim sicui uinum debeas, & hoc ille infundere reticere iubeat, aut cribro, reddidisse te dices, aut reddere uoles, quod dum redditur, inter duos perit? Reddere, est id quod debeat cuius est uolenti dare. Hoc unum mihi præstandum est, ut si custodiam debeam eius quod à me accepit, iam ulterioris est

re. Non
non ha
lum lit
meren
suū disc
uandun
di, custo
accipien
no, cum
accepis
reddis.
fit deter
pientiā
quale ab
clus est,
ris, & h
pientis t
lapsus, n
tantum u
mat, quā
cū in syl
tantumq;
humana
unquam
& trans
iste ferus
rat? Pro
quorum
ciam suū
sanguine
cjs omni

re. Non tutelam illi, sed fidem debeo, multoq; satius est illum non habere, quam me non reddere. Et creditori statim in macellum lato, quod accepit, reddam. Etiam si mihi adulteram cui numerem delegauerit, soluam: & si nummos quos accipiet, in sinum suum disinctum fundet, dabo. Reddendum enim mihi est, non seruandum, cum reddidero, aut tuendum. Beneficij accepti, non reddidi, custodiam debeo. Dum apud me est, saluum sit. Caeterum licet accipientis manibus effluat, dandum est reposcenti. Reddam bono, cum expediet; malo, cum petet. Tale, inquit, beneficium, quale accepisti, non illi potes reddere. Accepisti enim a sapiente, stulto reddis. Nunc reddo illi, quale nunc potest accipere, nec per me fit deterius, sed per illum. Id quod accipi reddam. Cui si ad sapientiam redierit, reddam quale accepi, dum malus est, reddam quale ab illo potest accipi. Quid, inquit, si non tantum malus factus est, sed ferus, sed immanis, qualis Apollodorus, aut Phalaris, & huic beneficium quod acceperas, reddes? Mutationem sapientis tantam, natura non patitur. Nam in pessima ab optimis lapsus, necesse est etiam in malo uestigia boni teneat. Nunquam in tantum uirtus extinguitur, ut non certiores animo notas imprimat, quam ut illas eradat illa mutatio. Feræ inter nos educatæ cum in syluas eruperunt, aliquid mansuetudinis pristinae retinet: tantumq; a placidissimis absunt, quantum a ueris feris & nunquam humana manum passis. Nemo in summam nequitiam incidit, qui unquam hæsit sapientia. Altius injectus est, quam ut ex toto elui, & transire in colorem alium possit. Deinde interrogo, utrum iste ferus sit animo tantum, an & in perniciem publicam excurrat? Proposuisi enim mihi Apollodorum et Phalarim tyrannum, quorum si naturam habet, intra se malus, quid ni ego isti beneficium suum reddam, ne quid mihi cum eo sit ueris amplius? Si uero sanguine humano non tantum gaudet et pascitur, sed & supplicij omnium ætatum crudelitatem insatiabilem exercet, nec ira, sed

auditate quadā ſeuiendi furit, ſi in ora parentū filios iugulā
 ſi non cōtentus ſimplici morte, diſtorquet, nec urit ſolū per
 ros, ſed excoquit, ſi ars eius eſt cruor, & ſemper recēti mada
 parum eſt huic beneficiū non reddere. Quicquid erat, quo
 cohæreret, intercīſa iuris humani ſocietas abſcidit. Si præſtā
 ſet quidē mihi aliquid, ſed arma patriæ meæ inferret, quicquid
 meruerat perdidiffet, & referre illi gratiā ſcelus haberetur.
 non patriam meam impugnat, ſed ſuæ grauiſ eſt, & ſepoſitam
 mea gente ſuam exagitat, abſcidit nihilominus illum tanta
 uitas animi, etiam ſi non inimicum, inuiſum mihi efficit, prius
 mihi ac potior eius officij ratio eſt quod humano generi, quā
 quod uni homini debeo.

C A P. XX. Sed quamuis hoc ita ſit, & ex eo tēpore
 mihi in illū ſint libera, ex quo corrūpendo fas omne, ut nihil
 eū nefas eſſet effecerit, illum mihi ſeruandum modū credam.
 ſi beneficiū illi meum, neq; uires maiores daturū eſt in exitū
 cōmune, nec confirmaturū quas habet, ita autem erit, quod
 reddi ſine pernicie publica poſſit, reddam. ſeruabo filium
 infantem. Quid hoc beneficiū obeſt, cuiquā eorum quos cru
 litas eius lacerat? Pecuniā quæ ſatellitē ſtipendio teneat,
 ſubminiſtrabo. Si marmora & ueſtes deſiderauit, nihil obe
 cuiquam id, quo luxuria eius inſtruitur: militem & arma
 ſuggeram. Si pro magno petet munere artifices ſcena, et ſi
 ta, & quæ ſeritatē eius emolliāt, libens offeram. * Cui trū
 & ceratas non mitterem, luſorias & cubiculatas, & alia
 dibria regum in mari laſciuientium mittam. Et ſi ex toto
 ſanitas deſperata fuerit, eadem manu qua beneficiū omni
 dabo, illi reddam, * quanquā ingenijs talibus uitæ exitus
 dium eſt. Optimūq; eſt obire ei, qui ad ſe nunquā rediturus
 Sed hæc rara nequitia eſt, & ſemper portentis loco habitata
 ut hiatus terræ, et de cauernis maris igniū eruptio. Itaq; et

* cui tyrrhe
 nicas & cer
 cyras nō re
 mit.

* namq;

recedant
 Huic he
 ſinguli t
 nequitia
 an malu
 ſed dare
 C A
 caſſia, r
 uenit ad
 qui dice
 elatus c
 eternu
 nſcatur
 aut qua
 concuti
 tacitam
 ad eand
 Deinde
 denario
 probæ
 C A
 mo poſc
 net: no
 cuſa, no
 obliuio
 ſiquis e
 oportet
 me. Q
 redeant
 ligi, pra
 enim be

recedamus. De his loquamur, quæ detestamur sine horrore. Huic homini malo, quem inuenire in quolibet foro possum, quæ singuli timent, reddam beneficiū, quod accepi. Nō oportet mihi nequitia eius prodesse, *quod in me nō est, redeat domū bonus an malus. Quam diligenter istud excuterem, si non redderem, sed darem? Hic locus fabulam poscit.

CAP. XXI. Pythagoricus quidā emerat à sutore phœcassia, remi magnam, non præsentibus numis. Post aliquot dies uenit ad tabernā redditurus, & cum clausam diu pulsaret, fuit, qui diceret: Quid perdis operam tuam? sutor ille quem quæris, elatus combustus est. Quod nobis fortasse molestum est, qui in æternum nostros amittimus tibi minime, qui scis futurū, ut renascatur, locatus in pythagoricū. * At philosophus noster treis aut quatuor denarios (non inuita manu) domū retulit, subinde concutiens. Deinde cū reprehendisset hanc suam non reddendā, tacitam *uoluptatē, intelligens arrisisse sibi illud lucellum, redit ad eandem tabernā, & ait, Ille tibi uiuit, tu redde, quod debes. Deinde per *clostrium, qua se commissura laxauerat, quatuor denarios in tabernam inseruit, ac misit, poenas à se exigens improbæ cupiditatis, ne alieno assuesceret.

CAP. XXII. Quod debes, quære cui reddas. Et si nemo poscet, ipse te appella. Malus an bonus sit, ad te non pertinet: nō enim tibi debet eius prodesse malignitas. Redde & accusa, non oblitus, quæ admodum inter uos officia diuisa sunt. Illi obliuio imperata est, tibi meminisse mandauimus. Errat tamen, si quis existimat cum dicimus eum qui beneficiū dedit, obliuisci oportere, excutere nos illi memoriā rei præsertim honestissimæ. Quædam * præcipimus ultra modū, ut ad uerum & suum redeant. Cū dicimus, meminisse nō debet, hoc uolumus intelligi, prædicare non debet, nec iactare, nec grauis esse. Quidam enim beneficium quod dederunt, omnibus circulis narrant. Hoc

*quod meum nō est, redeat ad dominum bonus sit an malus

* At Pythagoricus

*uoluntatem

*clostrum

*ideo petimus

sobrijs loquuntur, hoc ebrijs nō continent: hoc ignotis ingerunt, beneficium
hoc amicis cōmittunt: Vt hęc nimia et exprobratrix memoria monitione
subsideret, obliuisci eum qui dedit, iussimus, & plus imperare amicitie
quā pręstari poterat, silentium suassimus. riuus bene

CAP. XXIII. Quoties parū fiducia est in his, qui querens
imperas, amplius est exigendū quā satis est, ut pręstetur quod demens i
tum satis est. In hoc oīs hyperbole* excedit, ut ad uerū mēdō est. Hoc e
ueniat. Itaq; ille qui dixit, Qui candore niues anteirēt, cur si gratum e
duras, quod nō paterat fieri, dixit, ut crederetur quātū plurimę & famili
posset. Et qui dixit, His immobilior scopulis, uolētior amne pmerui, si
quidē se persuasurū putauit, aliquē tam immobile esse, quā si Quid ni
puli. Nūquā tantū sperat hyperbola, quātū audet, sed incre
CAP
bilia affirmat, ut ad credibilia perueniat. Cū dicimus, qui bene oblitus es
ficiū dedit, obliuiscatur, hoc dicimus, similis sit obliuio. Memoriam, &
eius nō appareat, nec incurrat. Cū dicimus beneficiū repeti in grati se
oportere, nō ex toto repetitionem tollimus: sepe enim opus tam in hui
malis exaōstore, etiā bonis admonitore. Quid ergo? occasio de dīsse de
ignorāti illi nō ostendā? necessitates illi meas nō detegā, quoniam fieri
nescisse se, aut mentiatur, aut doceat? Interueniat aliquādo oponebit
monitio, sed uerecunda, quę non poscat, nec in ius uocet. gneris tar

CAP. XXIII. Socrates amicis audientibus, emissum accidisset.
inquit, palliū, si nūmos haberem. Nemine poposcit, oēs aduētum, alium
nuit, a quo acciperet, ambitus fuit. Quid ni esset? Quantū emisse: alū ign
erat quod Socrates accipiebat? Aut. nultum erat, *emeruissē quem adm
*cum fuisse à quo Socrates acciperet. Non illos castigare mollius potuissent. Nō
Emissem, inquit, pallium si nummos habere. Post hęc quā quis? Quis est t
properauerit, sero dat. Iā Socrati defuit. Propter acerbos eum bene
ctores repetere prohibemus, nō ut nunquam fiat, sed ut parū seruit, ali
CAP. XXV. Aristippus aliquādo delectatus uigilia Labor
Male, inquit, istis effœminatīs eueniat, qui rem tā bellam imp
mauerunt. Idem dicendū est, male istis improbis, et importunis agitatis
ben

Beneficiorū suorū quadruplatoribus eueniat, qui tā bellam ad-
 monitionem inter amicos sustulerunt. Ego tamen utar hoc iure
 amicitiae, & beneficiū ab eo repetam, à quo petissem, qui alte-
 rius beneficij loco accepturus est, potuisse reddere. Nunquā ne
 querens quidem, dicā, Eiectum littore egentē Excepi, & regni
 demens in parte locauit. Non est ista admonitio, imò cōiutium
 est. Hoc est, in odiū beneficia perducere. Hoc est, efficere, ut in-
 gratum esse, aut liceat, aut iuuet. Satis, abundeq; est *submissis
 familiaribus uerbis, memoriam reuocare. Si bene quid de te
 merui, fuit aut tibi quicquam Dulce meum. Ille inuicem dicat:
 Quid ni merueris? eiectum littore egentem excepsisti.

*submis-
 se fa-
 miliari-
 bus

CAP. XXVI. Sed nihil, inquit, profecimus, dissimulat,
 qui bene oblitus est. Quid facere debet? Queris, rem maxime necessa-
 riam, & in qua hanc materiā consummari decet, quē admodum
 repeti ingratū ferendi sint, placido aīo, mansucto, magno. Nunquā te
 tam inhumanus, et immemor, & ingratus offendat, ut nō tamē
 occasione dedisse delectet. Nunquā in has uoces iniuria impellat, yellem
 te, quem non fecisse. Beneficij tui etiā infelicitas placeat. Semper illum
 quando pœnitebit, si te ne nunc quidem pœnitet. Non est, quod in di-
 uocet. Ignoris tanquā aliquid noui acciderit, magis mirari debes, si nō
 accidisset. Alium labor, alium impensa deterret, alium pericu-
 losum, alium turpis uerecundia, ne dum reddit, fateatur accepis-
 se: alii ignorantia officij alium pigritia, alii occupatio. Aspice
 quemadmodū immensae hoīm cupiditates hient semper & po-
 tius possunt. Nō miraberis ibi neminē reddere, ubi nemo satis accipit.
 Quis est istorum tam firmæ *uoluntatis ac solidæ, ut tutò apud
 beneficia deponas? Alius libidine insanit, alius abdomini
 seruit, alius *lucrosus est, cuius summam non uincet: alius inui-
 dia laborat, alius cæca ambitione, et in gladios ruente. Adijce
 torporem mētis ac senium & huic contrariam inquieti pecto-
 ris agitationē, tumultusq; perpetuos. Adijce æstimationem sui
 nimiam

*mentis

*lucri totus

nimiam & tumorem, ob quæ contemnendus est, insolentius, quæ
 Quid contumaciam in peruersa nitentium, quid leuitate culos auer
 * aliò per aliquò transilientem loquar? Huc accedat temeritas, agilis est
 ceps, & nunquam fidele cõsiliũ daturus timor, & mitem recip
 rores, in quibus uolumur. Audacia timidissimorum, diffidens est, ut m
 familiarissimorum, & publicum malum incertissimis fructus eius long
 stidire possessa, optare quæ consequi posse spes non fuit. si nõ esset

CAP. XXVII. Inter affectus inquietissimos, remississima, comitiã,
 tiffimã, fidem queris? Si tibi uitæ nostræ uera imago spectaret. E
 ret, uideberis tibi uidere, captæ maxime ciuitatis faciẽ, si specteris, in s
 omisso pudoris, rectiq; respectu, uires in consilio sunt, ut. Ut abso
 gno ad permissenda omnia dato. Nõ igni, nõ ferro abstinere peiores
 Soluta legibus scelera sunt. Nec religio quidẽ, quæ inter res, sine, siq;
 hostilia supplices texit, ullum impedimentum est ruentibus, uandiam uo
 prædã. Hic ex priuato, hic ex publico, hic ex propheta, iam uidept
 sacra rapit, hic effringit, hic transilit, hic non cõtentus a

* arcatur, itinere, ipsa quibus * arcetur, euertit, & in lucrũ ruina, CAP. X
 Hic sine cæde populatur, hic spolia cruenta manu portat, male resp
 mo non fert aliquid ex altero. In hac auuiditate generis, unus nos q
 ni, ne tu nimis fortunæ communis oblitus es, qui queris paruit. In
 rapientes reuerentẽ. Si indignaris ingratos esse, indignum uide quere
 xuriosos, indignare auaros, indignare impudicos, inuicem possumus
 egros, deformes, senes pallidos. Est istud graue uitium, ut, si igne
 tolerabile, & quod dissociet homines, quod concordiam tuus ac sap
 imbecillitas nostra fulcitur, scindat ac dissipet. Sed nobis facien
 uulgare est, ut illud nec qui queritur quidem effugerit. CAP. X

CAP. XXVIII. Cogita tecum, an quibuscunq; uenti tui te
 sti, gratiã retuleris, an nullũ unquã apud te perierit officium. Etiam in
 omnium te beneficiorũ memoria comitetur? Videbis quæ profuit. Ut e
 data sunt, ante adolescentiã elapsa, quæ in iuuenẽ collatae pe quod e
 nõ perdidisse in senectutẽ. Quæ dã perdidimus, quæ dã Quid opus

in solent, quaedam e conspectu nostro paulatim exierunt: A quibusdam
 leuitate oculos auertimus. Vt excusam tibi imbecillitate tua, in primis
 meritis fragilis est memoria, & reru turbæ non sufficit. Neceſſe est quæ
 & minima recipit, emittat, & antiquissima recetissimis obruat. Sic factum
 est, ut minima apud te nutritis esset autoritas, quia benefici-
 imis fidei eius longius ætas sequens posuit. Sic factum est, ut præceptoris
 non fuit. Si non esset ulla ueneratio. Sic euenit, ut circa consularia occupa-
 nos, rem comitia, aut sacerdotiorum candidato, quæstura suffragator
 magno succederet. Fortasse uitium, de quo quereris, si te diligenter ex-
 is facies, offeris, in sinu inuenies. Inique publico irascris crimini, stulte
 sunt, ut. Vt absoluaris, ignosce. Meliorem illum facies ferendo, uti-
 ro abstine peiorem exprobrando. Non est, quod frontem eius indu-
 e interres, sine, siquid est pudoris residui, seruet. Sæpe dubiam uere-
 st ruentiam uox conuiciantis clarior rupit. Nemo id esse quod
 propheta iam uidetur, timet. Deprehensus pudor amittitur.

CAP. XXIX. Perdidit beneficiu. Nunquid quæ consecra-
 tu ruina, perdidisse nos dicimus? Inter consecrata beneficiu est, etiam
 u portu male respondit, bene collocatu. Non est ille, qualẽ sperauimus.
 generis, omnis nos quales fuimus, ei dissimiles. Damnũ tunc factũ nunc
 ni queri apparuit. Ingratus non sine nostro pudore protrahitur, quonia
 indignu idẽ querela amissi beneficii, non bene dati signum est. Quan-
 os, inuicẽ possumus, causam eius apud nos agamus, fortasse non potuit,
 uitium, fortasse ignorauit, fortasse facturus est. Quaedam nomina bona,
 cordiam, ut ac sapiens creditor fecit, qui sustinuit, ac mora fuit. Idẽ
 t. Sed nobis faciendum est. Nutriamus fidem languidam.

CAP. XXX. Perdidit beneficium. Stulte, non nostri detri-
 uscungenti tui tempora, perdidisti, sed cum dares. Nunc palam factũ
 erit offensa. Etiam in his quæ uidentur in perdito, moderatio plurimũ
 bis quæ profuit. Vt corporũ, ita animorũ molliter uitia tractanda sunt.
 ne colligere quod explicauit mora, pertinacia trahentis abruptũ est.
 quædã quid opus est maledictis? quid querelis? quid insectatione?

quare



quare illum liberat? quare dimittis? Si ingratus est, iam
debet. Quæ ratio est exacerbare eum, in quæ magna cõtra
ut ex amico dubio fiat, non dubius inimicus, & patrocini
nostra infamia querat? Nec desit qui dicat, Nescio quid
quod eum, cui tantum debuit, ferre non potuit. Subest aliq
Nemo non superioris dignitatem querendo, etiam si non
quinauit, aspersit. Nec quisquam fingere contentus est
cum magnitudine mendatiij fidem querat.

CAP. XXXI. Quanto illa melior uia, qua seruatur

*species
*iniuriatus
* spes amicitie, & si reuerti ad sanitatē uelit, etiã amicitia
cit malos pertinax bonitas, Nec quisquã tam duri, infestiq;
uersus diligenda animi est, ut etiã *uitiatus bonos nõ amet.
bus hoc quoq; cœpit debere, quod impune nõ soluit. At illi
que cogitationes tuas flecte. Nõ est mihi relata gratia. Qu
ciã? Quod dij omnium rerũ optimi autores, qui beneficia
rãti dare incipiunt, ingratis perseuerãt. Alius illis obijcit
gentiã nostri, alius iniquitatem, alios illos extra mundũ
proijcit, & ignauos, hebetesq; sine luce, sine ullo opere de
tuit. Alius solẽ cui debemus, quod inter laborẽ quietemq;
pus diuisimus, quod nõ tenebris immersũ confusione ætern
etis effugimus, quod annũ cursu suo tẽperat, & corpora
sata euocat, percoquit fructus, saxum aliquod ignitum, aut
tuitorũ ignium globum, & quiduis potius quã deũ appo
Nihilominus tamẽ more optimorũ parentũ, qui maledictio
rum infantũ arrident, non cessant dij beneficia congerere
beneficiorũ autore dubitatibus, sed æquali tenore bona su
gentes, populosq; distribuunt, unam potentiã sortiti, pro
Spargunt oportunis imbribus terras, maria flatu mouent,
rum cursu notãt tẽpora, hyemes, æstatesq; interuentu leni
spiritus molliunt, errorem labentium animarũ placidi ac prop
ferunt. Imitemur illos. Demus, etiam si multa in irritum

sint. Den
facta est.
cum pen
ponimus
ad bonas
ra cessar
CAP
sibi. Ego
dabo, sed
Sed huic i
cola, cura
cium, iste
Hoc est m

A

1 Cui q
acquisierat
quanquam
nerat.

2 Vtto
paribus leg

3 Parur
mis inter se
dices habeb
naret: & for

4 Non
me, legendu
quali dicat,

5 A quo
bar, ambitus
tendisse quis

sint. Demus nihilominus alijs, demus ipsis, apud quos iactura facta est. Neminem ad excitandas domos ruina deterruit, & cum penates ignis absumpsit, fundamenta tepente adhuc arca ponimus, & urbes haustas sæpius eodem solo condimus. Adeo ad bonas spes pertinax animus est. Terra, mariq; humana opera cessarent, nisi male ruentia iterum tentare libuisset.

CAP. XXXII. Ingratus est: Non mihi fecit iniuriã, sed sibi. Ego beneficio meo cū darem usus sum. Nec ideo pigrius dabo, sed diligentius. Quod in hoc perdidit, ab alijs recipiam. Sed huic ipsi beneficium dabo iterum, & tanquam bonus agricola, cura cultuq; sterilitatem soli uincam. Perit mihi beneficium, iste omnibus. Non est magni animi, * Dare & perdere. Hoc est magni animi, Perdere & dare.

* al's, Beneficiū dare & perdere.

LIBRI VII. FINIS.

ANNOT. IN EVNDEM.

CAPVT II.

1 Cui quando in littore maris rubri steterat, plus deerat quam acquisierat. Argutius est quod habebat codex Longobardicus, Cui quamquam in littore rubri maris steterat, plus deerat, quam quæ uenerat.

CAPVT III.

2 Vt totus ager aut ullius reipub. est pars. Nō suffragantibus exemplaribus legendum arbitror, huius aut illius. CAP. IX.

3 Parum scilicet luxuria, magno fuerit, nomina capacibus gemmis inter se pronuntiaret. Ita uetus æditio. Pro nomina uetusti codices habebant, quod uomant. Ego pro, pronūtiaret, reposui propinaret: & fortasse, pro fuerit legendum fuerit. CAP. XIX.

4 Non reddo illi quale nunc potest accipere. Distinctio torst me, legendum, Non, Reddo &c. Vt non, sit improbantis argumentū, quasi dicat, non est ita, Imò reddo quale potest accipere.

CAPVT XXIIII.

5 A quo acciperet ambiguus fuit. Longobardicus codex habebat, ambitus fuit, & recte, sentit enim Socratis amicos inter se contendisse quis daret.

6 Nonne multum erat eum meruisse à quo &c. Sic prior Longobardicus habebat eum fuisse. quæ lectio non est absurda est, talem esse uirum, ut Socrates ab eo dignaretur accipere. Aliud probabile est, emeruisse, uersum, in eum meruisse.

CAPVT XXXV.

7 A quo petissem alternis. Beneficio loco accepturus est, potest reddere. Ita superior æditio, Longobardicus sic habet, à quo potest sem, qui alterius beneficii loco accepturus est, potuisse reddere.

CAPVT XXXI.

8 Ut etiam uitiatu. Alii habebant iniuriatus. Longobardicus iniuriam. Unde suspicor fuisse scriptum, iniuriam passus, fuisse iniuriam.

AD LECTOREM DE OPERE

EPIST. SENECAE.

NOLIM te fugiat amice lector, in codicibus manuscriptorum, opus epistolarum non esse distinctum libris, uerum in quibusdam diosius aliquis repperit, qui & argumētula præfixit singulis epistolis & numerum: quanquam ne numerus quidem conuenit in codicibus manu descriptis, nec idem in omnibus est epistolarum ordo, in quibus cubi unicam epistolam reperiis dissectam in duas: in cuiusdam diosio deerant duæ epistolæ, quod ex fide ueterum exemplariorum institutum. Cætera non magnopere pertinent ad rem, nisi quod epistolarum numerus commodus erit, aliquid uolentibus inuenire.

In hac prima epistola nodus est, qui plurimos eruditos inuenit, præsertim apud Italos. Quidam aliud agentibus interpretantur inconstantibus, rursus quidam: aliorum negotia agentibus, aliorum negotiis aliorum intentis, alii, non uiuentibus suo more, alii, pro nihilo laborantibus, alii hypocritis, qui aliud agunt, aliud prædicant. Alii, uacantibus uitiis, quæ sunt aliud à philosophia, alii, uacantibus malitiose, alii, uitam alienam non suam notantibus, alii, nunquam agentibus actum uiuendi secundum sapientiam, alii, uacantibus aliena à consideratione mortis, alii, aliud quam reuerentia uita rationalis, alii, peccantibus, quia unum peccatum est carnis concupiscentia, alii, in philosophia nihil proficientibus, alii nullo modo philosophantibus, alii, uitiose agentibus, alii intentis ad bona exteriora uiuentibus bestialiter. Quam est sæcunda inscitia. Atque hæc inscitia inuestigatio magnis uoluminibus agitata est. Quidam inuertat sententiam

ordinem
Debet enim
perit malitiam,
uitia, maxime
consumit
uolis occurrere
quam nihil
dam enim
ra felicitatem
bonos autem
sunt. Huius
nia partim
denique
à theologo
passim nunc
deprauati
mines tam
xis & inueniuntur

L
N

E

S

dam efflu

ordinem, maxima male agentibus, magna nihil agentibus, sed inepte. Debet enim oratio gradibus crescere magna, maxima, tota. Magna perit male agentibus, qui sic philosophantur, ut subinde relabatur ad uitia, maxima nihil agentibus, qui frivolis philosophorum argutiis consumunt bonam aetatis partem. Nihil enim agere dicitur qui frivolis occupatur. Notum est illud Catonis, Satius est ociosum esse quam nihil agere. Aliud agere dicuntur qui non sunt attentum. Quosdam enim sic obruunt humana negotia, ut ne cogitent quidem de uera felicitate. His nimirum tota perit uita. Vide quanta sit infelicitas bonos autores in eorum manus incidere, qui bonarum literarum rudes sunt. Hunc scriptorem partim praceptorum ac sententiarum sanctimonia partim epistolarum quae feruntur huius ad Paulum, & Pauli ad hunc, denique diui Hieronymi testimonium adeo commendauit, ut olim & a theologis ac monachis legeretur. Utinam & intellectus fuisset, non passim nunc torqueremur deprauatis locis. Nec usquam maior est deprauatio, quam ubi incidit aliquid retrusioris eruditionis. Et homines tam illiterati ut ne legere quidem Senecam potuerint, prolaxis & immanibus commentariis illum onerauerunt.

L V C I I A N -
 N A E I S E N E C A E
 D E I N S T I T V T I O N E
 ad Lucilium, libri Epistolarum uigintiduo.

Epistola prima de colligenda & sistenda fuga temporis, & non esse pauperem, cui etiam modicum satis est.



TA fac mi Lucili, uindica te tibi, & tempus quod adhuc, aut auferebatur, aut surripiebatur, aut excidebat, collige et serua. Persuade tibi hoc sic esse ut scribo, quaedam tempora* eripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam effluunt. Turpissima tamen est iactura, quae per negligenti-

^I surripuntur

m tiam

uenit tiam fit, & si uolueris attēdere, magna uitæ pars elabitur le agētibus, maxima nihil agētibus, tota aliud agētibus. Quæ mihi dabis, qui aliquod preciū tēpori ponat? qui diē æstimat? qui intelligat se quotidie mori? In hoc enim fallimur, quod nō
 2 *procul esse tē* prospicimus, magna pars eius iā præterijt, quicquid ætatis retro est, mors tenet. Fac ergo mi Lucili quod facere te se bis, oēs horas cōplectere, sic fiet, ut minus ex crastino pēdā si hodierno manū inieceris. Dū differtur, uita transcurrit. Quæ mi Lucili aliena sunt, tēpus tantū nostrū est. An huius rei
 3 *unius fugacis ac lubricæ possessionē natura nos misit, ex qua expellit quæcunq; uult: sed tanta stultitia mortalū est, ut quæ minime & uilissima sunt, certe reparabilia, imputari sibi cū perire patiatur, nemo se iudicet quicquā debere, qui tēpus accepit cū interim hoc unū est, quod nec gratus quidē potest reddere. Interrogabis fortasse, quid ego faciā, qui tibi ista præcipio? tebor ingenue, quod apud luxuriosum, sed diligētē, euenit, ratio mihi cōstat impēsæ. Non possum dicere me nihil perdere sed quid perdā, & quare, & quæadmodū dicā causas paupertatis meæ reddā. Sic euenit mihi, quod plerisq; nō suo uitio inopiā redactis, omnes ignoscunt, nemo succurrit. Quid est? Nō puto pauperē, cui quantulūcunq; superest, sat est. Tuamen malo serues tua, & bono tēpore uti incipias. Nā ut in uita est nostris maioribus, Sera parsimonia in fundo est. Non est tantum minimum in imo, sed pessimum remanet.

EPIST. II. De mutatione locorum, & multiplicium luminum lectione uitanda, & de commendatione paupertatis si læta sit.

EX his quæ mihi scribis, ex his quæ audio, bonā sperantiam cōcipio, nō discurras, nec locorū mutationibus inquietaris. Aegri animi iactatio ista est. Primū argumētū bene positæ mētis existimo, posse cōsistere, & secum morari.

autem uoluntate in animi natione nullas animo fami transmitti sumptus rē crebr medicam tur, nihil librorū r sat est ha uere uolere, quæ u batos ita ad priore aduersus stes. Et cō coquas. H prebēdo. Soleo enim tanquā ex uero non ne conuen pauper el horreis ia si non acq modus qu sat est.

autem uide, ne ista lectio multorum autorum & omnis generis uolaminum, habeat aliquid uisum & instabile. Certis ingenijs innotari & innotari oportet, si uelis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat. Nusquam est qui ubique est. In peregrinatione uitam agentibus hoc euenit, ut multa hospitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat necesse est ijs qui nullius se ingenio familiariter applicant, sed omnia cursim & properanter transmittunt. Non prodest cibus, nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur. Nihil aequae sanitatem impedit, quam remediorum crebra mutatio, non uenit uulnus ad cicatricem, in quo crebra medicamenta tentantur. Non conalescit planta quae sepius transferitur, nihil tam utile est, quod in transitu proficit. Distrahit animum librorum multitudo. Itaque cum legere non possis quantum habueris, sat est habere quantum legas. Sed modo, inquis, hunc librum euoluere uolo, modo illum. Fastidientis stomachi est multa degustare, quae ubi uaria sunt & diuersa, *coinquant non alunt. Probatos itaque semper lege, & si quando ad alios *diuertere libuerit, ad priores redi. Aliquid quotidie aduersus paupertatem, aliquid aduersus mortem auxilij compara, nec minus aduersus caeteras pestes. Et cum multa percurreris, unum excerpe, quod illo die concoquas. Hoc ipse quoque facio, ex pluribus quae lego, aliquid apprehendo. Ho diernum, hoc est, quod apud Epicurum nactus sum. Soleo enim & in aliena castra transire, non tamquam transfuga, sed tamquam explorator. Honestam inquit, res est, leta paupertas. Illa uero non est paupertas, si leta est. Cui enim cum paupertate bene conuenit, diues est: non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. Quid enim refert quantum illi in arca, quantum in horreis iaceat, quantum pascat, aut sceneret, si alieno imminet, si non acquisita, sed acquirenda computat? Quis sit diuitiarum modus queris? Primus habere quod necesse est, proximus quod sat est. Vale.

*inquinant
*diuertere:
alias, transire

EPIST. III. De modo eligendi & colendi amicū, & quod ta-
nitium est omnibus credere quā nulli, sicut uel semper in-
quietum esse, uel semper quiescere.

Epistolas ad me perferendas tradidisti, ut scribis am-
tuo. Deinde admones me ne oīa cū eo ad te pertinētia co-
municē, quia non soleas, nec ipse quidē hoc facere. Ita eadē
sola: illū dixisti amicū & negasti. Itaq; sic priore illo uerbo
quasi publico usus es, & sic illū amicū uocasti, quomodo
cādidatos, bonos uiros dicimus, quomodo obuios, si nomen
succurrit, dominos salutamus. Hoc abierit. Sed si aliquē am-
existimas, cui non tantundē credis quantū tibi, uehementē
ras, & nō satis nosti uim ueræ amicitiae. Errat & ille qui
cum in atrio querit, in cōiuiuo probat. Nullū habet maius
lum occupatus homo, & bonis suis obsessus, quā quod am-
sibi putat, quibus ipse non est. Tu uerò omnia cū amico delibe-
ra, sed de ipso prius. Post amicitia credendū est, ante am-
iudicandū. Isti uerò praeostere officia permiscet, qui com-
praecepta Theophrasti, cū amaauerint iudicant, & non ante
cū iudicauerint. Diu cogita, an tibi in amicitia aliquis recipi-
dus sit: cū placuerit fieri, tota illū pectore admitte, tam am-
eter cū illo loquere quā tecū. Tu quidē ita uiue ut nihil
cōmittas, nisi quod cōmittere etiā inimico tuo possis: sed
interueniunt quaedā, quae consuetudo fecit arcana, cum
oēs curas, oēs cogitationes tuas misce. Fidelem si putaueris
cicus. Nam multi fallere docuerunt, dum timent falli, & illi
peccādi suspiciādo fecerunt. Quid est ergo, quare uerba
amico meo retrahā? Quid est, quare me corā illo non pui-
lum? Quidā quae tantū amicis cōmittenda sunt, obuijs nar-
& in quaslibet aures, quicquid illos urit, exonerant: quae
rursus etiam charissimorum cōscientia reformidant, & si
sent, ne sibi quidem credituri, interius premunt omne secretum.

NEC

Neutrū
credere,
tutius. Si
& eos
industri-
que mot-
guor. Ita
dabitur:
bido esse
quiescent
delibera,

EPIST
C

Perferen-
tius fi-
dem etiam
uoluptas
labe pura
seris gau-
& in fore
mum de-
Adhuc en-
rilitas rei
habemus
infantium
spice mo-
quā mul-
quod extr
cum esse
transeat.

Neutrum faciendum est. Vtrumque enim uitium est, & omnibus credere, & nulli: sed alterum honestius dixerim uitium, alterum tutius. Sic utrosque reprehendas, & eos qui semper inquieti sunt, & eos qui semper quiescunt. Nam illa tumultu gaudens, non est industria, sed exagitatae mentis concursatio: & haec non est quies, quae motum omnem molestiam iudicat, sed dissolutio & languor. Itaque hoc quod apud Pomponium legi, animo tuo mandabitur: quidam adeo in latebras refugerunt, ut putent in turbido esse, quicquid in luce est. Inter se ista miscenda sunt, & quiescenti agendum, & agenti quiescendum est. Cum rerum natura delibera, illa dicet tibi, se & diem fecisse & noctem. Vale.

EPIST. IIII. De emendando & componendo animum ad contemptum quod magnae diuitiae sunt, secundum naturam composita paupertas.

Perseuera ut coepisti, & quantum potes prospera, quo diutius frui emendato animo & composito possis. Frueris quidem etiam dum componis, etiam dum emendas, alia tamen illa uoluptas est, quae percipitur ex contemplatione mentis ab omni labe pura & splendida. Tenes utique memoria: quantum senseris gaudium, cum praetexta posita, sumpsisti uirilem togam, & in forum deductus es. Maius expecta, cum puerilem animum deposueris, & te in uirum philosophia transcripserit. Adhuc enim non pueritia in nobis, sed, quod est grauius, puerilitas remanet, & hoc quidem peius est, quod auctoritatem habemus senum, uitia puerorum, nec puerorum tantum, sed infantium. Illi leuia, hi falsa formidant, nos utraque. Prospice modo & intelliges, quaedam ideo minus timenda, quia multum metus afferunt. Nullum magnum malum, quod extremum est. Mors ad te uenit, timenda erat si tecum esse posset. Necessse est, aut non perueniat, aut pertranseat. Difficile est, inquis, animum perducere ad con-

temptum animæ. Nō uides quā ex friuolis causis contemnitur? Alius ante amicæ fores laqueo pependit, alius se præcipit in tectum, ne dominū stomachantē diutius audiret, alius ne rediret, fugam, ferrum adegit in uiscera. Non putas uirtutem esse effecturam, quod effecit nimia formido? Nulli potest secuta contingere, qui de producenda nimis cogitat, qui inter magis bona multos consules numerat. Hoc quotidie meditare, ut possis æquo animo uitam relinquere, quā multi sic cōplectuntur, & tenent, quomodo qui à torrēte rapiuntur in spinas & alia. Pleriq; inter mortis metū, et uitæ tormēta miseri fluctuant, et uiuere nolunt, & mori nesciunt. Fac itaq; tibi iucundā uitam omnē pro illa sollicitudinē deponendo. Nullum bonū uiuat habentem, nisi ad cuius amissionē præparatus est animus. Nulla autē rei facilior amissio est, quā quæ desiderari amissa non potest. Ergo aduersus omnia quæ accidere possunt etiā potentissimis, adhortare te & indura. De Pōpei capite pupillus et prodo tulere sententiam. De Crasso crudelis & insolens Particus Caius Cæsar iussit Lepidum * Decio tribuno præbere certicem, ipse Chæræ præstitit. Neminem cō fortuna prouexit, non tantum illi minaretur quantū *promiserit. Noli huic tranquillitati confidere, momento mare euertitur, eodē die ubi bibrunt nauigia sorbentur. Cogita posse & latronem & hostem admouere iugulo tuo gladiū, ut potestas maior absit. Nemo seruus habet in te uitæ necisq; arbitriū. Ita dico, quisquis uiam suam contēpsit, tuæ dominus est. Recognosce exemplum eorum qui domesticis insidijs perierunt, aut aperta ui, aut dolo, et ut telliges, non pauciores seruorū ira cecidisse quā regū. Quod ad te itaq; quā potens sit quem times, cum id propter quod times, nemo non possit? At si forte in manus hostiū incideris, et tunc te duci iubebit. Eo nempe momento quo ducēris. Quod ipse decipis, & hoc nunc primum, quod olim patiebaris intell...

* Dextro
tribuno
* permiserat

gis? Ita di
landa in a
pectare, c
nem imp
quoq; ex
ge natura
nobis tern
famem sit
ribus, nec
mitatem p
rabile est,
sudatur. I
tentorio c
quod sat e
ui
Vo
Q
deo, nec ta
tem te ad
ci capiunt
tabilia sin
gentioren
mi positus
tur, deuit
trahetur,
perimus e
populo co
habeamus
sed nō pu
la ag. mu

Ita dico, ex quo natus es ducris. Hæc & huiusmodi uer-
 ganda in animo sunt, si uolumus illam ultimam horã placidi ex-
 pectare, cuius metus oēs alias inquietas facit. Sed ut epistolæ fi-
 nem imponam, accipe quod hodie no die mihi placuit, & hoc
 quoq; ex alienis hortulis sumptum est. Magnæ diuitiæ sunt, le-
 ge naturæ cõposita paupertas. Lex autē illa naturæ, scis quos
 nobis terminos statuit. Non esurire, non sitire, non algere. Ut
 famem sitimq; depellas, non est necesse superbis asidere limi-
 nibus, nec supercilium graue, & contumeliosam etiam huma-
 nitatem pati. Nō est necesse maria tentare, nec sequi castra. Pa-
 rabile est, quod natura desiderat, & expositū. Ad superuacua
 sudatur. Illa sunt quæ togam conterunt, quæ nos senescere sub
 tentorio cogunt, quæ in aliena litora impingunt. Ad manū est,
 quod sat est. Cui cum paupertate bene conuenit, diues est.

EPIST. V. De uitanda hypocrisis, & nimia
 uitæ districtione.

Quod pertinaciter studes, & omnibus omīsis, hoc unum
 agis, ut te quotidie meliorē facias, & probo & gau-
 deo, nec tantum hortor, ut perseueres, sed etiam rogo. Illud au-
 tem te admoneo, ne eorum more qui non proficere, sed conspi-
 ci cupiunt, facias aliqua, quæ in habitu tuo, aut genere uitæ no-
 tabilia sint. Asperum incultum, & intonsum caput, & negli-
 gentiorem barbam, & indictum argento odium, & cubile hu-
 mi positum, & quicquid aliud ambitionem peruersa uia sequi-
 tur, deuita. Satis ipsum nomen philosophiæ, etiam si modeste
 tractetur, inuidiosum est. Quid si nos hominū consuetudini cœ-
 perimus excerpere? Intus omnia dissimilia sint, si rons nostra
 populo conueniat. Non splendeat toga, nec sordeat quidē. Non
 habeamus argentum in quo solidi auri calatura *descenderit,
 sed nō putemus frugalitatis indicium auro argentoq; caruisse.
 Id agamus, ut meliorem uitam sequamur quam uulgus, non ut

*dissederit

cōtrariam. Alioqui quos emendari uolumus, fugamus à nobis, & auertimus. illud quoq; efficitur, ut nihil imitari uelint. *Ph* est. *I*stri, dum timent, ne imitanda sint omnia. Hoc primum *Ph* sunt. Nos *Ph* promittit, sensum communem, humanitatem & cōtra nobis gationem, à qua professionis dissimilitudo separabit. *V*identia a mus, ne ista per quæ admirationem parare uolumus, *L* & odiosa fiant. Nempe propositum nostrum est secū naturam uiuere. Hoc contra naturam est, torquere corpus & faciles odisse mundicias, & squalorem appetere, & non tantum uilibus uti, sed tetrus & horridis. Quemadmodum delicatas res desiderare luxuriæ est, ita usitatas & non ex tenuari parables fugere, dementia est. Frugalitatem exigit *Ph* translati a *Ph*, non pœnam. Potest autem esse non incompta frugalitas. *Q*ubusdam Hic mihi modus placet, Temperetur uita inter bonos morantur. *C*up publicos. Suspiciat omnes uitam nostram, sed agnoscant. *S*eruo ergo? Eadem faciemus, quæ cæteri? Nihil inter nos & re coepisse intererit? *P*lurimum. Dissimiles esse nos uulgus* sciat, qui utilitatis scilicet xerit propius, qui domum intrauerit, nos potius miretur, pro qua m supellestilem nostram. Magnus ille est qui fictilibus sic uita carue quæ admodum argento, nec ille minor est qui sic argento uita hon quemadmodum fictilibus. Infirmi animi est pati nō posse. *S*ciunt tias. Sed ut huius quoq; d'ei lucellum tecum cōmunicem, *G*is aduersis *H*ecatōnem* *C*atonem nostrum inueni cupiditatum finem, etiam ad offerre miris remedia proficere. Desines, inquit, timere, si sperare que tā effris. Dices quomodo ista tam diuersa pariter sunt? Ita fundere, & Lucili, cum nideantur dissidere, coniuncta sunt. Quemadmodum illa res de dum eadem catena, & custodem et militē copulat, sic ista sciturus f tam dissimilia sunt pariter incedunt. Spem metus sequitur. Inclusam t miror ista sic ire. *V*trūq; pendentis animi est, utrumq; cio iucunda expectatiōe solliciti. Maxima aut utriusq; causa est, quod multum o presentia aptamur, sed cogitationes in lōginqua presentiam no

*sentiāt: alī,
nesciat. *U*ulgū
uulgō sciat.

*Hecatōnem

mus à nobis; providentia maximū bonū cōditionis humane in malum
ari uelut peruersa est. Feræ pericula quæ uidēt fugiunt, cū effugere, securæ
rum Phœnices. Nos et uenturo torquemur, et præterito. Multa bona no-
n & contra, nobis nocēt. Timoris enim tormētū memoria reducit, pro-
abit. Providentia anticipat. Nemo tantū præsentibus miser est. Vale.

EPIST. VI. De malo spei & timoris, & de efficacia
exemplaris doctrinæ.

Intelligo Lucili, nō emendari me tantum, sed transfigurari,
nec hoc promitto iam aut spero, nihil in me superesse, quod
emendandum sit. Quid ni multa habeā quæ debeant corrigi, quæ
& non extenuari, quæ attolli? Et hoc ipsum argumentū est in melius
igit Phœnices translati animi, quod uitia sua, quæ adhuc ignorabat, uidet.
ta frugibus. Quibusdam ægris gratulatio fit, cum seipsos ægros esse senserunt.
nos moriuntur. Cuperem itaque tecum communicare, tam subitam mei
nos carere mutationem, tunc amicitia nostræ certiores fiduciam habe-
er nos carere coepissem, illius ueræ, quam non spes, non timor, non
ciat, qui utilitatis sue cura diuellit, illius cum qua homines moriuntur,
mirretur pro qua moriuntur. Multos tibi dabo qui non amico, sed ami-
ibus sic uicinia caruerunt. Hoc non potest accidere, cum animos in socie-
argēto in uiam honesta cupiendi par uoluntas trahit. Quid ni non pos-
nō posse? Sciunt enim ipsos omnia habere cōmunia, & quidem ma-
unicem, ægis aduersa. Concipere animo non potes, quantum momenti
tiam admittere mihi singulos dies uideam. Mitte, inquis, et nobis ista,
sperare quæ tā efficacia expertus es. Ego uerò cupio in te omnia trans-
nt? Ita cōspicere, & in hoc gaudeo aliquid discere, ut doceam: nec me
Quem nulla res delectabit, licet eximia sit & salutaris, quam mihi uni-
sciturus sum. Si cum hac exceptione detur sapientia, ut illam
sequitur conclusam teneam, nec enunciem, reijciam. Nullius boni sine so-
strumq; cio lucunda possessio est. Mittam itaq; ipsos tibi libros, & ne
est, quod multum operæ impendas, dum passum pro futura sectaris, im-
premissam ponam notas, ad ipsa protinus quæ probo & miror, accedas.

Plus tamen tibi & uia uox & conuictus, quàm oratio proderit. In rem præsentem uenias oportet. Primum quia hoies plus oculis quàm auribus credunt, deinde quia longum iter est per præcepta, breue et efficax per exempla. Zenonem Cleobithes non expressisset, si eum tantummodo audisset. Vitæ eius interfuit, secreta perspexit, obseruauit illum, an ex formula uiueret. Plato & Aristoteles, & ois in diuersum itura sapientium turba, plus ex moribus quàm ex uerbis Socratis traxit. Metrodorum, & Erymachum, & Polienum, magnos uirum non schola Epicuri, sed contubernium fecit. Nec in hoc te accipiant tantum, ut proficias, sed ut prosis. Plurimum enim alter alteri conferemus, Interim, quia diurnam tibi mercedulam debeo, quid mihi hodie apud Hecatonem delectauerit dicam, Quæris, inquit, quid profecerim? Amicus esse mihi cœpi. Multum profecit, qui nunquam meriti solus, scito hunc amicum omnibus esse. Vale.

EPIST. VII. De fugiendo turbæ consortio.

Quid tibi uitandum præcipue existinem quæris? Turbæ Nondum illi te tuto commiseris. Ego certe cõfiteor imbecillitatem meam. Nunquam mores quos extuli refero. Aliquid ex eo quod cõposui turbatur, aliquid ex his quæ fugauit rediit. Quibus ægris euenit, quos longa imbecillitas usque adeo affecit, ut non quam sine offensa proferatur, hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo inficiuntur. Inimica est multorum conuersatio. Nemo non aliquod nobis uitium, aut commodat, aut impertit, aut nescientibus allinit. Vtique quo maior est populus commiscemur, hoc periculi plus est, Nihil uero est tam damnosum bonis moribus, quàm in aliquo spectaculo desidere. Turba enim per uoluptatem facilius uitia surrepunt. Quid me existimas dicere? Auarior redeo, ambitiosior, luxuriosior? imò uero et crudelior & inhumanior, quia inter hoies sui. Casu in meridiano spectaculo incidi, lusus spectans, et sales, et aliqua laxamentum

*reficiuntur
*commēdat

hominum
quicquid an
gis mera ho
tis corpor
pleriq; ord
ne, præferu
ferrum. Q
re sunt. M
bus suis obi
uictorem in
ferro & ig
trocinum fe
hominē, qui
ruisti miser
uide incuru
rum libente
ictus nudis
spectaculo,
ne hoc quid
ciunt? Agite
crudelem, q
animus, &
crati, Cator
tudo potuis
ingenium,
nientium po
mali facit.
Vicinus diu
dido & sin
his moribu
est aut imit
horu

hominum oculi ab humano cruore acquiescant. Contra est, quicquid ante pugnatum est, misericordia fuit. Nunc omiſſis nugis mera homicidia sunt, nihil habent quo tegantur, ad ictum totis corporibus expositi, nunquam frustra manum mittunt. Hoc plerique ordinarijs* partibus & postulatitijs, ut in expeditione, praeferrunt. Quid ni praeferrant? non galea, non scuto repellitur ferrum. Quo munimenta? Quo artes? Omnia ista* mortes mere sunt. Mane leonibus & ursis homines, meridie spectatori- bus suis obijciuntur. Interfectores interfectis iubentur obijci, & uictorem in aliam detinent caedem, exitus pugnantium mors est, ferro & igne res geritur. Haec sunt dum uacat arena. Sed latrocinium fecit aliquis, quid ergo meruit? ut suspēdatur. Occidit hominem, quia occidit ille meruit, ut hoc pateretur, tu quid meruisti miser, ut hoc spectes? Occide, iure, uerba. Quare tam timide incurrit in ferrum? quare parum audacter occidit? quare paruum libenter moritur? * Plagis aguntur in uulnera, & mutuos ictus nudis & obuijs pectoribus excipiunt. Intermissum est spectaculum, interim iugulantur homines, ne nihil agatur. Age, ne hoc quidem intelligitis, mala exempla in eos redundare qui faciunt: Agite dijs immortalibus gratias, quod eum docetis esse crudelem, qui non potest discere. Subducendus populo est tener animus, & parum tenax recti. Facile transitur ad plures. Socrati, Catoni & Laelio excutere mentem suam distimilis multitudo potuisset, adeo nemo nostrum qui maxime concinnamus ingenium, ferre impetum uitiorum tam magno comitatu uentium potest. Vnum exemplum luxuriae, aut auaritiae, multum mali facit. Conuictor delicatus paulatim eneruat & emollit. Vicinus diues cupiditatem iritat, malignus comes, quamuis candido & simplici, rubiginem suam affricuit. Quid tu accidere his moribus credis, in quos publice factus est impetus. Necessesse est aut imiteris, aut oderis. Vtrumque autem deuitandum est, ne

* paribus

* mortis
morae* Plagis, pro
retibus.

uel similis malis fias, quia multi sunt, ne ue inimicus multus
quia dissimiles sunt. Recede in teipsum quantum potes, cū
uersare, qui te meliorem facturi sunt. Illos admitte quos tu
tes facere meliores, Mutuo ista fiunt, & homines dum docere
discunt. Non est ergo quod te gloria publicandi ingenij pro
ducat in medium, ut recitare istis uelis, aut disputare, quod
*mercem. cere te uellem, si haberes isti populo idoneam mentem. Nempe
est qui intelligere te possit. Aliquis, fortasse unus aut alter in
det, & hic ipse formandus tibi crit, instituendusq; ad intelli
ctum tui. Cui ergo, inquis, ista didici? non est quod timeas, pro
operam perdidideris: tibi didicisti. Sed ne mihi soli hodie didice
rim, cōmunicabo tecum quæ occurrerunt mihi egregie
circa eundem serē sensum tria, ex quibus unum hæc epistola
in debitum soluet, duo in antecessum accipe. Democritus
Vnus mihi pro populo est, & populus pro uno. Bene & iuste
quisquis fuit (ambigitur enim de autore) cum quaereretur
illo, quò tanta diligentia artis spectaret ad paucissimos peruen
tura, satis sunt, inquit, mihi pauci, satis est unus, satis est mille.
8 Egregie hoc tertium. Epicurus cum uni ex consortibus suorum
suorum scriberet, Hæc inquit, ego non multis, sed tibi
tis enim magnum alter alteri theatrum sumus. Ista mihi
condenda in animum sunt, ut contennas uoluptatem ex
rium assensione uenientem. Multi te laudant. Ecquid ha
cur placeas tibi? Si is es quem multi intelligunt, introrsus
na tua spectent. Vale.

EPIST. VIII. De indulgentia corporis proprii, & turbamini
minum, & quod bona fortunæ sunt fugienda philosophanti, con
scientia sua contento, propter ueram libertatem acquirendam
uirtute animi impendenda philosophiæ, dicendæ & operandæ.

Tu me, inquis, uitare turbam iubes, secedere & consociari
esse contentum: ubi illa præcepta uestra, quæ imperant
actu mori? Quod ego tibi uideor interim suadere, in hoc

recondidi, & fores clausi, ut prodesse pluribus possem. Nullus mihi per ocium dies exit, partē noctium studijs uendico, non uaco somno, sed succumbo, & oculos uigilia fatigatos, cadentesq; in opere detineo. Seceſsi non tantum ab hominibus, sed etiā à rebus, & primum à rebus meis. Posteriorum negotium ago. Illis aliqua quæ possint prodesse cōscribo, salutare admonitiones, uelut medicamentorū utilium cōpositiones literis mādō, esse illas efficaces in meis ulceribus expertus, quæ etiam si personata nō sunt, serpere desierunt. Rectū iter quod sero cognoui & lassus errando, alijs monstro. Clamo, uitate quæ cūq; uulgo placent, quæ casus attribuit ad omne fortuitū bonū, suspiciosi pauidiq; subsistite. Et fera & piscis spe aliqua oblectāte decipitur. Munera ista fortunæ putatis? insidiæ sunt. Quisquis uestrū tutam agere uitam uolet, quantum plurimū potest, ista uiscata beneficia deuitet, in quibus hoc quoq; miserrimū fillimur, quod habere nos putamus, * hæremus. In præcipitia
 cursus iste deducit. Huius eminentis uitæ exitus cadere est.
 Deinde ne resistere quidem licet, cū coeperit transuersos agere felicitas. Aut rectis saltem, aut temet fruere. Qui hoc faciūt non euertit fortuna, sed cernuat & allidit. Hanc ergo sanā & salubrem formā uitæ teneto, ut corpori tantum indulgeas, quantum bonæ ualetudini satis est. Durius tractandum est ne animo male pareat, cibus famem sedet, potio sitim extinguat, uestis arceat frigus, domus munimentum sit aduersus infesta corpori. Hanc utrū cespes * erexerit, an uariis lapis gentis alienæ,
 nihil interest. Scitote hominē tam bene culmo quā auro tegi. Contemne omnia quæ superuacuis labor uelut ornamentū ad decus ponit. Cogita in te præter animum nihil esse mirabile, cui magno nihil magnum est. Si hoc mecum, si hoc cū posteris loquor, non uideor tibi plus prodesse, quā cū ad uadimonū aduocatus descenderem, aut tabulis testamenti anulum impri-
 merem,

* habemus.

* extruxerit

* cōpilamus:
als, replica-
mus

merem, aut in senatu candidato uocem & manum cōmol
Mihi crede, qui nihil uel minora agere uidentur maiora
quia humana diuinaq; simul tractant. Sed iam finis factus
est, & aliquid, ut institui, pro hac epistola dependendū
meo nō fiet, adhuc Epicurum * cōplicamus, cuius hanc uocem
dierno die legi, Philosophiæ seruias oportet, ut tibi contine
uera libertas, nō differatur in diem. Qui se illi subiecit &
didit, statim circumagitur: hoc enim ipsum philosophiæ ser
libertas est. Potest fieri, ut me interrogas, quare ab Epicuro
multa bene dicta referā potius quā nostrorū? quid est tu
quare tu istas Epicuri uoces putes esse non publicas? Quia
multi poetæ dicunt, quæ à philosophis, aut dicenda aut
sunt. Non attingam Tragicos aut togatas nostras. Habēt
hæ quoq; aliquid seueritatis, & sunt inter comædias &
gædias mediæ. Quantum disertissimorū uersuum inter me
iacet, quā multa Publij, nō exalceatis, sed cothurnatis
da sunt? Vnū eius uersum qui ad philosophiam pertinet, &
hanc partē quæ modo fuit in manibus, referam, quo negat
tuita in nostro habenda. Alienum est omne quicquid opor
uenit. Hunc uersum à te dici non paulò melius, sed astru
memini. Non est tuū, fortuna quod fecit tuum, Illud etiam
melius dictum à te non præteribo, Dari bonum quod pot
auferri potest, Hoc non imputo in solutum, de tuo tibi.

EPIST. IX. Quod sapiens seipso contentus est ad beate ui
dum, non ad uiuendum simpliciter.

AN merito reprehendat in quadā epistola Epicurus
qui dicunt sapientem seipso esse contentum, & pro
hoc amico non indigere, desideras scire. Hoc obijcitur Sene
ni ab Epicuro, & his quibus summum bonum uisum est
mus impatiens. In ambiguitatem incidendum est, si expro
bā ad eam uo uerbo scite uoluerimus, & impatientiam dicit

Poterit
Nos enim
accipiet
satiū s
omne pa
sapiens u
sentit qu
esse cont
tubernal
aliquand
hostis in
satisfacie
animus, q
non deess
sine am
sum equ
testate h
dias statu
citiarū a
modo am
uenerit, u
epistolam
amatoriu
carmine
tie ueter
cōparatio
serentem
tulus phil
quā hab
xisse. Illa
tū habet i

Poterit enim contrariū ei quod significare uolumus, intelligi. Nos enim eum uolumus dicere, qui respuat omnis mali sensum, accipietur is qui nullum possit ferre malum. Vide ergo, num satius sit, aut inuulnerabile animum dicere, aut animum extra omnē patientiā positū. Hoc inter nos & illos interest, Noster sapiens uincit quidē incōmodum omne, sed sentit, illorum nec sentit quidē. Illud nobis cum illis cōmune est, sapientem seipso esse contentū, sed tamen amicū habere uult, & uicinū, & contubernalē, quamuis sibi ipse sufficiat. Vide quā sit se cōtentus, aliquando sui parte cōtentus est, si illi manum, aut morbus, aut hostis inciderit. Si quis oculū casus excusserit, reliquæ illi suæ satisfaciunt: & erit imminuto corpore & amputato tam letus animus, quā in integro fuit. Quæ sibi desunt non desiderat, sed non deesse mauult. Ita sapiens se contentus est, non ut uelit esse sine amico, sed ut possit: & hoc quod dico possit, tale est, amissum æquo animo fert: sine amico quidē nunquā erit, in sua potestate habet quā cito reparaet. Quomodo si perdiderit Phidias statuam, protinus alteram faciet, Sic hic faciendarū amicitiarū artifex, substituet & alium in locū amissi. Queris quomodo amicum cito facturus sit? dicam, si illud mihi tecum conuenerit, ut statim tibi soluan quod debeo, & quantum ad hanc epistolam, paria faciamus. Hecaton ait, Ego tibi monstrabo amatorium, sine medicamento, sine herba, sine ullius ueneficæ cernine. Si uis amari, ama. Habes autē non tantum usu amicitie ueteris & certæ magnam uoluptatem, sed etiam initio & cōparatione nouæ. Quod interest inter metentē agricolā, & ferentem, hoc inter eum qui parauit amicū, & qui parat. At talis philosophus dicere solebat, iucundius esse amicum facere quā habere, quomodo artifici iucūdius est pingere quā pinxisse. Illa in opere suo occupata sollicitudo, ingens oblectamentū habet in ipsa occupatione. Nō æque delectatur qui ab opere

perfe

perfecto remouit manū. Iam fructu artis suæ fruitur, ipsa
 batur arte cū pingeret. Fructuosior est adolescentia libera
 sed infantia dulcior. Nunc ad propositū reuertamur. Sed
 etiā si contentus est se, tamen habere amicū uult, si ob ali
 aliud, ut exerceat amicitiam, ne tam magna uirtus iaceat,
 hoc quod Epicurus dicebat in hac ipsa epistola, ut habeat
 sibi ægro asideat, succurrat in uincula cōiecto uel inopit
 habeat aliquē cui ipse ægro asideat, quē ipse circumueni
 stili custodia liberet. Qui se spectat, & propter hoc ad
 citiam uenit, malè cogitat, quemadmodū cœpit sic desine
 trauit amicū aduersus uincula laturum opem, cum primo
 puerit catena discedet. Hæ sunt amicitie, quas tēporari
 pulus appellat. Quæ causa utilitatis assumpta est, tam diu
 bit, quādiu utilis fuerit. * Hac re florentes amicorum tunc
 cum sedet, circa euersos ingens solitudo est, & inde am
 giunt, ubi probantur, hac re ista tot nefaria exempla su
 rum metu relinquentium, aliorum metu prodentium. Nihil
 est ut initia inter se, & exitus congruant. Qui amicū ex
 pit, quia expedit, placebit ei aliquod pretium contra am
 si ullum in illa placet pretiū præter ipsam. In quid igitur
 cum paro? Ut habeam pro quo mori possim, ut habeam
 in exilium sequar, cuius me morti opponā & impendam
 quā tu describis negotiatio est, non amicitia, quæ ad cō
 accedit, quæ quid consecutura sit spectat. Non dubie habet
 quid simile amicitie affectus amantium. Possis dicere illi
 insanam amicitiam. Nunquid ergo quisquam amat lucrū
 nunquid ambitionis aut gloriæ? Ipse per se amor omnium
 rum rerum negligens, animos in cupiditatem formæ, non
 spe mutue charitatis accendit. Quid ergo? ex hoc
 causa coit turpis affectus? Non agitur, inquis, nunc
 an amicitia propter se, an propter aliud sit expetenda

*amicitiam
 imit,

*Hac re, pro
 ideo

propter
 seipso co
 ad rem p
 perterru
 bonos ca
 pleriq; i
 tem sua
 ista pro
 uiuendū.
 animo sa
 sippi qu
 re, & ta
 re opus e
 manibus
 opus est,
 tem nece
 illi opus
 uat, uiue
 cus instr
 fortune
 men futu
 stodiam
 nauigati
 est louis
 cessante
 le quidd
 illi licet s
 cit uxore
 non uiue
 nulla util
 bis rerum

propter seipsam expetenda est, potest ad illam accedere, qui
 seipso contentus est. Quomodo ergo ad illam accedit? Quomodo
 ad rem pulcherrimam non lucro captus, nec uarietate fortunæ
 perterritus. Detrahit amicitie maiestatem suam, qui illam parat ad
 bonos casus. Se contentus est sapiens. Hoc mihi Lucili perperam
 plerique interpretantur. Sapientem undique submouet, et intra cu-
 tem suam cogunt. Distinguendum est autem, quid et quatenus uox
 ista promittat. se contentus est sapiens ad beate uiuendum, non ad
 uiuendum. Ad hoc enim multis illi rebus opus est, ad illud tantum
 animo sano, et erecto, et despiciente fortunam. Volo tibi Chry-
 sippi quoque distinctionem indicare. At sapientem nulla re indige-
 re, et tamen multis illi rebus opus esse. Contra, Stulto nulla
 re opus est, nulla enim re scit uti, sed omnibus eget. Sapienti et
 manibus et oculis, et multis ad quotidianum usum necessariis
 opus est, sed eget nulla re, egere enim necessitatis est. Nihil au-
 tem necesse sapienti est. Ergo quamuis seipso contentus sit, amicis
 illi opus est, hos cupit habere quam plurimos, non ut beate ui-
 uat, uiuet enim etiam sine amicis beate. Summum bonum extrinse-
 cus instrumenta non querit, domi colitur, ex se totum est, incipit
 fortunæ esse subiectum, si quam partem sui foris querit. Qualis ta-
 men futura est uita sapientis, si sine amicis relinquatur in cu-
 stodiam coniectus, uel in aliqua gente aliena destitutus, uel in
 nauigatione longa retentus, aut in desertum littus eiectus? qualis
 est Iouis cum resolutum mundo, et dijs in unum confusis, paulisper
 cessante natura acquiescit sibi, cogitationibus suis traditus, ta-
 le quiddam sapiens facit. In se reconditur, secum est, quamdiu quidem
 illi licet suo arbitrio res suas ordinare, se contentus est: et ducit
 uxorem, se contentus, et liberos tollit, se contentus, et tamen
 non uiuet, si fuerit sine homine uicturus. Ad amicitiam fert illum
 nulla utilitas sua, sed naturalis irritatio. Nam ut aliarum no-
 bis rerum innata dulcedo est, sic amicitie. Quomodo solitudo

in odio est, sic in dulcedine appetitio societatis. Quomodo
 minem homini natura conciliat, sic inest huic quoque rei
 lus, qui nos amicitiarum appetentes faciat. Nihilominus
 amicorum amantissimus, cum illos sibi compararet, saepe pra
 omne intra se bonum terminabit, & dicet quod Stilpon ille
 xit, Stilpon quem Epicuri epistola insequitur. Hic enim cap
 tria, amissis liberis, amissa uxore, cum ex incendio public
 lus, & tamen beatus exiret, interrogati Demetrio, cui cog
 men ab exitio urbium Poliorcetes fuit, nunquid perdidisset
 inquit, bona mea mecum sunt. Ecce uir fortis ac strenuus,
 hostis sui uictoriam uicit. Nihil, inquit, perdidit, dubitare
 coegit, an uicisset, Omnia mea mecum sunt. Iustitia, uirtus, fi
 rantia, prudentia, hoc ipsum, nihil bonum putare quod erip
 fit. Miramur animalia quaedam, quae per medios ignes, sine
 corporum transcunt, quanto hic mirabilior uir qui per ferri
 ruinas & ignes, illesus & indennis euasit? Vides quomodo
 fit totam gentem, quam unum uirum uincere. Haec uox illi est
 nis cum Stoico, aequae & hic intacta bona per concrematas
 fert. Se enim ipso contentus est, hoc felicitatem suam sine desig
 Ne existimes nos solos generosa uerba iactare, & ipse
 ponis obiurgator Epicurus, similem illi uocem emisit, quae
 boni consule, etiam hunc diem iam expunxi. Si cui, inquit, sua
 uidentur amplissima, licet totius mundi dominus sit, tamen
 ser est. Vel si hoc modo tibi melius enunciari uidetur. Ideo
 agendum, ut non uerbis seruiamus, sed sensibus, Miser est,
 non beatissimum iudicat, licet imperet mundo. Ut scias autem
 sensus communes esse, natura scilicet dictante, apud poetam
 micum inuenies, Non est beatus esse se qui non putat. Quae
 enim refert qualis status tuus sit, si tibi uidetur malus? Quae
 ergo, inquis? si beatum se dixerit, ille turpiter diues, & ille
 torum dominus, sed plurimum seruus, beatus sua sententia

Non q
 tiat, sea
 gnum
 stultitia

^E
 de f
 Scita
 catum
 credere
 mentio
 creto an
 inquit, l
 tende, n
 stodire
 dentibu
 tunc au
 tes imp
 mus cel
 cundian
 dum, nu
 se prod
 hi, spes
 lim esse
 quaedam
 protinu
 bet hae
 lute spe
 Votoru
 suscipe,
 poris. Q

Non quid dicat, sed quid sentiat refert, nec quid uno die sentiat, sed quid assidue. Non est autem quod uerearis, ne ad indignum res tanta perueniat. Nisi sapienti sua non placent, omnis stultitia laborat fastidio sui. Vale.

EPIST. X. De solitudine uitanda imprudentibus, & de synceritate orandi Deum.

Sic est, non muto sententiam, fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum. Non habeo cum quo te comunicatum uelim, & uide quod iudicium meum abeat. Audeo te tibi credere. Crates, ut aiunt, huius ipsius Stilbonis auditor, cuius mentionem priori epistola feci, cum uidisset adolescentulum secreto ambulantiem, interrogauit, quid illic solus faceret. Mecum, inquit, loquor: cui Crates, Caue, inquit, rogo, & diligenter attende, ne cum homine malo loquaris. Lugentemque custodire solemus, ne solitudine male utatur. Nemo est ex imprudentibus qui relinqui sibi debeat. Tunc mala consilia agitant, tunc aut alij, aut ipsis futura pericula struunt. Tunc cupiditates improbas ordinant, tunc quicquid aut metu, aut pudore animus celabat *exponit, tunc audaciam acuit, libidinem iritat, iracundiam instigat. Denique quod unum solitudo habet commo- dum, nihil ulli committere, non timere indicem, perijt stulto. Ipse se prodit. Vide itaque quid de te sperem, imo quid spondeam mihi, spes enim incerti boni nomen est. Non inuenio cum quo te malim esse, quam tecum. Repeto memoria, quam magno animo quaedam uerba proicceris, quam roboris plena. Gratulatus sum protinus mihi, & dixi, non a summis labris ista uenerunt, habent haec uoces fundamentum, iste homo non est unus e populo, ad salutem spectat. Sic loquere, sic uiue. Vide ne te ulla res deprimat. Votorum tuorum ueterum licet dijs gratiam facias, alia de integro suscipe, roga bonam mentem, bonam uoletudinem animi, deinde corporis. Quid ni tu ista uota saepe facias? Audacter Deum roga,

*expromit,

nihil illum de alieno rogaturus. Sed ut more meo cum aliquo in
 nusculo epistolam mittam, Verum est quod apud Athenodorum
 ueni. Tunc scito esse te omnibus cupiditatibus solutum, cum eo
 ueneris, ut nihil Deum roges, nisi quod rogare possis palam. Sed
 enim quanta demencia est hominum. Turpissima uota diis insu-
 rant, si quis admouerit aurem, conticescent, et quod scire homines
 nolunt, Deo narrat. Vide ergo ne hoc precipi salubriter possit.
 Sic uiue cum hominibus tanquam Deus uideat, sic loquere
 Deo, tanquam homines audiant. Vale.

EPIST. XI. De inuincibilis uerecundiae qualitate, &
 de imaginaria boni uiri praesentia.

Locutus est mecum amicus tuus bonae indolis, in quo quae
 esset animi, quantum ingenij, quantum iam etiam profectus
 mo primus ostendit. Dedit enim nobis gustum, ad quem respo-
 dit: non enim ex preparato locutus est, sed subito depre-
 hendit. Vbi se colligebat uerecundia, bonum in adolescente signum,
 tuit excutere, adeo illi ex alto suffusus est rubor. Hic illi
 tum suspicor, etiam cum se confirmauerit, et omnibus uitij
 rit, sapientem quoque sequetur. Nulla enim sapientia, naturae
 poris aut animi uitia ponuntur, quicquid infixum et ingenio
 lenitur arte, non uincitur. Quibusdam etiam constantissimis in
 spectu populi sudor erumpit, non aliter quam fatigatis et as-
 pectibus solet, quibusdam tremunt genua dicturis, quorundam
 colliduntur, lingua titubat, labra concurrunt. Haec nec dis-
 na, nec usus unquam excutit, sed natura uim suam exercet, et
 uitij sui, etiam robustissimos admonet. Inter haec et rubor
 scio, qui grauissimis quoque uiris, subitus offunditur. Magis
 dem in iuuenibus apparet, quibus et plus caloris est, et
 ra frons, nihilominus ueteranos et senes tangit. Quibus
 quam magis quam cum erubuerint timendi sunt, quasi omni
 recundiam effuderint. Sylla tunc erat uiolentissimus, cum

eius san-
 quam in
 bianum
 hic mi-
 mentis,
 tit, mou-
 quida be-
 in os pr-
 haberet
 cunq; at-
 cum mu-
 uitari p-
 imitantu-
 tristitia
 iijciunt e-
 et depr-
 tur hic,
 nihil pr-
 iam cla-
 rem, qu-
 gendus
 spectam-
 nu Luc-
 dedit, ne
 caturis
 cuius au-
 cem illu-
 dat. O-
 moriam
 aliquem
 tonem,

eius sanguis inuaserat. Nihil erat mollius ore Pompeij, nunquam non corā pluribus erubuit, utiq; & in conconibus. Fabianum cū in senatū testis esset inductus, erubiisse memini, & hic mire illum pudor decuit. Non accidit hoc ab infirmitate mentis, sed à nouitate rei, quæ inexercitatos, & si non concutit, mouet, naturali in hoc facilitate corporis pronos. Nam ut quidā boni sanguinis sunt, ita quidā incitati & mobilis, & cito in os prodeuntis. Hæc ut dixi, nulla sapientia abigit, alioquin haberet rerum naturā sub imperio, si oīa eraderet uitia. Quæcunq; attribuit conditio nascendi, & corporis temperatura, cum multū se diuq; animus composuerit, hærebunt. nihil horū uitari potest, non magis, quàm accersi. Artifices scenici, qui imitantur affectus, qui metū & trepidationem exprimunt, qui tristitiam representant, hoc indicio imitantur uerecundiā, deijciunt enim uultū, uerba submitunt, figunt in terram oculos & deprimūt, ruborē sibi exprimere nō possunt, nec prohibetur hic, nec adducitur. Nihil aduersus hæc sapiētia promittit, nihil proficit, sui iuris sunt, iniussa ueniunt, iniussa discedunt. Iam clausulā epistola poscit. Accipe & quidē utilē & salutarem, quam te affigere animo uolo. Aliquis uir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tanquā illo spectante uiuamus, & omnia tanquā illo uidente faciamus. Hoc mi Lucili Epicurus præcepit, custodem nobis & pædagogū dedit, nec immerito. Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. Aliquem habeat animus, quem uereatur, cuius autoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum, qui non *actus tantum, sed etiam cogitatus emendat. O felicem, qui sic aliquem uereri potest, ut ad memoriam quoque eius se componat, atque ordinet. Qui sic aliquem uereri potest, cito crit uerendus. Elige itaque Catonem, si hic uidetur tibi nimis rigidus, elige remissioris

*præfens

animi uirum Lælium, clige eum cuius tibi placuit & oratio, & ipsius animum ante te ferens & uultus, illū se per tibi ostende, uel custodem, uel exemplum. Opus est, in aliquo, ad quem mores nostri se ipsi erigant. Nisi ad regulam praua non corriges. Vale.

EPIST. XII. De bono senectutis, & commédatione seu exaltatione ipsius & quod in necessitate uiuere nulla necessitas est.

Quocunq; me uerto, argumenta senectutis meae uideo. Queram in suburbanū meū, & querebar de impensis officij dilabentis, Ait uillicus nō esse negligentiae suae uitium, se facere, sed uillam ueterem esse. Hæc uilla inter manus meas creuit. Quid mihi futurū est, si tam putrida sunt ætatis meae raxa? Iratus illi, proximam occasione stomachandi arripio. Apparet, inquā, has platanos negligi, nullas habent frondes, quam nodosi sunt, & retorridi rami, quam tristes & squalidi trunco. Hoc non accideret, si quis has circumfoderet, si irrigaret. Iam per geniū meum se oia facere, in nulla re cessare curam suam, sed illas uetulas esse. Quod interim nobis fit? Ego illas perferam, ego illarum primū uideram folium. Cōuersus ad ianuam quis est, in quam, iste decrepitus, & merito ad ostium aduentus, foras enim spectat? Vnde istum nactus es? quid te delectauit alicnum mortuum tollere? At ille non cognoscis me, inquam. Ego sum Felicio cui solebas * sigillaria afferre, ego sum Perfecti uillici filius delitiolum tuum * Perfecite, inquā, iste delitiolum uetulus, etiam delitiolum meum factus est. Prorsus potest fieri, dentes illi cū maxime cadunt. Debeo hoc suburbano meo, quam mihi senectus mea, quocunq; auerteram apparuit. Complectimur illam et amemus, Plena est uoluptatis si illa scias uitiosissima sunt poma cum fugiunt. Pueritiæ maximus in exitu cor est, dedito uino potatio extrema delectat, illa quæ meretrix quæ ebrietati summam manum imponit. Quod in se incurrit

* sigillaria
* perfecto,

mum hon
est etas d
extrema
ipsum suc
est cupid
mortem a
debet esse
tam senex
gradus ej
cum ducte
tur & cin
alter qui
ambitu su
tinens tēp
arctiore p
sed & hic
Heracilitu
unus, inq
enim pare
gintiquat
quia nox
diem omn
spatium,
alternas n
aliās pro
quam cog
qui Syriar
sepelisset,
coena, ut i
Beltoxe
mala cons

mum hominis uoluptas habet, in finem suū differt. Iucundissima
 est etas deuexa iam, non *tantum præceps, & illam quoq; in
 extrema *regula stantē, iudico habere suas uoluptates, aut hoc
 ipsum succedit in locum uoluptatum, nullis egere. Quā dulce
 est cupiditates *fatigasse ac reliquisse. Molestum est, inquis,
 mortem ante oculos habere, Primū ista tam iuueni ante oculos
 debet esse quā seni, Nō enim citamur ex censu. Deinde nemo
 tam senex est, ut improbē unum diem speret. Vnus autem dies
 gradus est uitæ, tota etas partibus constat et orbis habet cir-
 cumductos maiores minoribus. Est aliquis qui oēs complectatur
 & cingat, hic *pertinet à natali ad diem extremum. Est
 alter qui annos adolescentiæ excludit. Est qui totam pueritiam
 ambitu suo astringit. Est deinde *per se annus, in se omnia con-
 tinens tēpora, quorum multiplicatione uita cōponitur. Mensis
 arctiore præcingitur cingulo. angustissimū habet dies gyrum,
 sed & hic ab initio ad exitum uenit, ab ortu ad occasum. Ideo
 Heraclitus cui cognomen Scotinon fecit orationis obscuritas,
 unus, inquit, dies par omni est. Hoc alius aliter accepit, dixit
 enim parem esse horis, nec mētur. Nam si dies tempus est ui-
 gintiquatuor horarum, necesse est oēs inter se dies pares esse,
 quia nox habet quod dies perdidit. Alius, ait, parē esse unum
 diem omnibus similitudine, nihil enim habet longissimi tēporis
 spatium, quod non in uno die inuenias, lucem & noctem, &
 alternas mundi uices. *Planeta facit ista, non alias cōtractior,
 aliās productior dies. Itaque sic ordinandus est dies omnis, tan-
 quam cogat agmen & consumet atq; expleat uitam. Pacuuius
 qui Syriam usu suam fecit, cum uino & illis *funereis epulis se
 sepelisset, quasi sibi parentauerit: sic in cubiculum ferebatur à
 coena, ut inter plausus exoletorū hoc ad symphoniā caneretur
 Behæe Behæe, nullo non se die extulit. Hoc quod ille ex
 mala conscientia faciebat, nos in bona faciamus, & in somnum

*tamen
*regula

*fugasse

*pertingit

*ipse annus,

*Pluralitas
facit ista,

*funebribus

ituri, leti, hilaresq; dicamus, Vixi, & quem dederat
 fortuna peregi. Crastinum si adiecerit Deus, Leti recipiam.
 Ille beatissimus est, & securus sui possessor, qui crastinum
 sine sollicitudine expectat. Quisquis dixit vixi, quotiens
 lucrum surgit. Sed iam debeo epistolam cludere, Sic, inquit,
 sine ullo ad me peculio ueniet? Noli timere, aliquid se
 feret, quare aliquid dixi multū. Quid enim hac uoce pre-
 ruius, quā illi trado ad te perferendā? Malū est in necessitate
 uere, sed in necessitate uiuere necessitas nulla est. Quid mihi
 sit? patent undiq; ad libertatē uiae multae, breues, faciles.
 mus Deo gratias, quod nemo in uita teneri potest. Calcare
 necessitates licet. Epicurus, inquis, dixit, quid tibi cum
 Quod uerum est, meū est. Perseuerabo Epicurum tibi in-
 re, ut isti qui in uerba iurant, nec quid dicatur aestimant,
 quo, sciant, quae optima sunt esse cōmunia. Vale.

ANNOT. ERASMI IN EPIST
 LA M PRIMAM LIB. PRIMI.

1 Eripiuntur. eripiuntur quae ui tolluntur: subducuntur quae
 Pro eripiuntur, quidam codices habebant, surripiuntur.

2 Quod mortem prospicimus. Prospicimus uentura & quae
 cul absunt. At mors iam magna ex parte à tergo est. Aliquis non
 telligens argutiam, addidit, non prospicimus.

3 Ex qua expellitur quicumq; uult. Argutius est quod habebat
 dex uerustus, ex qua expellit quencunq; uult. Natura misit in ha-
 fessionem, sed hac lege ut sit excundum quandocunq; uult ipse.

EPIST. IIII.

4 Nullum magnum. Aut nullum usurpauit pro nihil, aut
 malum. Nullum magnum malum.

5 A qua professione nos dissimilitudo separabit. Non dubium
 legēdū sit, professionis dissimilitudo, A qua congregatio, dissimilitudo
 professionis separabit. Vult enim nos itus habere philosophiam
 fiteri. Quod hic praecipit de philosophis, mire quadrat in morem
 sed non agnoscant. Argutius est quod habebat codex uerustus
 sed agnoscant. Suspiciamus etiam aliena, sed agnoscamus nostra.

& ipsi pra
 7 Ord
 dum arbit
 ut in expe
 8 Egre
 ut intelligi
 Epicurus.
 9 Quo
 bebant, ab
 est habem
 10 Att
 Attalum fi

LV

NE

EP
 aduerfa
 semper



tuas, quae
 te difficu
 propius a
 uenturus
 est Athle
 suggillatu
 puerunt s
 corpore, r
 tumaciore

& ipsi præstare queamus.

EPIST. VII.

7 Ordinariis partibus. Quidam habebant patribus:paribus legendum arbitror. Loquitur de paribus gladiatorum. Hæc autem uerba, ut in expeditione, uidentur adiecta ab enarratore quopiam.

8 Egregie hoc tertium, Ambigua distinctio, Egregie hoc tertium, ut intelligas & nullum sufficere sapienti. Aut ut hoc tertium dixerit Epicurus.

EPIST. VIII.

9 Quod habere nos putamus, hæremus, Pro habere quidam habebant, abire, sed mendose, Seneca allusit ad Græcâs uoces, ἔχομεν est habemus, ἔχομεθα hæremus.

EPIST. IX.

10 Attalus, quidam habebant. At Thales, sed deprauate. Nam Attalum frequenter citat aliâs.

LVCII ANNAEI SE-

NECAE EPISTOLARVM

AD LVCILIVM LIB. II.

EPISTOLA XIII. De utilitate exercitationis contra aduersâ, de remediis contra mala fortuita, & quod stultitia semper incipit uiuere.

MVLTVM tibi esse animi scio, nam etiã antequam instruerem te præceptis salutaribus & dura uincenibus, satis aduersus fortunam placebas tibi, & multo magis postquam cum illa conseruisti manum, uiresq; expertus es tuas, quæ nunquã certam dare fiduciã sui possunt, nisi cum multæ difficultates hinc & illinc apparuerint, aliquando uerò & propius accesserint. Sic uerus ille animus, & in alienum non uenturus arbitrium probatur. Hæc eius obrussa est, Non potest Athleta magnos spiritus ad certamē adferre, qui nunquam suggillatus est. ille qui fudit sanguinem suum, cuius dentes crepuerunt sub pugno, ille qui supplantatus aduersarium toto tulit corpore, nec proiecit animū proiectus, qui quoties cecidit contumacior resurrexit, cū magna spe descendit ad pugnam. Ergo

ut similitudinem istam prosequar, sæpe iam fortuna super negotij ha-
 fuit, nec tamē tradidisti te, sed subsiliisti & acrior constiti argumenta.
 Multum enim adicit sibi uirtus lacesita. Tamē si tibi uideboramus,
 accipe à me auxilia, quibus munire te possis. Plura sunt Lona, mul-
 li quæ nos terrent, quàm quæ premunt, & sæpius oporito accedi
 quàm re laboramus. Non loquor tecum Stoica lingua, sed tam adduc
 submissiore. Nos enim dicimus omnia ista quæ gemitus uerga quen-
 tusq; exprimunt, leuia esse & contemnenda. Omittamus exiuit cast
 magna uerba, sed, dii boni, uera. Illud tibi præcipio, ne se erruit. Ne
 fer ante tempus, cum illa quæ uelut imminentia expauescit, nodum fut
 tasse nunquam uentura sint: certè nondum uenerunt. Quæ licentiæ
 enim nos magis torquent, quàm debeant: quædam autem irreuoc
 quent quàm debeant: quædam torquent, cum omnino non in ratione
 beant. Aut augemus dolorem, aut fingimus, aut * præcipiter. Ven
 Primum illud, quia res in controuersia est, & litem consisti. Quam
 tam habemus in præsentia differatur. Quod ego leue dictata nusqu
 tu grauius esse contendes, Scio alios inter flagella uiciori suo o
 alios gemere sub colapho. Postea uidebimus, utrū ista sibi melior
 ribus ualeat, an inbecillitate nostra. Illud præsta mihi, ut interuenien-
 tics circūsteterint, qui tibi te miserū esse persuadeant, non ut subsista
 audias, sed quid sentias cogites, & cum patientia tua dependium ad
 res, ac te ipse interroges, qui tua optime nosti, quid est, aliquando g
 isti me complorent? quid est quod trepident, quod commo suo super
 quoque mei timeant, quasi transilire calamitas possit? Et si esse erit, fu
 quid istic mali, an res ista magis infamis est quàm malis one. Non
 te interroga, Nunquid sine causa crucior, & mæreo, & quid prænu
 non est, malum facio? Quomodo, inquis, intelligam, si uano aliquo
 an uera quibus angor? Accipe huius rei regulam? An prænu
 sentibus torquemur, aut futuris, aut utrisq;. De præsentibus on quantu
 cile est iudicium, si corpus tuum liberum est, sanum est, utem causa
 nullus ex iniuria dolor est, uidebimus quid futurū est, hodie am potest.

*id est occu-
 pamus.

fortuna negotij habet. Atenim futurum est. Primum dispice an certa
 lor conſurgunt argumenta ſint uenturi mali. Plerunq; enim ſuſpicionibus la-
 ſi tibi uideboramus, & illud it nobis illa quæ conficere bellum ſolet fa-
 ra ſunt Luna, multo autem magis ſingulos conficit. Ita eſt mi Lucili,
 epius opinatio accedimus opinioni, non coarguimus illa, quæ nos in me-
 ngus, ſecum adducunt, nec excutimus, ſed trepidamus, & ſic uertimus
 gemitus uergera quemadmodum illi, quos puluis motus fuga pecorum,
 mit tamquam exiit caſtris, aut quos aliqua fabula ſine autore ſparſa con-
 ipio, ne ſueruit. Nefcio quomodo magis uana perturbant, uera enim
 xpauſa. modum ſuum habent, quicquid ex incerto uenit, coniecturæ
 unt. Quæ ſi licentiæ pauentis animi traditur. Nulli itaq; tam pernicioſi,
 dam anxiæ irremediabiles quàm *lymphatici metus ſunt. Cæteri enim
 nmino neque ratione, hi ſine mente ſunt. Inquiramus itaque rem dili-
 *precepter. Veriſimile eſt aliquid futurum mali. Non ſtatim uerum
 item conſiſt. Quàm multa non expectata uenerunt, quàm multa expe-
 o leue diſtata nuſquam comparuerunt. Etiam ſi futurum eſt, quid iuuat
 agella uicini ſuo occurrere? Satis citò dolebis cum uenerit, interim
 rû iſta ſibi meliora promittere. Quid facis lucri? Tempus. Multa
 a mihi, ut interuenient, quibus uicinum periculum uel prope admotum,
 deant, non ut ſubiſtat, aut deſinat, aut in alienum caput tranſeat, In-
 tia tua adueniendum ad fugam patuit, quosdam molliter ruina depoſuit,
 quid eſt, aliquando gladius ab ipſa ceruice reuocatus eſt, aliquis carnifi-
 o d conſiſt. Habet etiam mala fortuna leuitatem, for-
 poſſit eſt. Eſſe erit, fortaſſe non erit, interim dum non eſt, meliora pro-
 am malis. Nonnunquam nullis apparentibus ſignis, quæ mali ali-
 ceo, & quid prænunciant, animus ſibi falſas imagines fingit, aut uer-
 um, ſi uerum aliquod dubiæ ſignificationis detorquet in peius, aut ma-
 um? Aut prærem ſibi offenſam proponit alicuius quàm eſt, & cogitat
 præſentibus non quantum iratus ille ſit, ſed quantum liceat irato. Nulla
 ſanum eſt. Habet etiam mala fortuna leuitatem, fortaſſe non erit, interim dum non eſt, meliora pro-
 eſt, hodie pot eſt. Hic prudentia proſit, hic robore animi, euidenter
 quos

*panici

quoq; metum respue. Si minus, uitio uitium repelle, spe
 tempera. Nihil tam certū est ex his quæ timentur, ut noc
 tius sit, & formidata subsidere, & sperata decipere. Es
 spem ac metum examina, & quoties incerta erunt omnia
 faue, crede quod mauis: si plures habebis sententias ma
 hilominus in hanc partem potius inclina, & perturbare
 sine. Ac subinde hoc in animo uolue, maiorem partem
 cum illi nec sit quicquā mali, nec pro certo futurum sit,
 re ac discurrere. Nemo enim resistit sibi cum coeperit
 li, nec timorem suum redigit ad uerū: Nemo dicit uerū
 est, aut finxit, aut credidit. Damus nos referentibus, ex
 mus dubia pro certis, non seruamus modum rerum,
 timorem uenit scrupulus. Pudet me sic tecum loqui, &
 uibus te remedijs* rescillare. Alius dicat, fortasse hoc
 niet, Tu dic, quid porro si ueniet? Videbimus utrum
 fortasse pro me ueniet, & mors uitam honestabit. Ci
 gnum Socratem* conscit. Catoni gladium assertor
 tis extorque, magnam partē detraxeris gloria. Nimi
 te cohortor, cum tibi admonitione magis quam exhor
 opus sit. Non in diuersum te à natura tua ducimus, nat
 ista, quæ dicimus. Eo magis bonum tuum auge & ex
 iam finem epistolæ faciam, si illi signum suum impre
 est, aliquam magnificam uocem perferendam ad te ma
 Inter cætera mala, hoc quoq; habet stultitia, semper in
 uere. Considera quid uox ista significet Lucili uiro
 me, & intelliges quàm foeda sit hominum leuitas, quib
 ua uitæ fundamenta ponentium, nouas spes etiam in
 choantium. Circumspice tecum singulos, occurrunt
 qui se tunc maxime ad ambitionem, ad peregrinationes
 gotiandum parent. Quid est autem turpius quàm senes
 incipiens. Non adijcerem autorē huic uoci, nisi esset

* focillare

* uincat

* fecit

nec inter
optare peEPIST
da sit nocit
indiget di

Fateor
nos h
uendum
illo nimir
bemus, no
quam non
ribus inqu
nestum ci
gentissime
ū fides, n
euitemus
nos redu
depelli, q
tur morbi
omnibus
mpendet
mala quæ
nec aurib
pompa est
ferarum
arcerem
mediū ho
uersum a
& illitam
uita est. N
uius &

nec inter uulgata Epicuri dicta, quæ mihi & laudare, & ad-
optare permisi. Vale.

EP. X. III. Ut non seruiatur corpori, & qualiter uitanda sit nocitura potentia, & quod is maxime diuitiis fruitur, qui non indiget diuitiis.

Fateor insitam esse nobis corporis nostri charitatē. Fateor nos huius gerere tutelam, non nego indulgendum illi, seruandum nego. Multis enim seruiet, qui corpori seruit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert. Sic gerere nos debemus, non tanquam propter corpus uiuere debeamus, sed tãquam non possimus sine corpore. Huius nos nimius amor timoribus inquietat, sollicitudinibus onerat, contumelijs obijcit, Honestum ei uile est, cui corpus nimis charũ est. Agatur eius diligentissime cura, ita tamen ut cum exiget ratio, cum dignitas, cũ fides, mittendũ in ignem sit. Nihilominus quantũ possumus uitemus incõmoda quæq; non tantum pericula, & in tutum nos reducamus, excogitantes subinde, quibus possint timenda depelli, quorũ tria, ni fallor, genera sunt. Timetur inopia, timetur morbi, timentur quæ per uim potentioris eueniunt. Ex his omnibus nihil magis nos concutit, quã quod ex aliena potentia impendat, Magno enim strepitu & tumultu uenit, Naturalia mala quæ retuli inopiæ atq; morbi, silentio subeunt, nec oculis, nec auribus quicquam terroris incutiunt. Ingens alterius mali pompa est, ferrũ circa se & ignes habet, & catenas, & turbã ferarum, quam in uiscera immittat humana. Cogita hoc loco carcerem, & cruceas, & eculeos, & unicum, & adactum per mediũ hominẽ, qui per os emergat stipitem, & distracta in diuersum actis curribus membra, illam tunicam, alimentis ignitũ & illitam & intexam, quicquid aliud præter hæc, cõmenta sententia est. Non est itaq; mirum, si maximus huius rei timor est, cuius & uarietas magna, & apparatus terribilis est. Nam quemad-

*sicarum

quemadmodū plus agit tortor, quo plura instrumēta
 exposuit (Specie enim uincuntur, qui patientia resistit)
 ex his, quæ animos nostros subigunt & domāt, plus pro
 que habent quod ostendāt. Illæ pestes nō minus graue
 famē dico & sitim, & præcordiorū supparationes, &
 uiscera ipsa torrentem, sed latent. Nihil habēt quod intus
 quod præferāt. Hæc ut magna bella, aspectu paratūq;
 Demus itaq; operā, abstinēamus offensis. Interdū popu
 quē timere debeamus, interdum si ea ciuitatis disciplina
 plurima per senatū transigūtur, gratiosi timeantur in
 interdū singuli, quibus potestas populi & in populū
 Hos omnes amicos habere operosum est, satis est inimicos
 habere. Itaq; sapiēs nunquā potentiū iras prouocabit,
 clinabit, nō aliter quā in nauigādo procellā. Cūm peti
 ciliā, traieciisti fretū, temerarius gubernator cōtempnit
 minas, Ille est enim, qui Siculū pelagus, interdū etiā peti
 timere debeamus, exasperet, & in uertices cogat, Nō
 petit littus, sed id, quo propior Charybdis maria comit
 ille cautior, peritos locorū rogat, quis æstus sit, quæ sit
 nubes, & lōge ab illa regione uerticibus infamī cursum
 Idem facit sapiēs, nociturā potentiā uitat, hoc primū cau
 uitare uideatur. Pars enim securitatis & in hoc est, nō
 fesso eam petere. Nō est nostræ professionis uulgi famē
 petere, quia quæ quis fugit, damnat. Circūspiciendū
 ergo, quomodo à uulgo tuti esse possimus, Primū nihil
 cupiscamus, unde rixa est inter cōpetitores: deinde nihil
 mus, quod cum magno emolumento insidiantis erip
 Quā minimū sit in corpore tuo spoliōrū. Nemo ad
 sanguinē propter ipsum uenit, aut admodū pauci, plerū
 putant quā oderint. Nudum latro transmittit, etiā in
 uia pauperi pax est. Tria deinde ex præcepto ueterū

* compilant
 quā occide
 rint.

da sunt,
 fiat, sapi
 est, ueren
 ferant,
 tis timen
 non minu
 confugien
 diocriter
 quæcunq;
 ta, & sui
 etiā apud
 quitia, nur
 phie nom
 ipsa tranq
 datur tibi
 tia sua rep
 qui alius P
 duos? Pote
 pienti ressp
 bertate, O
 peius possi
 partes tuæ
 potest, mel
 flus fuerit,
 ed ne prio
 iam reipul
 o, & misu
 & obrutus
 senatu in
 opera P
 uī à repub

da sunt, ut uidentur, Odium inuidia, cōtemptus. Quomodo hoc
 fiat, sapientia sola monstrabit. Difficile enim temperamentum
 est, uerendumq; ne in cōtemptum nos* inuidia & timor trans-
 ferant, ne dum calcari nolumus, uideamur posse calcari, Mul-
 tis timendi attulit causas, timeri posse. Vndiq; nos reducamus,
 non minus cōtemni quàm suspici nocet. Ad philosophiam ergo
 confugiendū est. Hæc literæ non dico apud bonos, sed apud me-
 diocriter malos, infularū loco sunt. Nam forensis eloquētia, &
 quæcunq; alia populum mouent, aduersariū habent: hæc quie-
 ta, & sui negotij, contemni non potest, cui ab omnibus artibus,
 etiā apud pessimos honor est. Nunquā in tantū conualescit ne-
 quitia, nunquā sic contra uirtutes cōiurabitur, ut non philoso-
 phiæ nomen uenerabile & sacrū maneat. Caterū philosophia
 ipsa tranquille modesteq; tractanda est. Quid ergo inquis? Vi-
 detur tibi M. Cato modestè philosophari, qui bellū ciuile sentē-
 tia sua reprimit, qui surētū principū armis, medijs interuenit,
 qui alius Pompeium offendentibus, alij Cæsare, simul lacepsit
 duos? Potest aliquis disputare, an illo tpe capessenda fuerit sa-
 pienti respublica. Quid tibi uis M. Cato? iam nō agitur de li-
 bertate, Olim pessundata est. Queritur, utrū Cæsar, an Pom-
 peius possideat rē publicā. Quid tibi cū ista cōtentione? Nulle
 partes tuæ sunt, dominus eligitur. * Quid tum? alter uincere
 potest, meliorē uincere nō potest. Non potest esse peior qui ui-
 ctus fuerit, melior qui uicerit. Vltimas partes attingi Catonis,
 sed ne priores quidē anni fuerunt, qui sapientem in illam rapi-
 tam reipub. admitterent. Quid aliud quàm uociferatus est Ca-
 to, & nūsit irritas uoces, cum modo per populi leuatus manus
 obrutus sputis, exportandus extra forum traheretur, modò
 senatu in carcerē duceretur? Sed postea uidebimus, an sapien-
 tia opera P. R. impendenda sit. Interim ad hos te Stoicos uoca,
 qui à republica exclusi, secesserunt ad colendam uitam & hu-

* inuidia & ti-
mor

Philosophiæ
laus.

3

* Quid tibi
an alter uin-
cat. Potest me-
lior uincere,
nō potest nō
esse peior q
uincitur.

mano

mano generi iura condenda, sine ulla potentior is offensa conturbabit sapiens publicos mores, nec populum in leuitate conuertet, Quid ergo? Vtiq; erit tutus, qui hoc profuturum sequetur? Promittere tibi hoc non magis possum, quam homini temperanti bonam ualetudinem, & tamē facit te rātia bonam ualetudinem. Perit aliqua nauis in portu, sed tu accidere in medio mari credis? Quanto huic periculum ratiū foret, multa agenti, molientiq;, cui ne ocium quietum est? Pereunt aliquando innocentes, quis negat? Non tamen sēpius. Ars ei constat, qui per ornamenta periculis Deniq; * initium omnium rerum sapiens, non exitum. Initia in potestate nostra sunt, de euentu fortuna iudicat de me sententiam non do. At aliquid uexationis affert, aduersi, * non damnatur latro, cum occidit. Nunc ad dianam stipem manum porrigis, aurea te stipe imple, quia facta est auri mētio, accipe quemadmodum usus fructus eius tibi esse gratior possit. Is maxime diuitijs fruatur, qui diuitijs indiget. Aede, inquis, autorem. Vt scias quid digni simus, propositum est aliena * laudare, Epicuri Metrodori, aut alicuius ex illa officina. Et quid inter dixerit? Omnibus dixit. Qui eget diuitijs, timet pro illo mo autem sollicito bono fruatur. Adijcere illis aliquid dum de incremento cogitat, oblitus est usus, ratione p̄pit, forum conterit, calendarium uersat, sit ex domo curator. Vale.

EPIST. XV. De non saginando nel impingendo in portu, & de ipsius exercitatione, & uocis moderatione, & uita stulti ingrata sit.

Mos antiquis fuit, usq; ad meam seruatus etatem. Epistole uerbis adijcere, Si uales, bene est, ego ualeo, ete & nos dicimus, Si philosopharis, bene est. Valere et

* consilium

* Nam

* dare

demum
magnas
lidū est.
secundū
lere. Stul
uiro, occi
tera firm
rint, nec
ce nūc, qu
mus agili
animo lo
r.e. Prim
inhabile
ciborū, su
cipia in n
pati, quib
locū eius
re inges
tationes e
& tēpori
& cū ali
pus in al
saliaris, a
his elige,
animum,
tur ille. H
nec senect
Neq; ego
Dandum
uatur, sed
non officii

demum est. Sine hoc, æger est animus. Corpus quoque etiam si magnas habet vires, non aliter quàm furiosi aut phrenetici ualidū est. Ergo hanc ualitudinē præcipue cura, deinde & illā secundam, quæ non magno tibi constabit, si uolueris bene ualere. Stulta est enim mihi Lucili, & minime conueniens literato uiro, occupatio exercendi lacertos, & dilatandi ceruicē, ac latera firmandi. Cum tibi feliciter sagina cesserit, & tori creuerint, nec vires unquā opimi bouis, nec pondus æquabis. Adijce nūc, quod maiore corporis sarcina animus* eliditur, & minus agilis est. Itaq; quantū potes, circumscribe corpus tuū, & animo locū laxa. Multa sequuntur incōmoda huic deditos curæ. Primū exercitationes, quarū labor spiritum exhaurit, & inhabilē intentioni ac studijs acrioribus reddit, Deinde copia ciborū, subtilitas animi impeditur. Accedūt pessimæ notæ mæcipia in magisteriū recepta, homines inter oleū & uinū occupati, quibus ad uotum dies est actus, si bene desudauerunt, si in locū eius quod effluxit, multū potionis alterius, ieiuno gutture ingesserunt. Bibere & sudare, uita cardiaci est. Sunt exercitationes & faciles & breues, quæ corpus et sine mora laxēt, & tēpori parcant, cuius præcipua ratio habenda est. Cursus, & cū aliquo pondere manus motæ, & saltus, uel ille qui corpus in altū leuat, uel ille qui in longū mittit, uel ille, ut ita dicā, saliaris, aut ut contumeliosius dicam, fullonius.* Quodlibet ex his elige, usu fit facile. Quicquid facies, cito redi à corpore ad animum, illum diebus ac noctibus exerce. Labore modico alitur ille. Hanc exercitationem, non frigus, non æstus impedit, nec senectus quidem. Id bonum cura, quod uetustate fit melius. Neq; ego te iubeo semper imminere libro, aut pugillaribus. Dandum est aliquod interuallum animo, ita tamen ut non resoluatur, sed remittatur. Gestatio & corpus concutit, & studio non officit, possis legere, possis dictare, possis loqui, possis au-

*Leditur,

*Quemlibet ex his elige, usu rudem facilem.

dire, quorum nihil nec ambulatio quidem uetat fieri. Ne
 tensionem uocis contempseris, quā ueto te per gradus, et
 tos modos attollere, deinde deprimere. Quod si uelis
 quemadmodū ambules discere, admittes istos, quos noui
 ficia docuit fames: erit qui gradus tuos temperet, et
 edentis obseruet, et intantum procedet, in quantum eius
 ciam patiētie lenitate produxeris. Quid ergo? à clamore
 tinus et à summa contentione uox tua incipiet? Vsq; ad
 turale est, paulatim incitari, ut litigātes quoq; à sermone
 piant, ad uociferationē transeant. Nemo statim Quiritū
 4 implorat. Ergo utcunq; tibi impetus animi suaserit, modo
 * uicinis: mentius fac* in ciues conuuium, modò lentius, prout uox
 aliās, utijs te hortabitur et latus, modesta. Cūm receperis illam ro
 risq; descendat, non decidat, moderatoris sui temperantiam
 habeat, nec indocto et rustico more desēuiat. Nō enim
 tur, ut exerceatur uox. sed ut exerceat. Detrahit tibi
 * munus gra fillum negotium mercedulae, * unus Græcus ad hæc bene
 tum: aliās, mi accedens. Ecce insigne præceptum. Stulti uita ingrata
 nus gratus pida est, tota in futurū fertur. Quis hæc, inquis, dicit? Iam
 5 supra. Quam tu nūc uitā dici existimas stultā? Babi
 nis? Non ita est, nostra dicitur, quos cæca cupiditas in
 ra, certe nunquā satiatura præcipitat, quibus siquid
 posset, fuisset, qui non cogitamus quā iucundū sit nihil
 re, quā magnificum sit plenum esse, nec ex fortuna per
 Subinde itaque Lucili quā multa sis consecutus, reco
 Cum aspexeris quot te antecedant, cogita quot sequantur
 uis gratus esse aduersus deos, et aduersus uitam tuam,
 quā multos antecesseris. Quid tibi cū cæteris? Te ipsū
 antecessisti, finem constitue, quem transire ne possis
 uelis, discedant aliquando ista insidiosa bona, et spera
 meliora quā affecutis. Si quid in illis esset solidi, aliquā

implere
 ciosi ap
 Quare
 tam: Q
 ram, inq
 pē ab u

E P
 Iosop
 paupe

Liqu
 Ltole
 tam per
 ta. Sed h
 tatione f
 dias, quā
 studio ro
 tas est. It
 tam long
 ueniant
 tiam, iam
 facias uo
 et uarie
 philosophi
 pulare at
 in rebus
 consuma
 fabricat,
 demonst
 tium diri
 accidunt
 petendur

implerent. Nunc haurientium sitim concitant, & inuitant speciosi apparatus, & quod futuri temporis incerta sors uoluit. Quare potius à fortuna impetrem, ut det, quàm à me, ne petam? Quare autem petam oblitus fragilitatis humanæ? Congeram, inquit, laborem? Ecce hic ultimus dies est, ut non sit, prope ab ultimo est. Vale.

EPIST. XVI. Qualiter ad bonam uitam ueniens in philosophiæ robore solidatur & qui quo ad naturam uiuit, nunquam pauper, qui quo ad opinionem nunquam diues erit.

Liquere tibi hoc scio Lucili, neminem posse beate uiuere, ne tolerabiliter quidem sine sapientiæ studio, & beatam uitam perfecta sapiëntia effici, cæterum tolerabilem etiã inchoata. Sed hoc quod liquet firmandum, & altius quotidiana meditatione figendum est. Plus operis est in eo ut proposita custodias, quàm ut honesta proponas. Perseuerandum est, & assiduo studio robur addendum, donec bona mens sit, quod bona uoluntas est. Itaque tibi apud me pluribus uerbis haud affirmatis, nec tam longis intelligo te multum profecisse. Quæ scribis unde ueniant scio, non sunt fictæ nec colorata. Dicam tamen sententiam, tam de te spem habeo, nondum fiduciam. Tu quoque idem facias uolo. Non est quod tibi cito & facile credas. Excute te, & uarie serutare, & obserua. Illud ante omnia uide, utrum in philosophia, an in ipsa uita profeceris. Non est philosophia populare artificium, nec ostentationi paratum. Non in uerbis, sed in rebus est. Nec in hoc adhibetur, ut cum aliqua oblectatione consumatur dies, ut dematur ocio nausea. Animum format & fabricat, uitam disponit, actiones regit, agenda & omittenda demonstrat, sed ad gubernaculum, & per ancipitia fluctuantium dirigit cursum, sine hac nemo securus est. Innumerabilia accidunt singulis horis, quæ consilium exigunt, quod ab hac petendum est. Dicet aliquis, Quid mihi prodest philosophia, si

fatum est: quid prodest, si Deus rector est: quid prodest, si
 sus imperat? Nam & mutari certa non possunt, & nihil pro-
 parari potest aduersus incerta, si aut consilium meū Deus u-
 cupauit, decreuitq; quid facerem, aut consilio meo nil fortis
 permittit. Quicquid est ex his Lucili, uel si omnia hæc sua
 philosophandum est, siue nos inexorabili lege fata cōstringit
 siue arbiter deus uniuersi cuncta disponit, siue casus res huma-
 nas sine ordine impellit & iactat, philosophia nos tueri debet.
 Hæc adhortabitur, ut deo libenter pareamus, ut fortuna cō-
 maciter resistamus, hæc docebit ut deū sequaris, feras casum.
 Sed non est nunc in hanc disputationē transeundū, quid sit
 ris nostri, si providentia in imperio est, aut si fatorū series in-
 gatos trahit, aut si repētina uis, aut subita dominatur. Illo ni-
 reuertor, ut te moneā & exhorter, ne patiaris animi tui in-
 petum delabi & refrigescere. Constitue illū & contine, ut
 bitus animi fiat quod est impetus. Iam ab initio, si bene te me-
 circūspicias quid hæc epistola munusculi attulerit: excute illū
 & inuenies. Non est quod mireris animū meū, adhuc de ali-
 no liberalis sum. Quare autem alienū dixi? quicquid bene
 etum est ab ullo, meū est. Sic quoq; quod ab Epicuro dictū
 Si ad naturam uiues, nūquā eris pauper, Si ad opiniones, non
 quam eris diues. Exiguū natura desiderat, opinio immensum.
 Congeratur in te quicquid multi locupletes possederūt, ab-
 priuatū pecuniæ modum fortuna te prouehat, auro tegat, pu-
 pura uestiat, & eo deliciarū opumq; perducatur, ut terrā mo-
 moribus abscondas, & non tantū habere tibi liceat, sed calce-
 diuitias. Accedant statuae & picturæ, & quicquid ars uilla
 xuriæ elaborauit, maiora cupere ab his discas. Naturæ alia de-
 deria finita sunt, ex falsa opinione nascentia, ubi desinant, non
 habent, nullus enim terminus falso est. Via eunti aliquid extra
 mum est, error immensus est. Retrahe ergo te à uanis, & cō-

toles scir-
 piditatem
 gressu, s
 esse. V

E P
 denti p

PROI
 tem n
 neris aut
 ris, sic ill
 aut paup
 uideris ut
 summā q
 autē non
 adiuet, q
 bis) opitu
 lam in co
 queris, &
 menda sit
 obstitere
 sicum ceo
 modo ex
 non pers
 tora, non
 transmari
 paucos ue
 quā imp
 tas conten
 go? quare
 diues imi
 pauperi si

uoles scire quod petis, utrum naturalem habeat, an cæcam cupiditatem, considera an possit alicubi consistere. Si longe progresso, semper aliquid longius restat, scito id naturale non esse. Vale.

EPIST. XVII. Quomodo ad philosophiam tendenti paupertas expediat.

Proiice omnia ista, si sapis, imò ut sapias, & ad bonam mentem magno cursu ac totis uiribus tende. Si quid est quo teneris aut expedi, aut incide. Moratur, inquis, me res familiaris, sic illam disponere uolo, ut *sufficere hoc agenti possit, ne aut paupertas mihi oneri sit, aut ego alicui. Cum hæc dicis, non uideris uim ac potentiam eius de quo cogitas boni nosse, & summam quidem rei peruides quantum philosophia proficit, partes autem nondum satis subtiliter dispicias, nec dum scis quantum ubique nos adiuet, quemadmodum & in maximis (ut Ciceronis utar uerbis) opituletur, & in minima descendat. Mihi crede, aduoca illam in consiliu, suadebit tibi, ne ad calculos sedecas. Nempe hoc queris, & hoc ista dilatione uis consequi, ne tibi paupertas timenda sit, Quid si appetenda est? Multis ad philosophandum obstiterit diuitie, paupertas expedita est, secunda est. Cum classis cecinit, scit non se peti, cum aliqua clamatio est, quomodo exeat, non quid efferat, querit. Aut si nauigandum est, non per strepunt portus, nec unius comitatu inquieta sunt littora, non circumstat illum turba seruorum, ad quos pascendos transmarinarum regionum est optanda fertilitas, facile est pascere paucos uentres, & bene institutos, & nihil aliud desiderantes, quam impleri. Paruo fames constat, magno fastidium, Paupertas contenta est desiderijs instantibus satis facere. Quam est ergo quare tu hanc recuses contubernalem, cuius mores sanus diues imitatur? Si uis uacare animo, aut pauper sis, oportet, aut pauperi similes. Non potest studium salutare fieri sine frugali-

*officere nihil agentis poss.

*alicubi clamatum est,

tatis cura, frugalitas autē paupertas uoluntaria est. Tolle itaq;
 istas excusationes, quantum sat est nondum habeo, si ad illam
 summā peruenero, tunc me totū philosophiæ dabo. Atqui ni-
 hil prius quā hoc parandū est, quod tu differs, & post cæte-
 ra paras. Ab hoc incipiendū est. Parare inquis, unde uiuam no-
 lo. Simul & parare discere. Siquid te uctat bene uiuere, bene mo-
 ri non uctet. Non est quod paupertas nos à philosophia reuo-
 cet, ne egestas quidem, toleranda est enim ad hoc properan-
 bus uel famens, quam tolerauere quidā in obsidionibus. Et quod
 aliud erat illius patientiæ præmiū, quā in arbitrium nō a-
 dere uictoris? quanto hoc maius est quo promittitur perpetua
 libertas, nullius nec hominis, nec Dei timor? Et quidē uel es-
 pectati ad ista ueniendū est. Perpepsi sunt exercitus inopiā omni-
 rerum, uixerunt herbarū radicibus, & dictu scēdam tulerunt
 famem. Hæc omnia passi sunt pro regno (quo magis mireris)
 alieno. Dubitabit aliquis ferre paupertatem, ut animum furo-
 ribus liberet? Non est ergo prius acquirendum. Licet ad phi-
 losophiā etiam sine uatico peruenire. Ita est, cum omnia habue-
 ris, tunc & sapientiā habere uoles. Hæc erit ultimum uita in-
 strumentum, & (ut ita dicam) additamētum. Tu uerò siue ali-
 quid habes, iam philosophare. Vnde enim scis, an iam nimis ha-
 beas? siue nihil, hoc prius quære, quā quicquā. At necessa-
 ria decrunt. Primum deesse non poterunt, quia natura mini-
 mum petit. Naturæ autem se sapiens accommodat. Sed si ne-
 cessitates ultime inciderint, iam dudum exiliet è uita, &
 molestus sibi esse desinet. Si uerò exiguum fuerit & angus-
 tum, quo possit uita produci, id boni consulet, nec ultra
 necessaria sollicitus aut anxius, uentri & scapulis suum re-
 det, & occupationes diuitum concursationesq; ad diuitia-
 euntium, securus lætusq; ridebit, ac dicet, quid in longum
 ipse te differs? expectabis ne fœnoris quæstum, aut ex* merce-

*merce

de compen-
 diues? Ref-
 uacuas, dea-
 es. Saccule-
 est. Poteran-
 sem. Reges
 tibi uale dic-
 tuum sum-
 sed mutatio-
 tus ipso anim-
 uitas grau-
 in ligneo le-
 ris, morbum
 mus ager in
 illum sequit-

E P
 debet,
 dica in

D Ecem
 xuria
 tanquam qu-
 rum agend-
 rasse, qui di-
 te hic haber-
 fastendum,
 an ne distid-
 conandum
 tu & tristi-
 storum dier-
 bus sanctus,
 nec per om-

de compendium, aut tabulas beati senis, cum fieri possis statim diues: Repræsentat opes sapientia, quas cuiusq; fecit superuacuas, dedit. Hæc ad alios pertinent, tu locupletibus propior es. Sacculum muta, nimis habes. Id est, omni sacco quod sat est. Poteram hoc loco epistolam claudere, nisi te male instituissem. Reges Parthos nõ potest quisquam salutare sine munere, tibi uale dicere non licet gratis. Quid istuc? ab Epicuro mutuum sumam. Multis parasse diuitias, non finis miseriarũ fuit, sed mutatio. Non hoc miror. Non est enim in rebus uitium, sed in ipso animo. Illud paupertatem nobis grauem fecerat, & diuitias graues fecit. Quæ admodum nihil differt, utrum ægrum in ligneo lecto, an in aureo collocces, quocunq; illum transtuleris, morbum suum secum transferet, sic nihil refert, utrum animus aeger in diuitijs, an in paupertate ponatur, malum suum, illum sequitur. Vale.

EPIST. XVIII. Quod sine luxuria dies festus agi debet, & de paupertate uitro petenda, & qualiter immo dica ira gignit infamiam.

Decembris est mensis, *quo maximè ciuitas desudat. Ius luxuriae publicè datum est, ingenti apparatu sonant omnia, tanquam quicquam inter Saturnalia *non interjit, & dies rerum agendarum. Adeò nihil interest, ut non uideatur mihi errasse, qui dixit, olim mensem decembrem fuisse, nunc annum. Si te hoc haberem, libenter tecum cõferrem, quid existimares esse faciendum, utrũ nihil ex quotidiana consuetudine mouendum, an ne dissidere uideremur cum publicis moribus, & hilarius conuendendum & exuendum togã. Nam quod fieri nisi in tumultu & tristi tẽpore ciuitatis non solebat, uoluptatis causa ac festorum dierũ uestem mutauiamus. Si te bene noui, arbitri partibus functus, nec per oia nos similes esse pileatæ turbæ uoluisses, nec per omnia dissimiles: nisi forte his maxime diebus animo

*quum

*nunc

imperandum est, ut tunc uoluptatibus solus abstineat, cū in
 omnis turba procubuit. Certissimū argumētum firmitatis
 capit, si ad blanda & in luxuriam trahentia, nec it, nec ad
 citur. Hoc multo fortius est ebrio ac uomitante populo, sic
 ac sobrium esse. Illud temperantius non excerpere se, nec
 gniri, nec misceri omnibus, & eadem, sed non eodem modo
 cere. Licet enim sine luxuria agere festum diem. Ceterū
 mihi placet tentare animi tui firmitatē, ut ex præcepto me
 rum uirorum tibi quoq; præcipiam. Interponas aliquot die
 quibus contentus minimo ac uilissimo cibo, dura atque hor
 ueste, dicas tibi, hoc est quod timebatur. In ipsa securitate
 mus ad difficilia se præparet, & contra iniurias fortune
 beneficia firmetur. Miles in media pace decurrit sine ullo
 uallum iacit, & superuacuo labore lassatur, ut sufficere
 sario possit. Quē in ipsa re trepidare nolueris, ante rem ex
 ceas. Hoc secuti sunt, qui omnibus mensibus paupertatē im
 propē ad inopiam accesserunt, ne unquam expauescerent, qu
 sepe didicissent. Non est nunc quod existimes me dicere, ut
 admoueas ad cœnas et pauperum cellas, & quicquid aliud
 per quod luxuria diuitiarū tædio ludit. Grabatus ille* serm
 & sagum & panis durus ac sordidus. Hoc triduo, & quatuor
 duo ser, interdū pluribus diebus, ut nō lusus sit, sed experiri
 tum. Tunc mihi crede Lucili exultabis, * dispondio satur
 intelliges ad saturitatem non opus esse fortuna, hoc enim qu
 necessitati sat est, debet etiā irata, Non est tamen quare tu
 tum tibi facere uidearis, facies enim quod multa milia ser
 rum, multa milia pauperū faciunt. Illo nomine te suspice
 facies non coactus. Tam facile erit tibi illud pati semper, qu
 aliquando experiri. Exerceamur ad paululum, & ne imper
 tos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Sec
 rius diuites erimus, si scierimus, quā non sit graue paupertas

*uerus

*dipondio

esse. Certi
 quibus ma
 ex plena e
 gnū, quod
 lis ait, qua
 dem gloria
 profecerit
 ptas est. V
 ficienda, se
 & polenta
 posse caper
 eripere nu
 carceris, se
 occisurus e
 sponte desc
 dum sit, ho
 cili, sequi h
 secedas à t
 paupertate

Aua
 Fimo

Nemo ali
 rum posse
 trepide po
 illis beate
 per aspe
 inquis, red
 numeratio
 cesse est sc
 hic exarde
 nō minus
 quā mag

esse. Certos habebat dies ille magister uoluptatis Epicurus, quibus maligne famem extingueret, uisurus an aliquid deesset ex plena et cōsummata uoluptate, uel quantū deesset, et an dignū, quod quis magno labore pensaret: hoc certe in his epistolis ait, quas scripsit Carino, de magistratu ad Polyænū. Et quidem gloriatur, nō toto asse pasci Metrodorū, qui nondū tantū profecerit. Toto in hoc tu uictu saturitatē putas esse? Et uoluptas est. Voluptas autē non illa leuis & fugax, & subinde reficienda, sed stabilis & certa. Non enim *iucunda res est aqua & polenta, aut frustū hor deacci panis, sed summa uoluptas est, posse capere etiā ex his uoluptatē, & ad id se reduxisse, quod eripere nulla fortunæ iniquitas possit. Liberiora sunt alimenta carceris, sepositos ad capitale supplicium, non tam anguste qui occisurus est, pascit. Quanta est animi magnitudo, ad id sua sponte descendere, quod nec ad extrema quidē decretis, timendum sit, hoc est preoccupare tela fortunæ. Incipe ergo mi Lucili, sequi horum consuetudinē, & aliquos dies destina, quibus secedas à tuis rebus, minimoq; te facias familiarem. Incipe cum paupertate habere commercium.

Aude hospes contemnere opes, & te quoq; dignum,

Finge deo.

Nemo alius est Deo dignus, quàm qui opes cnotempfit, quarum possessione tibi non interdico, sed efficere uolo, ut illas intrepide possideas: quod uno consequeris modo, si te etiam sine illis beate uicturū persuaseris tibi, si illas tanquā exituras semper aspexeris. Sed iam incipiamus epistolam cōplicare. Prius, inquis, redde quod debes. Delegabo te ad Epicurū, ab illo fiet numeratio. Immodica ira gignit insaniam. Hoc quā uerū sit, necesse est scias, cum habueris seruū te inimicum. In oēs personas hic exardescit affectus, tam ex amore nascitur, quàm ex odio, nō minus inter seria, quàm inter lusus & iocos. Nec interest ex quā magna causa nascatur, sed in qualem perueniat animum.

*horrida

Sic ignis non refert quàm magnus, sed quò incidat. Nam et
 maximū solida non receperunt, rurſus arida & corripit
 ſcintillam quoq; ſouent uſq; in incendium. Ita eſt mihi Lucili
 gentis iræ exitus, furor eſt: & ideo ira uitanda eſt, non mo-
 rationis cauſa, ſed ſanitatis. Vale.

EPISTOLA XIX. De ſeceſſu in otium, & de per-
 plexitate concatenantium, ſeu cupiditate uitanda, & de
 cœna cum amico habenda.

EXulto quotiès epistolâ tuas accipio, implent enim me
 na ſpe, iam nō promittunt de te, ſed ſpondent. Ita ſic
 atq; obſecro, quid enim habeo melius, quod amicū rogem,
 quod pro ipſo rogaturus ſum? Si potes, ſubduc te iſtis occupa-
 tionibus, ſi minus, eripe. Satis multū temporis ſparſimus,
 pianus in ſenectute uafa colligere. Nunquid inuidioſum eſt
 freto uiximus, moriamur in portu. Neq; ego ſuaſerim tibi
 mē ex otio petere, quod nec iactare debes, nec abſcōdere. Non
 enim uſq; eo te abigā generis humani furore damnato, ut
 brā tibi aliquā parari, & obliuionē uelim. Id age, ut otium
 nō emineat, ſed appareat. Deinde uidebūt de iſto quibus
 ſunt et propria cōſilia, an uelint uitā per obſcurū tranſmittere
 tibi liberū nō eſt. In mediū te protulit ingenij uigor, ſcriptura
 elegantia, claræ & nobiles amicitiæ. Tāta notitia te inu-
 licet in extrema mergaris, ac penitus cōdaris, tamen prius
 monſtrabūt, tenebras habere nō potes. Sequetur priſtina
 multū, quocūq; ſugeris, Quietē potes uēdicare, ſine ullius
 ſine deſiderio, aut morſu animi tui. Quid enim relin-
 inuitus relictū à te poſſis cogitare? clientes? quorū nemo
 ſequitur, ſed aliquid ex te. Amicos? olim amicitia petebat
 nunc præda. Mutabunt teſt. anēta deſtituti ſenes? miſerabi-
 aliud limen ſalutator? non poteſt paruo res magna conſtar-
 Aestima utram te relinquere, an aliquid ex tuis malis.

tibi senescere contigisset intra natalium tuorum modum, nec te in
 altum fortuna misisset. Tulit te longe à conspectu uitæ salubris
 rapida felicitas, prouincia & procuratio, & quicquid ab istis
 promittitur. Maiora deinde officia te excipient, et ex alijs alia.
 Quis exitus erit? quid expectas donec desinas habere quod cu-
 pias? Nunquã erit tempus desinendi. Qualem dicimus esse se-
 rium casuarum, ex quibus nectitur fatum, talem dicimus esse cu-
 piditatum. Altera ex fine alterius nascitur. In eam demissus es
 uitam, quæ nunquã tibi miseriarum terminum, ac seruitutis ipsa
 factura sit. Subduc ceruicem iugo, semel illam incidi, quàm sem-
 per premi satius est. Si te ad priuata retuleris, minora erunt oia,
 sed affatim implebunt. At nunc plurima & undiq; ingesta non
 satiant. Vtrum autem mauis ex inopia saturitatẽ, an in copia sa-
 tiari mem? Et auida felicitas est & alienæ auiditati exposita. Quam-
 diu tibi satis nihil fuerit ipse alijs non eris. Quomodo, inquis,
 exibo? ut quicquid. Cogita quàm multa temere pro pecunia, quàm
 multa laboriose pro honore tentaueris. Aliquid & pro otio
 audendum est, aut in ista sollicitudine procurationum, et deinde
 barbarorum officiorum senescendum in tumultu, ac semper nouis
 fluctibus, quos effugere nulla modestia, nulla uitæ quiete cõtin-
 get. Quid enim ad rem pertinet, an tu quiescere uelis? fortuna tua
 non uult. Quid si illi etiã nunc permiseris crescere? quãtum ad
 accessum accesserit, *accedet, et metus. Volo tibi hoc loco re-
 ferre dictum Meccœnatis. Vera in ipso eculo docuit. Ipsa enim al-
 titudo attonat summa. Si quæris, in quo libro dixerit, in eo qui
 Prometheus inscribitur, hoc uoluit dicere, attonita habet sum-
 ma. Est ergo tanti ulla potentia, ut sit tibi tam cbruius sermo?
 Ingeniosus uir ille fuit, magnum exemplum Romanæ eloquen-
 tiæ daturus, nisi illum eneuasset felicitas, imò castrasset. Hic
 te exitus manet, nisi iam contrahas uela, nisi (quod ille sero uo-
 luit) terram leges. Poteram tecum & hac Meccœnatis sententia
 parem

*accedet ad
 me tus

parem facere rationem, sed mouebis mihi controuersiam
 9 noui, nec uoles quod debeo in Aspero & Probo accipere,
 se res habet, ab Epicuro uersura facienda est. Ante, inquit,
 cunspiciendum est, cum quibus edas & bibas, quàm quid
 & bibas. Nam sine amico uisceratio, leonis ac lupi ulti est.
 non continget tibi, nisi secesseris, alioquin habebis conuiuios
 quos ex turba salutantium nomenclator digesserit. Errat
 tem qui amicum in atrio quærit, in conuiuio probat. Nil
 habet maius malum occupatus homo, & bonis suis obsequens
 quàm quod amicos sibi putat, quibus ipse non est, quod beneficia
 sua efficacit iudicat, ad conciliandos * amicos, cum
 dam, quo plus debent, magis oderint. Leue æs alienum de
 rem facit, graue inimicum. Quid ergo? Beneficia non per
 amicitias? Parant, si accepturos licuit eligere, si collocati,
 sparsa sunt. Itaq; dum incipis esse mentis tue, interim hoc
 filio sapientum utere, ut magis ad rem existimes pertinere
 quis, quàm quid acceperit. Vale.

*animos.

ANNOT. IN LIB. II.
 EPIST. XIII.

1 Hinc & illinc, apparauerint: alii aliud habebant, legendum
 paruerint, ut opponatur illi, propius accesserint, Apparent &
 procul absint.

2 Hæc eius probatio obstrusa est. In aliis aliud erat æquè de
 uatum. Vetustus codex habebat, Hæc eius obrussa est, Obrussatio
 quis interpretatus est, probatio, & hanc uocem infulerunt in
 textum. Obryzum autem aurum dicitur probatum. Fortè scripserunt
 erat, obrussatio, pro probatio. Cuius linguæ uox sit obryzum, au
 gitur.

EPISTOLA XIII.

3 Alter uincere potest, &c. Hic locus mire uariabat in exem
 ribus. Vetustus codex habebat, Alter uincat, potest melior uincat
 non potest non peior esse qui uicerit. Alius, Potest melior uincat

non potest
 Alter uincat
 interprete
 lior qui ui
 quum an
 lior non p

4 Pro
 id larus mo
 scriptum, p
 rata, nisi m
 mentioner
 pturam.

5 Habe
 intelligas
 certam e
 Scholium
 ribus, nota

6 Cæte
 quilibet, se
 ra, cæterur
 fenserit, à f
 est imperfo

7 Itaq;
 men longi
 men, habet
 bi apud m

8 Nō e
 Sic prior a
 expugnas
 Item pro g
 dum, ut co

9 In af
 rû & Prob
 & probat
 in materia
 recens asp
 fultorium,

non potest peior esse qui uicerit. Vetus lectio mihi magis arridet. Alter uincere potest, melior non potest: reliqua uidentur adiecta ab interprete. Nempe hæc. Non potest esse peior qui uictus fuerit, melior qui uicerit. In hoc est argutia sententiæ, Non refert uter uincat, quum ambo sint æque mali, Alter uincere potest, quia duo sunt, melior non potest, quia neuter uir bonus.

EPIST. XV.

4 Pro ut uox quoque te hortabitur in id ualebit. In alijs erat, in id latus modesta. In alijs, aliud. Nihil horum placet. Coniicio fuisse scriptum, pro ut uox quoque te hortabitur & latus, modesta, siue moderata, nisi mauis, molesta. Imperitus quispiam qui suspicatus est lateris mentionem absurde fieri, ubi de pronunciando agitur, corruptit scripturam.

5 Habe & Ixionis. Vide num legendum sit. Babys & Ixionis, ut intelligas Babym Marsiæ fratrem, qui ipsum Apollinem ad canendi certamen uocauit, & Ixionem qui nubem pro Iunone cõstruprauit. Scholium indicauit, Babam & Ixionem, fuisse duos Senecæ temporibus, nota fatuitatis homines, cui quantum tribuendum sit nescio.

EPIST. XVI.

6 Cæterum tolerabilem, etiam inchoata. Hunc locum non scriba quilibet, sed eruditulus aliquis deprauarat. Sic enim mutarat scripturam, cæterum nec tolerabilem, sine ipsa etiam inchoari. quum Seneca senserit, a sapientia perfecta præstari beatam uitam, ab inchoata, hoc est imperfecta, tolerabilem.

7 Itaque tibi quod apud me pluribus uerbis haud affirmatis, nec tam longis intelligo te multum profecisse, Quidam codices pro tam, habebant tã, pro haud, aut, Videtur aliquot uoces deesse. Itaque tibi apud me pluribus uerbis opus non est, aut affirmatis, aut tã longis.

EPIST. XVII.

8 Nõ est nunc quod existimes me dicere te, admoueas cœnas, &c. Sic prior æditio. Alius, me dicere admoneas, Alius ut te moneam: Si expugnas te, & reponas, ut tolerabilis erit sensus, ut admoueas, &c. Item pro grabatus ferus quidam habebant, uerus, forte ferus legendum, ut commendet uigiliam.

EPIST. XIX.

9 In aspero & probo accipere. Considera lector utrũ malis Asperum & Probum gramaticos accipere, an addere uoculã, nisi in aspero & probo, ut sit allusio ad monetã, Nummus probus est, qui nõ peccat in materia: asper quum nondum est detritus usu, siquidem moneta recens asperitatem habet. Videntur esse uerba forensia, siue iureconsultorum, nec uoles quod debeo, nisi in aspero & probo accipere.

LVCII ANNAE
SENECAE EPISTOLARVM AD
LVCILIVM LIB. III.

EPISTOLA XX. De concordia doctrinae cum uita, & de
qualitate uitanda, & de paupertatis beneficio, & quod
magnus est, qui in diuitiis pauper est, sed
securior qui caret eis.



SIVALES & te dignū putas, qui ad
do fias tuus, gaudeo. Mea enim gloria
si te isthinc ubi sine spe excundi fluctibus
extraxero. Illud autē mi Lucili te rogo
hortor, ut philosophiam in praeconcordia
demittas, & experimentū tui profectus capias, nō oratione
scripto, sed animi firmitate, & cupiditatū diminutione, in
rebus proba. Aliud propositū est declamantibus & assen-
nem coronae captantibus, aliud his qui iuuenum & occidit
aures disputatione uaria, aut uolubili detinent. Facere de
philosophia, non dicere, & hoc exigit, ut ad legem suam
uiuat, ne orationi uita dissentiat, ut ipsa inter se uita unius
omnium actionū dissensione, coloris sit. Maximum hoc est
officium sapientiae & iudicium, ut uerbis opera cōcordeat,
ipse ubiq; par sibi idemq; sit. Quis hoc praestabit? Pauci, dico
tamen. Est difficile hoc, nec dico sapientē semper uno itinere
du, sed una uia. Obserua itaq; nunquid uestis tua domūq;
sentiant, Nunquid in te liberalis sis, in tuos sordidus? Nunquid
coenes frugaliter, & edifices luxuriose. Vnā semel ad quā
regulā prende, & ad hanc omnē uitam tuā ex aequa. Quia
se domū contrahunt, dilatant, foris & extendunt. Vitii est
diuersitas, & signum uacillantis animi, ac nondum habentis
norem suum, Etiamnū dicam unde sit ista incōstantia, & de
similitudine

similitudine
nec si pro
sed redit
relinqu
humane
tis? Semp
non adije
placere,
momento
Variatur
risq; agiti
se perduc
solus intel
ista cū a t
tuo nō po
retinebit,
autē uel o
ris ostena
tuum men
hoc opta,
metipso,
propior?
ut libent
quod stati
dependet
grabato u
sed proba
noster cū
bantē, non
diuitias in
animi est,

similitudo rerū consiliorumq;. Nemo proponit sibi quid uelit,
 nec si proposuit, perseverat in eo, sed transiit, nec tantū mutat
 sed redit, & in ea quæ deseruit ac dānauit, reuoluitur. Itaq; ut
 relinquam definitiones sapiētiae ueteres & totum complectar
 humanæ uitæ modū, hoc possum cōtentus esse. Quid est sapiēt-
 ias? Sæper iac̄ uelle atq; idem nolle. Licet illā exceptiunculā
 non adiciā, ut rectū sit quod uelis, nō potest cuiquā semper idē
 placere, nisi rectū. Nesciunt ergo homines quid uelint, nisi illo
 momento, quo uolūt. In totū nulli uelle aut nolle decretum est.
 Variatur quotidie iudiciū, & in contrarium ueritur, atq; ple-
 risq; agitur uita per lulum. Preme ergo quod cœpisti, & fortas-
 se perducis, aut ad summū, aut eò quod summū nondum esse
 solus intelligas. Quid fiet, inquis, huic turbæ familiarū? Turba
 ista cū à te pasci desierit ipsa se pascet, aut quod tu beneficio
 tuo nō potes scire, paupertatis scies. Illa ueros certosq; amicos
 retinebit, discedit quisquis non te, sed aliud sequebatur. Non est
 autē uel ob hoc unum amanda paupertas, quod à quibus ame-
 ris ostendet? O quando ille ueniet dies, quo nemo in honorem
 tuum mentiatur. Huc ergo cogitationes tuæ tēdant, hoc cura,
 hoc opta, omnia alia uota Deo remissurus, ut contentus sis te-
 metipso, & ex te nascentibus bonis. Quæ potest esse felicitas
 propior? Redige te ad parua, ex quibus cadere nō possis, idq;
 ut libentius facias, ad hoc pertinebit tributum epistolæ huius,
 quod statim conferā. Inuideas licet, etiā nunc libenter pro me
 dependet Epicurus. Magnificētior (mibi crede) sermo tuus in
 grabato uidebitur & in panno, non enim dicentur tantū illa,
 sed probabuntur. Ego certē aliter audio quæ dicit Demetrius
 noster cū illum uidi nudū, quāto minus quā in stramētis incu-
 bantē, non præceptor ueri, sed testis est. Quid ergo? Non licet
 diuitias in sinu positas contēnere? quid ni liceat? Et ille ingentis
 animi est, qui illas circūsusas sibi multum diuq; miratus, quod
 ad

* Nec scio,
inquit Epi-
curus si iste
pauper.

ad se uenerint, ridet, suasq; audit magis esse quam sentit. Ma-
tium est nō corrūpi diuitiarū cōtubernio. Magnus est ille, qui
diuitijs pauper est, sed securior, qui caret diuitijs. Nescio,
quis, quomodo iste paupertatem laturus est, si in illam inci-
rit. * Nec scio ego Epicuri angelus, si pauper iste contemp-
ritus sit diuitias, si in illas inciderit. Itaq; in utroq; mens aequa
da est, inspiciendumq; an ille paupertati indulgeat, an hic
diuitijs non indulgeat. Alioquin leue argumentum est bonae
luntatis grabatus, aut pannus, nisi apparuit aliquem ille
necessitate pati sed malle. Cæterum magnæ indolis est, ad
non properare tanquam ad meliora, sed preparare tanquam
ad facilia. Et sunt Lucili facilia, cum uerò multo ante medi-
tus accesseris, iucunda quoq;. Inest enim illis, sine qua nihil
iucundum, securitas. Necessarium ergo iudico id, quod
scripsi magnos uiros sæpe fecisse, aliquos dies interponere,
quibus nos imaginaria paupertate exerceamus ad uerā, quo
eo magis faciendum est, quo delitijs permaduimus, & con-
dura ac difficilia iudicamus. Potius excitādos somno, & uel
cādus est animus admonēdusq; naturā nobis minimū cōstitū-
se. Nemo nascitur diues, quisquis exit in lucē, iussus est Lucē
panno esse cōtentus. Ab his inuitijs nos regna nō capiūt. Va-

EPISTOLA XXI. Quod tendentem ad philosophiam
impedit mundanæ felicitatis falsa æstimatio. Et quod
studiosum ingenium facit aliquem clarum. Et in omni
habere cupimus, cupiditatibus detrahendum est.

Cum istis negotium tibi esse iudicas, de quibus scripsisti
Maximum negotium tecum habes, tu tibi molestum
Quid uelis nescis, melius probas honesta, quā sequeris. Vnde
ubi sit posita felicitas, sed ad illam peruenire non audes. Quod
sit autē quod te impediāt, quia parū ipse dispicias dicā. Magna
hæc esse existimas, quæ relicturus es, & cum proposuisti

illam sectam
à qua reu-
surum. E-
terest in
ac suā, ill-
fulgore e-
umbram
est. Studi-
referam,
delem sta-
strum, &
te episto-
pter que
nosset ni-
stans &
tebatur,
nis episto-
Tyberiu-
gna nomi-
supra no-
& in idē
diu uind-
hoc tibi p-
mecū diu-
morian a-
mea carn-
euo, Dur-
imperium
tuna pro-
rant, hor-
runt, post

illam securitatem, ad quam transiturus es, retinet te huius uitæ,
 à qua recessurus es, fulgor, tanquam in sordida & obscura ca-
 surum. Erras Lucili, ex hac uita ad illā ascenditur. Quod in-
 terest inter splendore & lucē, cum hæc certā originē habeat,
 ac suā, ille niteat alieno, hoc inter hanc uitā & illam. Hæc quia
 fulgore extrinsecus ueniente percussa est, crassam illi statim
 umbram faciet quisquis obstiterit, illa uerò suo lumine illustris
 est. Studia te tua clarū & nobilē efficient. Exemplum Epicuri
 referam, cū Idomeneo scriberet, et illum à uita speciosa, ad fi-
 delem stabilemque gloriā reuocaret, rigide tunc potentie mini-
 strum, & magna tractantē. Si gloria, inquit, tangeris, notiorē
 te epistolæ meæ facient, quàm omnia ista quæ colis, & pro-
 pter quæ coleris. Nunquid ergo mentitus est? Quis Idomeneo
 nosset nisi Epicurus illū suis literis incidisset? Oēs illos megi-
 stanas & satrapas, & regē ipsum, ex quo Idomenei titulus pe-
 tebatur, obliuio alta suppressit. Nomen Attici perire Cicero-
 nis epistolæ non sinunt, nihil illi profuisset gener Agrippa, &
 Tyberius progener, & Drusus Cæsar pronepos, inter tā ma-
 gna nomina taceretur, nisi Cicero illū applicuisset. Profunda
 supra nos altitudo tēporis ueniet, pauca ingenia caput exerēt,
 & in idē quandoque silentiū obitura obliuioni resistent, ac se-
 diu uindicabūt. Quod Epicurus amico suo potuit promittere,
 hoc tibi promitto Lucili. Habeo apud posteros gratiā, possum
 mecum duratura nomina educere. Vergilius noster duobus me-
 moriam eternā promisit, & præstat. Fortunati ambo siquid
 mea carmina possunt, Nulla dies unquam memori uos eximet
 euo, Dum domus Aenææ capitolii immobile saxum Accolet,
 imperiumque pater Romanus habebit. Quoscumque in mediū for-
 tuna protulit, quicumque membra ac partes alienæ potentie fue-
 rant, horū gratia uiguit, domus frequētata est, dum ipsi stete-
 runt, post ipsos cito memoria defecit. Ingeniorū crescit digna-

*uia

*indidisset:
aliās, indicas
set?

*magistranas.

tio, nec ipsis tantum honor habetur, sed quicquid illorum memoriae adhaesit, excipitur. Ne gratis Idomeneus in epistola mea uenerit, ipse eam de suo redimet. Ad hunc Epicurus illam nobilē sententiā scripsit, qua hortatur, ut Pythoclea locupletē non publica, nec ancipiti uia faciat. Si uis, inquit, Pythoclea diuites facere, non pecuniā adiiciendum, sed cupiditatibus detrahendum est. Et apertior ista sententia est, quā ut interpretari sit, & disertior quā ut adiuuanda. Hoc unum te admonet, ne istud tantum existimes de diuitijs dictū, quocunq; transferis, idem poterit. Si uis Pythoclea honestum facere, non bonoribus adiiciendum est, sed cupiditatibus detrahendū. Si uis Pythoclea esse in perpetua uoluptate, non uoluptatibus adiiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum. Si uis Pythoclea senem facere, & implere uitam, non annis adiiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum est. Has uoces non est quae Epicuri esse iudices, publicae sunt. Quod fieri in senatu solebat, faciendū ego in philosophia quoq; existimo. Cum censuit aliquis, quod ex parte mihi placeat, iubeo illū diuidere sententiā, & sequor. Pro eo libentius Epicuri egregia dicta cōmemoro, ut isti qui ad illa confugient, spe mala inducti, qui uelamentum ipsos suorū uitiorū habituros existimant, probent, quocumq; uerba uiderint honeste esse uiuendū. Cū adierint hos hortulos, & adierint inscriptū hortulis, Hospes hic bene manebis, hic sanum bonum uoluptas est, paratus erit istius domicilij cultus, hospitalis, humanus, & te polēta excipiet, & aquā quoq; laetēge administrabit, & dicet: Ecquid bene acceptus es? Nō iritant hi hortuli famem, sed extinguunt: nec maiore ipsis potibus sitim faciunt, sed naturali & gratuito remedio sedant. In hac uoluptate consenui. De his tecum desiderijs loquor, quae consolationē non recipiunt, quibus dandum est aliquid ut desistant. Nam de illis extraordinarijs quae licet differre, licet

figit

figare e
ptas nat
pendis u
pellat.
modo da

EPIC
da sunt
& quos

I Am im
Ictosis e
dam non
epistolas
Vetus pro
Aliquid a
clinatio co
teat in un
non tantu
quando fr
suadebit, c
sentis, se
Itaq; hanc
tu, totis u
sententiam
ti excund
male impl
alia solu
est, ut mali
primum e
descendist
quod ad ul
rebit te no

ffigare & opprimere, hoc unum commonefaciam, ista uoluptas naturalis est, non necessaria, huic nihil debes. Si quid impendis uoluntarium est. Venter præcepta non audit, poscit, appellat. Non est tamen molestus creditor, paruo dimittitur, si modo das illi quod debes, non quod potes. Valc.

EPIST. XXII. Quod occupationes consilio relinquendæ sunt, non præcipitanter fugiendæ, & de uaria quiete locorū, & quod homines priores moriuntur quàm nascantur.

Am intelligis educendū esse te, ex istis occupationibus speciosis et malis, sed quomodo id cōsequi possis quaeris. Quædam non nisi à præsentē monstrantur. Non potest medicus per epistolas cibi aut balnei tempus eligere, uena * tangenda est. *tentanda
 Vetus prouerbiū est, Gladiatorem in arena capere consilium. Aliquid aduersarij uultus, aliquid manus mota, aliquid ipsa inclinatio corporis intuentem monet. Quid fieri soleat, quid oporteat in uniuersum, & mandari potest & scribi. Tale consiliū non tantum absentibus, sed etiam posteris datur. Illud autem quando fieri debeat, aut quemadmodum, ex longinquo nemo sua debet, cum rebus ipsis deliberandum est. Non tantum præsentis, sed uigilantis est occasionem obseruare properantem. Itaq; hanc circumspice, hanc si uideris, prende, & toto impetu, totis uiribus id age, ut te istis officijs exuas. Et quidem quā sententiam feram, attende. Censeo aut ex ista uita tibi, aut e uitæ exeundum. Sed illud idem existimo, leni eundū uia, ut quod male implicuisti, soluas potius quàm abrumpas, dummodo si alia soluendi ratio non erit, uel abrumpas. Nemo tam timidus est, ut malit semper pendere, quàm semel cadere. Interim, quod primum est, impedire te noli, contentus esto negotijs, in quæ descendisti, uel, quod uideri potest maius, incidisti. Non est quod ad ulteriora nitaris, aut perdas excusationem, & apparbit te non incidisse. Ista enim quæ dici solent, falsa sunt, Non

potui aliter. Quid si nollem? necesse erat. Nulli necesse est
 citatem cursu sequi, est aliquid, etiam si non repugnare
 stare, nec instare fortuna ferenti. Nūquid offenderis, si in
 filium non uenio tantum, sed aduoco? Equidem prudentior
 quam ipse sum, solco deferre, si quid delibero. Epicuri epis-
 lam ad hanc rem pertinentem legi, Idomeneo quæ scribitur
 quem rogat, ut quantum potest fugiat & properet, antequam
 aliqua uis maior interueniat, & auferat libertatem recedat.
 Idem tamen subiicit, nihil esse tentandum, nisi cum apte po-
 rit, tempestiueq; tentari. Sed cum illud tempus diu captatum
 nerit, exiliendum ait. Dormitare de fuga cogitantem uentus
 sperat etiam ex difficillimis salutarem exitum, si nec prop-
 remus ante tempus, nec cessemus in tempore. Puto nunc
 Stoicam sententiam queris, non est quod quisquam illos ap-
 te temeritatis infamet, cautiore quam fortiores sunt. Expectas
 forsitan, ut tibi hæc dicantur? Turpe est cedere oneri, luctum
 cum officio, quod semel recepisti. Non est uir fortis &
 nuus, qui laborem fugit, uerum ubi crescit illi animus ipsa
 rum difficultate, dicitur tibi ista, si opera pretiū habebit pe-
 seuerantia, si nihil indignū bono utro faciendum patiendum
 erit, alioquin sordido se & contumelioso labore non contentus
 nec in negotijs erit negotij causa. Ne illud quidem quod ex-
 stimas eum facturum faciet, ut ambitiosis rebus implicatus,
 rum semper æstus ferat. Sed cum uiderit grauia, in qua
 uoluntatur, incerta, ancipitia, referet pedem, nec uertet terga
 sed sensim recedet in tutum. Facile est autem mihi Lacili occu-
 pationes euadere, si occupationum premia contempseris. Quæ
 sunt quæ nos morantur & detinent. Quid ergo? Tam magis
 spes relinquam? Ab ipsa messe discedam? Nudum erit
 Incomitata lectica? Atrium uacuum? Ab his ergo inuiti
 mines recedunt, & mercedem miseriarum amant, ipsas ex-

erantur.
 si uerum
 Excute ij
 loquantur
 riam esse
 loquantur
 tenent. Se
 placuit, in
 tua sollicit
 Stoicorum
 derati, &
 giuersari
 magna pe
 mo cum s
 dijs, sed n
 benigno n
 sati, quo
 sunt. iam
 solenni ad
 cem secur
 an eloque
 cinas ad
 uerit. Q
 inuenies
 quicquam
 hil me m
 sensibus
 est, exit
 Nostrum
 debet, &
 sine timo

erantur. Sic de ambitione, quomodo de amica quaeruntur. Et si uerum affectum eorum inspicias, non oderunt, sed luigant. Excute istos qui quae cupiere deplorant, & de earum rerum loquuntur fuga, quibus carere non possunt. Videbis uoluntariam esse illis in eo moram, quod aegre ferre ipsos & misere, loquuntur. Ista est mi Lucili, paucos seruitus, plures seruitutem tenent. Sed deponere illam in animo est, & libertas bona fide placuit, in hoc autem unum aduocationem petis, ut sine perpetua sollicitudine id tibi facere contingat, quid ni te tota cohors Stoicorum probatura sit? Omnes Zenones & Chrysippi moderata, & honesta, & uera suadebunt. Sed si propter hoc tergiversaris, ut circumspicias, quantum feras tecum, & quam magna pecunia instruas otium, nunquam exitum inuenies. Nemo cum sarcinis enatat. Emerge ad meliorem uitam propitijs dijs, sed non sic, quo modo istis propitij sunt, quibus bono ac benigno uultu mala magnifica tribuerunt, ad hoc unum excusati, quod ista quae urunt, quae excruciant, optantibus data sunt. Iam imprimendam epistolae signum resoluenda est, ut cum solenni ad te munusculo ueniat, & aliquam magnificam uocem secum ferat, & ecce occurrit mihi nescio utrum uerior, an eloquentior, cuius inquit? Epicuri. Adhuc enim alienas sarcinas adorno. Nemo non ita exit e uita tanquam modo intrauerit. Quemcunque uis occupa, adolescentem, senem, medium, inuenies, aequae timidum mortis, aequae inscium uitae, nemo quicquam habet facti. In futurum enim nostra distulimus. Nihil me magis in ista uoce delectat, quam quod exprobratur semibus infantia. Nemo, inquit, aliter, quam quomodo natus est, exit e uita. Falsum est, peiores morimur quam nascimur? Nostrium istud non naturae uitium est. Illa de nobis conqueri debet, & dicere, quid hoc est? Sine cupiditatibus uos genui, sine timoribus, sine superstitione, sine perfidia, caeterisque;

pestibus, quales intrastis, tales exite. Percepit sapiētiam, si
tam securus moritur, quàm nascitur. Nunc uerò trepidamus,
periculum accessit, non animus nobis, nō color constat, lachry
mæ nihil profuturæ cadunt. Quid est turpius, quàm in ipso
mine securitatis esse sollicitum? Causa autem hæc est, quod in
nes omnium bonorū sumus, quorū in fine uitæ desiderio labo
ramus. Nō enim apud nos pars eius ulla subsedit, transmissa est
& effluxit. Nemo quàm bene uiuat, sed quandiu curat, cum
bus possit contingere, ut bene uiuant, ut diu nulli. Vale.

EPIST. XXIII. De solido & inani gaudio, &
de malo uitæ principio.

Pvtas me tibi scripturum, quàm humane nobiscū hys em
rit, quæ et remissa fuit, & breuis, quàm malignum uerū
quàm præposterū frigus, et alias ineptias uerba querentium.
Ego uero aliquid quod et mihi & tibi prodesse possit, scribam.
Quid autē id erit, nisi ut te exhorter ad bonam metem? Hanc
fundamentū quod sit, queris, ne gaudeas uanis. Fundamentum
hoc esse dixi, etiam culmen est. Ad summa peruenit, qui scit qui
gaudeat, qui felicitatē suam in aliena potestate non posuit. Soli
citus est, & incertus sui, quæ spes aliqua proritat, licet ad metem
sit, licet non ex difficili petatur, licet illum nunquā sperata de
ceperint. Hoc ante omnia fac mi Lucili, discere gaudere. Existi
mas me nūc detrāhere tibi multas uoluptates, qui fortuita sub
moueo, qui spes dulcissima oblectamenta deuitandas existimas.
Imò contra, nolo tibi unquā deesse letitiā. Volo illam tibi domi
nasci. Nascitur, si modo intra te ipsum sit. Cæteræ hilaritates
implent pectus, sed frontē remittunt, leues sunt, nisi forte tu
dicas illum gaudere, qui ridet. Animus debet esse alacer & se
dens, et super omnia erectus. Mihi crede, res seuera est uerum
gaudium. An tu existimas quenquā soluto uultu, & ut isti de
licati loquuntur, hilari oculo mortem contemnere? pauperat

domum

demum aperire? uoluptates tenere sub freno? meditari dolorum patientiam? Hæc qui apud se uersat, in magno gaudio est, sed parum blando. In huius gaudij possessione esse te uolo. Nunquam deficiet, cum semel unde petatur inueneris. Leuium metallorum fructus in summo est, illa opulentissima sunt, quorum in alto latet uena, assidue plenius responsura fodienti. Hæc quibus delectatur uulgus, tenuem habent ac *perfusoria uoluptatem, & quodcumq; *inuentiuum gaudium est, fundamēto caret. Hoc de quo loquor, ad quod te conor perducere solidum est, & quod plus pateat introrsus. Fac oro te Lucili charissime, quod unum potest te præstare felicem, disijce & conculca ista, quæ extrinsecus splendent, quæ tibi promittuntur ab alio, ad uerum bonum spectata, & de tuo gaude. Quid est autem de hoc tuo? Te ipso & tui optima parte. Corpusculum quoque etiam sic nihil fieri sine illo potest, magis necessariam rem crede, quam magnam. Vanas suggerit uoluptates, breues, poenitendas, ac nisi magna moderatione temperentur, in contrarium abituras. Ita dico, in præcipiti uoluptas, ad dolorem uergit, nisi modum teneat. Modum autem tenere in eo difficile est, quod bonum esse credideris. Veri boni auiditas tuta est. Quid sit istud interrogas, aut unde subeat? dicam. Ex bona conscientia, ex honestis consilijs, ex rectis actionibus, ex contemptu fortuitorum, ex placido uitæ, & continuo tenore unam prementis uiam. Nam illi qui ex alijs propositis in alia transiliunt, aut ne transiliunt quidem, sed casu quodam transmittuntur, quomodo habere quicquam certum mansurum ue possunt, suspensi & uagi? Pauci sunt qui consilio se suaq; disponant, ceteri eorum more *qui fluminibus innatant, *quæ non cunct, sed feruntur. Ex quibus alios leuior unda detinuit, ac mollis uexit, alios uehementior rapuit, alios proximæ ripæ, cursu languescēte deposuit, alios torrens impetus *deiecit in *deuexit

*perfusoria
*inuentiuum

*quæ

*deuexit

randum. Hic est locus soluendi æris alieni. Possum enim uocari tibi Epicuri tui reddere, & hanc epistolam liberare. Molestum est semper uitam inchoare, aut si hoc modo magis sensus potest exprimi, male uiuunt, qui semper uiuere incipiunt. Quare, quis? desiderat enim explanationem ista uox. Quia semper illa imperfecta uita est, Non potest autē stare paratus ad mortem. Nemo hoc putat, qui orditur cum maxime uitam. Non est qui existimes paucos esse hos, propemodum omnes sunt. Quidam uiuere tunc incipiunt, cū desinendum est: si hoc iudicas mirum, adijciam quod magis admireris, Quidam ante uiuere desierunt, quàm inciperent. Vale.

EPIST. XXIIII. De præmeditatione futurorum periculorum, & de non timenda morte, & de non inconsulte animum inclinando.

Solicitum te esse scribis de iudicij euētū, quod tibi furor uisici denunciat, & existimas me suasurum, ut meliora tibi ipsi proponas, & acquiescas spei blandæ. Quid enim necesse est mala accersere, & satis cito patiēda cum uenerint, præsumere, ac præsens tēpus futuri metu perdere? Est sine dubio sollicitum, quia quādoq; sis futurus miser, esse iam miserum. Sed ego alia te ad securitatem uia ducam. Si uis omnem sollicitudinem exuere, quicquid uereris ne eueniat, euenturum utiq; proponere, & quodcunq; illud est malum tecū ipse metire, ac timorē tantæ taxa: intelliges profecto aut non magnum, aut non longum esse, quod metuis, nec diu exēpla quibus cōfirmeris, colligenda sunt. Omnis illa ætas tulit. In quācunq; partem rerum, uel ciuiliū, uel externarum memoriam miseris, occurrent tibi ingentia, aut profectus, aut impetus magni. Nunquid accidere tibi si damno-ris potest durius, quàm ut mittaris in exilium: ut ducaris in carcerem? nunquid ultra quicquam *corpori timendum est, quàm

*ulli tim.

*corpori timendum est, quàm

ut iratu
ptores e
tionem s
aliud, qu
tulit, Ru
ti, alter
In carce
mitteren
fimarum
ignibus
id te faci
præcept
tum rob
spectato
mouit n
subductu
fortius.
quàm cr
uit, quoc
derit. D
lam mih
nem nar
librum l
tremis in
rum ut p
atq; ult
aut occi
quem usq
inquit, eg
mea ad h
pertinac

ut iratur? quàm ut pereat? Singula ista constitue, & contem-
ptores eorum cita, qui nō querendi, sed eligendi sunt. Damna-
tionem suam Rutilius sic tulit, tanquam nihil illi molestum esset
aliud, quàm quod male iudicaretur. Exilium Metellus fortiter
tulit, Rutilius etiam libenter. Alter ut rediret Reipub. præsti-
tit, alter reditum suum Syllæ negauit, cui nihil tūc negabatur.
In carcere Socrates disputauit, & exire (cum essent qui pro-
mitterent fugam) noluit, remansitq; ut duarum rerum grauif-
simarum hominibus metū demeret, mortis & carceris. Mutius
ignibus manum imposuit. Acerbum est uri, quanto acerbius, si
id te faciente patiaris? Vides hominem non cruditum, nec ullis
præceptis cōtra mortem, aut dolorem subornatū, militare tan-
tum robore instructum, pœnas à se irriti conatus exigentem:
spectator distillantis in hostili foculo dextræ stetit, nec antè re-
mouit nudis osibus fluentem manum, quàm ignis illi ab hoste
subductus est. Facere aliquid in illis castris felicius potuit, nihil
fortius. Vide quanto acrior sit ad occupanda pericula uirtus,
quàm crudelitas ad irroganda. Facilius Porfenna Mutio igno-
uit, quod uoluerat occidere, quàm sibi Mutius quod non occi-
derit. Decantatæ, inquis, in omnibus scholis fabulæ istæ sunt.
Iam mihi cum ad cōtemnendam mortem uentum fuerit, Cato-
nem narrabis. Quid ni ego narrem? Vltima illa nocte Platonis
librum legentem, posito ad caput gladio: duo hæc in rebus ex-
tremis instrumenta prospexerat, alterum ut uellet mori, alte-
rum ut posset. Compositis ergo rebus, utcunq; componi fractæ
atq; ultimæ poterant, id agendum existimauit, ne cui Catonem
aut occidere liceret, aut seruare contingeret, & stricto gladio,
quem usq; in illum diē ab omni cæde purum seruauerat, Nihil,
inquit, egisti fortuna omnibus conatibus meis obstando, nō pro
mea aubuc, sed pro patriæ libertate pugnaui, nec agebā tanta
pertinacia, ut liber, sed ut inter liberos uiuerem, nunc quoniam

deploratæ sunt res generis humani, Cato deducatur in tutum
 Impresit deinde mortiferū corpori vulnus, quo obligato a mo-
 dicis; cū minus sanguinis haberet, minus uirtū, animi idem, in
 non tantū Cæsari, sed sibi iratus, nudas in nuluus manus egit,
 generosum illum contēptoremq; oīs potentiæ spiritū non em-
 sit, sed eiecit. Nō in hoc exēpla hæc nunc cōgero, ut ingenium
 exerceā, sed ut te aduersus id quod maxime terribile uidetur,
 exhorter. Facilius autē exhortabor, si ostēdero non tantū fr-
 tes uiros hoc momētum efflandæ animæ contēpsisse, sed quosdam
 ad alia ignauos, in hac re exæquasse aīm fortissimorū; sicut in
 Cn. Pompeij socerum Scipionem, qui cōtrario in Africā uentus
 relatus, cū teneri nauem suā uideret ab hostibus, ferro se tra-
 uerberauit, et querentibus ubi Imperator esset, Imperator re-
 quit, bene se habet. Vox hæc, illum parē maioribus fecit, & fa-
 talem Scipionibus in Africa gloriam non est interrumpi possi-
 Multū fuit Carthaginē uincere, sed amplius mortē. Imperator,
 inquit, bene se habet. An aliter debet Imperator, & quidem
 Catonis, mori? Nō reuoco te ad historias, nec ex oībus seculis
 contēptores mortis (qui sunt plurimi) colligo. Respice ad hæc
 nostra tēpora, de quorū languore ac delitijs querimur. Omnes
 ordinis hoīes succurrent, oīs fortunæ, oīs ætatis, qui mala sua
 morte præciderūt. Mihi crede Lucili, adeo mors timenda non
 est, ut beneficio eius nihil ante ferendū timēdum ue sit. Securus
 itaq; inimici minas audi, & quāuis conscientia tua tibi fiduciam
 faciat, tamen quia multa extra causam ualent, & quod æquissi-
 mum est spera, & ad id te quod est iniquissimum, *compa-
 ra. Illud autem ante omnia memento, demere rebus tumultum,
 ac uidere quid in quaque re sit, scies nihil esse in istis terribi-
 le, nisi ipsum timorem. Quod uides accidere pueris, hoc raris
 quoque maīsculis pueris euenit. Illi quos amant, quibus assue-
 uerunt, cum quibus ludunt, si personatos uident, ex parte scru-
 tare posse.

*prepara.

Non hor-
 reddend
 turbam
 qua late
 quim an
 leos mag
 gula ma
 instrume
 que nos
 mationes
 Nemp d
 cus ille in
 titur. Le
 Hæc in a
 re audier
 mū est, qu
 tractare.
 nunc exi
 test, quasi
 te fecisse.
 sollicitud
 exurgeno
 mortale t
 tum, aut e
 voluptates
 ebrietates
 manū, at
 plures ere
 bor? Qui
 corporis
 tare posse.

Non hominibus tantum, sed & rebus persona demenda est, & reddenda facies sua. Quid mihi gladios & ignes ostendis, & turbam carnificū circa te frementium? Tolle istam pompā sub qua lates, & stultos territas, mors est, quā nuper seruus meus, quam ancilla contempsit. Quid tu rursus mihi flagella & eculos magno apparatu explicas? Quid tu singulis articulis, singula machinamenta, quibus extorqueantur aptas, & mille alia instrumenta excarnificandi particulatim hominis? Pone ista quae nos obstupesciunt, iube conticescere gemitus & exclamationes, & uocum inter lacerationem elisarum acerbiter. Nempe dolor est quē podagricus ille cōtemnit, quem stomachicus ille in ipsis delicijs perfert, quem in puerperio puella perpetitur. Leuis est si ferre possim, breuis est si ferre non possim. Haec in animo uoluta, quae saepe audisti, saepe dixisti, sed an uere audieris, an uere dixeris, effectu proba. Hoc enim turpissimū est, quod nobis obijci solet, uerba nos philosophiae, nō opera tractare. Quid tu? Nunc primum tibi mortē imminere scisti, nunc exilium, nunc dolorē? In haec natus es. Quicquid fieri potest, quasi futurum cogitemus. Quod facere te moneo, scio certe fecisse. Nunc admoneo, ut animū tuum non mergas in istam solitudinem. Hebetabitur enim, & minus habebit uigoris cū exurgendū erit. Abduc illum à priuata causa ad publicam, dic mortale tibi, & fragile corpusculū esse, cui non ex iniuria tantam, aut ex potentioribus uiribus denūciabitur dolor, sed ipse uoluptates in tormenta uertuntur. Epulae cruditatem afferunt, ebrietates neruorum torporem tremoremq; libidines, pedum, manū, articularū omnium deprauationes. Pauper fiam? Inter plures ero. Exul fiam? ibi me natum putabo, quō mittar. Alligabor? Quid enim? Nunc solutus sum? Ad hoc me natura graue corporis mei pōdus astrinxit: Moriar? Hoc dicis, desinā aegrotare posse, desinā alligari posse, desinā mori posse. Nō sum tam

inept

ineptus, ut Epicuream cantilenā hoc loco persequar, & dicit
 uanos esse inferorū metus, nec Ixionem rota uolui, nec saxa
 humero Sisyphi trudi in aduersum, nec ullius uiscera, & c.
 nasci posse quotidie, & carpi. Nemo tam puer est, ut Cerberum
 timeat, & tenebras, & laruarum habitū nudis osibus cogi-
 *emittit, rentiū. Mors nos aut cōsumit, aut * exiit, Emissus meliorum
 stant, onere detracto: consumptis nihil restat, bona pariter
 laq; submota sunt. Permite mihi referre hoc loco tuum
 sum, si prius admonuero, ut te iudices non alijs scripsisse
 sed etiā tibi. Turpe est illud loqui, aliud sentire, quāto turpius
 aliud scribere, aliud sentire? Memini te illum locū aliquando
 tractasse, non repete nos in mortē incidere, sed minutatim
 cedere. Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliquis
 uitæ, & tūc quoq; cum crescimus, uita decrescit. Infantia ad-
 sumus, deinde pueritiā, deinde adolescentiā: usq; ad hesternū
 quicquid transijt temporis, perit, Hunc ipsum quē agimus
 cum morte diuidimus. Quemadmodū clepsydra, non extrema
 stillicidiū exhaurit, sed quicquid ante defluxit, sic ultima
 quæ esse desinimus, nō sola mortem facit, sed sola consumit.
 Tunc ad illā peruenimus, sed diu uenimus. Hæc cum descriptis
 ses quo soles ore, semper quidem magnus, nunquā tamē accipit
 quā ubi ueritati commodas uerba, dixisti, Mors non aliter
 uenit, sed quæ rapit ultima mors est. Malo te legas, quā
 stolam meam. Apparebit enim tibi, hanc quam timemus
 extremam esse, nō solam. Video quō spectes. Queris quid
 epistolæ infulserim, quod dictū alicuius animosum, quod
 ceptum utile. Ex hac ipsa materia quæ in manibus fuit, ma-
 tur aliquid. Obiurgat Epicurus non minus eos, qui mortem
 cupiscunt, quā eos qui timent, & ait: Ridiculum est curare
 ad mortē tædio uitæ, cū genere uitæ, ut currendū esset ad
 tē, effeceris. Item alio loco dicit, Quid tam ridiculū, quam

petere m
 His adij
 dentiā e
 mortē.

ad mortē

ac firmā

rinus: et

su capien

bet ē uita

qui mult

li, ut ad

que sepe

ignatos

subit ead

āu, in qu

cinus, qu

esuriam,

sunt omni

estas in

pesctur.

mibil nou

qui non a

E

uitis

Q

genda s

Quid er

la tua ce

le, non p

nescio, n

petere mortē, cum uitam tibi inquietam feceris motu mortis? His adijcias & illud eiusdē notæ licet, tantam hominū imprudentiā esse imò demētiam, ut quidā timore mortis cogantur ad mortē. Quicquid horum tractaueris, confirmabis animū, uel ad mortis, uel ad uitæ patientiā, aut in utrunq; emonēdi enim ^{*mortem,} ac firmādi sumus, & ne nimis amemus uitam, & ne nimis oderimus: etiā cum ratio suadet finire, sed nō temerē cum procurso capiendus est impetus. Vir fortis ac sapiens non fugere debet ē uita, sed exire. Et ante omnia ille quoq; uitetur affectus, qui multos occupauit, libido scilicet moriēdi. Est enim mihi Lucili, ut ad alia, sic etiā ad moriendū inconsulta animi inclinatio, quæ sepe generosos atq; acerrimæ indolis uiros corripit, sepe ignauos iacentesq;. Illi cōtemnunt uitā, hi grauātur. Quosdam subit eadē faciendi uiuendiq; satietas, & uitæ nō odiū, sed fastidiū, in quod prolabimur, ipsa impellente philosophia, dum dicimus, quousq; eadē? Nempe expergiscar, dormiam, satiabor, esuriam, algebo, & stuabo: nullius rei finis est, sed in orbē nexa sunt omnia, fugiunt ac sequuntur: diē nox premit, dies noctem, ætas in autumnū desinit, autumnō hyems instat, quæ uere cōpescitur. Omnia transeunt, ut reuertantur, Nihil noui uideo, nihil noui facio. Fit aliquando & huius rei nausea. Multi sunt, qui non acerbum iudicent uiuere, sed superuacuum. Vale.

EPIST. XXV. De corrigendis & non inueterandis uitiis. Et de imaginaria boni uiri præsentia.

Quod ad duos amicos nostros pertinet, diuersa uia eundem est. Alterius enim uitia emēdanda, alterius corrigenda sunt. Utar libertate tota, non amo illum, nisi offendo. Quid ergo, inquis? Quadragenariū pupillum cogitas sub tutela tua continere? Respice ætatem eius iam durā & intractabilem, non potest reformari, tenera finguntur. An profecturus sim nescio, malo successum mihi, quam fidē deesse: nec desperaueris etiam

etiam diuitinos egros posse sanari, si contra intemperantiam
 teris, si multa inuitos & facere coegeris & pati. Nec de alio
 ro quidē satis fiducia habeo, excepto eo quod adhuc peccare
 erubescit: nutriendus est hic pudor, qui quādiu in animo en-
 durauerit, aliquis erit bonæ spei locus. Cum hoc ueterano po-
 tius agendū puto, ne in desperationē sui ueniat: nec ullum tem-
 pus aggrediendi melius fuit, quā hoc dum interquiescit, de-
 emendato similis est. Alijs hæc intermissio eius imposuit, mal-
 uerba non dat, expecto cū magno foenore uitia reditura, qu-
 nunc scio cessare, non deesse. Impendā huic rei dies, & utrum
 possit aliquid agi, an non possit, experiar. Tu nobis te, ut facias
 fortem præsta, & sarcinas contrahe. Nihil ex his que habemus
 necessariū est, ad legē naturæ reuertamur. Diuitie par-
 tæ sint. Aut gratuitū est quo egemus, aut uile. Panem & aquam
 natura desiderat, nemo ad hæc pauper est, intra que quisque
 desiderium suum clausit, cū ipso Ioue de felicitate cōtendat, ut
 ait Epicurus, cuius aliquā uocem huic epistole inuoluā. Sic
 inquit, omnia tanquā spectet aliquis. Prodest sine dubio, casus
 dē sibi imposuisse, & habere quem respicias, quē interesse cogi-
 tationibus tuis iudices. Hoc quidē longe magnificentius est,
 sic uiuere tanquam sub alicuius boni uiri, ac semper præsentis
 oculis. Sed ego etiā hoc contentus sum, ut sic facias que cogi-
 *uitia facies, tanquā spectet aliquis. Omnia nobis mala solitudo per-
 suadet. Cū iam profeceris tantū, ut sit tibi etiā tui reuerentia,
 licebit dimittas pædagogū. Interim te aliquorū autoritate ca-
 stodi. Aut Cato ille sit, aut Scipio, aut Lælius, aut cuius inter-
 uentu, perditū quoque homines uitia supprimerent, dū te effu-
 eum cū quo peccare non audeas. Cum hæc effeceris, & aliquis
 coeperit apud te tui esse dignatio, incipiā tibi permittere, quæ
 idem suadet Epicurus, Tunc præcipue in te ipse secede, cū effu-
 cogeris in turba. Dissimilem te fieri multis oportet, dū in turba

tutum ne
 cui non s
 pue in te
 quietus. f
 dendum

EP
 qualite
 sit mor

MO
 Myco
 nis, huic c
 lasse etat
 & extren
 sentio in a
 uitia, & u
 non mult
 posuit, ex
 ait esse sto
 tationē iu
 stia mori
 re que no
 uelim. Atq
 enim quer
 re defecit.
 & ut prop
 strati sum
 Et quis ex
 illabi? No
 cessus, sed
 propinque
 auis meis

tutum non sit à te recedere. Circumspice singulos. Nemo est cui non satius sit, cum quolibet esse quam secum. Tunc præcipue in te ipse secede, cum esse cogeris in turba, si bonus uir, si quietus, si temperans uis esse, alioquin in turbam tibi à te recedendum est. Istic enim malo uiro propius es. Vale.

EPIST. XXVI. De non accusando defectum naturæ, & qualiter boni uiri meritum mors excutiat, & quod egregium sit mortem discere.

Modo dicebam tibi in conspectu esse me senectutis, iam uereor ne senectutē post me reliquerim. Aliud iam his annis, huic corpori uocabulum conuenit, quoniā quidem senectus lassæ ætatis nō fractæ nomen est. Inter decrepitos me numeras, & extrema tangentes. Gratias tamen mihi apud te ago. Non sentio in animo ætatis iniuriam, cum sentiam in corpore tantū mita, & uitiorū ministeria senuerūt. Viget animus & gaudet, non multum sibi esse cū corpore, magnā partē oneris sui deposuit, exultat, & mihi facit controuersiam de senectute. Hūc ait esse florem suū. Credamus illi, bono suo utatur. Ire in cogitationē iuuat, & dispicere quid ex hac tranquillitate ac modestia moris sapientiæ debeam, quid ætati: & diligenter excutere quæ non possim facere, quæ nolim, profint' ne habituro quæ uelim. Atqui si nolim quicquid non posse me scio, gaudeo. Quæ enim querela est, quod incommodum, si quicquid debet desinere defecit. Incommodum summum est, inquis, minui & deperire, & ut propriè dicā liquescere. Non enim subito impulsū ac prostrati sumus. Carpinur, singuli dies aliquid subtrahūt uiribus. Et quis exitus est melior quam in finem suum natura soluente dilabit? Non quia aliquid mali est ictus, & è uita repētinus excessus, sed quia lenis hæc uia est, subduci. Ego certè uelut appropinquet experimentū, & ille laturus sententiā de omnibus annis meis dies uenerit, ita me obseruo & alloquor. Nihil est,

inqu

inquam, adhuc, quod aut rebus, aut uerbis exhibuimus, leguntur sunt ista & fallacia pignora animi, multisq; inuoluta lenocinijs. Quod profecerim, morti crediturus sum. Nō timē de te componor ad illum diem, quo remotis strophis ac fucis, deponam pronuntiaturus sum, utrū loquar fortia an sentiam, nunquam mulatio fuerit & minus quicquid contra fortunā iactantur uerborum cōtumacium. Remoue existimationem hominū, ubi semper est, & in partem utramq; diuiditur. Remoue studiata uita tractata, mors de te pronuntiatura est. Ita dico, disputationes & literata colloquia, & ex præceptis sapientum uerba collecta, & eruditus sermo, non ostendunt uerum roborem animi. Est enim oratio etiam timidiſſimis audax. Quid egredere tunc apparebit, cū animam ages. Accipio conditionē humanam non reformido iudicium. Hæc mecum loquor, sed tecū quod me locutum puta. Iunior es. Quid refert? Non diu numerus anni. Incertum est quo te loco mors expectet. Itaq; tu illi loco expecta. * Finire iam uolebam, & manus spectabat clausulam, sed consicienda sunt sacra, & huic epistolæ mandandum est. Puta me non dicere, unde sumpturus sum materia Scis cuius arca utar. Expecta pusillum, & de domo fiet materia ratio, interim cōmodabit Epicurus, qui ait, Meditare utrum modius sit, uel mortem transire ad nos, uel nos ad eam. Habet sensus. Egregia res est mortem condiscere. Superuacuum sitan putas id discere quo semel utendum est. Hoc est ut quare meditari debeamus. Semper discendum est, quod amamus, experiri non possumus. Meditare mortem. Qui hoc docet, cit, meditari libertatem iubet. Qui mori didicit, seruire docet. Cit. Supra omnem potentiam est, certe extra omnem. Quid illi illud carcer, & custodia, & claustra? Liberum ostium iubet. Vna est catena quæ nos alligatos tenet, amor uitæ, ut non est abijciendus, ita minuendus est: ut si quando

* Desinere

exiget
mus, q

E
tis g
qu

T
xi

bus, ut

rio iac

nico. S

meum

numera

eadem

riantur

* leuā d

admodu

licitudo

ipſas po

non noc

nullum

præſta

modo in

Quand

tur adh

ceſſe eſt

legation

rium ad

patrimo

nem bea

do nom

tam ben

exig

exiget, nihil nos detineat, nec impediatur, quo minus parati simus, quod quandoq; faciendum est, statim facere. Vale.

EPIST. XXVII. De uoluptatis nocumento, & uirtutis gaudio, ad quod per externum adiutorium non uenitur, & quod nunquam nimis dicitur, quod non satis discitur.

TV me, inquis, mones, iam enim te ipse monuisti, iam correxisti, ideo aliorum emendationi uacas. Non sum tam improbus, ut curationes æger obeam, sed tanquam in eodem ualeudinario iaceam, de communi malo tecum colloquor, remedia communico. Sic itaque me audi tanquam tecum loquar, in secretum tecum admitto, & te adhibito, tecum exigo. Clamo mihi ipse, 5
numera annos tuos, & pudebit eadem uelle, quæ uolueras puer, eadem parare. Hoc denique tibi circa diem mortis præsta, moriantur ante te uitia. Dimitte istas uoluptates turbidas, magno
*lexādas. Non uenturæ tantum, sed præteritæ nocent. Quem-
*luendas.
admodum scelera etiam si non sint deprehensa cum fierent, sollicitudo non cum ipsis abiit, ita improbarum uoluptatum, etiam post ipsas penitentia est. Non sunt solidæ, non sunt fideles, etiam si non nocent fugiunt. Aliquod potius bonum mansurum circumspecte, nullum autem est, nisi quod animus ex se sibi inuenit. Sola uirtus præstat gaudium perpetuum, securum, etiam si quid obstat, nubium modo interuenit, quæ infra feruntur, nec unquam diu uincunt. Quando ad hoc gaudium peruenire continget? Non quidem cessatur adhuc, sed festinatur. Multum restat operis in quod ipse necesse est uigiliam ipse laborem tuum impendas, si effici cupis. Delegationem res ista non recipit. Aliud literarum genus adiutorium admittit. Clauisius Sabinus memoria nostra fuit diues, & patrimonium habebat liberum & ingenuum. Nunquam uidi hominem beatum indeceterius. Huic memoria tam mala erat, ut illi modo nomen Ulyssis excideret, modo Achilles, modo Priami, quos tam bene nouerat, quam paedagogos nostros nouimus. Nemo
q uetulus

uetulus nomenclator, qui nomina non reddit, sed imponit, ut
 perperam, quam ille Troianos & Achiuos persalutabat. Ni-
 hilominus eruditus uolebat uideri. Hanc uaq; compendiarum
 excogitauit, magna summa emit seruos, unum qui Homerū te-
 neret, alterum qui Hesiodū. Nouem præterea Lyricis, singu-
 los assignauit. Magno emisse illū non est quod mireris. Non
 inuenerat, faciendos locauit. Postquā hæc familia illi compa-
 ta est, coepit conuiuias suos inquietare. Habebat ad pedes hos,
 quibus subinde cum peteret uersus, quos referret, sæpe in me-
 dio *uersu excidebat. Suasit illi Satellius Quadratus, stultorum
 diuitū adrosor, & quod sequitur arrisor, & quod duobus his
 adiunctū est, derisor, ut Grammaticos haberet analesctas. Cum
 dixisset Sabinus centenis milibus sibi cōstare singulos seruos,
 minoris, inquit, totidē scrinia emisses. Ille tamen in ea opinio-
 ne erat, ut putaret se scire, quod quisquā in domo sua sciret. Ille
 Satellius illū hortari coepit, ut luctaretur, hominem agrum,
 pallidum, gracilem. Cum Sabinus respondisset, & quomodo
 possum? uix uiuo, Noli, obsecro, inquit, istud dicere, Non uides
 quam multos seruos ualentissimos habeas? Bona mens nec cō-
 modatur nec emitur, & puto si uenalis esset, non haberet em-
 ptorem. At mala quotidie emitur. Sed accipe iam quod debes,
 & uale. Diuitiæ sunt, ad legem naturæ composita pauperas.
 Hoc sæpe dicit Epicurus aliter atq; aliter. Sed nunquam uerū
 dicitur, quod nunquam satis discitur, Quibusdā remedia mor-
 stranda, quibusdam inculcanda sunt. Vale.

EPIST. XXVIII. Quod non loci, sed animi mutatio-
 ne tristitia tollitur, & de non prouocando discrimine, & quod
 initium sit salutis notitia peccati.

Hoc tibi soli putas accidisse, & admiraris quasi rem po-
 tuam, quod peregrinatione tam longa, & tot locorū uari-
 etatibus, non discussisti tristitiā grauitatemq; mentis. Animi
 debet

debes n
 ut ait
 te quoc
 tes ait
 circum
 rum iuu
 In irriti
 inuente
 ullus pla
 lem Vir
 multum

Vadi
 iactation
 gent, ina
 demergu
 tibi. Acg
 mutatio
 in quol, b
 liscumq; s
 ideo null
 uiuendū
 mundus.
 teregion
 Prima en
 grinari
 quod qua
 turbi dum
 necesse si
 miā fori p

debes mutare, non cœlum. Licet uastum traterceris mare, licet
 (ut ait Virgilius noster) Terræq; urbesq; recedant, sequitur
 te quocunq; perueneris, uitia. Hoc idem cuidã querenti Socra-
 tes ait, quid miraris, nihil tibi peregrinationes prodesse, cū te
 circumferas? Premittit te eadem causa quæ expulit. Quid terra-
 rum iurare nouitas potest? Quid cognitio urbū, aut locorum?
 In irritū cedit ista iactatio. Queris quare te fuga ista nō ad-
 iuuat? tecum fugis, Onus animi deponendum est. Non ante tibi
 ullus placebit locus. Talem nunc esse habitum tuū cogita, qua-
 lem Virgilius noster uatus inducit, iam cōcitata & instigata,
 multumq; habentis in se spiritus, non sui:

*Bacchatur uites, magnum si pectore possit
 Excussisse Deum.*

Vadis huc & illuc, ut excutias insidens pondus, quod ipsa
 iactatione incōmodius fit, sicut in naui onera immota minus ur-
 gent, inæqualiter conuoluta citius eã partē in quam incubuere
 demergunt. Quicquid facis contra te facis, & motu ipso nocet
 tibi. Agrū enim concutis. At cū istud exemeris malum, omnis
 mutatio loci iucunda fiet. In ultimas expellaris terras licebit,
 in quolibet barbariæ angulo colloceris, hospitalis tibi illa qua-
 liscunq; sedes erit. Magis quis *uenerit, quam quò interest, &
 ideo nulli loco addicere debemus animū. Cum hac persuasione
 uiuendū est, non sum uni angulo natus, patria mea totus hic est
 mundus. Quod si liqueret tibi, non admirareris, nil adiuari
 te regionū uarietatibus, in quas subinde priorū tedio migras.
 Prima enim quæq; placuisset, si omnē tuā crederes. Non pere-
 grinaris, sed erras & ageris, ac locū ex loco mutas, cū illud
 quod queris, bene uiuere, omni loco positū sit. Num quid tam
 turbidum fieri potest quā forū? Ibi quoq; licet quietē uiuere, si
 necesse sit. Sed si liceat disponere se, conspectū quoq; & uici-
 niā fori procul fugiā. Nam ut loca grauiā, etiā firmiſsimam ua-
 *

letudinem tentant, ita bonæ quoque menti, nec dum adhuc perfectæ, & conualescenti sunt aliqua parū salubria. Dissentio ab his qui in fluctus medios eunt, & tumultuosam probantes vitam, quotidie cū difficultatibus rerū, magno animo colluctantur. Sapiens feret ista, non eliget, & mallet in pace esse quam in pugna. Non enim multū prodest vitia sua proiecisse, si cum alienis rixandū est. Triginta, inquis, tyranni Socrate circumsteterunt, nec potuerunt animū eius infringere. Quid interest quod domini sint? Seruitus una est. Hanc qui contēpsit, in quacumque talibet turba dominantū liber est. Tempus est desinere, sed prius portoriū soluero. Initū est salutis, notitia peccati. Egrege mihi hoc dixisse videtur Epicurus. Nam qui peccare se nescit, corrigi nō vult. Deprehēdas te oportet, antequam emēdas. Quidā vitijs gloriātur. Tu existimas aliquid de remedio cogitare, qui mala sua virtutum loco numerat? Ideo quantum potes te ipsum coargue, inquire te in te, accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, nouissime deprecatoris: aliquando te offende. *Valc.*

ANNOT. IN LIB. III.

EPISTOLA XX.

1 Aliter audio quæ dicit Demetrius noster, cum illū uidi multo quanto minus quam in stramentis incubantē. Ita prior æditio. Alius codex habebat. Ego certe aliter audio quod dicit Demetrius noster, cum illum uidi nudum. Alius cum in stramentis uilibus incubantem. Neutra caret scrupulo.

2 Nescio quo modo iste paupertatem laturus est, si in illam incidit. Nec scio ego Epicuri angelus. Alius habebat. Nec ego Epicuri angelus. Alius pro angelus habebat. angulus. EPIST. XX.

3 Omnes illos magistratus & satrapas. Ex uetustissimo codice postui, Megistanas: nam hoc uerbo usus est Suetonius, nos magnas siue primates dicimus. EPIST. XXIII.

4 Abduc illum à prima causa. Sic habebat prior æditio. Ex hoc scio an scripserit, priua causa, pro priuata, quam uocem lector non agnoscens uerterit in primam. EPIST. XXVI.

5 In eodem ualetudinario iaccam. Valetudinarium dixit, quædam

Græci uolunt
6 - Ve
tas, alius a
sima quæ
quæ de

L V
S E

E P
tamen
& quod



lij Cyni
monueru
si quis su
inquis, u
profutur
si multos
nō aliqua
mo facie
eos satis
gitaris
est ars, q
elgat pr
to relinq
Marcelli
sed si cito

Græci νοσοκομῆον.

6 - Ut Grammaticos haberet analectos. Quidam habebat analectas, alius analectas, quod magis arridet, ut intelligat eos, qui minutissima quæque colligunt ex autoribus. Nam ἀνάλεκτα dicuntur reliquæ decedentes e conuiuio.

LVCII ANNAEI

SENECAE EPISTOLARVM AD

LVCILIVM LIB. IIII.

EPIST. XXIX. Quod licet non omnes monendi sint, tamen quidam, etiam contradicentes uel illudentes docendi sint: & quod sapiens malit sibi placere quam populo.



DE Marcellino nostro quæris, & uis scire quid agat. Raro ad nos uenit, nulla alia ex causa quam quia audire uerum timet, à quo periculo iam abest, nulli enim nisi audituro dicendum est. Ideò de Diogene, nec minus de alijs Cynicis, qui libertate promiscua usi sunt, & quosq; obuios monuerunt, dubitari solet an hoc facere debuerint. Quid enim si quis surdos obiurget, aut natura morbo ue mutos? Quare, inquis, uerbis parcant? Gratuita sunt. Non possum scire an ei profuturus sim, quæ admonco. Illud scio, alicui me profuturum, si multos admonuero. Spargenda est manus, non potest fieri, ut non aliquando succedat, multa tentati. Hoc mi Lucili non existimo faciendum magno uiro, diluitur eius autoritas, nec habet apud eos satis potestas, quos posset minus obsolefacta corrigere. Sanguitarius non aliquando ferire debet, sed aliquando deerrare. Non est ars, quæ ad effectum casu uenit. Sapietia ars est, certum petat, eligat profecturos, ab his quos desperauit, recedat non tam cito relinquat, sed in ipsa desperatione extrema remedia tentet. Marcellinum nostrum ego nondum despero, etiamnum seruari potest, sed si cito illi manus porrigitur. Est quidem periculum ne porri-

gentem

gentem trahat, magna in illo ingenij uis est, sed iam tēdit in
 prauum. Nihilominus adibo hoc periculum, et audebo illa
 la sua ostendere. Faciet quod solet, aduocabit illas facetas, que
 risum euocare lugētibus possunt, & in se primū, deinde in
 iocabitur, oīa que dictus sum, occupabit. Scrutabitur s. b. l. a.
 nostras, et obijciēt philosophis cōgiaria, amīcas, gulā. Ostendat
 I mihi alium in adulterio, aliū in popina, alium in aula: ostendat
 mihi lepidū Philosophū Aristonē, qui in gestatione differētia
 hoc enim ad edendas operas tempus acceperat. De cuius se
 cū quæreretur Scaurus, ait, utiq; peripateticus non est. De eodē
 cum consuleretur Iulius Græcinus uir egregius, quid sentiret,
 non possum, inquit, tibi dicere. Nescio enim quid de gradu
 ciat, tanquam de esedario interrogaretur. Hos mihi circulator
 res, qui philosophiā honestius neglexissent, quā uendunt, in
 ciē ingeret. Cōstitui tamē cōtumelias perpeti. Moueat ille mi
 risum, ego fortasse illi lachrymas mouebo, aut si ridere perfo
 uerabit, gaudeo tanquā in malis, quod illud genus insanie ca
 2 tare contigerit. Sed non est illa hilaritas longa, obseruans, uidebo
 3 eodē intra exiguū tempus acerrime ridere, et acerrime ridere.
 Propositū est aggredi illum, & ostendere quāto plurius
 rit, quū multis minoris uideretur. Vitia eius etiā si non ex
 dero inhibebo, non desinent. sed intermittentur, fortasse autē et
 desinent, si intermittendi consuetudinem fecerint. Non est hoc
 ipsum fastidiendū, quoniā quidē grauiter affectis, sanitatis loco
 est bona remissio. Dū me illi paro, tu interim qui potes, qui
 telligis, unde quō euaseris, & ex eo suspicāris, quousq; sis euas
 surus, cōpone mores tuos, attolle animum, aduersus formidas
 consiste, numerare eos noli, qui tibi metum faciunt. Non ne
 deatur stultus, si quis multitudinem timeat eo loco, per quem
 transitus singulis est? Aequē ad tuam mortē multis aditus non
 est, licet illam multi minentur. Sic istud natura disposuit. Spi
 ritus

ritum ti
 ultim. am
 gerā, in
 quam tu
 lus, que
 nescias c
 mo conc
 enim pla
 popular
 probabi
 qualis ti
 amor tu
 ferenda
 lis tibi p
 ut sine n
 Ceterū
 te clamo
 si tota ei
 miserean

E P
 f
 t
 B Ass
 Etia
 Magno
 infirmi
 dicam, c
 sentina
 lexari c
 ita in sen
 potest, u

ritum tibi tã unus eripiet, quã unus dedit. Si pudorẽ haberes, ultimam mihi pensionẽ remississes. Sed ne ego quidẽ me sordide gerã, in scẽnore eris alieni, & tibi quod debeo impingã. Nunquam uolui populo placere. Nã quæ ego scio, nõ probat populus, quæ probat populus, ego nescio. Quis hoc, inquis? tanquam nescias cui imperẽ. Epicurus. Sed idẽ hoc oẽs tibi ex omni domo conclamabunt Peripatetici, Academici, Stoici, Cynici. Quis enim placere potest populo, cui placet uirtus? Malis artibus popularis fauor quæritur, similem te illis facias oportet. Non probabũt, nisi agnouerint. Multo autẽ ad rem magis pertinet, qualis tibi uidearis, quã qualis alijs. Cõciliari nisi turpi ratione amor turpiũ non potest. Quid ergo illa laudata, et oĩbus præferenda artibus rebusq; Philosophia præstabit? scilicet ut malis tibi placere, quã populo, ut æstimes iudicia, nõ numeres, ut sine metu deorũ hoĩm; uiuas, ut aut uincas mala aut finias. Ceterum si te uidero celebrẽ secũdis uocibus uulgi, si intrante te clamor, plausus, & pantomimica ornamenta obstrepuerint, si tota ciuitate te scẽminæ pueriq; laudauerint, quid ni ego tui miserear, cum sciam quæ uita ad istum fauorẽ ferat? Vale.

EPIST. XXX. Quod nihil habet de spe uitæ, quem senectus ducit ad mortem, & quod mors timẽda non fit uarias ob causas.

BAssum Aufidium uirum optimũ uidi quassum, etati oblitantẽ. Sed iam plus illũ degrauat, quã quod possit attolli. Magno senectus et uniuerso pondere incubuit. Scis illũ semper infirmũ corporis et exucci fuisse, diu illud cõtinuit, & ut uerius dicam, concinnauit, subito deficit. Quemadmodum in naue quæ sentinã trahit, uni rimæ aut alteri obsistitur, ubi plurimis locis laxari cõpit & cedere, succurri nõ potest nauigio dehiscenti: ita in senili corpore aliquatenus imbecillitas sustineri et fulciri potest, ubi tanquã in putri ædificio omnis unctura *dilatatur, *diducitur;

& dum alia excipitur, alia discinditur, circūspiciendū est quomodo excas. Bassus tamē noster alacer aīo est, hoc Philosophia præstat, in quocunq; corporis habitu fortē, in conspectu mortis, hilarem, letumq; nec deficientē quamuis deficiat. Magna gubernator & scisso nauigat uelo, & si exarmauit, tamen reliquias nauigij aptat ad cursum. Hoc facit Bassus noster, & aīo uultuq; finem suū spectat, quo alienū spectare nimis seculū esse putares. Magna res est hæc Lucili, & diu discenda, cū uentat hora illa inuitabilis, æquo aīo abire. Alia genera mortis, spei mixta sunt. Desinit morbus, incendiū extinguitur, ruina quos uidebatur oppressura deposuit, mare quos hauserat, eadem ui qua sorbebat, eiecit incolumes, Gladium miles ab ipso perituri ceruice reuocauit. Nil habet quod speret quē senectū ducit ad mortem. Huic uni intercedi non potest. Nullo generis hoīes mollius moriuntur, sed nec diutius. Bassus noster uidebatur mihi prosequi se & cōponere & uiuere tanquā superstitis sibi, & sapienter ferre *decidium sui. Nam de morte multa loquitur, & id agit sedulo, ut nobis persuadeat, si quid incōmodi, aut metus in hoc negotio est, morientis uiciū esse non mortis, nec magis in ipsa quicquam esse molestiæ quā post ipsam. Tam demens autem est qui timet quod non est passurus, quā qui timet quod nō est sensurus. An quisquā hoc futurum credit, ut per quam fit, ut nihil sentiatur, ea sentiatur. Ergo, inquit, mors adeo extra omne malum est, ut sit extra omnē malorum metum. Hæc ego scio & sæpe dicta, & sæpe dicenda, sed neq; cū legerem æque mihi profuerunt, neq; cū audirem ab his decentibus, qui negabant timenda à quorū metu aberant. Hic uerò plurimum autoritatis habuit, cū loqueretur de morte uisna. Dicam enim quid sentiam. Puto etiā fortiorem eum esse quā in ipsa morte est, quā qui circa mortem est. Mors enim ab mota, etiam imperitis animū dedit, non uitandi inuitabilis. Sic

*desiderium

gladiator
 & errar
 quo est, u
 rior,
 illum au
 esset eius
 to, fidei h
 morte ni
 perturba
 steterunt.
 Bassum l
 esse qui m
 dum sene
 noluit, qu
 est, ad ha
 spectantur
 inuictam.
 mo non ej
 superuacu
 gem nostr
 quicquid n
 illum sene
 minutatin
 debet, quo
 tam, perdu
 magis qua
 nobis anim
 *quietiq;
 tina indig
 mit aliquis
 excipit, ni

glad

gladiator tota pugna timidissimus iugulū aduersario præstat,
 & errantem gladium sibi attemperat. At illa quæ in propin-
 quo est, utiq; uentura, desiderat lentam animi firmitatē, quæ est
 rarior, nec potest nisi à sapiente præstari. Libentissimè itaque
 illum audiebam quasi ferentem de morte sententiam, & qualis
 esset eius natura, uelut propius inspectæ indicantē. Plus, ut pu-
 to, fidei haberet apud te, plus ponderis, si quis reuixisset, & in
 morte nihil mali esse narraret expertus, accessus mortis quàm
 perturbationē afferat. Optime hij tibi dicent qui secundū illam
 steterunt, qui uenientem & uiderunt & receperunt. Inter hos
 Bassum licet numeres, qui nos decipi noluit. Is, ait, tam stultum
 esse qui mortē timeat, quàm qui senectutem. Nam quemadmo-
 dum senectus adolescentiã sequitur, ita mors senectutē. Viuere
 noluit, qui mori nō uult. Vita enim cū exceptione mortis * data
 est, ad hanc itur, quam idē timere dementis est, quia certa ex-
 spectantur, dubia metuuntur. Mors necessitatē habet æquam &
 iniūctam. Quis queri potest in ea conditione se esse, in qua ne-
 mo non est? Prima enim pars æquitatis est æqualitas. Sed nunc
 superuacuum est naturæ causam agere, quæ non aliam uoluit le-
 gem nostram esse quam suam. Quicquid cōposuit, resoluit, &
 quicquid resoluit componit iterum. Iam uerò si cui contigit ut
 illum senectus leniter emitteret, non repente auulsum uitæ, sed
 minutatim subductum, non ne ille gratias agere dijs omnibus 5
 debet, quod satiatus ad requiem homini necessariam, lasso gra-
 tam, perductus est? Vides quosdam optantes mortē, et quidem
 magis quàm rogari solet uita. Nescio utros existimē maiorem
 nobis animum dare, qui deposcunt mortem, an qui hilares eam
 * quietiq; operiuntur: quoniã illud ex rabie interdum ac repē-
 tina indignatione fit, hæc ex iudicio certa tranquillitas est. Ve-
 nit aliquis ad mortem iratus, mortem uenientem nemo hilaris
 excipit, nisi qui se ad illam diu cōposuerat. Fateor ergo ad ho-

*donata

*letiq;

minē mihi charū, ex pluribus me causis frequentius uenisse. Scirem an illum toties eundem inuenirem, nunquid, cum corporis uiribus minueretur animi uigor, qui sic crescebat illi, quo modo manifestior notari solet agitatorū letitia, cū septimo precio palmæ appropinquant. Dicebat quidem ille Epicuri preceptis obsequens, primum sperare se nullum dolorē esse in ultimo extremo anhelitu, si tamen esset, haberet aliquantulum in breuitate solatij. Nullum enim dolorē longum esse qui magis est. Ceterum succursurum sibi etiam in ipsa distractione animi corporisq; si cū cruciatu id fieret, post illum dolorem, se dolore non posse. Non dubitare autē se quin senilis aīa in primis laboris esset, nec magna ui distraheretur à corpore. Ignis qui lentem materiā occupauit, aqua et interdum ruina extinguitur est. Ille qui alimentis deficitur, sua sponte subsidit. Libenter hæc mi Lucili audio nō tanquā noua, sed tanquam in rem presentem perductus. Quid ergo? nō multos spectauī abrumpentes uitam? imò uerò uidi, sed plus momēti apud me habent, quod ad mortem ueniunt sine odio uitæ, & admittunt illam, non detrahunt. Illud quidem aiebat tormentū, nostra nos sentire opera, quod tunc trepidamus cū propē à nobis esse credimus mortem. A quo enim propē nō est, parata omnibus locis, omnibus momentis? Sed consideremus, inquit, tunc cū aliqua causa moriendi uidetur accedere, quanto aliæ propiores sint que metuentur. Hostis alicui mortem minabatur, hanc cruditas occupauit. Si distinguere uoluerimus causas metus nostri, inuenimus alias uideri. Non mortem timemus, sed cogitationem mortis, ab ipsa enim semper tantundem absumus. Ita si timenda mors est, semper timenda est. Quod enim tempus mortis exemptum est? Sed uereri debeo, ne tam longas epistolas perquam mortem oderis, itaq; finem faciam, Tu tamen mortem nunquam timeas, semper cogita. Vale.

EPIST. XXXI. De assentatione seu adulatione uitanda, & de contemptu laboris, & excellentia uirtutis & animi.

Agnosco Lucilium meum, incipit quem promiserat exhibere. Sequere illum impetum animi, quo ad optima quæq; calcatis popularibus bonis, ibas. Non desidero maior em melioremq; te fieri quàm moliebaris. Fundamenta tua multũ loci occupauerunt. Tantum effice quantum conatus es, & illa quæ tecum in aïo tulisti tracta. Ad summam, sapiens eris, si clauseris aures, quibus ceram parum est obdere. Firmiori spissamento opus est, quàm usum in socijs Vlysses ferunt. Illa uox quæ timebatur erat blanda, non tamen publica. At hæc quæ timenda est, non ex uno scopulo, sed ex omni parte terrarum circum sonat. Præteruehere itaq; non unum locũ insidiosa uoluptate suspectum, sed oës urbes, surdum te amantiſſimis præsta. Bono animo male precantur. Et si uis esse felix, deos ora, ne quid tibi ex his quæ optantur eueniat. Non sunt ista bona quæ in te isti uolunt congeri, unum bonum est, quod beatæ uitæ causa, & firmamentũ est, sibi fidere. Hoc autem contingere non potest, nisi contemptus est labor, & in eorum numero habitus, quæ neq; bona sunt, neq; mala. Feri enim nõ potest, ut una res modo mala sit, modo bona, modo leuis et perferenda, modo expauescenda. Labor bonum non est. Quid ergo est bonum? Laboris contemptio. Itaq; inuanum operosos culpauerim, rursus ad honesta nitentes quanto magis incubuerint, minusq; sibi uicia respirare permiserint, admirabor & clamabo, tanto melior surge, & respira, & cliuum istum (uno si potes spiritu) exupera. Generosos animos labor nutrit. Non est ergo quod ex illo ueteri uoto parentum tuorum eligas, quid contingere tibi uelis, quid optes, & in totum iam per maxima acto uiro turpe est, & nunc deos fatigare. Quid uotis opus est? Fac te ipse

ipse felicē, facies autē, si intellexeris bona esse, quibus adiuua
 est uirtus, turpia, quibus malitia coniuncta est. Quem admodum
 sine mixtura lucis nihil splendidum est, nihil atrum, nisi quod
 tenebras habet, aut aliquid in se traxit obscuri: quem admodum
 sine adiutorio ignis, nihil calidū est, nihil sine aëre frigidum.
 ita honesta & turpia uirtutis & malitiæ societas efficit. Quod
 ergo est bonum? rerum scientia. Quid malum est? rerum ignoran-
 ritia. Ille prudens artifex pro tēpore quæq; repellit aut eligit.
 Sed nec quæ nec repellit timet, nec miratur quæ eligit. Si mo-
 gnus illi & inuictus animus est. Submitti te ac deprimi uis
 laborem si non recuses, parum est. Posce. Quis ergo, inquis, la-
 bor friuolus & superuacuus est? In quem humiles cause uocan-
 uerint, non est malus, non magis quàm ille qui pulchris rebus
 impenditur: quoniam animi est ipsa tolerantia, quæ se ad duri-
 tas, ac tenor uitæ per omnia consonans sibi, quod non potest
 esse nisi rerum scientia contingat & ars, per quam diuina &
 humana noscantur. Hoc est summum bonum, quod si occupas,
 incipis deorum esse socius nō supplex. Quomodo, inquis, ad
 10 peruenitur? Non per Apenninum Graium uel montem, nec per
 deserta Candauia, nec Sirtes tibi, nec Scylla, aut Charybdis
 adeunda sunt, quæ tamen omnia transisti procuratorum
 pretio. Tutum iter est, iucundum est, ad quod natura te induxit.
 Dedit tibi illa, quæ si non deserueris, par deo surges, Pe-
 rem autem deo pecunia non faciet. Deus nihil habet. Præterea
 non faciet. Deus nudus est. Fama non faciet, nec ostentatio
 & in populos nominis dimissa notitia. Nemo nouit deum, nisi
 ti de illo male existimant & impune. Non turba seruorum
 ætlicam tuam per itinera urbana ac peregrina portantium.
 Deus ille maximus potentissimusq; ipse uehit omnia. Ne forte

quidem,
 patitur
 deterius
 Quid h
 aliud uo
 Hic anim
 quàm in
 libertinu
 ta. Subsil
 quosq; dig
 to. Non p
 gia illos

EPIS
 net huius

INQUIR
 Amunt,
 potes, tec
 imò tanq
 te audio,
 interrogo
 cum dissi
 ciam non
 sollicitanti
 mutant t
 moratur,
 stantia fac
 Diducim
 Lucili ch
 ris, si à te
 ac fugien
 & eude.

quidem, & uires * bonum te facere possunt, nihil horum non patitur uetustatem. Quærendum est ergo quod nō fiat indies deterius, cui non possit obstari, quo non melius possit optari. Quid hoc est? animus sed hic rectus, bonus, magnus. Quid aliud uoces hunc, quàm deum in humano corpore * hospitem? Hic animus tam in equitem Romanum, quàm in libertinum, quàm in seruum potest cadere. Quid est eques Romanus, aut libertinus, aut seruus? Nomina ex ambitione, aut ex iniuria nata. Subsilire in cœlum, ex angulo licet. Exurge modo, & te quoq; dignum finge Deo: finges autem, non auro, non argento. Non potest ex hac materia imago Deo exprimi similis. Cogita illos cum propitij essent, fictiles fuisse.

*beatum

*hospitatē

EPIST. XXXII. Commendat secessum à turba, & ammonet huius uitæ cursum percurrendum esse.

Inquiro à te & ab omnibus sciscitor, qui ex ista regione ueniunt, quid agas, ubi, & cum quibus moreris. Verba dare nō potes, tecum sum. Sic uiue tanquam quid facias auditurus sum, imò tanquam uisurus. Quæris quid me maxime ex his quæ de te audio, delectet? Quod nihil audio, quod pleriq; ex his quos interrogo nesciunt, quid agas. Hoc est salutare, non conuersari cum dissimilibus, & diuersa cupientibus: habeo quidem fiduciam non posse te torqueri, mansurumq; in proposito etiam si sollicitantium turba circumeat. Quid ergo est? non timeo ne immutent te, timeo ne impediant. Multum autem nocet, & qui moratur, utiq; in tanta breuitate uitæ, quam breuiorem inconstantia facimus, aliud eius subinde atq; aliud facientes initium. Diducimus illam in particulas ac *lancinamus. Propera ergo Lucili charissime & cogita, quantum celeritati additurus fueris, si à tergo hostis instaret, si equitem aduētare suspicārēs, ac fugientium premere uestigia. Fit hoc, premeris, accelera, & cuade, perduc te in tutum, & subinde considera, quàm pul-

*lancinamus.

chra

chra res sit consummare uitam ante mortem, deinde expectare securum reliquam temporis sui partem, nihil sibi in possessione beatæ uitæ positum, quæ beatior non sit, si longior. Quando uidebis illud tempus? quo scies tempus ad te non pertinere, quo tranquillus placidusq; eris, & crastinè negligens. & in summa tui satietate. Vis scire quid sit quod faciat homines auidos futuri? Nemo sibi contingit. Optauerunt itaq; etiam alia parentes tui, sed ego tibi contrà, omnium tibi eorum contemptum opto, quorum illi copiam. Vota illorum multos compulant, ut te locupletent. Quicquid ad te transferunt, aliquid detrahendū est. Opto tibi tui facultatē, ut uagis cogitationibus agitata mens, tandem resistat, & certa sit: ut placeat sibi, & intellectis ueris bonis quæ simul intellecta sunt, possidentur, ætatis adiectione nõ egeat. Ille demū necessitates supergressus est, & exautoratus ac liber, qui uiuit uita peracta. Vale.

* Simul pro
simul ac.

EP. IST. XXXIII. Quomodo omnia philosopharum uita pondus habent, & quàm turpe sit semper ex commentario sapere.

Desideras his quoq; epistolis sicut prioribus, ascribi aliquas uoces nostrorum procerum. Non fuerunt circa seculos occupati, totus cõtextus illorū uirilis est. In æqualitate scias esse, ubi quæ eminent notabilia sunt. Non est admiratio una arbor, ubi in eandem altitudinē tota sylua surrexit. Eiusmodi uocibus referta sunt carmina, refertæ historiæ. Itaq; modo Epicuri illas esse existimes, publicæ sunt, & maxime nostræ. Sed in illo magis annotantur, quia raræ interim interueniunt, quia in speratæ, quia mirum est aliquid fortiter dici ab homine molliciem professo. Ita enim pleriq; iudicant. Apud me uero Epicurus est & fortis, licet manuleatus sit. Fortitudo, & in hostria, & ad bellum prompta mens, tam in Persas quàm in abscinctos cadit. Non est ergo quod exigas excerpta & repetita. Continuum est apud nostros, quicquid apud alios excerptum.

Non habet
nihil inu
spensa su
Putas no
las asigne
netio, an
cat: apud
rus, ad u
nio locutu
mus, inqu
quid educ
oculum, i
legeretur
gustare i
sunt, tota
nij opus n
reviso qu
consideres
brachiu, s
tibus abst
sed plena
Sumeda et
perpetua,
cõstrant, r
eum singu
sa. Ideo p
Greci Ch
testi, qui pl
solos turp
& memor
pe est enim

Non habemus itaq; ista odorifera, nec emptorem decipimus, nihil inuenturum cum intrauerit, præter illa quæ in fronte suspensa sunt. Ipsis permittimus unde uelint sumere exemplaria. Putas nos uelle singulares sententias ex turba separare? Cui illas assignabimus? Zenoni, an Cleanthi, an Chrysippo, an Pannetio, an Possidonio? Non sumus sub rege, sibi quisq; se uendicat: apud istos quicquid dicit Hermacus, quicquid Metrodorus, ad unum refertur. Omnia quæ quisquam in illo contubernio locutus est, unius ductu & auspitijs dicta sunt. Non possumus, inquam, ex tanta rerum equalium copia, licet tentemus aliquid educere. Pauperis est numerare pecus. Quocunq; miseris oculum, id tibi occurret quod emicare posset, nisi inter paria legeretur. Quare depone istam spem, posse te summam degustare ingenia maximorum uirorum. Tota tibi inspicienda sunt, tota tractanda. Res geritur, & per liniamenta sua ingenij opus nequitur, ex quo nihil subduci sine ruina potest. Nec recesso quo minus singula membra, dummodo in ipso homine consideres. Non est formosa mulier, cuius crus laudatur aut brachium, sed illa cuius uniuersa facies admirationem singulis partibus abstulit. Si tamẽ exegeris, nõ tam* mendice tecum agam, * modice sed plena manu fiet. Ingens eorum turba est passim iacentium. Sumenda erunt non colligenda. Non enim excidunt, sed fluunt perpetua, & inter se connexa sunt. Nec dubito quin multum cõsperant, rudibus adhuc & extrinsecus auscultantibus. Facilius enim singula insidunt circumscripta, & carminis modo inclusa. Ideo pueris & sententias ediscendas damus, & has quas Græci Chrias uocant, quia complecti eas puerilis animus potest, qui plus adhuc nõ capit certi profectus. Viro captare flosculos turpe est, & fulcire se notissimis & paucissimis uocibus, & memoria stare. Sibi iam imitatur, dicat ista, nõ teneat. Turpe est enim seni aut prospicienti senectutem ex cõmentario sapere.

re. Hoc Zenon dixit. Tu quid? Hoc Cleanthes, tu quid? quod sub alio moueris? Et impera & dic, quod memoria tradat, aliquid & de tuo profert. Omnes itaq; istos nunquā autores semper interpretes, sub aliena umbra latentes, nihil puto habere generosi, nunquam ausos aliquando facere, quod diu durant. Memoriam in alienis exercuerunt. Aliud est meminisse, aliud scire. Meminisse est rem cōmissam memoria custodire. At contrā scire, est & sua facere quēq;, nec ab exemplari prendere, & toties ad magistrum respicere, hoc dicit Zenon, Cleanthes. Aliquid intersit inter te & librū quousq; disceris & præcipe. Quid est, quare audiam quod legere possumus? inquit, uiua uox facit. Non quidem hæc quæ alienis uerbi cōmendatur, & actuarij uice fungitur. Adijce nunc, quod qui nunquam tutelæ suæ sunt, primum in ea re sequuntur priores, in qua nemo non à priore desciuit, deinde in ea re sequuntur quæ adhuc quæritur. Nunquā autem inuenietur, si contemserimus inuentis. Præterea qui aliud sequitur, nihil inuenit, imò nec quærit. Quid ergo nō ibo per priorum uestigia? uerò utar uia ueteri, sed si priorem planioremq; inuenero, hanc muniam. Qui ante nos ista mouerunt, non domini nostri, sed duces sunt. Patet omnibus ueritas, nondum est occupata. Nihil tum ex illa etiam futuris relictum est. Vale.

EP. I. S. XXXIIII. Quomodo magistrum delectat profectus discipuli, & quod magna pars bonitatis est uelle fieri bonum.

Cresco, & exulto, & discussa senectute recalesco, quæ ex his quæ agis & scribis intelligo quantum te ipse turbam olim reliqueras supergrederis. Si agricolam arborum fructum producta delectat, si pastor ex foetu gregis sui capere uoluptatem, si alumnum suū nemo aliter intuetur, quam satulescentiā illius suam iudicet, quid cūenire credis his, qui inueniuntur.

educauerunt, & quæ tenera formauerunt, adulta subito uident: Afferro te mihi, meum opus es. Ego cum uidissem indolem tuam, inieci manum, exhortatus sum, addidi sti multos, nec lente ire passus sum, sed subinde incitavi, & nunc idem facio. Sed iam currentem hortor, & inuicem hortantē. Quid aliud, inquis, adhuc uolo? In hoc plurimū est. Non sic quomodo principia totius operis dimidium occupare dicuntur, ita res animo constat. Pars magna bonitatis est, uelle fieri bonū. Scis quæ dicam bonū? perfectū, absolutū, quem malū facere nulla uis, nulla necessitas possit. Hunc in te prospicio, si perseueraueris & incubueris, & id egeris ut oīa facta dicta q; tua inter se cōgruāt, ac respondeant sibi & una forma percussa sint. Non est huius animus in recto, cuius dictis acta discordant. Vale.

EPIST. XXXV. De differentia amicitia, & amoris, & animi constantis.

Cum te tam obnixè rogo ut studeas, meū negotiū ago, habere amicū uolo, quod contingere mihi (nisi pergas excolere te ut cœpisti) non potest. Nunc enim amas me, amicus non es. Quid ergo? hæc inter se diuersa sunt? imò dissimilia. Qui amicus est, amat, qui amat, non utiq; amicus est. Itaq; amicitia semper prodest. Amor etiā aliquādo nocet. Si nihil aliud, ob hoc profice, ut amare discas. Festina ergo dum mihi proficis, nec istuc alteri didiceris. Ego quidē percipio iam fructū, cum mihi fingo uno nos animo futuros, et quicquid ætati meæ uigoris abscessit, id ad me ex tua, quanquā non multum abest, rediturū. Sed tamen re quoq; ipsa letus esse uolo, uenit ad nos ex his quos amamus etiam absentibus gaudium, sed id leue & emaniādū, Conspectus, & presentia, & conuersatio aliquid habet uiuæ uoluptatis, utiq; si non tantū quæ uelis, sed quæ uelis uideas. Affer itaq; te mihi ingens munus, & quo magis istes, cogita me senē esse, te mortalē. Propterea ad me, sed ad te prius profice,

profice, & ante oīa hoc cura, ut cōstes tibi. Quoties experire uoles, an aliquid actū sit, obserua an eadē uelis hodie quaeri. Mutatio uoluntatis indicat animū natāre aliubi atq; alibi apparēre, prout tulit uentus. Nō uagatur quod est fixū et fixū datū. Istud sapiētī *perfecte cōtingit, aliquatenus et proficiēti prouectōq;. Quid ergo interest? Hic cōmouetur quidē nō transiit, sed suo loco nutat, ille nec cōmouetur quidem. Val

*perfecto

EPIST. XXXVI. De inquietæ felicitatis horriditate, & quæ propria animi meditatio sit contemptus mortis.

Amicum tuū hortare, ut istos magno animo contēat, qui illum obiurgant, quod umbram & otīū petierit, quod dignitatē suā destituerit, & cū plus consequi posset, pretulerit quietē omnibus. Quā utiliter negotiū suū gesserit, quoties illis ostendet. Hi quibus inuidetur, non desinēt transire. Alij uidentur, alij cadent. Res est inquieta felicitas. Ipsa se exagitat, mouet cerebrū, non uno genere. Alios in aliud iritat, hos in potentiam, illos in luxuriā, hos inflat, illos mollit & totos resoluuit. At bene aliquis illā fert, sic quomodo uinum. Itaq; non est quod tibi isti persuadeant eū esse felicē, qui à multis oblectatur. Sic ad illū quemadmodū ad lacū concurritur, quē exherant & turbant. Nugatoriū & inertē uocant. Scis quosdam peruerse loqui, & signare contraria, felicem uocabant. Quis ergo? Erat? Ne illud quidē curo quod quibusdā nimis horridi animi uidetur & tetrici. Ariston aiebat, malle se adolecentem tristē, quā hilarē & amabilē turbare. Vinum enim fieri bonū quod recens durū & asperū uisum est, non pati etatē quod in dolio placuit. *Sine cū tristē appellant & inimicū processerint suis, bene se dabit in uetustate ipsa tristitia, perscueret molis colere uirtutē, *perhibere liberalia studia, nō illa quibus perfundi satis est, sed hæc quibus tingendus est animus. Hoc est discendi tempus. Quid ergo? aliquid est, quo non sit discendi

*Sine

*perhibere:
aliis, pre-
dere

Minime

Minime. Sed quemadmodū omnibus annis, studere honestum est, ita non omnibus institui, Turpis & ridicula res est elementarius senex, iuueni parenāū, seni utendū est. Facies ergo rem utilissimam tibi, si illū quā optimū feceris. Hæc aiunt beneficia esse expetenda tribuendāq; non dubiè primæ sortis, quæ tam prodest dare, quā accipere. Deniq; nihil illi iam liberum est. Spondit. Minus autē turpe est creditori, quā speci bonæ decoquere. Ad illud æs alienū soluendū, opus est negotianti navigatione prospera, agrū colenti ubertate eius quā colit terræ, & cæli fauore. Ille quod debet sola potest uolūtate persolvere. In mores fortuna ius non habet. Hos disponat, ut quā tranquillissimus ille animus ad perfectū ueniat, qui nec ablatū sibi quicquam sentit, nec adiectum, sed in eodē habitu est, quocunq; res cadunt. Cui siue aggerūtur uulgaria bona, supra res suas eminent, siue aliquid ex istis uel omnia casus excussit, minor nō fit. Si in Parthia natus esset, arcū infans statim tenderet. Si in Germania, protinus puer tenerū hastile uibraret. Si auorum nostrorum tēporibus fuisset, equitare & hostē cominus percutere didicisset. Hæc singulis disciplina gentis suæ suadet & imperat. Quid ergo huic meditādū est, quod aduersus omnia tela, quod aduersus omne hostiū genus bene facit, mortem contemnere: quæ quin habeat in se aliquid terribile, ut & animos nostros (quos in amorē sui natura formauit) offendat, nemo dubitat: nec enim opus esset in id comparari & acui, in quod instinctu quodam uolūtario iremus, sicut feruntur omnes ad conseruationem sui. Nemo discit, ut si necesse fuerit, æquo animo in rosa iaceat, sed in hoc duratur, ut tormentis nō submittat fidem, ut si necesse fuerit, stans etiā aliquando saucius pro uallo peruiget, & ne pilo quidē incumbat, quia solet obrepere interim somnus in aliquod ammiculū reclinatis. Mors nullum habet incommodum. Esse enim debet aliquid cuius sit incō-

dum. Quod si tanta cupiditas longioris æui te tenet, cogit nihil eorum quæ ab oculis abeunt, & in rerum naturâ, ex qua prodierunt ac mox processura sunt reconduntur, consumuntur sinunt ista non percunt. Et mors, quâ pertimescimus ac recessamus, intermittit uitâ non eripit: ueniet iterû qui nos in lucem reponat dies, quâ multi recusarent, nisi oblitos reduceret. Sed postea diligentius docebo, omnia quæ uidentur perire, mutari. Aequo animo debet rediturus exire. Obserua orbem rerum in se remeantiû, uidebis in hoc mundo nihil extingui, sed uicibus descendere ac resurgere. Aestas abit, sed alter annus illâ adlocit: hyems cecidit, referent illâ sui menses. Solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget. Stellarû iste discursus quicquid preterierit repetit, pars cœli leuatur assidue, pars mergitur. Deniq; finem faciâ, si hoc unû adiecero, nec infantes, nec pueros, nec mente lapsos, timere mortem. Et esse turpissimû si eâ securitate nobis ratio nō præstat ad quâ stultitia perducit. Vale.

EPIST. XXXVII. De duplici magnanimitate, & quomodo ad ueram libertatem philosophia perducatur.

*rogatus es.
Decipit si qd

Quod maximum uinculum est ad bonâ mentē, promissio uirû bonû. Sacramento* ligatus es. Deridebit si qui tibi dixerit, mollem esse militiâ & facilē. Nolo te decipi. Eorum honestissimi huius & illius turpissimi, autoramenti uerba sunt, uiri, uinciri, ferroq; necari. Ab illis qui manus arenæ locant, edunt ac bibunt, quæ per sanguinē reddant, cauetur ut ista in inuiti patiantur, à te, ut uolens libensq; patiârîs. Illis licet arma submittere, misericordiâ populi tērare. Tu neq; submittere, nec uitam rogabis. Recto tibi inuictioq; moriendum est. Quis porro prodest paucos dies, aut annos lucrifacere? Sine missione nascimur. Quomodo ergo, inquis, me expediam? Effugere non potes necessitates, potes uincere. Fiat uia, & hâc tibi uiam dabit philosophia: ad hanc te confer, si uis saluus esse, si securus

beatiss.

beatus. Deniq; si uis esse (quod est maximum) liber. Hoc contingere aliter non potest. Humilis res est stultitia abiecta, sordida, seruilis, multis affectibus & sæuissimis subiecta. Hos tam graues dominos, interdum alternis uicibus imperantes, interdum pariter, dimittit à te sapientia, quæ sola libertas est. Vna ad hanc fert uia, & quidem recta. Non aberrabis, uade certo gradu. Si uis tibi omnia subijcere, te subijce rationi, multos reges, si ratio te rexerit. Ab illa disces quid, & quemadmodum aggredi debeas, non incidēs rebus. Neminem mihi dabis, qui sciat quomodo quod uult cœperit uelle. Non consilio adductus ullo, sed impetu impactus est. Non minus sæpe fortuna in nos incurrit, quàm nos in illam. Turpe est non ire, sed ferri, & subito in medio turbine rerū stupentem querere, huc ego quem admodum ueni? Vale.

EPIST. XXXVIII. De utilitate familiaritatis breuis
& inlaborati sermonis.

Merito exigis ut hoc inter nos epistolarum commercium frequentemus. Plurimum proficit sermo, qui minutatim irreperit animo. Disputationes præparatæ & effusæ audienti populo, plus habent strepitus, minus familiaritatis. Philosophia bonū consiliū est. Consilium nemo clare dat. Aliquando utendum est & illis (ut ita dicam) concionibus, ubi qui dubitat, impellendus est. Vbi uerò non hoc agendum est, ut uelit discere, sed ut discat, ad hæc submissiora uerba ueniendum est. Facilius intrat, sed herent, Nec enim multis opus est, sed efficacibus. Seminibus modo spargenda sunt, quod quauis sit exiguum, cum occupauit idoneū locum, uires suas explicat, & ex minimo in maximos usus diffunditur. Idē facit ratio, non latè patet, si aspicias, in opere crescit. Pauca sunt quæ dicuntur, sed si illa animus bene exceperit, conualescunt & exurgunt. Eadem est, inquam, præceptorum conditio quæ seminum. Multum efficiunt, & si an-

gusta sunt, tantum, ut dixi, idonea mens rapiat illa, & in se trahat. Multa inuicem & ipsa generabit, & plus reddet, quam acceperit. Vale.

EPIST. XXXIX. De differentia ordinariæ orationis & breuiarii, & quod sit proprium generosi animi ad excellentiari, & quatinus superfluitas noceat.

Commentarios quos desideras diligenter ornatos, & in angustum coactos, ego uerò componam, sed uide ne plus profectura sit oratio ordinaria, quã hæc que nunc uulgo breuiariū dicitur. Olim cū latine loqueremur, summarium uocabatur. Illa res discenti magis necessaria est, hæc scienti. Illa enim docet, hæc ammonet. Sed utriusq; rei tibi copiam faciam. Tu a me non est quod illū aut illū exigas. Qui * notorem dat, ignotus est. Scribam ergo quod uis, sed meo more, Interim multos habes, quorum scripta nescio an satis ordinent. Sume in manus indicem philosophorū. Hæc ipsa res expergisci te coget. Si uideris quã multi tibi laborauerint, concupisces & ipse ex illis unus esse. Habet enim hoc in se generosus animus, quod concitatur ad honesta, Neminem excelsi ingenij uirū humilia delectant & sordida, magnarū rerum species ad se uocat et extollit. Quemadmodū flamma surgit in reclusū, iacere ac deprimi non potest, non magis quã quiescere: ita noster animus in motu est, eo mobilior & actuosior, quo uehementior fuerit. Sed felix qui ad meliora hunc impetū dedit. Ponet se extra ius diuinemq; fortunæ, Secunda tēperabit, aduersa cōminuet, & alijs admiranda despiciet. Magni animi est magna contemnere, ac mediocria malle, quã nimia. Illa enim utilia uitaliaq; sunt, at hæc eo quo superfluunt nocent, Sic segetē nimia sterit ubertas, sic rami onere franguntur, Sic ad maturitatē non peruenit nimia fecunditas. Idem animis quoque euenit, quos immoderata felicitas rumpit, qua non tantum in aliorum iniuriam, sed etiam

* uocatorem

etiam in
tumelio
impoten
quod q
xat: Nec
ralem m
ex libid
superuac
bus in co
miserim
fuerant,
non frui
Tunc * a
delectant
ubi que

EP I

es

Q Vo
mo
cipio, ut
absentiu
rium abs
sunt liter
runt: Na
epistole
pronem P
su uerba
Plura em
probo in
esse comp
& prope

etiam

etiam in suam *uertuntur. Quis hostis in quenquam tam contumeliosus fiat, quam in quosdam uoluptates suæ sunt, quorum impotentia atq; insane libidini ob hoc unum possis ignoscere, quod quæ fecere patiuntur? Nec immerito hic illos furor uexat. Neesse est enim in immensum exeat cupiditas, quæ naturalem modum transilijt. Ille enim habet suum finem, inania & ex libidine orta sine termino sunt. Neccessaria metitur utilitas, superuacua quo redigis? Voluptatibus utiq; se immergunt, quibus in consuetudinem adductis carere non possunt, & ob hoc miserrimi sunt, quod eò peruenerunt, ut illis quæ superuacua fuerant, facta sint necessaria. Seruiunt utiq; uoluptatibus suis non fruuntur, & mala sua (quod malorū ultimum est) amant. Tunc *autem consummata est infelicitas, ubi turpia non solum delectant, sed etiam placent: & desinit esse remedio locus, ubi quæ fuerant uitia, mores sunt. Vale.

*utuntur;

*itaq;

EPIST. XL. Docet pronunciationem moderandam, & exemplo maxime Ciceronis iubet esse tardiloquum.

Quod frequenter mihi scribis, gratias ago. Nam quo uno modo potes, te mihi ostendis. Nunquā epistolam tuā accipio, ut non protinus unā simus, Si imagines nobis amicorum absentium iucundæ sunt, quæ memoriā renouant & desiderium absentia, falso atq; inani solatio leuant: quāto iocundiores sunt literæ, quæ uera amici absentis uestigia, ueras notas afferunt? Nam quod in conspectu dulcissimum est, id amici manus epistolæ impressa præstat agnoscere. Audisse te scribis Serapionem Philosophum, cum istuc applicuisset, solere magno cursu uerba conuoluere, quæ non *effundit, imò premit et urget, Plura enim ueniunt, quam quibus uox una sufficiat: hoc non probo in philosopho, cuius pronuntiatio quoq; sicut uita debet esse composita. Nihil autem ordinatum est, quod præcipitatur & properat. Itaq; oratio illa apud Homerum concitata, et sine

*effudit una uox, sed premit

intermissione in morem niuis superueniens, oratori data est, melle dulcior seni profluit. Sic itaq; habe ut istam uim dicendi rapidam, atque abundantem, apuorem esse circulanti uideam quam agenti rem magnam ac seriam, docentiq;. Aequè stultum illam nolo, quam currere. Nec extēdat aures, nec obruat. Sit illa quoque inopia & exilitas minus intentum auditorem habet, tedio interruptæ tarditatis. Facilius tamen insidit quod expectatur, quam quod præteruolat. Denique tradere hominibus discipulis præcepta dicuntur. Non traditur quod fugit. Adhuc nunc quod quæ ueritati operam dat oratio, incomposita debet esse & simplex. Hæc popularis nihil habet ueri, mouere uult turbam, & incōsultas aures impetu rapere, tractandam se non præbet, aufertur. Quomodo autem regere potest, quæ regi non potest? Quid quod hæc oratio quæ sanandis mentibus adhibetur, descendere in nos debet? Remedia non prosunt, nisi immorentur. Multum præterea habet inanitatis & uani, plus sonus quam ualeat. Lenienda sunt quæ me exterrēt, compeſcēda quæ iritant, discutienda quæ fallunt, Inhibenda luxuria, orripienda auaritia. Quid horū raptim potest fieri? Quis medicus ægrum in transitu curat? Quid quod ne uoluptatem quidem ullam habet, talis uerborum sine delectu ruentium strepitus? Sed ut præterea quæ fieri posse non crederes, cognouisse satis est, sic uerba quæ uerba exercuerunt abunde est semel audisse. Quid enim quis discere, quid imitari uelit, quid de eorum aīo iudicet, quæ ^{*admissa} oratio perturbata & ^{*immissa} est, nec potest repræsentari. Quem admodum per procliuē currentiū, non ubi uisum est gradus sistitur, sed incitato corporis pondere se rapit ac longius quam uoluit effertur: sic ista dicendī celeritas nec in sua potestate est, nec satis decora philosophiæ, quæ ponere debet uerba non proijcere, & pedetentim procedere. Quid ergo non aliquando & insurget? Quid ni? sed salua dignitate

rum, quæ
gnas, m
oratori
ac sine
terit, aliq
aut ostē
net, atqu
cies, si n
dam qua
Publium
blius V
rius ait,
potest iu
aliquis t
tanquam
*Echeri
abesse a
termisit
nationib
centiam
sueuimus
*exiliuit
cū, & a
gius &
quoque,
dicere fa
sapiente
exeat, p
te deterr
gere ali
tet, & i

rum, quam uiolenta ista & nimia uis exuit. Habeat uires magnas, moderatas tamen, perennis sit nuda, non torrens. Vix oratori permiserim talem dicendi uelocitatem, irreuocabilem, ac sine lege uadentem. Queadmodum enim iudex subsequi poterit, aliquando etiam imperitus ac rudis: tum quoque cum illi aut ostentatio abstulerit, aut affectus impetus sui, tantum festinet, atque ingerat, quantum aures pati possunt. Recte ergo facies, si non uideris istos, qui quantum dicant, non quemadmodum querunt, & ipse malueris aliquando si necesse est, uel iuxta Publium Vinicium dicere, qui cum quaereretur quomodo Publius Vinicius diceret, Asellius ait, tractum. Nam Geminus Varius ait, quomodo istum disertum dicatis, nescio, tria uerba non potest iungere. Quid ni malus tu sic dicere quomodo Vinicius? aliquis tam insulsus interuenerit, qui illi singula uerba uellent, tanquam dictaret non diceret, ait, Dic uel nunquam dicas. Namque Escheri cursum suis temporibus oratoris celeberrimi, longe abesse ab homine sano uolo. Nunquam dubitauit, nunquam intermisit, semel incipiebat, semel desinebat, quaedam tamen & nationibus puto magis aut minus conuenire. In Graecis hanc licentiam tuleris. Nos etiam cum scribimus interpungere consueuimus. Cicero quoque noster (a quo Romana eloquentia exiuit) gradarius fuit. Romanus sermo magis se circumspicit, & aestimat, & praebet aestimandum. Fabianus uir egregius & uita & scientia, & (quod post ista est) eloquentia quoque, disputabat expedite magis, quam concitate, ut posses dicere facilitatem esse illam non celeritatem. Hanc ego in uiro sapiente recipio, non exigo, ut oratio eius sine impedimento exeat, proferatur tamen malo, quam profluat. Eo autem magis te deterreo ab isto morbo, quod non potest tibi ista res contingere aliter, quam si te pudere deserit. Perfrices frontem oportet, & ipse te non audias. Multa enim inobseruatus ille cursus

15

* Aterij

* exiuit

feret quæ reprehendere uelis. Non potest, inquam, tibi corrigere res ista, salua uerecundia. Præterea exercitatio opus est quotidiana, & à rebus studium transferendum est ad uerba. Hæc autem etiam si aderunt, & poterunt sine ullo tuo labore decurrere, tamen temperanda sunt. Nam quemadmodum sapienti uiro incessus modestior conuenit, ita oratio pressa, non audax. Summa ergo summarum hæc erit, tardiloquum te ipse iubeo. Vale.

EPIST. XLI. Quomodo in uno quoque bonorum uirorum Deus habitat, & quod homo laudatus est, pro his quæ habet intus.

FACIS rem optimam, & tibi salutare, si (ut scribis) perferas ire ad bonam mentem & quam stultum est optare, non possis à te impetrare? Non sunt ad cælum eleuandæ manus, nec exorandus ædituus, ut nos ad aures simulachri, quasi magis exaudiri possimus, admittat. Prope est à te Deus, tecum est, intus est. Ita dico Lucili, sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum obseruator et custos, hic prout à nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. Bonus uir sine deo nemo est. An potest aliquis supra fortunam nisi ab illo adiutus exurgere? Ille dat consilia magnifica, et ^{*recta} recta. In unoquoque uirorum bonorum quæ deus, incertum est, habitat tamen deus. Si tibi occurrit uetulus arboribus, & solitam altitudinem egressis frequens lucus, & conspectum cœli densitate ramorum aliorum alios protegeturam submouens, illa proceritas syluæ, & secretum loci & admiranda umbra, in aperto tam dense atque continuæ, fidem tibi numerum facit. Et si quis specus saxi penitus exesis montem suspendere, non manifestus, sed naturalibus causis in tantam laxitatem excavatus, animum tuum quadam religionis suspitione percauet. Magnorum fluminum capita ueneramur, subita ex abdito uisibilibus annis eruptio aras habet. Coluntur aquarum calentium fontes

& stagna quædam, uel opacitas, uel immensa altitudo sacra-
 nit. Si hominẽ uideris interritum periculis, intactum cupiditati-
 bus, inter aduersa felicem, in medijs tempestatibus placidum,
 ex superiore loco homines uidentem, ex æquo deos, non subibit
 te ueneratio eius? Non dices, ista res maior est altiorq̃, quàm
 ut credi similis huic, in quo est, corpusculo possis? Vis istuc di-
 uina descendit, animum excellentem, moderatũ, omnia tanquam
 minora transeuntem, quicquid timemus optamusq̃; ridentem,
 celestis potentia agitatur. Non potest res tanta sine adminiculo
 raminis stare. Itaque maiore sui parte illic est unde descendit.
 Quemadmodum radij solis contingunt quidem terram, sed ibi
 sunt unde mittuntur: sic animus magnus et sacer, & in hoc de-
 missus ut propius quidem diuina nossemus, conuersatur quidem
 nobiscum, sed hæret origini suæ. Illinc p̃ndet, illuc spectat ac
 nititur, nostris tanquam melior interest. Quis est ergo hic ani-
 mus? qui nullo bono nisi suo nitet. Quid enim est stultius, quàm
 in homine aliena laudare? Quid eo dementius, qui ea mira-
 tur, quæ in alium protinus transferri possint? Non faciunt me-
 liorẽ equum aurei freni. Aliter leo aurata iuba nitet, dum con-
 trectatur, & ad patiẽtiam recipiendi ornamenta cogitur fati-
 getus, aliter incultus, integri spiritus. Hic scilicet impetu acer,
 qualem illum esse natura uoluit, speciosus ex horrido, cuius hic
 decor est, non sine timore aspici, præfertur illi languitudo, &
 bracteato. Nemo gloriari nisi suo debet. Vitẽ laudamus, si fru-
 ctu palmites onerat, si ipsa ad terrã, pondere eorũ quæ tulit,
 adminicula deducit. Num quis huic illam præferret uitẽ, cui
 aureæ uuæ, aurea folia dep̃dent? Propria uirtus est in uite fer-
 tilitas. In hoĩe quoq̃; id laudãdum est, quod ipsius est. Familiã
 pulchram habet, & domum pulchram, multum serit, multum
 generat, nihil horum in ipso est, sed circa ipsum. Lauda in
 ipso, quod nec cripi potest, nec dari. Quod propriũ est hominis,

queris

quæris quid sit? Animus, & ratio in animo perfecta. Rationale enim animal est homo. Consummatur itaque eius bonum, si adimpleuit cui nascitur. Quid est autem quod ab illo ratio exigat? Rem facillimam, secundum naturam suam uiuere: hanc difficilem facit communis insania. In uitia alter alterum trudimus. Quomodo autem ad salutem reuocari possunt, quæ nemo retinet, populus impellit? **Vale.**

EPIST. XLII. Vota eorum qui de potentibus male existimant, & de remedio contra damna bonorum fortuitorum.

IAM tibi iste persuasit, se uirum bonum esse. Atqui uir bonus tam cito nec fieri potest, nec intelligi. Scis quem nunc uirum bonum dicam, huius secundæ notæ. Nam ille alter fieri se tanquam phoenix semel anno quingentesimo nascitur, nec mirum ex interuallo magna generari. Mediocria & in tua nascentia, sepe fortuna producit, eximia uerò, ipsa raritate commendat. Sed iste multum adhuc abest ab eo quod proficitur, & si sciret quid esset uir bonus, nondum se esse crederet. Et tamen si sciret, tamen se esse crederet. At male existimat de malis. Hoc etiã mali faciunt, nec ulla maior poena nequitie est, quam quod sibi ac suis displicet. At odit eos, qui subita & magnæ potentia insolenter utuntur. Idem faciet, cum idem poterit. Multorum quia imbecillia sunt, latent uitia, non minus ausura cum illis uires suæ placuerint, quam illa quæ iam felicitas aperuit. Instrumenta illis explicandæ nequitie desunt. Sic tuto serpentes etiam pestifera tractatur, dum riget frigore. Non desunt tamen illi uenena, sed torpent. Multorum crudelitas, & ambitio, & luxuria, ut paria pessimis audeat, fortunæ fauore deficiat. Eadem uelle eos cognosces, da posse quantum uolunt. Meministi cum quendam affirmares esse in tua potestate, dixisse me uolaticum esse ac leuem, & te non pedem eius tenere, sed pennam. Mentitus sum, pluma tenebatur, quam remisit & fugit.

quos postea exhibuerit tibi ludos, quàm multa in caput suum casura tentauerit. Non uidebat se per aliorum pericula in suum ruere, non cogitabat quàm onerosa essent quæ petebat, etiam si superuacua non essent. Hoc itaq; in his quæ affectamus, atq; labore magno contendimus, inspicere debemus, aut nihil in illis commodi esse, aut plus incommodi. Quaedam superuacua sunt, quedam tanti non sunt. Sed hæc non peruidemus, & gratuita nobis uidentur, quæ charissime constant. Ex eo licet stupor non fieri appareat, quod ea sola putamus emi, pro quibus pecuniam solimus, ea gratuita uocamus, pro quibus nos ipsos impendimus: quæ emere nollemus, si domus nobis nostra pro illis esset danda, si amœnum aliquod fructuosum uel prædiũ, ad ea parati sumus peruenire cum sollicitudine, cum periculo, cùm iactura pudoris, & libertatis & temporis. Adeo nihil est cuiq; se uilius. Idem itaq; in omnibus consilijs rebusq; faciamus, quod sollemus facere, quoties ad institorem alicuius mercis accessimus, uideamus hoc quod concupiscimus quanti deferatur. Sæpe maximum pretium est, pro quo nullum datur. Multa possum tibi ostendere, quæ acquisita acceptaq; libertatem nobis extorserrunt. Nostri essemus, si ista nostra nõ essent. Hæc ergo tecum ipse uersa, non solum ubi de incremento agetur, sed etiam ubi de iactura. Hoc periturum est. Nempe aduentitium fuit, tam facile sine isto uiues quàm uixisti. Si diu illud habuisti, non perdidisti postquam satiatus es. Si non diu, perdis antequam assuescas. Pecuniam minorem habebis, nempe & molestiam: gratiam minorem, nempe & inuidiam. Circumspice ista quæ nos agunt in insaniam, quæ cum plurimis lachrymis amittimus. Scies non damnum in his molestum esse, sed opinionem damni. Nemo illa perisse sentit, sed cogitat. Qui se habet, nihil perdidit. Sed quoto cuique habere se contigit? Vale.

EPIST. XLIII. Quomodo comparationis modum ferè omnia magna facit, & minima, & quod praua uita querit abscondi à publico sensu.

Quomodo hoc ad me peruenerit queris, quis mihi id cogitare narrauerit, quod tu nulli narraueras. Is qui scit plurimū rumor. Quid ergo, inquis, tantus sum, ut possim excitare rumorē? Non est quod te ad hūc locū respiciens metiaris, ad istum respice, in quo moraris. Quicquid inter uicinas eminet, magnū est illic ubi eminet. Nā magnitudo ^{*non habet} modū, comparatio illam aut tollit, aut deprimit. Nāuis quae in flumine magna est, in mari paruula est. Gubernaculū quod tibi alteri magnū est, alteri exiguum est. Tu nūc in provincia habet cōtemnas ipse te, magnus es. Quid agas, quemadmodū canes, quemadmodū dormias, queritur scitur. Quanto diligentius uita tua pro honoris fastigio queritur, tanto tibi diligentius uiuendū est. Tunc felicē te esse iudica, cum poteris in publico uiuere, cū te parietes tui tegent, nō abscondēt, quos perstrung; circūdatos nobis iudicamus, nō ut tutius uiuamus, sed ne peccemus occultius. Rem dicā, ex qua mores aestimes nostrae, uix quenquā inuenies, qui possit aperto ostio uiuere. Iam uerè conscientia nostra, nō superbia opposuit. Sic uiuimus, ut deprehendi sit, subito aspici. Quid autē prodest recondere se, & celos hominum auresq; uitare? bona conscientia turbam aduersa mala etiā in solitudine anxia atq; sollicita est. Si honesta quae facis, omnes sciant, si turpia, quid refert neminē scire, cum tu scias? O te miserum, si contemnis hunc testem. Vale.

EPIST. XLIIII. Quod quilibet potest fieri uere nobilitas, si uelit. Et quod multi errant in optando uitam beatam.

Iterum tu mihi te pusillum facis, & dicis, malignius tecum legisse naturā prius, deinde fortunam, cum possis te eximere uulgo, & ad felicitatē hominū maximā emergere. Siquid aliud est in philosophia boni, hoc est, quod stemma nō inspicit. Omnes

* cura

si ad primā origenem reuocentur, à dijs sunt. Eques Romanus
 es, & ad hunc ordinē tua te perduxit* industria. At me hercu
 les multis quatuordecim gradus sunt clausi. Non omnes curia
 admittit. Castra quoq; quos ad laborē & periculū recipiunt,
 fastidiose legūt. Bona mēs omnibus patet, omnes ad hoc sumus
 nobiles. Nec reiicit quēpiam philosophia, nec eligit, omnibus lu
 cet. Patricius Socrates nō fuit, Cleanthes aquā traxit, & rigā
 do hortulo locauit manus. Platonē non accepit nobilē philoso
 phia sed fecit. Quid est quare desperes his te posse fieri parē?
 Omnes hi maiores tui sunt, si te illis geris dignū. Geres autē, si
 hoc protinus tibi persuaseris, à nullo te nobilitate superari.
 Omnibus nobis totidē ante nos sunt, nullius nō origo ultra me
 moriā iacet. Plato ait, Neminē regē nō ex seruis esse oriundū,
 neminē nō seruū ex regibus. Omnia ista lōga uarietas miscuit,
 & sursum dēorsum fortuna uersauit. Quis ergo generosus? Ad
 uirtutē bene à natura cōpositus. Hoc unū est intuentū. Alioquē
 si à uetera reuocas, nemo nō inde est, ante qd̄ nihil est. A pri
 mo mūdī ortusq; in hoc tēpus perduxit nos ex splendidis sor
 didisq; alternata series. Nō facit nobilē, atrium plenū fumosis
 imaginibus. Nemo in nostrā gloriam uixit, nec quod ante nos
 fuit nostrū est. Animus facit nobilē, cui ex quacunq; cōditione
 supra fortunā licet surgere. Puta itaq; te nō esse equitē Roma
 nū, sed libertinū, potes hoc consequi, ut solus sis liber inter in
 genuos. Quomodo inquis? Si mala bonaq; non populo autore
 distinxeris. Intuentū est, nō unde ueniāt, sed quo eant. Si quid
 est quod beatā uitā potest facere, id bonū est suo iure, depraua
 ri enim in malū non potest. Quid est ergo in quo erratur? Cum
 omnes beatā uitā optant, quod instrumētā eius pro ipsa habēt,
 & illam dū petunt, fugiūt. Nā cū summa beat. e uit. e sit solida
 tranquillitas, & eius incōcussa fiducia, sollicitudinis colligunt
 culas, & per insidiosum iter uit. e non tantū ferunt sarcinas,
 sed

sed trahunt. Ita longius ab effectu eius quod petunt, semper discedunt, & quo plus opera impendunt, hoc se magis impediunt, & feruntur retro, quod euenit in labyrintho properantibus, ipsa illos uelocitas implicat. Vale.

IN EPISTOLARVM LIB. III. ET V.
EPISTOLA XXXIX.

1 Ostendet mihi lepid. phil. Quidam habebat Marci Lepidi philosophum, sed altera mihi magis probatur.

2 Quidam sic habebat, quod illi genus insaniz hilare contingit. Nec dubium quin hæc germana sit lectio. Eam lectionem Rodolphus Agricola sua manu notarat.

3 Acerrime ridere, & acerrime tabere. Pro tabere quidam habebant, rabere, quidam rubere, quidam rabire. Pro rubere puto scribendum rudere. Lusit enim Seneca uocum affinitate, quæ est in ruderudere. Rident qui gaudent, rudunt irati. Vnde illud Persij: Pecunia rudere dicas.

4 Quidam habebat annotatum, & si exarmauerit cum tempore. Alioquin uidetur exarmare positum neutraliter.

5 Nonne, alius, nã. & sane elegantius.

6 Quidam habebat, iratus morti. EPIST. XXX.

7 Inuenimus aliàs uideri. Consentiebant exemplaria. Videtur aliquid deesse, nisi hoc sentit, discrimen non esse in re, sed in opinione. Quidam habebat alias esse alias uideri. EPIST. XXXI.

8 Quanto magis incubuerint, minusq; sibi uinci ac strigare permiserint. Ita prior æditio. Alius sic habebat, magis incubuerint, minusq; sibi uitia consurgere permiserint. Quæ lectio placet, nisi quod obstreperit pronome, sibi, pro ipsi positum. Quod tamen Seneca frequenter, durius usurpat Variabat & aliter in aliis scripturis, sed nihil fecit. Quidam habebant pro strigare restrigare, opinor fuisse scriptum respirare. Nam mox acclamat, respira.

9 Pro iam per maxima, Rodolphus diuinavit, impar maximum si recipimus, ita legendum est, & in totum impar mammo uero optatum est, turpe etiam num deos fatigare. Prior lectio mihi magis arridet, nisi quod pro & nunc legendum est etiamnum.

10 Graium montē. Graias alpes indicat. Quidam scholiastes habebat scripserat, Graiū, id est, Græcū & adiecit montē Olympi signifi-

11 Inquiro in te, rectius habebatur, quàm à te.

12 Pro priorem quidam habebat apertioem. Forte potior



ant prouiore erat initio scriptum.

13 Perducta rectius.

14 Propterea ad me, &c. Codex quidam ita legebat: Propera ad me, sed ad te prius, profice & ante, &c.

EPIST. XL.

15 Publium Viniciū dicere, Quidā habebāt discere, sed displicet. Videtur deesse præpositio, iuxta: nisi forte sic locutus est Seneca, Publium dicere, quemadmodum Vergilius dixit, uox nō sonat hominem. Deindeq; itaq; superest.

EPIST. XLI.

16 Aliter leo aurata iuba innititur. Ita prior æditio: In aliis erat innititur, in aliis dimittitur, Forte legendum erat nitet. Agit enim de decore natiuo.

17 Ipsa raritate commendat. Aut legendum est commendantur, aut quod in quodam repperimus. Ipsa se raritate commendant.

LVCII ANNAEI

SENECAE EPISTOLARVM AD

LVCILIVM LIB. VI.

EPIST. XLV. De modo eligendi commentarios, de acie ingenii, nō in uerbis, sed in rebus exercenda, & quis sit uerē beatus.



LIBRORVM istic inopiam esse queris. Non refert quā multos, sed quā bonos habeas. Lectio certa prodest, uaria delectat. Qui quō destinauit, peruenire uult, unam sequatur uia, non per multas uagetur. Nō ire istud, sed errare est. Vellē, inquis, magis libros mihi quā cōsiliū dares. Ego uerō quoscunq; habeo mittere paratus sum, & totū horreū excutere, me quoq; istō si possem, transferrē, & nisi mature te finē officij sperare impetraturū, hāc senilē expeditionem indixissem mihi: nec me Charybdis, & Scylla, & fabulosum istud fretū deterrere potuisset. Transnatassem ista: non solū traiecissem, dūmodo te complecti possem, & presens et timare quantū animo creuisses. Cæterum quod libros meos

*impleturū.

s

tibi



tibi mitti desideras, non magis ideò me disertum puto, quam formosum putarem, si imaginè meam peteres. Indulgentia scilicet istud esse nò iudicij, & si modo iudicij est, indulgentia tibi dicitur fuit. Sed qualescunq; sunt, tu illos sic lege tanquã uerũ querens adhuc, non sciã, & contumaciter querã. Non enim me cuiquam mancipaui, nullius nomen fero: multũ magnorũ uirorũ iudicium credo, aliquid & meo uendico. Nam illi quoq; non inuenta, sed querenda nobis reliquerũt, & inuenissent forsitan necessarii, nisi & superflua quæsissent. Multũ illis tẽporis uerborũ calculatio eripuit, & captiosæ disputationes, quæ acumen irritum exercet. Nectimus nodos, & ambigũ significationẽ uerbuũ ligamus, deinde dissoluimus, ac tantũ nobis uacat, iam uiuere, iam mori scimus. Tota illò mète pergẽdũ est, ubi proiuderi debet, ne res nos nò uerba decipiant. Quid mihi uocũ similitudines distinguis, quibus nemo unquã nisi * qui disputat capta est? Res fallunt, illas discerne. Pro bonis mala amplectimur. Optamus contra id quod optauimus, pugnant uota nostra cõ uotis, consilia cũ consilijs. Adulatio quàm similis est amicitie. Non imitantur tantum illã, sed uincit & præterit, aperta propitijs auribus recipitur, & in præcordia ima descendit, ipso gratiosa quo lædit. Doce quẽadmodũ hanc similitudinem dinoscere possim: uenit ad me pro amico blandus inimicus, uirtutia nobis sub uirtutum nomine obrepunt. Temeritas sub titulo fortitudinis latet. Moderatio uocatur ignauia, pro cauto timidus accipitur. In his magno periculo erratur, his certas notas imprime. Cæterũ qui interrogatur, an cornua habeat, non est tam stultus, ut frontem suam tentet, nec rursus tam ineptus, ut hebes, ut non habere se nesciat, quod tu illi subtilissima collectione persueris. Sic ista sine noxa decipiunt, quomodo prestigatorum acetabula & calculi, in quibus me fallacia ipsa declectat. Effice ut quomodo fiat intelligam, per di di usum. Iam

*dum

de istis c
 appellem
 uerborũ
 esse, quẽ
 illum cui
 rabilia ca
 Qui homo
 magistra
 illa præsc
 uerit, cer
 net, nulla
 centi simi
 ro. Nam c
 grandinis
 toris inco
 quẽ tu ipse
 situm est
 uerũ (si ac
 pars super
 menti hab
 enim stati
 nam, si ho
 quibus uita
 quod autem
 dam necess
 boni ignor
 go? non e
 gno tempo
 mitam, dum
 los, & cor
 num. Qui

de istis captionibus dico, quo enim nomine potius sophismata
 appellem? nec ignorantem nocent, nec scientem iuuant. Si uis utiq;
 uerborū ambiguitates diducere, hoc nos doce, beatū eum non
 esse, quē uulgus appellat, ad quē pecunia magna confluit, sed
 illum cui bonū omne in animo est, erectū, & excelsum, & mi-
 rabilia calcantē. Qui neminē uidet, cū quo se cōmutatū uelit,
 Qui hominē ea sola parte aestimat, qua homo est, Qui natura
 magistra utitur, ad illius leges componitur, sic uiuēt, quomodo
 illa præsripit: cui bona sua nulla uis excutit, qui mala in bonū
 uertit, certus iudicij, incōcussus, intrepidus: quē aliqua uis mo-
 uet, nulla perturbat, quē fortuna cū in eū quod habuit telū no-
 centissimū ui maxima intorsit, pungit, non uulnerat, & hoc ra-
 ro. Nam cetera eius tela (quibus genus humanum debellatur)
 grandinis more dissultant, quę incussa tectis, sine ullo habita-
 toris incommodo crepitat, ac soluitur. Quid me detines in eo,
 quē tu ipse pseudomenon appellas, de quo tantū librorū cōpo-
 situm est? Ecce tota mihi uita mentitur, hanc coargue, hanc ad-
 uerū (si acutus es) redige. Necessaria iudicat, quorum magna
 pars superuacua est, etiā quę nō est superuacua, nihil in se mo-
 menti habet in hoc, ut possit fortunatū beatūq; prestare. Nō
 enim statim bonū est, siquid necessariū est. At proijcimus bo-
 num, si hoc nomen pani aut polentę damus, & ceteris sine
 quibus uita non ducitur. Quod bonum est, utiq; necessariū est,
 quod autem necessarium est, non statim bonū est, quoniā quę-
 dam necessaria sunt, eadem uilissima. Nemo usq; eō dignitatem
 boni ignorat, ut illud ad hęc in diem utilia demittat. Quid er-
 go? non eō potius curam transferes, ut ostendas omnibus ma-
 gno temporis impendio quęri superuacua, & multos trāsisse
 uitam, dum uitę instrumenta conquirunt? Recognosce singu-
 los, & considera uniuersos, nullius non uita spectat in crasti-
 num. Quid in hoc sit mali, quæris? Infinitum, non enim uiuunt,

id est, men-
 tientem

sed uicturi sunt: omnia differunt. Etiam si attenderemus, tamen nos uita præcurreret: nunc uerò cunctantes quasi aliena transcurrit, & ultimo die finitur, omni perit. Sed ne epistole meae excedam, quæ non debet sinistram manum legentis implere: in alium diem hanc litem cum dialecticis differam, nimium subtilibus, & hoc solum curantibus, non & hoc. Vale.

EPIST. XLVI. Laudat uoluminis sibi mihi dulcedinem, et docet, quod in dictando fertilis eligenda est materia.

Librum tuum quæ mihi promiseras, accepi, & tanquam laurus ex commodo adaperui, ac tantum degustare uolui. Deinde blanditus est ipse, ut procederè longius, qui quid disertus fuerit ex hoc intelligas licet, leuis mihi uisus est, cum esset, nec mei, nec tui temporis, sed qui primo aspectu, aut Tu Liiij, aut Epicuri posset uideri: tanta autem dulcedine me tenuit & traxit, ut illū sine ulla dilatiōe perlegerem. Sol me inuitabat, fames admonēbat, nubes minabantur, tamen exhaustum totum. Non tantum delectatus, sed gausus sum. Quid ingenium iste habuit, quid animi dicerè, quid impetus, si interquiescit, si interuallo surrexisset. Nunc non fuit impetus, sed tenor, & positio uirilis et sancta. Nihilominus interueniebat dulce illud & loco lene. Grandis erectus es, hoc te uolo tenere, sic incipit aliquid & materia. Ideò eligenda est fertilis, quæ capiat ingenium, quæ excitet. De libro tuo plura scribā, cum illū tractauero, nunc uerò parum mihi sedet iudicium, tanquam audierim illa, non legerim. Sine me & inquirere. Non est quod uerearis, uerum audies. O te hominem felicem, quod mihi habes, propter quod quisquam tibi tam longe mentiatur, nisi quod etiam ubi causa sublata est, mentimur & consuetudinis causa. Vale.

EPIST. XLVII. De familiaritate habenda cum seruis, & ipsos diligendos esse.

Libertus

Libenter ex his qui à te ueniunt cognoui. familiariter te cū
 seruis tuis uiuere: hoc prudentiam tuā, hoc eruditionē de-
 cet. Serui sunt: imò homines. Serui sunt: imò contubernales. Ser-
 ui sunt: imò humiles amici. Serui sunt: imò conserui. si cogitaue-
 ris tantundē in utrosq; licere fortunæ. Itaq; rideo istos, qui tur-
 pe existimant cum seruo suo cœnare. Quare: nisi quia super-
 bissima consuetudo cœnātem dominū stantiū seruorum turba
 circūde dit: Est ille plus quàm capit, & ingēti auiditate onerat
 distentum uentrem, ac desuetum iam uentris officio, ut maiore
 opera omnia egerat quàm ingessit. At infelicibus seruis moue-
 re libra, ne in hoc quidem, ut loquantur, licet: uirga murmur
 omne cōpescitur: & ne fortuita quidē uerberibus excepta sunt,
 stertis, sternutamenta, singultus: magno malo ulla uoce interpel-
 latum silentiū luitur, nocte tota ieiuni, mutiq; perstant. Sic fit
 ut isti de domino loquantur, quibus corā domino loqui non li-
 cet. At illis quibus non tantū corā dominis, sed cum ipsis erat
 sermo, quorum os non consuebatur, parati erant pro domino
 porrigere ceruicem, periculum imminens, in caput suū auer-
 tere. In conuiujs loquebantur, sed in tormentis tacebant. De-
 inde eiusdem arrogantix prouerbium iactatur, Totidem esse
 hostes, quot seruos. Nō habemus illos hostes, sed facimus. Alia
 interim crudelia & inhumana prætereo, quod nec tanquàm
 hominibus quidem, sed tanquàm iumentis abutimur: qui cū ad
 cœnandum discumbimus, alius sputa detergit, alius reliquias
 temulentorum subditus colligit, alius pretiosas aues scindit
 per pectus & clunes certis ductibus circumferens erudita ma-
 nu frustra excutit. Infelix qui huic uni rei uiuit, ut altitia de-
 center secet, nisi quod miserior est, qui hoc uoluptatis causa
 docet, quàm qui necessitatis discit. Alius uini minister in mulie-
 brem modum ornatus, cum atate luctatur. Non potest ef-
 fugere pueritiā, sed retrahitur. Iamq; militaris habitus glaber

* cœnanti do-
 mino

*retritis *restrictis pilis, aut penitus euulsis, tota nocte peruigilat, quos inter ebrietatē domini ac libidinem diuidit, & in cubiculo meo
 *cura & in conuiuio puer est. Alius cui conuiuiarū *censura permissa est, perstat infelix et expectat, quos adulatio, & intemperantia, aut gula, aut linguæ reuocet in crastinū. Adijce obsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt, cuius re alium sapor excitet, cuius delectet aspectus, cuius nouitate nascebundus erigi possit, quid iam ipsa satietate fastidiat, quid illi die esuriat. Cū his cœnare non sustinet, & maiestatis suæ diminutionē putat, ad eandem mensam cū seruo suo accedere. Diu melius, quod ex istis dominos habent. Stare ante limen Calixti dominū suum uidi, et eum qui illi impegerat titulum, qui inter ridicula mancipia produxerat, alijs intratibus excludi. Retulit illi gratiā seruus. Ille in primam decuriā deiectus, in qua uocentur præco experitur, & ipse illum inuicē *apologauit, & ipse non iudicauit domo sua dignū. Dominus Calixtū uendidit, sed domino quam multa Calixtus. Vis tu cogitare istum, quē seruū tuum uocas, ex hiscē seminibus ortū, eodem frui coclo, æquē sperare, æquē uiuere, æquē mori? Tu tam illū uidere ingenium potes, quā ille te seruū. Mariana clade quā multos splendidi sine natos, senatoriū per militiam auspicientes gradu, fortuna depressit, alium ex illis pastore, alium custodē case fecit. Cor tēme nunc eius fortunæ hominē, in quā transire, dum contēdis, potes. Nolo in ingentē me locū immittere, & de usu seruorum disputare, in quo superbissimi, crudelissimi, et contumeliosissimi sumus. Hæc tamen præcepti mei summa est. Sic cū inferiore uiuas, quæ admodum tecū superiorē uelis uiuere. Quoties in meretem uenerit, quantū tibi in seruū liceat, ueniat in mentē, tantūdem in te domino tuo licere. At ego, inquis, nullū habeo dominum. Bona ætas est forsitan habebis. Nescis qua ætate Hercules seruire cœperit, qua Cræsus, qua Darij mater, qua Plato, qua

Diogenes
 monem a
 clamabit
 nihil tu
 osculante
 maiores
 Domini
 nimis ad
 quo solum
 illis in do
 Rempubli
 mouebo n
 existimas
 puta illu
 estimabo
 assignat.
 Si quid en
 stiorū con
 tum in for
 mi inueni
 experire
 ipsum in
 boiem au
 circumda
 nus est, ha
 seruit, ali
 rem antea
 nobilissim
 prior est, q
 terreant,
 perbe sup

Diogenes? Viue cum seruo clementer. In iter quoq; & in ser-
 monem admitte, & in consilium, & in conuictū. Hoc loco ac-
 clamabit mihi tota manus delicatorum, Nihil hac re humilius,
 nihil turpius. Hos ego eosdē deprehendam, alienorū seruorum
 osculantes manū. Ne illud quidem uidetis, quam omnē inuidiam
 maiores nostri dominis, omnē cōtumeliam seruis detraxerint?
 Dominū patrem familiæ appellauerunt, seruos (quod etiam in
 minimis adhuc durat) familiares. Instituerunt diem festum, non
 quo solum cū seruis domini uescerentur, sed quo utiq; honores
 illis in domo gerere, ius dicere permisierunt, & domū pusillam
 Rempublicam esse iudicauerūt. Quid ergo? Omnes seruos ad-
 mouebo mense meo? Non magis quā omnes liberos. Erras, si
 existimas me quosdam quasi sordidioris operæ reiecturum, ut
 puta illum mulionē, & illum bubulcum. Non ministerijs illos
 estimabo, sed moribus. Sibi quisq; dat mores, ministeria casus
 assignat. Quidam cœnent tecū, quia digni sunt, quidam ut sint.
 Si quid enim in illis ex sordida conuersatione seruile est, hone-
 stiorū conuictus excutiet. Non est mihi Lucili, quod amicū tan-
 tam in foro et in curia quæras, si diligenter attenderis, & do-
 mi inuenies. Sæpe bona materia cessat sine artifice. Tenta &
 experire. Quemadmodū stultus est, qui equum empturus, non
 ipsum inspicit, sed stratum eius ac frenos: sic stultissimus est, qui
 boiem aut ex ueste, aut ex conditione, quæ uestis modo nobis
 circumdata est, estimat. Seruus est, sed fortasse liber animo. Ser-
 uus est, hoc illi non nocebit. Ostende quis non sit. Alius libidini
 seruit, alius auaritiæ, alius ambitioni, oēs timori. Dabo consula-
 rem anicilæ seruientem. Dabo ancillule diuitem. Ostendam
 nobilissimos iuuenes mæcipia Pantomimorū, nulla seruitus tur-
 pior est, quā uoluntaria. Quare non est quod fastidiosi te de-
 terreant, quo minus seruis tuis hilarem te præstes, & non su-
 perbe superiorem. Colant potius te, quā timeant. Dicet nunc

aliquis me uocare ad pileum seruos, et dominos de fastigio dei cere, quod dixi, colant potius dominum, quam timeant. Inquam prorsus colant tanquam clientes, tanquam salutatores. Hoc qui dixerit, obliuiscetur, id dominis parum esse quod desatis est, qui colitur & amatur. Non potest amor cum timore misceri. Rectissime ergo te facere iudico quod timeri à seruituis non uis, quod uerborum castigatione uteris. Verberibus multa *admonentur, non quicquid nos offendit, & ledit. Sed ad rabiem cogunt uenire delitiæ, ut quicquid non ex uoluntate respōdit, iram prouocet. Regum nobis indiuimus animos. Non illi quoq; obliti, & uirium suarum, & imbecillitatis alienæ, se exardescunt, sic se uiuunt, quasi iniuriam acceperint, à cuius periculo illos fortune suæ magnitudo tutissimos præstat. Nec hoc ignorant, sed occasionem nocendi captant, querendo acceperunt iniuriam, ut facerent. Diutius te morari nolo. Non est enim tibi exhortatione opus. Hoc habent inter cætera boni mores, placent sibi, permanent: leuis est malitia, sæpe mutatur non in melius, sed in aliud. Vale.

EPIST. XLVIII. Longiore mora opus esse in solutione quàm propositione quæstionis, & quod amicitia omnia communicat.

AD epistolam quam mihi ex itinere misisti, tam longam quàm ipsum iter fuit, postea rescribam, sed uocare me deo, & quid suadeam circumspicere. Nam tu quoq; qui consulis, diu an consuleres cogitasti, quanto magis hoc mihi faciendum est, cum longiore mora opus sit, ut soluas quæstionem, quàm ut proponas? Vtiq; cum aliud tibi expediat, aliud mihi, iterum ego tanquàm Epicureus loquor. Mihi uerò id expedit, quod tibi, aut non sum amicus, nisi quicquid agitur ad te pertinet, mecum est. Consortium rerum oim inter nos facit amicitia, nec secuti quicquam singulis est, nec aduersi. In cōmune uiuunt. Nec pe-

5
*amouentur:
aliàs, Verberum multa amouetur.

test quisque
ad utilitat
nere. Hæc
omnes h
generis hu
interior
cum amico
cili uiroru
amico præ
dicatur, &
pientia &
iubes? Illi
ne: ille am
ques, & s
mas struxer
adstruxer
me, quod in

eg
M
mibi ex ist
Sine dubio
piam, aut n
dat. Nisi se
antem case
ineptias, in
hoc est, qu
sophia pro
dium paup
ille malam

est quisquam beate degere, qui se tantum intuetur, qui omnia ad utilitates suas conuertit. Alteri uiuas oportet, si uis tibi uiuere. Hæc societas diligenter et sancte obseruanda est, quæ nos omnes hominibus miscet, & indicat aliquod esse commune ius generis humani, plurimum ad illam quoq; (de qua loquebar) interiorẽ societatem amicitie colendam proficit. Omnia enim cum amico cõmunia habebit, qui multa cum homine. Hoc Lucili uirorum optime mihi ab istis subtilibus præcipi malo, quid amico præstare debeam, quid homini, quàm quot modis amicus dicatur, & homo quàm multa significet. In diuersum ecce sapientia & stultitia dissident, cui accedo? in utram ire partem iubes? Illi homo pro amico est. Huic amicus non est pro homine: ille amicum sibi parat, hic se amico. Tu mihi uerba distorques, & syllabas digeris. Scilicet nisi interrogationes uasferimas struxero, & conclusionẽ falsã à uero nascens mendacium adstruxero, non potero à fugiendis petenda secernere. Pudet me, quod in re tam seria senes ludimus. Vale.

EPIST. XLIX. Notat eos, qui in tanta temporum egestate puerilibus sophismatibus indulgent.

Mus syllaba est, mus autem caseum rodit, syllaba ergo caseum rodit. Puta nunc me istud non posse soluere, quod mihi ex ista sententiã periculum imminet, quod incommodum? Sine dubio uerendum est, ne quando in muscipula syllabas capiam, aut ne quando si negligentior fuero, caseum liber comedat. Nisi forte acutior est illa collectio, Mus syllaba est, Syllaba autem caseum nõ rodit, mus ergo caseum nõ rodit. O pueriles ineptias, in hoc supercilia subduximus, in hoc barbã demissimus, hoc est, quod tristes docemus & pallidi? Vis scire quod Philosophia pronittat generi humano consiliũ? Alium mors uocat, alium paupertas urit, aliũ diuitiæ uel alienæ torquent, uel suæ. Ille malam fortunã horret, hic se felicitati suæ subducere cupit,

s s hunc

hunc hoies male habent, illum dij. Quid mihi lusoria ista proponis? non est iocandi locus ad miseros aduocatus es. Opem laturum naufragis, captis, ægris, cgentibus, intentæ securi subiectum præstantibus caput, pollicitus es. Quo diuertieris qui agis? hic cū quo ludis, timet. Succurre, quisquis eloquentior pereuntium poenis. Omnes undiq; ad te manus tēdunt, perditæ uitæ, perituræq; auxilium aliquod implorant, in te spes operis sunt. Rogant ut ex tanta illos uoluntate extrahas, ut disiectis & errantibus clarū ueritatis lumen ostendas. Dic quid naturæ necessarium fecerit, quid superuacuum, quàm faciles *leges fuerit, quàm iucunda sit uita, quàm expedita illas sequentibus, quàm acerba & implicita eorum, qui opinionioni plus quam naturæ crediderunt. Si prius docueris, *quæ partem eorū leuitura sint. Quid istorū cupiditates demit, quid tēperat? Vitiis tantum prodesse, quantum nocent. Hoc tibi cū uoles manifestissimum faciam, & cōminui et debilitari generosam indelicatam in istas argutias coniectam. Pudet dicere contra fortunam militaturis, quæ porrigant tela, quemadmodum illos subornat. Hac ad summum bonum itur, per istud Philosophiæ sunt uulgæ, & turpes, infamesq; etiam ab alium sedētibus, exceptiones. Quid enim aliud agitis, cum eum quem interrogatis, scientes in fraudem inducitis, quàm ut formula cecidisse uideatur. Sed quemadmodum illum prætor, sic hos Philosophia integrum restituit. Quid disceditis ab ingentibus promissis, & grandia locuti effecturos uos, ut non magis auri fulgor, quam gladij perstringat oculos meos, ut ingenti constantia, & quæ omnes optant, & quod omnes timent calcem, ad Græcæ litterarum elementa descenditis? Quid dicitis? sic itur ad astræ, hoc enim est quod Philosophia mihi promittit, ut me parem Deo faciat, ad hoc inuitatus sum, ad hoc ueni, fidem præsta. Quantum potes ergo mihi Lucili reduc te ab istis exceptionibus &

*necessitates

*quàm

s

præscripto

præscripto
bonitate.fundum e
superuacuaE P
puerili

St quæ

Emem
repositum

ria uocant

tem iritant

pore, aut f

ust. Ecce

tuorum ec

fecerit. T

lachrymas

tionem ex

uideor. Q

cionem phi

desij uelle

ris, quæ m

tentos falli

tibus rei q

riter aspici

dioguin n

quæ pūctum

minimum

ex hoc infa

aliud inclin

aliud ipsan

Modo te p

prescriptionibus philosophorum. Aperta decent & simplicia bonitate. Etiam si multum superesset etatis, parce iam dispensandum erat, ut sufficeret necessarijs. Nunc quæ dementia est superuacua discere in tanta temporis egestate? Vale.

EPIST. I. De uelocitate temporis, non in quaestionibus puerilibus expendenda, sed exhortatione uirtutis redimenda.

Est quidem mi Lucili supinus & negligens, qui in amici memoriam ab aliqua regione admonitus reducit, tamen repositum in animo nostro desiderium loca interdum familiaria euocant, nec extinctam memoriam reddunt, sed quiescentem iritant: sicut dolorem lugentiū, etiam si mitigatus est tempore, aut seruuli familiaris* amissio, aut uestis, aut domus reno-

* amissio

* nouis

* breuis

bona

bona portio est, cuius breuitatē aliquando futuram cogitemus. Non solebat mihi tam uelox tempus uideri. Nunc incredulū cursus apparet, siue quia admoueri lineas sentio, siue quia credere cœpi & computare damnum meum, eo magis utiq; in- gnor aliquos ex hoc tempore (quod sufficere nec ad necessarium quidem potest, etiam si custoditum diligentissime fuerit) in- peruacua maiorem partem erogare. Negat Cicero, si duplicetur sibi ætas habiturum se tempus quo legat Lyricos, eodem modo Dialecticos. Tristius inepti sunt. Illi ex professo lapsi uiūt, hi agere se ipsos aliquid existimant: nec ego nego proficienda ista, sed prospicienda tantum, & à limine salutanda. hoc unum, ne uerba nobis dentur, & aliquid esse in illis magis ac secreti boni iudicemus. Quid te torques & maceras in quaestione, quam subtilius est contempsisse, quam soluere? Securi est & ex cōmodo migrantis minuta conquirere. Cum hostis instat à tergo, & mouere se iussus est miles, excutit necessitas quicquid pax ociosa collegerat. Non uacat mihi uerū dubie cadētia consecrari, & uafriciam in illis meam experiri. Aspice qui coëant populi, quæ mœnia clausis Ferrum acies portis. Magno mihi animo strepitus iste belli circumsonans exaudiendus est. Demens omnibus merito uiderer, si cum sacro in munimentum murorum senes fœminæq; congererent, et iuuentus intra portas armata signum eruptionis expectaret, aut posceret, cum hostilia in portis tela uibrarent, & ipsa solum suffosionibus & cuniculis tremere, sederem ociosus eiusmodi quæstiunculas ponens: quod nō perdidisti habes, penna autem non perdidisti, cornua ergo habes, aliâq; ad exemplum huius acutæ delirationis concinnata. Atqui æque lacerans demens tibi uidear, si istis impendero operam. Et nunc obdeor, tunc tamē periculum mihi obfesso externum imminere, murus me ab hoste secerneret. Nunc mortifera mecum

Nunc ut
Quid ag
ce aliqua
hortare a
bilia, ang
num uitæ
ut qui di
expergise
exeunt, p
si in nauig
uita diduc
abiq; se m
nebras dij
Dociles n
que perfu
galitate, d
nentia est,
re, facilius
cus) Veri
oportet, n
calliditas,

E
liter
tes fu

E Pisto
Super
querere x
pero te si
erim aliud
aliquid ex
tai rerum

Ni

Nunc uaco ad istas ineptias. Ingens negotium in manibus est. Quid agam? mors me sequitur, fugit uita: aduersus hæc me doce aliquid: effice ne mortem fugiam, uita me non effugiat. Exhortare aduersus difficilia de æquanimitate, aduersus incuitabilia, angustias temporis mei laxa, doce non esse positum bonum uitæ in spatio eius, sed in usu, posse fieri, inò sæpe fieri, ut qui diu uixit, parum uixerit. Dic mihi dormituro, potes nõ expergisci, dic experrecto, potes non dormire amplius. Dic exeunti, potes non reuerti. Dic redeunti, potes nõ exire. Erras si in navigatione tantum existimas minimum esse, quo morte uita diducitur. In omni loco æque tenuè interuallum est. Non ubiq; se mors tam prope ostendit, ubiq; tam propè est. Has tenebras discute, & facilius ea trades, ad quæ præparatus sum. Dociles natura nos edidit, & rationè dedit imperfectam, sed quæ perfici posset, De iustitia mihi, de pietate disputa, de frugalitate, de pudicitia utraq; & illa cui alieni corporis abstinentia est, & hac, cui sui cura. Si me uolueris per deuia ducere, facilius ad id quò tendo perueniam. Nam (ut ille ait Tragicus) Veritatis simplex oratio est. Ideoq; illam implicare non oportet, nec enim quicquam minus conuenit, quàm subdola ista calliditas, animis conantibus magna. Vale.

EPIST. LI. De falsa excusatione peccantium, & qualiter possit prauitas etiã indurata corrigi, & quod uirtutes sunt quasi bona naturalia.

Epistolam tuam accepi post multos menses, quàm miseris, superuacuum itaq; putauit ab eo qui afferebat, quid ageres, querere. Valde enim bonæ memoriæ est, si meminit, & tamen spero te sic iam uiuere, ut ubicunq; eris, sciam quid agas. Quid enim aliud agas, quàm ut meliorem te ipse quotidie facias, ut aliquid ex erroribus ponas, ut intelligas tua uitia esse, quæ pu-
terroribus
 tu rerum? Quædam enim locis & temporibus ascribimus. At
 illa

illa quocumq; transferimus secutura sunt. Harpasten uocari
 meæ fatuam, scis hæreditarium onus in domo mea remanere.
 10 Ipse enim * auarissimus ab istis prodigijs sum, si quando fati
 * alieniss. delectari uolo, non est mihi longe querendus, me rideo. Hæc
 tua subito desijt uidere. Incredibile tibi narro rem, sed uerum
 nescit esse se cæcam, subinde pædagogū suum rogat, ut mouerit
 ait domū tenebrosam esse. Hoc quod in illa ridemus, omnino
 nobis accidere liqueat tibi. Nemo se auarū esse intelligit, nisi
 cupidum. Cæci tamen ducem querunt, nos sine duce erramus.
 & dicimus, Non ego ambitiosus sum, sed nemo aliter Roma
 potest uiuere. Nō ego sumptuosus, sed urbs ipsa magnas impen-
 sas exigit. Non est meū uitium quod iracundus sum, quod non
 dū constitui certū genus uitæ, a adolescētia hæc facit. Quid
 decipimus? Non est extrinsecus malū nostrum, intra nos est
 uisceribus ipsis sedet. Et ideo difficulter ad sanitatem perueni-
 mus, quia nos ægrotare nescimus, Si * scrutari cœperimus, quid
 * curari
 * res do tot morbos, tanta sue * ægritudines discutimus? Nunc ueni-
 nec querimus quidem medicū, qui minus negotij haberet, si ad-
 hiberetur ad recens uitium. Sequerentur teneri & rudes co-
 mi, recta monstrantē. Nemo difficulter ad naturā reducitur,
 nisi qui ab illa defecit. Erubescimus discere bonam mentem. At
 me hercules, turpe est magistrū huius rei querere. Illud depre-
 randū est, posse nobis casu tantum bonū influere, labor amicum
 est, & (ut uerū dicam) ne labor quidē magnus est, si modo
 dixi) ante animū nostrum formare incipimus, & recorregerit,
 quā indurescat prauitas eius, sed nec indurata despero: Nil
 est quod non expugnet pertinax opera & intenta ac diligenti
 cura. Robora in rectū, quāuis flexa, reuocabis. Curuatas tra-
 bes calor explicat, & aliter natæ, in id finguntur, quod ipsa
 noster exigit: quanto facilius animus accipit formam, flexibi-
 lis, & omni humore obsequētor? Quid enim aliud est animus

quā quocumq;
 ritam esse
 mi Lucili
 res, quod
 est. Ad ne
 occupati
 animo ad
 diti boni p
 enim mala
 fideliter se
 ra est, uiti
 retentæ
 ad illas eu
 ægræ est f
 fiat. Deim
 dum sanat
 philosophi

A
 1 Dulce
 pro in temp

2 Frustra
 positione.
 hodie faciu
 3 In iter,
 quocumq; tole
 4 Sic er
 non admod
 5 Sic leg
 dunt, sed ad.

6 Mus sy

quàm quodam modo se habens spiritus? Vides autem tanto spiritum esse faciliore omnia alia materia, quàm tenuior est. Illud mi Lucili nō est quod te impediatur, quo minus de nobis bene speres, quod malitia iam nos tenet, quod diu in possessione nostri est. Ad neminē ante bona mens uenit, quàm mala. Omnes præoccupati sumus, uirtutes discere, uitia dediscere, sed eo maiore animo ad emendationē nostri debemus accedere, quo semel traditi boni perpetua possessio est. Nō dediscitur uirtus. Cōtraria enim mala in alieno hærēt. Ideo expelli & extirpari possunt: fideliter sedent, quæ in locū suum ueniūt: uirtus secundū naturā est, uitia inimica & infesta sunt. Sed quemadmodū uirtutes retentæ exire nō possunt, facilisq; earum tutela est, ita inuiti ad illas eundi arduum: quia hoc primum imbecillæ mentis atq; egra est formidare inexperta. Itaq; cogenda est mens, ut incipiat. Deinde non est acerbæ medicina: protinus enim delectat, dum sanat. Aliorum remediorum post sanitatem uoluptas est, philosophia pariter & salutaris & dulcis est. Vale.

* exturbari

* recte, aut
receptæ.

ANNOT. ERASM. IN LIB. VI.

EPIST. XLVI.

1 Dulce illud & loco lene. In quibusdam erat leue. Loco dixit pro in tempore: Interueniebat lenitas, sed in loco.

EPIST. XLVII.

2 Frustra excutit. Alius habebat in frustra, alius frustra, ommissa præpositione. Opinor legendum, erudita manu frustra excutit, quod & hodie faciunt aulicorum ministri in quadris panariis.

3 In iter, quidam habebat, comiter, & placet, quamquam altera quoque tolerabilis.

4 Sic erat in quodam, Seruus est, hoc illi, aliis non nocebit. sed non admodum placet.

5 Sic legebatur in quodam, non quod nos offendant quod lætant, sed ad. &c.

EPIST. XLIX.

6 Mus syllaba est. Hæc pars est epistolæ superioris. Erroris causam fuisse

fuisse suspicor, quod doctus aliquis annotarat argumentū loci. Notat eos qui in tanta, &c. & idē putauit esse initium noue epistolae.

7 Rectius ita scriptum erat in quodam, uis scire quid philosophia promittat generi humano? Consilium.

8 Succurre, quid quod laqueati respondent in pœnis. In aliis enī. Quisquis eloquentior es in pœnis: quicquid laqueati respondent in pœnis. Vnus codex Anglicus habebat, quisquis eloquentior expectantium pœnis, quod sequuti sumus: non quod per omnia satisfactum sed quod minimum displiceat. Si pro respondent legas: despondent pro desperant, tolerabilis erit lectio.

9 Rectius habebatur in quodam, Utinam tantū non proderent. Nocent. uim enim coniunctionum supplet pronuntiatio: opostitium acutiore uocē accinitur, nocent.

10 Pro Nunc uaco, rectius erat Non uaco. Quanquam alterius editionis idem est sensus, si legatur per interrogationem.

EPIST. L.

11 Ipse enim auarissimus ab istis prodigiis sumpsi. Conseruata exemplaria: suspicor tamē legendum, Ipse enim alienissimus ab istis prodigiis sum. Rodolphus notaret, auerfissimus, & placet.

LVCII ANNAEI SENECAE EPISTOLARVM AD LVCILIVM LIB. VII.

EPIST. LII. Amoenas regiones uitandas esse, rationibus & exemplis docet.



QVOMODO quisq; potest mihi Lucili, tu istic habes Aetnam, illum nobilissimum ciliæ montem, quem quare dixerit Messanicum, siue Valgius (apud utrumq; enim Valgi) non reperio, cum plurima loca euocent ignem, non tantum ædita, quod crebrius euenit, uidelicet quod ignis in altissimum effertur, sed etiam iacencia. Nos utrumq; possimus, contenti sumus Baijs, quas postero die, quam dicitur

geram,
natural
Quid er
modū al
alia, nec
frugalita
sapienti
de secess
Canopus
rum esse
tanquā a
tum corp
Quem ad
pinas qui
tiones na
cus, & al
sed publi
miorū q
& à blan
nibale hy
bus uirū
uitus est.
tie, quo n
primus u
puerunt.
siet nihil
utis caler
por corpo
creat. Si
rerum om
nemo non
geram

geram, reliqui: locum ob hoc deuitandum (cū habeat quasdam naturales dotes) quia sibi illū celi brandū luxuria desumpsit. Quid ergo? ulli loco indicendū est odiū? minime. Sed quemadmodū aliqua uestis sapienti ac probo uiro magis cōuenit quā alia, nec ullum colorē ille odit, sed aliquē putat parū aptū esse frugalitatē professo: sic regio quoq; est, quā sapiens uir, aut ad sapientiā tendens declinet, tanquā alienā bonis moribus. Itaq; de secessu cogitans, nunquā Canopum elidet, quamuis neminē Canopus esse frugi uetet: ne Baias quidem: diuersorium uitiorum esse cōperunt. Illic sibi plurimum luxuria permittit, illic tanquā aliqua licentia debeatur loco, magis soluitur. Non tantum corpori, sed etiā moribus salubrem locū eligere debemus. Quemadmodū inter tortores habitare nolim, sic nec inter popinas quidem. Videre ebrios per littora errantes, & comestiones nauigantiū, & symphoniārū cantibus perstreptentes lacus, & alia quæ uelut soluta legibus luxuria, non tantū peccat, sed publicat, quid necesse est: id agere debemus, ut iritamenta uitiorū quam longissimē profugiamus. Indurandus est animus, & à blandimentis uoluptatū procul abstrahendus. Vina Hannibalē hyberna soluerunt, & indomitū illū niuibus atq; Alpibus uirū eneruauerunt fomenta Campaniæ. Armis uicit, uitijs uictus est. Nobis quoq; militandū est, & quidem genere militiæ, quo nunquā quies, nunquā otium datur. Debellandæ sunt in primis uoluptates, quæ (ut uides) seua quoq; ad se ingenia rauerunt. Si quis sibi proposuerit, quantū operis aggressus sit, sciet nihil delicatē, nihil molliter esse faciendum. Quid mihi cū istis calentibus stagnis? quid cum sudatorijs, in quæ siccus uapor corpora exhausturus includitur? Omnis sudor per labore exeat. Si faceremus quod fecit Hannibal, ut interrupto cursu rerum omissoq; bello, fouendis corporibus operam daremus, nemo non intempestiuam desidiam, uictori quoq; nedum uin-

*non est emo
ti iudicij ani
mus.

*Inimica
nec dubie

centi periculosam, merito reprehenderet. Minus nobis quam illis punica signa sequentibus licet. Plus periculi restat cœditibus, plus operis etiã perseuerantibus, fortuna mecum bella gerit. Non sum imperata facturus. Iugum non recipio, imò (quod maiore uirtute faciendũ est) excutio. * Non est emolliendus animus. Si uoluptati cessero, cedendũ est dolori, cedendũ labori, cedendũ est paupertati. Idem sibi in me iuris esse uolet, & ambitio, et ira. Inter tot affectus distrahar, imò discerpatur, libertas proposita est, ad hoc præmiũ laboratur. Quæ sub libertas, quæris? Nulli rei seruire, nulli necessitati, nullis castione fortunã in æquũ deducere, quo die intellexero illã plus posse, nil poterit. Ego illã feram, cũ in manu mors sit? His cogitationibus intentũ, loca seria sanctãq; eligere oportet. Effœminat animos amœnitas, * Amœna sine dubio aliquid ad corrumpe-
dum uigorẽ potest regio. Quamlibet uiam iumenta patiuntur, quorũ durata in aspero ungula est, In molli palustrisq; passio saginata cito subteruntur. Et fortior miles ex confragoso uenit, segnis est urbanus & uerna. Nullũ laborem recusant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur. In primo defici puluere ille unctus & nitidus, seuerior loci disciplina firma ingeniũ, aptumq; magnis conatibus reddit. Litemi honestus Scipio quã Baijs exulabat. Ruina eius non est tam mollior collocanda. Illi quoq; ad quos primos fortuna Romani populi publicas opes transtulit, C. Marius, & Cn. Pompeius, & Cesar extruxerunt quidẽ uillas in regione Baiana, sed illas impauerunt summis iugis montiũ. Videbatur hoc magis militare, ex edito speculari late longeq; subiecta. Aspice quam positionem elegerunt, quibus ædificia excitauerunt locis, & quibus, scias non uillas esse, sed castra. Habitaturum tu putas non quoniam fuisse in Utica Catonẽ, ut præternauigantes adulteras diuinareraret, & aspiceret tot genera cymbarum uarijs coloribus pro-

fla, & *
sturna *
in una no
uir est,
dũ cũ Ba
Lucili per
est nec mo
extrahi n
pates pra
re quos Pl
ut strangu

EPIST.
pian

Quid
tar cũ ani
flutuamus
late, nihil
placet. Sed
mo per se f
git, aliquis
dere sine ul
time laudã
quosdam in
sed bene fec
pocq; sed se
formis, bene
Nec hunc q
esse saluus p
altrac inuer
dãdam, cor

fluctuantem toto lacu rosam, ut audiret canentium nocturna conuiuia, nonne manere ille intra uallū maluisset, quod in una nocte manu sua ipse duxisset? Quid ni malit quisquis uir est, somnum suū classico quā symphonia rumpi? Sed satis diu cū Baijs litigauimus, nunquā satis cū uitijs, quæ oro te mi Lucili persequere, sine modo, sine fine, nam illis quoq; nec finis est nec modus. Proijce quæcunq; cor tuū laniant, quæ si aliter extrahi nequirent, cor ipsum cum illis reuellendū erat. Voluptates præcipue extirpa, & inuisissimas habe latronum mores quos Philistas Aegyptij uocant. In hoc nos amplectuntur, ut strangulent. Vale.

*fluitantem
*conuicia,

*extirpa,

EPIST. LIII. De tribus hominum generibus ad philosophiam uenientium, & quis in hac uita sit eligendus adiutor.

Quid est hoc Lucili, quod nos aliò tendentes, aliò trahit, & eò unde recedere cupimus, impellit? quid colluctatur cū animo nostro, nec permittit nobis quicquā semel uelle? fluctuamus inter uaria consilia, nihil libere uolumus, nihil absolute, nihil semper. Stultitia, inquis, est, cui nihil constat, nihil diu placet. Sed quomodo nos, aut quando ab illa reuellemur? Nemo per se satis ualet, ut emergat, oportet manum aliquis porrigat, aliquis educat. Quosdā ait Epicurus ad ueritatē contendere sine ullius adiutorio: ex se fecisse sibi ipsi uiam, Hos maxime laudat, quibus ex se impetus fuit, qui se ipsos protulerunt: quosdā indigere ope aliena, non ituros si nemo præcesserit, sed bene secuturos, Ex his Metrodorū ait esse. Egregiū hoc quoq; sed secundæ sortis ingeniū. Nos ex illa prima nota non sumus, bene nobiscum agitur, si in hanc secundam recipimur. Nec hunc quidem contempseris hominem, qui alieno beneficio esse saluus potest, & hoc multū est, uelle seruari. Præter hæc uicinus inuenies aliud genus hominum, ne ipsum quidem fastidium, eorum qui cogi ad rectum compelliq; possunt, quibus

non duce tātum opus sit, sed adiutore, & ut ita dicam, coo-
 re. Hic tertius color est. Si queris huius exemplar, Hermacian
 ait Epicurus talem fuisse. Itaq; alteri magis gratulatur, alteri
 magis suspicit. Quamuis enim ad eundē finē uterq; peruen-
 rit, tamen maior est laus idem effecisse in difficiliore materia.
 Puta enim duo ædificia excitata esse, ambo paria, æque exten-
 sa atq; magnifica, alterum* puram areā accepit, illic prius
 opus creuit, alterius fundamenta lassauerūt, in mollē ac fū-
 demissa humū, multumq; laboris exhaustū est, dum peruen-
 tur ad solidū. Apparet in altero, quicquid factum est, altero
 magna pars & difficilior latet. Quædā ingenia facilia et ce-
 pedita, quædam manu (quod aiunt) facienda sunt, & in funda-
 mentis suis occupanda. Itaq; ego illū feliciorē dixerim, q̄
 nihil negotij secū habuit. Hunc quidē de se melius meruisse, q̄
 malignitatē nature suæ uicit, & ad sapientiā se nō perduxit,
 sed extraxit. Hoc durum & laboriosum* negotium nobis
 tum scias, scilicet imus per obstantia. Itaq; pugnemus, aliquot
 inuocemus auxilium. Quem inquis, inuocabo: hunc aut illū. Tu
 uero etiā ad priores reuertere qui uacant, Adiuuare nos possunt
 sunt non tantū qui sunt, sed & qui fuerunt. Ex hijs autem qui
 sunt eligamus non eos, qui uerba magna celeritate proferunt,
 & cōmunes locos uoluunt & in priuato circulantur: sed eos
 qui uitā docent, qui cū dixerint quid faciendū sit, probant facien-
 ciendo, qui docent quid uitandum sit, nec unquā in eo quod faci-
 giendum dixerint, deprehenduntur. Eum elige adiutorē, q̄
 magis admireris cum uideris quàm cum audieris. Nec idcirco
 prohibuerim hos quoq; audire, quibus consuetudo est admi-
 ttere populum ac differere, si modo hoc proposito in turbis
 prodeunt ut meliores fiant, faciantq; meliores, si non ambio-
 nis hoc causa exercēt. Quid enim turpius philosophia capti-
 te clamores? Nunquid æger laudat medicum secātem? Tacet
 fuisse

*dura areā

4

*ingenium

facete &
 alter aud
 ti. Teste
 late lice
 quid ni no
 enis tace
 qui & lau
 clamores i
 letaris qu
 dare? Dis
 Erumpeb
 tado rer un
 tionis elap
 la. Est aliq
 obseruentu
 quog; licet
 nota, ut ur
 tas, & flex
 fatusq; dem
 is quisq; sit
 illuc philo
 qui miranti
 ligas, sed co
 que propos
 Permittend
 Tuic autem
 re non pot
 ipis audien
 tem commo
 cet illis eloq
 Differam h

fuaete & praebe te uos curationi. Etiamſi exclamaucritis, non
 aliter audiam, quam ſi ad tactum uitioru ueſtroru ingemiſca-
 tis. Teſtari uultis attendere uos moueriq; reru magnitudine,
 ſane liceat: ut quide iudicetis et ſeratis de meliore ſuffragium,
 quid ni non permittam? Apud Pythagoram diſcipulis quinq;
 annis tacendu erat. Nunquid ergo exiſtimas ſtatim illis & lo-
 qui & laudare licuiſſe? Quanta autem dementia eius eſt, que
 clamores imperitorum hilarem ex auditorio dimittunt? Quid
 letaris quod ab hominibus ijs laudaris, quos no potes ipſe lau-
 dare? Diſſerebat populo Fabianus: ſed audiebatur modeſte.
 Erumpebat interdum magnus clamor laudatiu, ſed que magni-
 tudo rerum euocauerat, non ſonus inoffenſe ac molliter ora-
 tionis elapſe. Interſit aliquid inter clamorem theatri & ſcho-
 lae. Eſt aliqua & laudandi licentia. Omnia rerum omnium ſi
 obſeruentur indicia ſunt, & argumentum moru ex minimis
 quoq; licet capere. Impudicum & inceſſus oſtendit, & manus
 nota, ut unum interdum reſponſum, & relatus ad caput digi-
 tus, & flexus oculorum. Improbum riſus, inſanum uultus ha-
 bitusq; demouſtrat. Illa enim in apertu per notas exeunt. Qua-
 lis quiſq; ſit ſcies ſi quemadmodu laudetur aſpexeris. Hinc atq;
 illic philoſopho manus auditor intentat, & ſuper ipſum ca-
 pi mirantium turba conſiſtit. Non laudatur ille nunc ſi intel-
 ligat, ſed conclamatur. Relinquantur iſte uoces illis artibus,
 que propoſitu habent placere populo, philoſophia adoretur.
 Permittendu erit aliquando iuuenibus ſequi impetum animi.
 Tunc autem hoc ex impetu facient, cum ſilentium ſibi impera-
 re non poterunt. Talis laudatio aliquid exhortationis aſſert
 iſtis audientibus, & animos adoleſcentium extimulat. Ad
 rem commoueantur, non ad uerba compoſita. Alioquin no-
 cet illis eloquentia, ſi non rerum cupiditatem facit ſed ſui.
 Diſſeram hoc in preſenti. Deſiderat enim propriam &

longam executionem, quemadmodum populo differendum, quid sibi apud populum permittendum sit, quid populo apud se. Damnum quidem fecisse Philosophiam, non erit dubium, populum quam prostituta est, sed potest in penetralibus suis ostendi, si modo non institorem sed antisitum nacta est.

EPIST. LIII. De tēpestate & nausea, quam passus est in mari, summittens differentiam inter corporalia & spiritalia.

Quid non potest mihi persuaderi, cui persuasum est, ut nauigarem? Solui mari languido, erat sine dubio caelum graue sordidis nubibus, quae fere aut in aqua aut in uetum resoluuntur: sed putavi tam pauca milia à Parthenope tua usque Puteolos surripi posse, quamuis dubio impendente caelo. In quo celerius euaderem protinus per altum ad Nesiā irem, praesurus oēs sinus. Cum iam eō processissem ut mea nihil interesset, utrum irem an redirem, primum aequalitas illa quae me corruerat perijt. Nondum erat tēpestatas, sed iam inclinatio maris ac subinde crebrior fluctus. Cœpi gubernatorē rogare ut me in aliquo littore exponeret. Aiebat ille aspera esse et turpituosa, nec quicquam se aequè in tēpestate timere quàm terram. Peius autē *ferebar, quàm ut periculū mihi succurreret.

*uexabar, Nausca enim me segnis hæc & sine exitu torquebat, quae bilem mouet nec effundit. Institi itaque gubernatori, & illum uellet nollet coēgi ut peteret littus. Cuius ut uiciniam attigimus, non expecto ut quicquam ex præceptis Virgilij fiat. Obuertat pelago proras, aut anchora de prora iaciatur: sed memor artificij mei ueteris, frigidae cultor, mitto me in mare quomodo psychrolutam decet gausapatus. Quae putas me passum, dum per

*crepo, aspera *eripior, dum uia quæro: dum facio? Intellexit non immerito nautis terrā timeri. Incredibilia sunt quae tulerim cum me ferre non possem. Illud scito Vlysses non fuisse tam irato mari natum, ut ubiq; naufragia faceret. Nauseator erat. Et ego que-

nauigare debuero, uicesimo anno perueniam. Vt primum
 Chamachum, quē scis non cum maris nausea effugere, collegi, ut
 corpus unctione recreaui, occēpi mecum cogitare, quanta nos
 uiciorum nostrorū sequeretur obliuio, etiam corporalium quae
 labonde adinonent sui, nedum illorum quae eo magis latent quo
 maiora sunt. Lewis *saltem motiuncula decipit, sed cū creuerit
 & uera febris exarserit, etiam duro & perpeſſio confessionē
 accepit. Pedes dolent, articuli punctiunculas sentiunt: adhuc dis-
 simulamus, & aut talum extorsisse nos dicimus, aut in exerci-
 tatione aliqua laborasse. Dubio & incipiente morbo, quaeritur
 nomen, qui ut talaria coeperit intendere, et utrosq; dextros pe-
 des fricrit, neesse est podagrā fateri. Cōtra euenit in ijs mor-
 bis, quibus afficiuntur animi, quo quis peius se habet, minus
 sentit. Non est quod mireris Lu. ili charissime. Nam qui leuiter
 dormit, & species secundum quietem capit, aliquando dormire
 se dormiēs cogitat. Grauis somnus etiam somnia extinguit ani-
 mamq; alius mergit, quā ut uti ullo intellectu sinat. Quare
 uitia sua nemo confitetur? Quia etiā nunc in illis est. Somnium
 narrare uigilantis est, & uitia sua confiteri sanitatis indicium
 est. Expergiscamur ergo ut errores nostros coarguere possi-
 mus. Sola autē nos Philosophia excitabit, sola somnum excutiet
 grauem. Illi te totum dedica, dignus illa es, illa te digna est. Ite
 in complexū, alter alterius, omnibus alijs te nega, fortiter, aper-
 te. Non est quod precario philosopheris. Si aeger esses curam
 intermisses rei familiaris, et forensia tibi negotia excidissent,
 nec quenquam tanti putares, cui aduocatus in causam descende-
 res. Toto animo id ageres, ut quā primū morbo liberareris.
 Quid ergo? Non & nunc idem facies? Omnia impedimenta
 amitte & uaca bonae menti. Nemo ad illam peruenit occupa-
 tus. Exerct Philosophia regnum suum, dat tempus nō accipit.
 Non est res subcisiua. Ordinaria est, domina est, adest & iubet.

*aliquem

Alexander cuidam ciuitati partē agrorum & dimidiū rerum
 omnium promittenti, eo, inquit, proposito ueni in Asiam, ut nō id
 acciperē quod dedissetis, sed ut id haberetis quod reliquissetem.
 Idem Philosophia rebus omnibus, non sum id tēpus acceptura,
 quod uobis superfuerit: sed id habebitis quod ipsa redegeto
 erogauero. Totam huc conuerte mentē, huic a sside, hanc cole,
 ingens interuallum inter te & ceteros fiat. Omnes mortales
 multos antecedes, non multo te dii antecedent. Quid inter te
 & illos *interim futurū sit queris? Diutius erunt. At me her-
 cule magni artificis est clausisse totū in exiguo. Tantum sapiēti
 sua, quātum deo omnis aetas patet. Est aliquid quo sapiens ante-
 cedat deum. Ille naturæ beneficio non timet, suo sapiens. Ecce
 res magna, habere imbecillitatem hoīs, securitatem dei. Incre-
 dibilis uis Philosophiæ est ad omnem fortuitam uim retunden-
 dam. Nullum telum in corpore eius sedet, munita est soliditas;
 quædam defatigat, & uelut leuia tela laxo sinu eludit; quædam
 discutit, & in eum usq; qui miserat respuit. Vale.

EPIST. LV. De morbo suspirii uel anhelitus, ubi
 mirabile documentum de morte subiungit, & quod sa-
 piens de uita exit, non eiicitur.

f. commentu

Longum mihi comitatum dederat, mala ualetudo, repente
 me inuasit. Quo genere inquis? prorsus merito interrogas,
 adeo nullum mihi ignotū est. Vni tamē morbo quasi a signatus
 sum, quē quare Græco nomine appellē nescio. Satis enim apte
 dici suspirium potest. Breuis autē ualde et procellæ similis im-
 petus est, intra horam ferē desinit. Quis enim diu expirat? Oia
 corporis aut incōmoda aut pericula per me transierūt. Nullam
 mihi uidetur molestius. Quid nī? Aliud enim quicquid est agros-
 tare est, hoc est animam agere. Itaq; medici hanc meditationem
 mortis uocant. Facit aliquando spiritus ille, quod sepe conatus
 est. Hilarem me putas hæc tibi scribere, quia effugi? Si hoc sine
 quæsi

quasi bona
 quis se uicij
 iustificatione
 re. Quid h
 ego illam di
 mors est no
 ante me fut
 one, quā pro
 rationem. R
 petus esse cu
 quoq; & ac
 quā patimur
 locali, nisi fo
 illa & præc
 mors est. Q
 utrusq; rei h
 rationibus ta
 des de paul
 et, interuall
 edone quam
 tionem quan
 cimo suspir
 na, tam præ
 et mutare, qu
 na est, cū ey
 sed tanquam
 est hanc expe
 necessitatem

EP
 & de ig
 folliciti

quasi bona valetudine delector, tam ridicule facio, quã ille quis-
 que se uicisse putat cum uadimonium distulit. Ego uerò et in ipsa
 afflictione nõ desij cogitationibus letis ac fortibus acquiesce-
 re. Quid hoc est, inquit, tam sepe mors experitur me? faciat. At
 ego illam diu experitus sum. Quãdo, inquis? Antequã nascerer.
 Mors est non esse. Id quale sit iam scio, hoc erit post me quod
 esse me fuit. Si quid in hac re tormenti est, necesse est & fuisse
 ante quã prodiremus in lucem. Atqui nullam sentimus tunc ue-
 rationem. Rogo nõ stultissimum dicas, si quis existimet lucernæ
 prius esse cum extincta est, quam antequam accèderetur? Nos
 quoque & accendimur & extinguimur, medio illo tẽpore ali-
 quid patimur. Vtrunq; uerò alta securitas est. In hoc enim m-
 locali, nisi fallor, erramus, quod mortem iudicamus sequi, quum
 illa & præcesserit & secutura sit. Quicquid ante nos, fuit,
 mors est. Quid enim refert, utrum nõ incipias, an desinas, cum
 utriusq; rei hic sit effectus, non esse. His & huiusmodi exhor-
 tationibus tacitis (nã uerbis locus nõ aderat) alloqui me *desij:
 deinde paulatim suspirium illud, quod esse iam anhelitus coepe-
 rat, interualla matora fecit, et retardatum est ac remansit. Nec
 citò quamuis desierit ex natura fluit spiritus. Sentio hæsitã-
 tionem quandã & eius moram. Quomodo uolet, diuino nõ ex-
 citio suspirium: hoc tibi de me recipe, non trepidabo ad extre-
 mum, iam præparatus sum, nihil cogito de die toto. illum lauda-
 re uult, quẽ non piget mori, cū uiuet uiuere. Quæ enim uir-
 tus est, cū eijctaris exire? tamen est et hic uirtus. Eijctor quidẽ,
 sed tanquam exeam. Et ideo nõquam eijctur sapiens, quia eijci
 est tunc expelli, unde inuitus recedas. Nihil inuitus facit sapiens,
 necessitatem effugit, quia uult quod ipsa coactura est. Vale

* non desij:

EPIST. LVI. De uilla Vacix, & eius dispositione:
 & de ignaui otio uitando: & quòd solus sapiens, nulla re
 sollicitus, scit sibi uiuere.

† 3 A gest

A Gestatione cū maximē uenio, nō minus fatigatus, quā si
 tantū ambulāssē, quantū sedi: labor est enim diu ferri, et
 nescio an eo maior, quia cōtra naturam est, quae pedes dedit, ut
 per nos ambularem, oculos, ut per nos uideremus. Debilitate
 nobis *induxere delitiae, & quod diu nolimus, posse desinimus.
 Mihi tamen necessariū erat concutere corpus, ut siue bñs
 infederat faucibus discuteretur, siue ipse ex aliqua causa spiritus
 densior erat, extenuaret illum iactatio, quā profuisse mihi
 sensi. Idcō diutius uehi perseueravi, inuitante ipso litore, quod
 inter Cumas & Seruilij Vaciae uillam curuatur, & hinc mari,
 illinc lacu, uelut angustū iter clauditur. Erat enim à recentē
 pestate maris spissius. Fluctus autē illud (ut scis) frequens &
 concitatus exaequat, longior tranquillitas soluit, cū arenis quae
 humore alligantur succis abscessit. Ex consuetudine tamen mea
 circumspicere cœpi, an aliquid illic inuenirem, quod mihi bono
 posset esse, & direxi oculos in uillam, quae aliquando Vaciae
 fuit. In hac ille praetorius diues, nulla alia re quā otio natus,
 consenuit, & ob hoc uiam felix habebatur. Nā quoties aliquis
 amicitia Afrinij Galli, quoties Seiani odiū, deinde amor merseua
 (aeque enim offendisse illū, quā amasse periculosum fuit) exclama
 bāt hoīes, O Vaciae solus scis uiuere. At ille latere sciebat, nō
 uiuere. Multum autē interest, utrū uita tua otiosa sit, an ignaui.
 Nunquā aliter hanc uillam Vaciae uiuo praeteribam, quā ut di
 cerem, Vaciae hic situs est. Sed adeo mihi Lucili Philosophia sacra
 quiddā est, & uenerabile, ut etiā si quid illi simile est, mendaco
 placeat. Otiosum enim hoīem seductum existimat uulgus et se
 curū, & se contentū, sibiq; uiuentē, quorū nihil ulli contingere,
 nisi sapienti potest. Ille quidē nulla re sollicitus scit sibi uiuere.
 Ille enim (quod est primū) scit uiuere. Nā qui res et hoīes fugit,
 quem cupiditatu suorum infelicitas relegauit, qui alios feliciores
 uidere nō potuit, qui uelut timidū atq; iners animal metu obli
 uiscit,

hinc, ille sibi non uiuit, sed (quod est turpissimū) uentri, somno,
 libidini, Non cōtinuo sibi uiuit, qui nemini. Adeo tamen magna
 res est constantia, & in proposito suo perseuerantia, ut habeat
 auctoritatem inertia quoq; pertinax. De ipsa uilla nihil possum
 tibi certi scribere, frontem enim eius tantum noui, & exposita,
 que ostendit etiā transeuntibus. Speluncæ sunt duæ magni ope-
 ris, laxo atrio, * paries manufactus, quarum altera solem non
 recipit, altera usq; in occidentem * tenetur. Prata bona, medius
 riuus & à mari & ab Acherusio lacu receptus Euripi modo
 fluuit, alendis piscibus (etiā si assiduo exhauriatur) sufficiens.
 Sed illi cū mare patet, parcitur: cū tēpestas piscatoribus de-
 dit ferias, manus ad * parata porrigitur. Hoc tamen est commo-
 dum in uilla, quod Baias trans parietē habet, incōmodis illa-
 ri caret, uoluptatibus fruitur. Has laudes eius ipse noui, * nunc
 esse illas totius anni credo. Occurrit enim Fauonio, & illum
 adeo excipit, ut Baias neget. Non stulte uidetur elegisse hūc lo-
 cum Vacia, in quē otium suum pigrum iam & senile conferret.
 Sed non multū ad tranquillitatem locus confert: animus est, qui
 cōmendat omnia, Vidi ego in uilla hilari et amœna mœstos, uidi
 in media solitudine occupatis similes. Quare non est quod exi-
 lites, ideò parum bene cōpositum esse te, quòd in Cāpania nō
 requare autem non es? hucusq; cogitationes tuas mitte. Con-
 sari cum amicis absentibus licet, & quidem quoties uelis,
 quamdiu uelis, magis hac uoluptate, quæ maxima est fruimur,
 tam absumus. Præsentia enim nos delicatos facit, & quia ali-
 quando unā loquimur, ambulamus, consedimus, cum diducti
 sumus, nihil de his quos modo uidimus, cogitamus: & ideò
 ego animo ferre debemus absentiam, quia nemo non multum
 etiam præsentibus abest. Pone hic primum noctes separatas.
 Deinde occupationes utrinque diuersas, deinde stuaia secreta,
 & urbanas profectioes, uidebis non multum esse, quod nobis
 peregr

*pares ma-
 nufactæ,
 *torretur.

*priuata

*esse illam to-
 tius amentis
 tatis credo.

peregrinatio eripiat. Amicus animo possidendus est, Hic autem
 *cogitat nunquam abest, quemcunq; uult, * quotidie uidet. Itaq; mecum
 stude, mecum coena, mecum ambula. In angusto uiueremus, si
 quicquã esset cogitationibus clausum. Video te mi Lucili, cum
 maxime audio, adeò tecum sum ut dubitem, an incipiam non
 epistolas, sed codicillos tibi scribere. Vale.

EPIST. LVII. Notat tumultuosam balnearum luxuriam,
 & quod omnia uitia animi in aperto leuiora sunt.

Peream, si est tam necessarium quàm uidetur silentiũ in
 dia seposito. Ecce uariis clamor undiq; me circumsonat,
 supra ipsum balneum habito. Propone nunc tibi omnia genera
 uocum, quæ in odium possunt aures adducere: cum fortiores
 exercentur, & manus plumbo graues iactant, cum aut laborant,
 * retentum aut laborantem imitantur, gemitus audio, quoties * reccen-
 tem spiritum remiserunt, sibilos & acerbissimas respiraciones:
 cum in alipten inertem, & hac plebeia unctione cõtentum in-
 cidi, audio crepitum illisæ manus humeris, quæ prout plana
 9 peruenit, aut concava, ita sonum mutat, Si uerò pellicreque su-
 peruenerit, & numerare cœperit pilos, actum est. Adijce nunc
 10 * Sordalum, & furem deprehensum, & illum cui uox sua in
 balneo placet. Adijce nunc eos, qui in piscinam cum ingenti im-
 * scordulum, pulsæ aquæ sono saliunt. Præter istos, quorum, si nihil aliud,
 11 rectæ uoces sunt, * alipilum cogita, tenuem & stridulam uocem,
 * alipilum quo sit notabilior, subinde exprimentem, nec unquam tacetem,
 12 nisi dum uellit alas, & alium pro se clamare cogit. Iam libarij
 13 uarias exclamaciones, & botularium, & crustularium, &
 omnes popinarum institores, mercem sua quadam & insignia
 modulatione uendentes. O te, inquis, ferreum, aut surdum, cui
 mens inter tot clamores, tam uarios, tam dissonos, constat, cum
 Chrysippum nostrum assidua salutatio perducat ad mortem. At
 me hercules, ego istum fremitũ non magis curo, quàm fluctum

pot' delectū aque. Quamuis audiam cuiusdam genti hanc unam
 fuisse causam, urbem suam transferendi, quia fragorem Nili ca-
 lentis ferre non potuit. Magis mihi uox auocare uidetur, quā
 crepitus. Illa enim animum abducit, hic tantum aures implet ac
 urberat. In his quæ me sine auocatione circūstrepunt, effedas
 transcurrentes pono, & fabrum inquilinum, & serrariū uici-
 nū, aut hunc qui ad metam sudantem* tabulas experitur & ti-
 bus, nec cantat, sed exclamat. Etiam molestior est mihi sonus,
 qui intermittitur subinde quā qui continuatur. Sed iam me sic
 ad omnia ista duravi, ut audire uel pausariū possim, uoce acer-
 bissima remigibus modos dantem. Animum enim cogo sibi intē-
 tum esse, nec auocari ad externa: omnia licet foris resonent,
 dum intus nihil tumultus sit, dum inter se nō rixentur cupidi-
 tas & timor, dum auaritia luxuriaq; nō dissideant, nec altera
 altera uexet. Nā quid prodest totius regionis silentiū, si affe-
 ctus fremunt? Omnia noctis erant tacita composita quiete. Fal-
 sum est, nulla placida quies est, nisi quam ratio cōposuit. Nox
 excubet molestiam, nō tollit, & sollicitudines mutat. Nā dor-
 mientium quoq; insomnia tam turbulenta sunt, quam dies. Illa
 tranquillitas uera est, in quā bona mens explicatur. Aspice illū
 cui somnus laxæ domus silentio quæritur, cuius aures ne quis
 egret sonus, omnis seruatorū turba conticuit, & suspensum, acce-
 dentū propius, ue stigiū ponitur. Huc nēpe uersatur atq; illuc,
 somnū inter ægritudines leuē captans, quæ nō audit, audisse se
 queritur. Quid in causa putas esse? animus illi obstreperit, hic
 placandus est, huius cōpescenda est seditio, quem non est quod
 existimes placidū, si iacet corpus. Interdum quies inquieta est.
 Et idē ad rerum actus excitandi, ac tractatione bonarum ar-
 tium occupandi sumus, quoties nos male habet inertia sui im-
 patiens. Magni imperatores cum male parere militem uident,
 aliquo labore cōpescunt, & expeditionibus detinēt. Nunquam

*tubas

14

uacat lasciuire districtis, nihilq; tam certū est, quā otij uita
negotio discuti. Sæpe uidemur tedio rerum ciuiliū, & in-
licis atq; ingræ stationis pœnitentia secessisse, tamen in illa
latebra, in quam nos timor & lassitudo coniecit, interdum re-
crudescit ambitio. Non enim excisa desijt, sed fatigata, aut etiā
abiecta, rebus parum sibi cedentibus. Idem de luxuria dico,
quæ uidetur aliquando cessisse, deinde frugalitatem professes
solicitat, atq; in media parsimonia uoluptates non damnatas,
sed relictas petit, & quidē eo uehementius, quo occultius. Omnia
enim uitia in aperto leuiora sunt, morbi quoq; tunc ad sanitatē
inclinant, cum ex abdito erumpunt, ac uim suam proferunt. Et
auaritiā itaq; & ambitionem & cætera mala mentis huma-
næ, tunc perniciosissima scias esse, cum simulata sanitate subsi-
dunt. Ociosi uidemur, & nō sumus. Nā si bona fide sumus, si
receptui cecinimus, si speciosa contēpsimus, ut paulo ante dice-
bā, nulla res nos auocabit, nullus hominū auumq; cōcentus in-
terrūpet cogitationes bonas, solidasq; & iā certas. Luce illud
ingeniū, nec se adhuc reduxit introrsus, quod ad uocē* ex acci-
denti erigitur. Habet intus aliquid solitudinis, & habet aliq̄
cōcepti pauoris, quod illū curiosum facit, ut ait Verg. nos ter,

* & acci-
dentia

Et me quem dudum non ulla iniecta mouebant
Tela, nec aduerso glomerati ex agmine Graij,
Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis
Suspensum, & pariter comitiq; oneriq; timentem.

25 Prior ille sapiēs est, quē non tela uibrantia, non arietata inter
arma agminis densi, nō urbis impulse fragor, territat. Hic al-
ter imperitus est, rebus suis timet, ad omnē crepitū expauescit
quē una quælibet uox pro fremitu accepta deiecit, quē motus
leuissimi exanimat. Timidū illum sarcinæ faciunt. Quemcumq;
ex istis felicibus elegeris, multa trahētibus, multa portatibus,
uidebis illū comitiq; oneriq; timentē. Tūc ergo te scito esse cō-

positum

positum, cū ad te nullus clamor pertinebit, cū te nulla uox tibi
 excruciet, nō si blādiatur, nō si minabitur, nō si inani sono *ua-
 na circūstrepet. Quid ergo? nō aliqñ cōmodius est, & carere
 uenitio: fateor. Itaq; ego ex hoc loco migrabo, experiri &
 ererere me uolēs. Quid necesse est diutius torqueri, cū tā faci-
 litem dū Vlysses socijs etiā aduersus Sirenas inuenerit. Vale.

*uana

*conuictus

*Haphe

*abducat

EPIST. LVIII. De reditu suo ad Neapolitanam ciui-
 tatem. Et quod nō timor, sed horror cadit in sapiētem, & quod
 anima hominis corporis angustiis teneri non potest.

U'm Baijs deberē Neapolim repeterē, facile credidi tem-
 peratam esse, ne iterū nauem experirer, sed tantū luti to-
 tū fuit, ut possem uideri nihilominus nauigasse. Totū athle-
 tam fatum mihi illo die perpetiendum fuit. A ceromate nos
 Haphe excepit in Cypta Neapolitana. Nihil illo carcere lon-
 gius, nihil illis faucibus obscurius, quæ nobis præstant, non ut
 nos tenebras uideamus, sed ut ipsas. Cæterum etiam si locus ha-
 beret lucē, puluis auferret, in aperto quoq; res grauis & mo-
 bilis, quia illic, ubi in se uolutatur, & cū sine ullo spiramēto sit
 in ipsos à quibus incitatus est recidit. Duo incōmoda
 se contraria simul pertulimus, quia eadē uia, eodē die, &
 puluere laborauimus. Aliquid tamē mihi illa obscuritas
 cogitarē dedit. Sensi quendā ictum animi, & sine metu
 mutationē, quam insolitæ rei nouitas simul ac fœditas fecerat,
 de me nūc tecum loquor, qui multū ab homine tolerabili,
 à perfectō absūm, sed de illo in quem ius fortuna perdidit,
 quo quoq; ferietur animus, mutabitur color. Quædam enim
 Lucili, quæ nulla uirtus effugere potest, ammonet illā
 mortalitatis suæ. Itaq; & uultū * adducet ad tristitiam,
 laborrescet ad subita, & caligabit, si uastā altitudinē in cre-
 ditæ eius constitutus despexerit. Nō est hic timor, sed natu-
 ralis effectio inexpugnabilis rationi. Itaq; fortes quidā & pa-
 ratiss

ratissimi fundere suum sanguinem, alienum uidere nō possunt,
 quidā ad uulneris noui, quidam ad ueteris, & purulenti tra-
 ctationē inspectionemq; succidunt & liquuntur animo, alij gra-
 dium facilius recipiunt, qua uident. Sensi ergo (ut dicebā) quā-
 dam nō quidem perturbationē, sed mutationē. Rursus ad pri-
 mū conspectū redditae lucis, alacritas incogitata redijt & in-
 iussa. Illud deinde mecū loqui cœpi, quā inepte quaedā magis
 ac minus timeremus, cū omnium idem finis esset. Quid enim
 16 terest utrū supra aliquē uigilariū ruat, an mons, aut turris.
 Nil inuenies. Erunt tamē qui hanc ruinā magis timeant, quā
 utraq; mortifera æque sint. Adeo non effectū, sed effectus cau-
 sam timor spectat. Nunc me putas de Stoicis dicere, qui exco-
 17 *permeare mant animā hominis magno pondere extritū *permanere non
 posse, & statim spargi, quia non fuerit illi exitus liber. Ego ue-
 rò non facio. Qui hoc dicunt uidentur mihi errare. Quomodo
 modū flamma non potest opprimi, nā circa id diffugit, quo ue-
 getur, quemadmodū aēr uerbere aut ictu nō leditur, nec susci-
 ditur quidē, sed circa id cui cessit refunditur: sic animus qui
 tenuissimo constat, deprehendi non potest, nec intra corpus
 affigi: sed beneficio subtilitatis suae per ipsa quibus prematur
 18 *percu- erumpit. Quomodo fulmini etiam cum latissime *percutitur
 currit fulsit, per exiguum foramen est reditus, sic animo qui ad
 tenuior est igne, per omne corpus fuga est. Itaq; de illo quæ-
 rum est, an possit immortalis esse. Hoc quidem certum habet
 superstes est corpori, propter hoc illum nullo genere posse
 perire, propter quod non perit: quoniam nulla immortalitas
 exceptione est, nec quicquam noxium æterno est. Vale.

ANNOT. LIBRI SEPTIMI.

EPIST. I.

I Rectius habebatur. Effeminat animos amoenitas nimia: nec
 dabit aliquid &c.

Ad quod

Ad quos primos fortuna publica reipublicæ opes &c. sed altera scio magis probatur. Item in media epistola, scribe Hermachum, sic Hermarchum.

EPIST. LIII.

In huius epistolæ medio, deerat huius epistolæ finis, tum aliæ integræ, quarum posterioris finis erat. Quid enim refert, &c.

Pro lassauerunt, erat sapabunda, quod Rodolphus annotarat, la sabunda. Nam lassauerunt sine dubio uox est supposititia.

Rectius erat, non cum mari nauseam effugere.

Pro accepit, excipit, pro quo Rodolphus notarat, exprimit. Ac nihil sane probatur.

Pro talaria, erat calcaria, pro ferierit, fecit. Nam grammaticorum filii negant ferio habere præteriti uocem. Podagra uerò ioco dicitur utrunq; pedem fecisse dextrum, quod sic æquasset, ut nihil intellet.

Pro Idem erat Itidè ab Agricola annotatū. Primū erat, id est, ut proxime sequenti erat, quod ipsa erogauero. EPIST. LVII.

Si uerò pelicrepus superuenerit. Quidam habebat pellicrepus. Cœlius Rhodiginus putat legendum esse pilicrepus, & quod adfert probabile est. Annotatione apud illū reperies lib. 16. cap. 47. Neque enim est quisquam sua laude fraudandus, & nobis hæc obiter agens fat est indicasse locum, Mox pro pilos, putat legendum pilas, ut à pila dictum existimat pilicrepus non à pilo.

Sordalus. Scholium quoddam indicabat sordalum dici qui foras effertet è balneo, aut qui sordidaret balneum. Huic commentum quantum tribuendum sit nescio, Omnino significat aliquem motum lauantibus, quandoquidem mox adiecit furem deprehensum. ut balneari uerbo sordalus dicebatur, qui oleret alliū, quasi scordalus. Sic usurpare uidetur epistola 84. quanquam Græcis σκώρ dicitur sterco. Sed probabilius est, ut mutata literula legamus scordulum, siue scordulum, ut conuiuium sit in hominem ingrati odoris, ut aqua quam incaluit, quod accidit pisci scordulo.

Alipedum, Cœlius contendit legendum alipilum, inde ductum quod uellat pilos alarum. Reperies eodem loco quæ mox indicaui.

Iam librare. Sic habebant quidam, alii liberi, alii aliud, sed probabilius est quod diuinat Cœlius, Libarii, pro his qui liba uendunt: ut admodum & botularium dixit, qui botulos, id est sarciminis opus, uendebat: & crustularium qui crustula uendebat.

Suam quadam & insignita modulatione uendentes, Sic prior dicitur. In aliis erat, Suam quandam insignita mod. nen. Non dubito legendum sit, Sua quadam & insignita. Agnoscunt qui Lutetiæ

uiuunt, ex uoce, quid quis habeat uenale, quum innumerae sint uoces.

14 Pauſarium, ipſe interpretatur, qui uoce temperat impetum remigantium. Notatum eſt ab eruditis, & hoc in Seneca, quod à uocibus ſordidioribus interdum nō abſtinuerit. Quo de genere uidentur ex his eſſe quædam.

15 Commodius erat, agitata inter ſe arma.

16 Aut turris, non erat. Et hæc duæ uoces officiunt ſenſui. mox pro æque ſint. rectius erat æque ſit. Mox proximo pro efficiantur, melius erat, efficiantur, hoc eſt ea quæ adferunt exitium.

LVCII ANNAEI SENECAE EPISTOLARVM AD LVCILIVM LIB. VIII.

EPIST. LIX. De multiplici diuiſione rerum ubi exemplo
Platonis oſtendit qualiter parſimonia ad ſenectutem ducat.



QUANTA uerborū nobis paupertas, imō
egetas ſit, nunquā magis quā hodierno
die intellexi. Mille res inciderunt, cū forte de
Platone loqueremur, quæ nomina deſidera-
rent, nec haberent, quædam uerò cū habuiſ-
ſent, ſaſtidio noſtro perdidiffent. Quis autem ſerat in egeſtate
faſtidiū? Hunc quem Græci Oeſtrū uocant pecora peragen-
tem, & totis ſaltibus diſſipantem, Aſylum noſtri uocabāt, hoc
Vergilio licet credas. Eſt lucum Silari iuxta ilicibusq; uirentem
Plurimus Alburnum uolitans, cui nomen aſylo Romanum
eſt, œſtrum Græci uertere uocantes, Aſper acerba ſonās, quo
tota exterrita ſyluis Diſſugiunt armenta. Puto intelligi iſtū
uerbum interiſſe. Ne te longe differam, quædam ſimplicia in
uſu erant, ſicut Cernere ferro inter ſe dicebant. Idem Virgi-
lius hoc probabit tibi, — Stupet ipſe Latinus, Ingētis genitos di-
uerſis partibus orbis Inter ſe coiſſe uiros, & cernere ferro,
quod nunc Decernere dicimus. Simplicis illius uerbi uſus ami-
ſus

est. Dicebant antiqui Si iussoid est, si iussero. Hoc nolo mi-
 credere, sed fidei Vergilio: Cetera qua iusso mecum manus
 ferat arma. Non id ago nunc hac diligentia, ut ostendam
 quantum tempus apud Grammaticū per dederim, sed ut ex hoc
 intelligas, quantum apud Ennium & Actium uerborum, situs
 occupauerit, cum apud hunc quoq; qui quotidie excultur, ali-
 que nobis subducta sint. Quid, inquis, sibi ista uult præparatio?
 Quod spectat? Non celabo te, cupio si fieri potest propitijs auri-
 bus tuis, quid sentiā dicere. Sin minus, dicam & iratis. Cice-
 ronem autorem usia uerbi habeo, puto locupletem. Si recētio-
 nem queris, Fabianum disertum & * eloquentem, orationis,
 sed ad nostrum fastidium, nitidæ. Quid enim fiet mi Lucii
 quomodo dicitur ὀνομα, res necessaria, naturam continens
 nomen omnium? Rogo itaq; permittas mihi hoc uerbo
 ut, nihilominus dabo operam, ut ius à te datū parcissimè ex-
 primam, fortasse contentus ero mihi licere. Quid proderit fa-
 ctas tua, cum ecce id nullo modo latine exprimere possim,
 propter quod linguæ nostræ conuiuium feci? Magis damnabis
 ueritas Romanas, si scieris unam syllabam esse quam muta-
 re non possim. Quæ hæc sit queris? τὸ ὄν. Duri tibi uideo
 in medio positam posse sic transferri, ut dicā, quod est.
 multum interesse uideo, cogor uerbum pro uocabulo po-
 nere. Sed ita necesse est, ponam quod est. Sex modis hoc à Pla-
 tone diei amicus noster homo eruditissimus hodierno die dice-
 bat. Omnes tibi exponam, si ante indicauero, esse aliquid ge-
 nus, esse & speciem. Nunc enim primum illud genus queri-
 mus, ex quo ceteræ species suspēse sunt, à quo nascatur omnis
 generis, quo uniuersa comprehensa sunt. Inuenietur autem si cœ-
 reamus singula *recolligere. Sic enim perducemur ad primū.
 quæ species est ut Aristoteles ait. Equus species est, canis est
 canis, ergo commune aliquod querendum est his omnibus

*elegantem,

*retro le-
gere.

uinculum, quod illa complectatur, & sub se habeat. Hoc quid est? Animal. Ergo genus esse coepit omnium horum, quae modo retuli, hominis, equi, canis, animal. Sed sunt quaedam quae animam habent nec sunt animalia. Placet enim satis & arbutus animam inesse. Itaque & uiuere illa & mori dicimus. Ergo animantia superiorem tenebunt locum, quia & animalia in hac forma sunt & sata. Quaedam anima carent, ut saxa. Itaque aliquid erit animantibus antiquius scilicet Corpus: hoc si diuidam, ut dicam corpora omnia, aut animata esse, aut inanimata. Etiam nunc est aliquid superius, quam corpus. Dicimus enim quaedam corporalia esse, quaedam incorporalia. Quid ergo erit ex quo haec diducantur? Illud cui nomen modo parum proprium imposuimus, Quod est. Sic enim in species secabitur, ut dicamus, quod est, aut corporale est, aut incorporale. Hoc ergo genus est primum & antiquissimum, & (ut ita dicam) generale. Cetera genera quidem sunt, sed specialia, tanquam homo genus est. Habet enim in se nationum species, Graecos, Romanos, Parthos, Colorum, albos, nigros, flauos: habet singulos, Catonem, Ciceronem, Lucretium. Itaque quia multa continet, in genus cadit: quia sub alio est, in speciem. Illud genus quod est generale, supra se nihil habet. Initium rerum est, omnia sub illo sunt. Stoici uolunt superponere huic etiam aliud genus magis principale, de quo statim dicam, si prius illud genus, de quo locutus sum, merito primum poni docuero, cum sit rerum omnium capax. Quod est, in has species diuido, ut sint corporalia, aut incorporalia. Nihil tertium est. Corpus quomodo diuido? ut dicam, aut animantia sunt, aut inanimata. Rursus animantia quemadmodum diuido? ut dicam quaedam animam habent, quaedam tantum animam: aut sic, quaedam impetum habent, incedunt, transeunt, quaedam solo affixa, radicibus aluntur & crescunt. Rursus animalia in quas species seco? aut mortalia sunt, aut im-

Genus & species accipit largo more.

mortalia

mortalia. Primum genus Stoicis quibusdam uidetur, quod quare uideatur subijciam. In rerum (inquiunt) natura quædam sunt, quædam non sunt. Et hæc autem quæ non sunt, rerum natura complectitur, quæ animo succurrunt, tanquam Centauri, Gigantes, & quicquid aliud falsa cogitatione formatum, habere aliquam imaginem cœpit, quamuis non habeat substantiam. Nunc ad id quod tibi promisi reuertor, quomodo quæcunque sunt in sex modos Plato partiatur. Primum illud quod est, nec usu nec tactu, nec ullo sensu comprehenditur. Cogitabile est, quod generaliter est, tanquam homo generalis sub oculos non uenit, sed specialis uenit, ut Cicero & Cato. Animal non uidetur, sed cogitatur, uidetur autem species eius equus & canis. Secundum ex his quæ sunt ponit Plato, quod eminet & exuperat omnia. Hoc ait per excellentiam esse, ut Poëta communiter dicitur, omnibus enim uersus facientibus hoc nomen est, sed iam apud Græcos in unius notam cœsit. Homerum intelligas cum audieris Poëtam. Quid ergo hoc est? Deus, scilicet maior ac potentior cunctis. Tertium genus est eorum quæ proprie sunt, innumerabilia hæc sunt, sed extra nostrum posita conspectum. Quæ sunt interrogas? propria Platonis supellex est, Plato Ideas uocat, & ex quibus omnia quæcunque uidemus fiunt, & ad quas cuncta formantur? Hæc immortales, immutabiles, inuiolabiles sunt. Quid sit Idea, id est, quid Platoni esse uideatur audi, Idea est eorum quæ natura sunt exemplar æternum. Adijciam definitioni interpretationem, quo tibi uires apertior fiat. Volo imaginem tuam facere, exemplar picturæ te habeo, ex quo capit aliquem habitum mens nostra, quem operi suo imponat. Ita illa quæ me docet & instruit facies à qua petitur imitatio, Idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet natura rerum, hominum, piscium, arborum, ad quæ quodcunque fieri ab illa debet, exprimitur. Quartum lo-

cum habeat *ἄλως*. Quid sit hoc *ἄλως* attendas oportet, & Platoni imputes non mihi hanc rerum difficultatem. Nulla est autem sine difficultate subtilitas. Paulo ante pictoris imagine utebar. Ille cum reddere Vergilium coloribus uellet, ipsum intuebatur, Idea erat Vergilij facies futuri operis exemplar, ex hac quod artifex trahit & operi suo imposuit *ἄλως* est. Quid intersit quaeris? alterum exemplar est, alterum forma ab exemplari sumpta & operi imposita. Alteram artifex imitatur, alteram facit. Habet aliquam faciem statua, haec est *ἄλως*. Habet aliquam faciem exemplar ipsum quod intuens opifex, statua figurauit, haec Idea est. Etiamnum aliam desideras *ἄλως* functionem, *ἄλως* in opere est, Idea extra opus, nec tantum extra opus est, sed ante opus. Quintum genus est eorum quae communiter sunt, haec incipiunt ad nos pertinere, haec sunt omnia, homines, pecora, res. Sextum genus eorum est quae quasi sunt: tanquam inane, tanquam tempus. Quaecumque uidemus ac tangimus, Plato in illis non numerat, quae esse proprie putat, Fluunt enim & assidua diminutione atque adiectione sunt. Nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit iuuenis. Nemo est mane, qui fuit pridie. Corpora nostra rapiuntur fluminum more, quicquid uides currit cum tempore. Nihil ex his quae uidemus manet. Ego ipse dum loquor mutari ista, mutatus sum. Hoc est quod ait Heraclitus. In idem flumen bis non descendimus. Manet enim idem fluminis nomen, aqua transmissa est. Hoc in amne manifestius est, quam in homine. Sed nos quoque non minus uelox ceteris praeteruehit, & ideo admiror dementiae nostram, quod tantopere amamus rem fugacissimam, corpus, timemusque nequando moriamur, cum omne momentum, mors prioris habitus sit. Vis tu timere ne semel fiat quod quotidie fit? De homine dixi, fluida materia & caduca, & omnibus ob-

noxia causis, Mundus quoque æterna res et inuicta, mutatur,
 nec idem manet. Quamuis enim omnia in se habeat quæ ha-
 buit, aliter habet, quam habuit, ordinem mutat. Quid inquis,
 ista subtilitas mihi proderit? si me interrogas, nihil. Sed quem-
 admodum ille celator oculos diu intentos, ac fatigatos, remittit
 atq; auocat, & (ut dici solet) pascit, sic nos animū aliquando
 debemus relaxare, & quibusdam oblectamentis reficere, sed
 ipsa oblectamēta opéra sint, ex hijs quoq; si obseruaueris *in-
 uenies, quod possit fieri salutare. Hoc ego mi Lucili soleo facere
 ex omni uacatione (etiā si à philosophia longissime auersa est)
 eruere aliquid conor, & utile efficere. Quid de istis capiam
 quæ modo tractauimus, remotis à reformatione morum? Quo-
 modo meliorem me facere Ideæ Platonice possunt? Quid ex
 istis traham, quod cupiditates meas comprimat? uel hoc ipsum
 quod oīa ista quæ sensibus seruiunt, quæ nos accendunt & iri-
 tant, negat Plato ex hijs esse quæ uere sint. Igitur ista imagina-
 ria sunt, & ad tēpus aliquam faciem ferunt, nihil horum stabile
 nec solidū est, & nos tamen cupimus tanquā aut semper futura,
 aut semper habituri, imbecilli fluidiq; per interualla constituim-
 us. Mittamus animum ad illa quæ æterna sunt, miremur in
 sublime uolitantes rerum oīm formas, deumq; inter illa uersan-
 tem, & hoc providentē, quemadmodum quæ immortalia facere
 non potuit (quia materia prohibeat) defendat à morte, ac ra-
 tione uitium corporis uincat. Manent enim cuncta non quia
 æterna sunt, sed quia defenduntur cura regentis. Immortalia tu-
 tore nō egent. Hæc cōseruat artifex, fragilitatē materiæ ui sua
 uincens. Contemnamus oīa quæ adeo pretiosa non sunt, ut arti-
 fex omnino, dubium sit. Illud simul cogitemus, si mundū ipsum
 non minus mortalem, quam nos sumus, providentia periculis
 eximit, posse tandē aliquatenus nostra quoq; providentia lon-
 giorē prorogari huic corpusculo morā, si uoluptates quibus

*sumes,

pars maior perit potuerimus regere et coercere. Plato ipse ad senectutem se diligentia pertulit. Erat quidē corpus ualidum ac forte sortitus, et illi nomē latitudo pectoris fecerat. sed navigationes ac pericula multum detraxerūt uiribus, persimonia tamen, & eorū quæ aueritatē euocant modus, & diligens sui tutela, perduxit illum ad senectutē, nullis prohibentibus causis. Nam hoc scis puto Platoni diligentiae suae beneficio contigisse, quod natali suo decessit, & annum unū atq; octogesimū impleuit sine ulla deductione. Ideo Magi qui forte Athenis erāt immolauerunt defuncto, amplioris fuisse sortis quā humanae rati, quia cōsummasset perfectissimum numerum quē nouem nouies multiplicata cōponunt. Non dubito quin paratus esset paucos dies ex ista summa & sacrificium remittere. Potest frugalitas producere senectutem, quam ut non puto concupiscendā, ita ne recusandam quidē. Iucundum est esse secū quā diutissimē, cum quis se dignum quo frueretur efficit. Itaq; de isto seremus sententiā, an oporteat fastidire senectutis extrema, & finem non operiri, sed manu facere. Prope est à timente, qui fatum segnis expectat, sicut ille ultra modū deditus uino est, qui amphoram exiccat, & fecem quoq; exorbet. De hoc tamē quæramus, pars summa uitæ, utrū ea sex sit, an liquidissimū ac purissimū quiddam, si modo mens sine iniuria est, & integri sensus aīm iuuant, nec defectum & præmortuū corpus est. Plurimum enim refert uitam aliquis extendat an mortem. At si inutile ministerijs est corpus, quid nō oporteat educere aīm laborantem? & fortasse paulò antequā debet faciendum est, ne cū fieri debeat facere nō possis: & cum maius periculum sit male uiuendi, quā cito moriendi, stultus est qui non exigua temporis mercede, magnæ rei aleam redimit. Paucos longissima senectus ad mortem sine iniuria pertulit. Multis iners uita sine usu iacuit sui, Quāto deinde crudelius iudicis aliquid ex uita perdidisse, quāuis finierit.

Noli

Noli me
tia, sed qu
tum nub
coeperit
uitam re
ruenti. M
cientem a
uinci est.
exibo, no
est, ad on
propter
in longu
sit. Et q
non pote
lecturus e

mo
per

Mag
M
reuoca. V
illam solen
inquam, e
rem insan
enim anim
loquimur
ex nuptij
gaudia, ut
tam est n
gilius nos
parum pr

Noli me inuitus audire tanquã ad te iam pertineat ista sententia, sed quid dicam æstima. Non relinquã senectutem, si me totum mihi reseruabit, Totum autem ab illa parte meliore. At si ceperit concutere mentem, si partes eius cõuellere, si mihi non uitam reliquerit, sed animam, profiliam ex ædificio putrido acruenti. Morbum morte non fugiã duntaxat sanabilem, nec officientem aïo: non afferam mihi manus propter dolorẽ, sic mori, uincit est. Hunc tamen si sciero perpetuo mihi esse patiendum, exibo, non propter ipsum, sed quia impedimento mihi futurus est, ad omne propter quod uiuitur. Imbecillus est et ignauus, qui propter dolorem moritur: stultus, qui doloris causa uiuit. Sed in longum exeo. Est præterea materia quæ ducere diem possit. Et quomodo finem uitæ imponere poterit, qui epistolæ non potest? Vale ergo, quod libentius quàm * mortis moras
meas

EPIST. LX. De uero & inani gaudio. Et quomodo sapientem oporteat in periculo huius uitæ semper esse uirtutibus communitum.

Magnam ex epistola tua percepi uoluptatẽ, permittite enim mihi uti uerbis publicis, nec illa ad significationẽ Stoicam reuoca. Vitium esse uoluptatẽ credimus, Sit sanẽ, ponere tamen illam solemus ad demonstrandã animi hilarem affectionẽ. Scio, inquam, & uoluptatẽ (si ad nostrum alium uerba dirigimus) reu infamem esse, & gaudiũ nisi sapienti non contingere. Est enim animi elatio, suis bonis uiribusq; fidentis: uulgo tamen sic loquimur, ut dicamus magnũ gaudiũ nos ex illius cõsulatu, aut ex nuptijs, aut ex partu uxoris percepisse, quæ adeo non sunt gaudia, ut sepe initia futuræ tristitiæ sint. Gaudio autem iunctam est non desinere, nec in cõtraria uerti. Itaq; cũ dicat Vergilius noster, Et mala mentis gaudia: disertè quidem dicit, sed parum proprie: nullum enim malum gaudiũ est. Voluptatibus

hoc nomen imposuit, et quod uoluit expressit: significauit enim hoies malo suo lætos: tamen ego non immerito dixerā, coepisse me magnam ex epistola tua uoluptatē. Quamuis enim ex illa causa imperitus homo gaudeat, tamen affectū eius impotentē in diuersa statim inclinaturū, uoluptatē uoco, opinioē falsi boni motā, immoderatā et immodicā. Sed ad propositū reuertar. Audi qui me in epistola tua delectauerit: habes uerba in potentate, nō effert te oratio, nec longius quā destinasti trahit. Multi sunt qui ad id quod nō proposuerant scribere, alicuius uerbi decore placentis uocentur: quod tibi non euenit, pressa sunt ea & rei aptata. Loqueris quantum uis, & plus significas quam loqueris. Hoc maioris rei indicium est, apparet aīn quoque nō habere superuacui, nil tumidi. Inuenio tamē translationes uerborum, ut non temerarias, ita non indecoras, * ita que periculum sui fecerint. Inuenio imagines, quibus si quis nos uita uent, & poētis illas solis iudicat esse concessas, neminē mihi uidetur ex antiquis legisse, apud quos nondum captabatur plausibilis oratio. Illi qui simpliciter & demonstrandæ rei causa eloquebantur, parabolis referti sunt, quas existimo necessarias, non ex eadem causa qua poētis, sed ut imbecillitatis nostræ adamicula sint, & ut discētē & audientē in rem præsentem adducant. Sextium cū maxime lego uirum acrem, Græcis uerbis, Romanis moribus philosophantē, mouet me imago ab illo posita, ire quadrato agmine exercitum, ubi hostis ab omni parte suspectus est, pugne paratū. Idem, inquit, sapiens facere debet, omnes uirtutes suas undiq; expadat, ut ubicunq; infestū aliquid oritur, illic parata præsidia sint, & ad nutum regentis sine tumultu respondeant: quod in exercitibus his quos imperatores magni ordinant fieri uidemus, ut imperium ducis simul omnes copie sentiant, sic dispositæ ut signū ab uno datum, peditem simul equitemq; percurrat: hoc aliquanto magis necessarium esse nobis

* nec

eje

esse nobis, Sextius ait, Illi enim sæpe hostem timuere sine causa, tutissimumq; illis iter, quod suspectissimum fuit. Nil stultitia pacati habet. Tam superne illi metus est, quam infra. Vtrunq; trepidat latus. Sequuntur pericula & occurrunt, ad oia pauet, imparata est, & ipsis terretur auxilijs. Sapiens autē ad omnem incursum munitus & intentus, non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pedem referet. Interritus & contra illa ibit, & inter illa: nos multa alligant, multa debilitant, diu in istis uitijs iacuimus, elui difficile est. Nō enim inquinati sumus sed infecti, ne ab alia imagine ad aliam transeamus. Hoc quæram quod mecū sæpe dispicio, quid ita nos stultitia tam pertinaciter teneat. Primo quia non fortiter illam repellimus, nec toto ad salutē impetu nitimur, deinde quia illa que a sapientibus uiris reperta sunt, non satis credimus, nec apertis pectoribus haurimus, leuiterq; tam magnæ rei insistimus. Quemadmodum autem potest aliquis quantum satis est, aduersus uitia discere, qui quantum a uitijs uacat, discit? Nemo nostrum in altum descendit, summa tantum decerpimus, & exiguum temporis impendisse philosophiæ, satis abundeq; occupatis fuit. Illud præcipue impedit, quod cito nobis placemus, si inuicimus qui nos bonos uiros dicat, qui prudentes, qui sanctos, agnoscimus. Non sumus modica laudatione contenti, quicquid in nos adulatio sine pudore congescit, tanquam debitum prendimus, optinos nos esse, sapientissimos affirmantibus assentimur, cum sciamus illos sæpe multa mentiri. Adeò quoque indolgens nobis, ut laudari uelimus in id, cui contraria cum maxime facimus. Mitissimum ille se in ipsis supplicijs audit, in rapinis liberalissimum, in ebrietatibus ac libidinibus temperantissimum. Sequitur itaque, ut ideo mutari nolimus, quia nos optimos esse credimus. Alexander cum iam in India uagaretur, & gentes ne finitimis quidem satis notas, bello uastaret, in
obsid



obsidione cuiusdam urbis dum circuit muros, & dū imbecillissima mœnium quærit, sagitta ictus, diu perstitit in re, & recepta agere perseveravit. Deinde cum represso sanguine sua uulneris dolor cresceret, & crus equo suspensum paulatim extorpuisset, coactus absistere, omnes, inquit, iurant me Iouis filium, sed uulnus hoc hominem esse me clamat. Idem nos facimus, cum pro sua quæque portione adulatio insituat, dicatque, uos quidem me dicitis prudentem esse. Ego autem uideo quam multa inutilia concupiscam, nocitura optem, ne hoc quidem uoligo, quod animalibus satietas monstrat, quis cibo debeat esse, quis potioni modus, quātum capiam adhuc nescio. Iam docetis, quemadmodum intelligas te non esse sapientem. Sapiens ille, qui plenus gaudio, hilaris & placidus, inconcussus cum dijs et pari uiuit. Nunc ipse te consule, si nunquā mœstus es, nulla spes animum tuū futuri expectatione sollicitat, si per dies noctesque par & æqualis animi tenor erecti & placentis sibi est, peruenisti ad humani boni summam. Sed si appetis uoluptates, & unāque & omnes, scito tantū tibi ex sapientia, quantū ex gaudio deesse: ad hoc cupis peruenire, sed erras, qui inter diuitias illuc uenturum esse te speras. Inter honores idem gaudiū, inter sollicitudines queris: ista quæ sic petis tanquam datura letitiam ac uoluptatem, causæ dolorum sunt. Omnes inquam, illi dunt, ad gaudiū, sed unde stabile magnumque consequatur ignorant. Ille ex conuiujs & luxuria. Ille ex ambitione & circumfusa clientium turba. Ille ex amica, alius ex studiorū liberali uana ostentatione, & nihil sanātibz literis. Omnes istos oblectamēta fallacia & breuia decipiunt, sicut ebrietas quæ uiciorum horæ hilarē insaniam, longi tēporis tedio pensat: sicut plausus & acclamationis secundæ fauor, qui magna sollicitudine & paratus est, & expiāduz. Hoc ergo cogita, hunc esse sapientia est, hanc gaudiij qualitatem, Talis est sapientis animus, quæ

mundi st
quare ue
dium hoc
test gau
inquis: it
nacti leon
los nox i
ultra quā
clamant r
Nam
Eger
Omner
quam sup
emulos s
sumptum
bitrij qui
E
amb
Q
intelligis
nota nost
admiror
execratio
pro nobis
ia non dū
binus ma
tet: quā
non ex ur
scuis impl
terra pas

mundi status super lunã. Semper illic serenum est, Habes ergo
 quare uelis sapiens esse, quia nunquam sine gaudio est. Gau-
 dium hoc non nascitur, nisi ex uirtutum conscientia. Non po-
 test gaudere, nisi fortis, nisi iustus, nisi temperans. Quid ergo
 inquis? stulti ac mali non gaudent? Non magis quàm prædam
 nacti leones. Cum fatigauerunt se uino & libidinibus, cum il-
 los nox inter * uitia defecit, cum uoluptates angusto corpori
 ultra quàm capiebat ingestæ * suppurare coeperunt, tunc ex-
 clamant miseri Vergilianum uersum illum.

* uina

* superare.

Namq; ut supremam falsa inter gaudia noctem
 Egerimus nosti.

Omnem luxuriosi noctem inter falsa gaudia, & quidem tan-
 quam supremam agunt. Illud gaudium (quod deos deorumq;
 emulos sequitur) non interrumpitur non desinit, desineret, si
 sumptus esset aliunde. Sed quia non est alieni muneris, nec ar-
 bitrii quidã alieni est. Quod non dedit fortuna, nõ eripit. Vale.

EPIST. LXI. Quod à parentibus filiis superfluitas
 ambiciosa optatur. Et de continentia.

Veror, litigo, irascor. * Etiam nunc optas quod tibi opta-
 uit nutrix tua, aut pædagogus, aut mater. Nondum
 intelligis quantũ mali optauerint. O quam inimica nobis sunt
 nota nostrorũ, eo quidẽ inimiciora, quò cessere, felicius. Iam nõ
 admiror si omnia nos à prima pueritia mala sequuntur, inter
 execrationes parentũ creuimus. Exaudiunt dij quoq; nostram
 pro nobis uocẽ gratuitã. Quousq; poscemus aliquid deos, quasi
 ita nonãũ ipsi alere nos possumus? Quam diu sationibus imple-
 bimus magnarũ urbium campos? quàm diu nobis populus me-
 tet? quàm diu unius mensæ frumẽtum multa nauigia, & quidẽ
 non ex uno mari, subuehent? Taurus paucissimorũ iugerũ pa-
 scis impletur, una sylua elephantis pluribus sufficit, homo &
 terra pascitur & mari. Quid ergo? tam insatiabilem nobis na-
 tura

* etiam num

tura aluum dedit, cū tā modica corpora dedisset, ut uastissimorum edacissimorumq; animalium auiditatē uinceremus? Minime. Quātulū est enim qd' nature datur. Paruo illa dimittitur. Non fames nobis uētris nostri magno cōstat, sed ambitio. Hos itaq; (ut ait Salustius) uentri obedientes, animalium loco numeremus nō hoīm, quosdam uerò ne animalium quidē, sed mortuorum, uisus, * qui se utitur. Qui uerò latitant & torpēt, sic in domo sua, quomodo in cōditiuo. Horum licet in limine ipso nomen morti inscribas, mortem suam antecesserunt. Vale.

EPIST. LXII. Quomodo sapiens semper debet habere animum paratum ad mortem.

Desinamus quod uolumus uelle. Ego certe id ago senex, eadē uelle, quae puer uolui. In hoc unum eunt dies, in hoc noctes, hoc opus meum est, haec cogitatio, imponere ueteribus malis finem. Id ago, ut mihi instar totius uitae, sit dies. Nec me hercules tanquam ultimum rapio, sed sic illum aspicio, tanquam esse uel ultimus possit. Hoc animo tibi hanc epistolam scribo, tanquam maxime scribentem mors euocatura sit. Paratus exersum, & ideo si uor uita, quia quam diu futurum hoc sic, * nō minus pendo? Ante senectutem curauī, ut bene uiuere, in senectute, ut bene moriar. Bene autem mori est libenter mori. Da operam, ne quid unquam inuitus facias, quicquid necesse futurum est. Repugnanti nō uolenti necessitas est, in uolente necessitas non est. Ita dico, qui imperia libens excipit, partem acerbissimā seruitutis effugit, facere quod nolit. Non qui iussus aliquid facit, miser est, sed qui inuitus facit. Itaq; sic animum cōponamus, ut quicquid res exiget, id uelimus, & in primis finem nostri tristitia cogitemus, ante ad mortem quam ad uitam preparandi sumus. Satis instructa uita est, sed nos instrumentorum eius auidi sumus. Deesse nobis aliquid uidetur, & semper uidebitur. Ut satis uixerimus, nec anni nec dies faciunt, sed animus.

* qui multis
usui est.

* non nimis:
als, minimi
pendo: als,
non animi
pendeo.

Vixi Luc
expecto.

EPI
quod br

M
neg
augent, &
sum, meus
fector per
cogitatione

Cum me a

ror, quibus

cio nata, se

quocunq; s

rorum opti

cum illo ser

uidi nihil ei

bere nemo

tiarum uia

contempser

EPI

Moles

Mequo

exigere, &

get, nisi iam

uiscabit,

prolapsis a

repressimus

dermandu

ere, cū poe

duraxat, di

Vixi Lucili charissime quantum satis erat, mortem plenus expecto.

EPIST. LXIII. De simulata & affectata occupatione. Et quod breuissima ad diuitias per diuitiarum contemptum uia est.

Mentiantur qui sibi obstare ad studia liberalia turbam negotiorum uideri uolunt. Simulant occupationes & augent, & ipsi se occupant. Vaco ni Lucili uaco, & ubicunq; sum, meus sum. Rebus enim nō me trado, sed cōmodo, nec confector per dendi temporis causas, & quocunq; constiti loco ibi cogitationes meas tracto, & aliquid in animo salutare uerso. Cum me amicis dedi, nō tamen nūhi abduco, nec cum illis moror, quibus me tempus aliquod congregauit, aut causa ex officio nata, sed cū optimo quoq; sum, ad illos in quocunq; loco, in quocunq; seculo fuerint, animum meum mitto. Demetrium uirum optimum mecum circumfero, & relictis conchylatis, cum illo seminudo loquor, illum admiror. Quid ni admirer? nōdā nihil ei deesse. Cōtemnere omnia aliquis potest, omnia habere nemo potest. Breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarum uia est. Demetrius autem noster sic uiuit, non tanquam contempserit omnia, sed tanquam alijs habenda permiserit.

EPIST. LXIII. Consolatio de amico defuncto.

Moleste fers decessisse Flaccum amicum tuum, plus tamē mequo dolere te nolo, illud, ut non doleas, uix audebo exigere, & esse melius scio. Sed cui ista firmitas animi contingat, nisi iam multū supra fortunam elato? illum quoq; ista res uellicabit, sed tantum uellicabit. Nobis autem ignosci potest prolapsus ad lachrymas, si non nimie decurrerunt, si ipsi illas repressimus. Nec sicci sunt oculi amisso amico, nec fluant. Lachrymandum est, non plorandum. Durā tibi legem uideor ponere, cū poetarum Græcorū maximus ius flēdi dederit in unū duxat, diē cū dixerit etiā Niobē de cibo cogitasse. Queris

unde

unde sunt lamentationes, unde immodici fletus? per lachrymas
 argumēta desiderij quærimus, & dolorem non sequimur, sed
 ostēdimus. Nemo tristis sibi est. O infelicē stultitiā. Est aliquis
 & doloris ambitio. Quid ergo, inquis, obliuiscar amici? Breuē
 illi apud te memoriā promittis, si cū dolore māsura est. Iā istā
 frontē ad risum quælibet fortuita res transferet. Nō differo in
 longius tempus, quo desiderij omne mulcet, quo etiam acer-
 rimi luctus recidunt. Cum primum te obseruare desieris, im-
 ago ista tristitiæ discedet. Nūc ipse custodis dolorem tuum, sed
 custodienti quoq; elabatur, eoq; citius, quo est acrior, desinit.
 Id agamus ut iucunda fiat nobis amissorum recordatio. Nemo
 libenter ad id redit, quod non sine tormēto cogitaturus est. Sic
 tamen illud fieri necesse est, ut cum aliquo nobis morsus, am-
 issorum quos amauimus nomen occurrat. Sed hic quoq; morsus
 habet suam uoluptatem. Nam ut dicere solebat Attalus nositer,
 Sic amicorum defunctorum memoriā iucunda est, quomodo in
 uino nimis ueteri ipsa nos amaritudo delectat, quomodo poma
 quædam sunt suauiter aspera: cum uerò interuenit spatium, comes
 quod angebat extinguitur, & pura ad nos uoluptas uenit, si
 illi credimus, amicos incolumes cogitare, melle ac placenta frui
 est, eorum qui fuerunt retractatio, non sine acerbitate quædam
 iuuat. Quis autē negauerit hæc acria quoq; & habentia am-
 ritatis aliquid, stomachum excitare? Ego non idem sentio, præter
 amicorum defunctorum cogitatio, dulcis ac blanda est: habet
 enim illos tanquam amissurus, amisi tanquam habeam. Fac
 ergo mi Lucili quod tuam æquitatem decet. Desine * beneficium
 nature male interpretari, abstulit, sed dedit. Ideo amicis
 de fruamur, quia quamdiu contingere hoc possit, incertum est.
 Cogitemus quàm sæpe illos reliquerimus, in aliquam peregre-
 nationem longinquam exituri, quàm sæpe eodem morante
 loco non uiderimus, intelligemus plus nos temporis perdidisse.

* beneficium
 fortunæ

in uiuis
 beant,
 derint.
 sit an a
 bemus u
 parum
 ipsi nol
 abstulit
 nimis a
 displicia
 cum spic
 tegat se
 extulit
 re. Scio
 ideo pra
 qui cons
 homine
 relinqua
 facere a
 feminis
 rent, sed
 honestu
 retractio
 mensem
 lor: qui r
 cit, inuet
 tus, aut
 risumun
 ter exen
 meum d
 fuisse, qu

in iuiuis. Feras autem hos, qui cum negligentissime amicos habeant, miserrime lugent, nec amant quenquam, nisi quum perdidderint. Ideoq; tunc effusius moerent. Quia uerentur ne dubium sit an amauerunt, sera indicia affectus sui querunt. Si alios habemus amicos, male de his & meremur & existimamus, quia parum ualent in unius elati solatium: si non habemus, maiorem ipsi nobis iniuriã fecimus, quam à fortuna accepimus. Illa unum abstulit, nos quenquam non fecimus. Deinde ne unum quidem nimis amauit, qui plus quam unum amare non potuit. Si quis dispoliatus, amissa unica tunica, cõplorare se malit, quã circumspicere quomodo frigus effugiat, & aliquid inueniat quo tegat scapulas, non ne tibi uideatur stultissimus? Quẽ amabas extulisti, quere quem ames. Satius est amicũ reparare quã flere. Scio pertritũ iam hoc esse quod adiecturus sum, non tamen ideo prætermittã, quia ab omnibus dictũ est, finem dolẽdi etiã qui consilio nõ fecerat, tẽpore inuenit. Turpissimũ autem est in homine prudente, remediũ moeroris, lassitudo moerendi. Malo relinquas dolorẽ quã ab illo relinquaris, & quãprimum id facere desiste, quod si etiã uoles, diu facere non poteris. Annũs feminis ad lugendũ constituere maiores, non ut tandiu lugerent, sed ne diutius: uiris nullũ legitimũ tempus est, quia nullum honestum. Quam tamen mihi ex illis mulierculis dabis, uix retractis à rogo, uix à caduere reuulsis, cui lachrymæ in totũ mensem durauerint? Nulla res citius in odium uenit, quã dolor: qui recens, consolatorem inuenit, & aliquos ad se adducit, inueteratus uero deridetur: nec immerito, aut enim simulatus, aut stultus est. Hæc tibi scribo, is qui Annicum Serenũ charissimum mihi tam immodice fleui, ut (quod minime uelim) inter exempla sim eorum quos dolor uicit: hodie tamen factum meum damno, & intelligo maximam mihi causam sic lugendi fuisse, quod nunquam cogitaeram mori eũ ante me posse. Hoc

unum mihi occurrebat, minorem esse, & multo minorem, tanquam ordinē fata seruarent. itaq; assidue cogitemus, tam de nostra quam omnium quos diligimus, mortalitate. Tunc ego dicere debui, minor est Serenus meus, quid ad rem pertinet? post me mori debet, sed ante me potest: quia nō feci, imparatū subitō fortuna percussit: nunc cogito omnia & mortalia esse, & incerta: lege mortali hodie fieri potest, quicquid unquā potest. Cogitemus ergo Lucili charissime cito nos eō peruenturos, quō illum peruenisse mœremus. Et fortasse (si modo sapientium uera fama est, recipitq; nos locus aliquis) quem putamus perisse, præmissus est. Vale.

EPIST. LXV. De efficacia sermonis boni uiri, & de agenda doctrina priorum, & eorum ueneratione.

Fuisti heri nobiscum. Potest queri, si heri tantum: ideo adieci nobiscum, mecum enim semper es. Interuenerant quidam amici, propter quos maior sumus fieret, nō hic qui erumpere ex lautorum culinīs, & terrere uigiles solet, sed hic modicus qui hospites uenisse significaret. Varius nobis sermo fuit, ut in conuiuio, nullam rem usq; ad exitum adducens, sed aliunde aliō transiliēs: lectus est deinde liber Quinti Sextij Patris, magni (si quid mihi credis) uiri, & (licet negēt) Stoici. Quantum in illo, dii boni, uigoris est, quantum animi: hoc non in omnibus philosophis inuenies. Quorundam scripta clarum habent tantum nomen, cetera exanguiā sunt. Instituunt, disputant, cauillantur. Non faciunt animum, quia non habent. Cum legeris Sextium, dices, uiuit, uiget, liber est, supra hominem est, dimittit me plenum ingentis fiduciae. In quacunq; positione mentis sim, cum lego hunc (fatebor tibi) libet omnes casus prouocare, libet exclamare, Quid cessas fortuna, cōgredere, paratum uides. Illius animū induo, qui querit ubi se experiatur, ubi uirtutem suam ostendat.

Spumantem;

Spumantemq; dari pecora inter inertia uotis,

Optat aprum, aut fuluum descendere monte leonem.

Libet aliquid habere quod uincam, cuius patientia exercear. Nam hoc quoq; egregium Sextius habet, quod & ostēdet tibi beatæ uitæ magnitudinē, & desperationē eius non faciet. Scies illam esse in excelso, sed uolenti penetrabilē: hoc quidem uirtus tibi ipsa præstabit, ut illā admīreris, & tamen sperēs: mihi certe temporis multū auferre solet contemplatio ipsa sapientiæ. Non aliter illā intucor obstupescactus, quā ipsum interim mundū, quem sæpe tanquam spectator nouus uideo. Veneror itaq; inuenta sapientiæ, inuētoresq; adire tanquā multorū hereditatē iuuat. Mihi ista acquisita, mihi laborata sunt. Sed agamus bonū patrēfamiliæ, faciamus ampliora quæ accipimus, maior ista hereditas à me ad posteros transeat. Multū adhuc restat operis, multumq; restabit, nec ulli nato post mille secula præcludetur occasio aliquid adhuc adijciendi. Sed etiam si omnia à ueteribus inuēta sunt, hoc semper nouum erit, usus, & inuentorū ab alijs scientia & dispositio. Puta relicta nobis medicamenta, quibus sanarentur oculi. Non opus est mihi alia querere, sed hæc tantum modis & temporibus aptanda sunt. Hoc asperitas oculorū conleuatur, hoc palpebrarū crassitudo tenuatur, hoc uis subita & humor auertitur, hoc acuitur uisus. Teras ista oportet, & eligas tempus, adhibeas singulis modū. Animi remedia inuenta sunt ab antiquis, quomodo autē admo-ueantur, aut quando, nostri operis est querere. Multū egerūt qui ante nos fuerunt, sed nō peregerunt. Suspiciendi tamē sunt, & ritu deorū colendi. Quid ni ego magnorū uirorū & imagines habeā, incitamenta animi, & natales celebrem? Quid ni illos honoris causa semper appellem? Quam uenerationē præceptoribus meis debeo, eandē illis præceptoribus generis humani, à quibus tanti boni initia fluxerunt. Si consulem uidero

aut prætorem, omnia quibus honor haberi solet faciam, equo defiliam, caput adaperiam, semita cedam. Quid ergo? Marcum Catonem utrunq; & Lælium sapientem, & Socratem cum Platone, & Zenonem, Cleantemq; in animum meum sine dignatione summa recipiam? Ego uerò illos ueneror, & tantis nominibus semper assurgo. Vale.

EPIST. LXVI. De numero causarum mundi secundum uarias sententias, & quod humanus animus non hæc, sed diuina perspicere debet.

Hesternum diem diuisi cum mala ualetudine, antemeridianum illa sibi uendicauit, postmeridianum mihi cessit. Itaq; lectione primū tentauit animū. Deinde cum hanc recepisset, plus illi imperare ausus sum, imò permittere: aliquid scripsi, & quidē intentius, quam soleo, dum cum materia diffidendo, & uinci nolo, donec interuenerunt amici qui mihi uim afferrent, & tanquā egrū intemperantē coërcerent. In locum stili sermo successit, ex quo eam partē ad te perferā, que in lite est, te arbitriū adduximus, plus negotij habes, quam existimas. Triplex causa est, dicunt, ut scis Stoici nostri, duo esse in rerū natura, ex quibus omnia fiant, causam & materiā. Materia iacet iners, res ad omnia parata, cessatura, si nemo moueat. Causa autē id est ratio, materiā format, & quocūq; uersat, ex illa uaria opera producit. Esse debet ergo unde aliquid fiat: deinde à quo fiat: hoc causa est, illud materia. Omnis ars imitatio est nature, itaq; quod de uniuerso dicebā, adhuc transfer que ab homine faciendā sunt. Statua & materiā habuit que pateretur artificiū, & artificem qui materie daret faciē. Ergo in statua materia es fuit, causa artifex. Eadē cōditione rerū omnium est, ex eo cōstat quod fit, & ex eo quod facit. Stoicis placet unā causam esse, id quod facit. Causam Aristoteles putat tribus modis dici, Prima, inquit, causa est ipsa materia, sicut

Causæ sunt
quatuor.

qua

qua nihil potest effici. Secunda opifex. Tertia forma, quæ uniuersis operi imponitur, tanquã statuae. Nã hæc Aristoteles idos uocat. Quarta quoq; inquit, his accedit, propositũ totius operis. Quid sit hoc, aperia. Aes prima statuae causa est, nunquã enim facta esset, nisi fuisset id ex eo quo funderetur, duceretur ue. Secũda causa artifex est, non potuisset enim æs illud in habitu statuae figurari, nisi accessissent perite manus. Tertia causa est forma, neq; enim statua ista Doryphoros aut Diadumenos uocaretur, nisi hæc illi esset impressa facies. Quarta causa est faciẽdi propositũ, nã nisi hoc fuisset, facta nõ esset. Quid est propositũ? quod inuitauit artificẽ, quod ille secutus fecit. Vel pecunia est hoc, si uenditurus fabricauit, uel gloria, si laborauit in nomen, uel religio, si donũ tẽplo parauit. Ergo & hæc causa est propter quã fit. An non putas inter causas facti operis numerandũ, quo remoto factũ nõ esset? His quintam Plato adijcit exemplar, quã ipse Ideã uocat, hoc est enim ad quod respiciens artifex, id quod destinabat efficit. Nihil autẽ ad rem pertinet, utrũ foris habeat exemplar, ad quod referat oculos: an intus, quod ibi ipse concepit & posuit. Hæc exemplaria rerũ omnium deus intra se habet, numerosq; uniuersorũ quæ agẽda sunt, & modos mente complexus est, plenus his figuris est, quas Plato Ideas appellat, immortales, immutabiles, insatigabiles. Itaque homines quidem percunt, ipsa autem humanitas ad quam homo effingitur, permanet, & hominibus laborantibus, interuentibus, illa nil patitur. Quinque ergo causæ sunt, ut Plato dicit. Id ex quo, id à quo, id in quo, id ad quod, id propter quod. Nouissime id quod ex his est: tanquam in statua (quia de hac loqui cœpimus) Id ex quo, æs est, Id à quo artifex est, Id in quo, forma est, quæ aptatur illi, Id ad quod, exemplar est quod imitatur is qui facit, Id propter quod, facientis propositum est. Id quod ex istis est, ipsa statua. Hæc omnia,

mundus quoq; (ut ait Plato) habet. Faciēs hic deus est: ex quo fit, hæc materia est: forma hæc est habitus, & ordo mundi quæ uidemus. Exëplar scilicet ad quod deus hanc magnitudinē operis pulcherrimi fecit: propositum propter quod fecit. Queris quid sit propositū Deo? Bonitas, Ita certè Plato ait, quæ Deo faciendi mundum causa fuit? bonus est, bona fecit, bono nulla cuiusquam boni inuidia est. Fecit itaq; quam optimū potuit. Fer ergo iudex sententiæ, & pronuncia, quis tibi uerisimillimum uideatur dicere, non quis uerū dicat. id enim tam supra nos est, quàm ipsa ueritas. Hæc quæ ab Aristotele et Platone ponitur, turba causarū, aut nimium multa, aut nimium pauca cōprehendit. Nam si quocunq; remoto quid effici non potest, id causam iudicant esse faciendi, pauca dixerunt: ponant inter causas tempus, nil sine tēpore potest fieri, ponant locum, si non fuerit ubi fiat aliquid, ne fiet quidem: ponant motū: nil sine hoc nec fit nec perit, nulla sine motu ars, nulla *mutatio est. Sed nos nunc primam & generalem causam querimus, hæc simplex esse debet. Nam & materia simplex est. Querimus quid sit causa, Ratio faciens, id est deus. Ita enim quæ nunc retuli, nō sunt multa & singule cause, sed ex una pendēt, ex ea quæ facit. Formā dicis causam esse, hanc imponit artifex operi, pars cause est, nō causa, Exëplar quoq; nō est causa, sed instrumentū cause necessarium. Sic necessariū est exëplar artificis, quomodo scalprū, quomodo lima, sine his procedere ars nō potest, non partes tamen hæc artis, aut cause sunt. Propositum, inquit, artificis propter quod ad faciendum aliquid accedit, causa est: ut sit causa nō efficiens causa, sed superueniens. Hæ autē innumerabiles sunt, nos de causa querimus generali. Illud uerò non pro solita ipsis subtilitate dixerunt, totū mundum & consummatū opus causam esse, multū enim interest inter opus & causam operis. Aut fer sententiā, aut (quod facilius in eiusmodi rebus est) nega

*imitatio

tibi liquere, & nos reuerti iube. Quid te, inquis, delectat tempus inter ista conterere, quæ tibi nullum affectum eripiunt nullam cupiditatem abigunt? Ego quidem priora illa ago ac tracto, quibus pacatur animus, & me prius scrutor. Deinde hunc mundum, Nec ego hoc quidem tempus (ut existimas) perdo. Ista enim omnia si non concidantur, nec in hanc subtilitatem inutilem distrahantur, attoilunt & leuant animū, qui graui sarcina pressus, explicari cupit, et reuerti ad illa quorū fuit. Nam corpus hoc animū pondus ac poena est, premente illo urgetur, in uinculis est nisi accessit philosophia, & illum respirare rerū naturæ spectaculo iussit, & à terrenis dimisit ad diuina. Hæc libertas eius est, hæc euagatio, subducit interim se custodiæ in qua tenetur, et cælo reficitur. Quemadmodū artifices cum alienius rei subtilioris intentione oculos defatigāt, si malignum & non præclarum lumen habent, in publicum prodeunt, & in aliqua regione ad populi otium dedicata oculos libera luce delectant; sic animus in hoc tristi & obscuro domicilio clusus, quoties potest apertum petit, & in rerum naturæ cōtemplatione requiescit. Sapiens affectatorq; sapiētiae adheret quidem in corpore suo, sed optima sui parte abest, & cogitationes suas ad sublimia intendit, et uelut sacramēto rogatus, hoc quod uiuit stipendium putat, & ita formatus est, ut illi nec amor uitæ nec odium sit, patiturq; mortali, quāuis sciat ampliora superesse. Interdices mihi inspectionem rerum naturæ, ac toto abductum rediges in partem? Ego non querā quæ sint initia uniuersorū, quis rerum formator, quis oīa in uno mersa, & materia inerti conuoluta discreuerit? Non querā quis sit artifex huius mundi, qua ratione tanta magnitudo in legem & ordinem uenerit, quis sparsa collegerit, confusa distinxerit, nimia deformitate latentibus faciem diuiserit: unde lux tanta fundatur, ignis sit, an aliquid igne lucidius? Ego ista non queram: ego nesciā unde

*inspectione

*imo

*in una

descenderim? semel hæc mihi uidentia sint, an sepe. Nesciã quò
 hinc iturus sim? quæ sedes expectat animã solutam legibus ser-
 uitutis humane? Vetas me cœlo interesse, id est iubes me uiue-
 re capite demisso? Maior sum & ad maiora genitus, quàm ut
 mancipium sim mei corporis: quod equidem non aliter aspicio
 quàm uinculum libertati meæ circumdatum. Hoc itaq; oppono
 fortunæ, in quo resistat, nec per illud ad me ullum transire uul-
 nus sino. Quicquid in me potest iniuriã pati, hoc est in hoc ob-
 noxio domicilio: animus liber habitat, nunquã me caro ista com-
 pellet ad metum, nũquam ad indignam bono simulationẽ, nun-
 quam in bonorẽ huius corpusculi mentiar. Cũ uisum fuerit di-
 straham cũ illo societate, & nunc tamẽ dum hæremus, nõ cri-
 mus æquis partibus socij, animus ad se omne ius ducet. Contẽ-
 ptus corporis sui, certa libertas est. Vt ad propositũ reuertar,
 huic libertati multũ conferet, et illa de qua modo loquebamur,
 inspectio. Nẽpe uniuersa ex materia & ex deo constant. Deus
 ista temperat quæ circumfusa rectorem sequuntur, & ducem.
 Potentius autẽ est quod facit, quod est Deus, quàm materia pa-
 tiens Dei. Quem in hoc mundo locum Deus obtinet, hunc in
 homine animus: quod est illic materia, id in nobis corpus est.
 Seruiant ergo deteriora melioribus, fortes simus aduersus fir-
 tuita, non contremiscamus iniurias, non uulnera, non uincula,
 non egestatem. Mors quid est? aut finis est, aut transitus: nec
 desinere timeo, idem est enim quod non cœpisse: nec transire,
 quia nusquam tam angustẽ ero. Vale.

IN LIB. OCTAVVM ANNOT.

- 1 Pro moras, habebat consulta, an recte uide.
- 2 Pro, ad nostrum alium, Rodolphus legendam putat, ad no-
 strum album, ut intelligas ad iudicium Stoicorum. Et magnopet
 placet Rodulphi sententia.
- 3 Pro eadem uelle, erat. ne eadem uelle uideat. Indidem uerfic.
 pro maxime, cum maxime.

L. ANN

LVCII ANNAEI SE-

NECAE EPISTOLARVM

AD LVCILIVM LIB. IX.

EPIST. LXVII. Notat eos qui tres gradus bono-
rum faciunt, dicens tantum unum bonum absolutum
esse, scilicet uirtutem incapacem augmenti uel * decre-
menti, ex qua bona sunt paria.

*detrimenti;



LARANVM condiscipulum meum
uidi post multos annos, non puto expectas ut
adijciã senem, sed mehercules uiridem aĩo ac
iugentem, & cū corpusculo suo colluctantem.

Iniquè enim se natura gessit, et talem aĩm male
collocauit: aut fortasse uoluit hoc ipsum nobis ostendere, posse
ingenium fortissimum ac beatissimum sub qualibet cute latere.
Vicit tamen omnia impedimenta, & ad cætera contemnenda
à contemptu sui uenit. Errare mihi uisus est qui dixit,

Gratior est pulchro ueniens è corpore uirtus.

Nullo enim honestamẽto eget, ipsa & magnũ sui decus est, &
corpus suũ cõsecrat. Certè Claranũ nostrũ cepi intueri, formo-
sus mihi uidetur, et tã rectus corpore q̃ est aĩo. Potest ex casa
uir magnus exire, potest, & ex deformi humiliq; corpusculo,
formosus aĩus ac magnus. Quosdã itaq; uidetur mihi in hoc na-
tura tales generare, ut approbet uirtutẽ omni loco nasci. Si pos-
set per se nudos ædere aĩos, fecisset nũc quod amplius est facit:
quosdã enim ædit corporibus impositos, sed nihilominus per-
rampẽtes obstantia. Claranus mihi uidetur in exẽplar æditus,
ut scire possemus nõ deformitate corporis scadari aĩm, sed pul-
chritudine animi corpus ornari. Quamuis aũt paucissimos unã
fecerimus dies, tamẽ multi nobis sermones fuerũt, quos subinde
egerã et ad te permittam. Hoc primo die quæsitu est, quomodo

x 5 possint

possint tria bona esse, si triplex eorū conditio est: Quædam (et nostris uidetur) prima boni sunt, tanquam gaudium, pax, salus patriæ. Quædam secūda in materia infelici expressa, tanquam tormentorum patientia, & in morbo graui temperantia. Illa bona directo optamus nobis, hæc si necesse erit. Sūt adhuc tertia, tanquam modestus incessus & cōpositus, ac probus uultus, & conueniens prudenti uiro gestus. Quomodo ista * inter se tria esse possint, cum alia optanda sint, alia auersanda: Si uolumus ista distinguere, ad primum reuertamur, & consideremus id quale sit. Animus intuens uera, peritus fugiendorum appetendorum, non ex opinione sed ex natura precia rebus imponens, toti se inserens mundo, et in oēs eius actus contemplationem suam mittens, cogitationibus actionibusq; intentus, ex æquo magnus ac uehemens, asperis blandisq; pariter inuictus, neutri se fortunæ submittens, supra omnia quæ cōtingunt acciduntq; emīnens, pulcherrimus cū decore, cum uiribus sanus ac siccus, imperturbatus, intrepidus, quem nulla uis frangat, quem nec attollant fortuita nec deprimāt. Talis animi uirtus est, hæc eius facies, si sub unum ueniat aspectū, & semel tota se ostendat. Cæterum multæ eius species sunt, quæ pro uitæ uarietate & pro actionibus explicantur, nec minor fit aut maior ipsa. Decrescere enim summū bonum nō potest, nec uirtuti ire retro licet: sed in alias atq; alias qualitates cōuertitur: ad rerum quas actura est habitū figurata, quicquid attingit, in similitudinē suā adducit & * cingit: actiones, amicitias, interdum domus tons, quas intrauit disposuitq; , condecorat: quicquid tractauit, id amabile, conspicuum, mirabile facit. Itaq; uis eius et magnitudo ultra non potest surgere, quando incrementū maximo non est. Nihil inuenies rectius recto, nō magis quàm uerius uero, quam tēperato tēperatius: omnis in modo est uirtus, modus certæ mensura est. Constantia non habet quò procedat, non magis quam

* utraq; bona

* tingit: aliās
fingit:

fiducia, a
Nihil. Au
cu si quia
recipit.
porro de
tas, certis
signū est,
publica u
petendum
tū, & om
liamq; uir
incertæ, e
quia una
tio recta
Mortalia
impletur
rom una
humanum
lam autem
Nullum p
Paria itaq;
torum per
sed in alte
Quid tu
memia ex
Et magnu
inuitas m
sorum am
in comple
paria sunt
numitas, t

fiducia, aut ueritas, aut fides, Quid accedere perfecto potestis
 Nihil. Aut perfectū nō erat, cui accessit. Ergo ne uirtuti quidē,
 cui si quid adijci potest, defuit. Honestū quoq; nullā accessionē
 recipit, honestū est enim propter quod illa que retuli. Quid
 porro decorū, & iustū, & legitimū: nō eiusdem esse formæ pu-
 tas, certis terminis cōprehēsū? Crescere posse imperfectæ rei
 signū est, bonū omne in easdē cadit leges, iūcta est priuata &
 publica utilitas, tā me hercules, quā in inseparabile est, laudā dū
 petendumq;. Ergo uirtutes inter se pares sunt, & opera uirtu-
 tū, & omnes homines quibus illa cōtingere. Satorū uerō anima-
 lumq; uirtutes, cum mortales sint, fragiles quoq; caducæq;, &
 incertæ, exiliūt residuntq;, & ideo nō eodē pretio æstimātur,
 quia una inducitur humanis uirtutibus regula, una enim est ra-
 tio recta simplexq;. Nihil est diuino diuinius, cœlesti cœlestius.
 Mortalia eminent, cadunt: deterūtur, crescunt: exhauriuntur,
 implentur. Itaq; illis in tā incerta sorte inæqualitas est. Diuino-
 rum una natura est. Ratio autē nihil aliud est, quā in corpus
 humanum pars diuini spiritus mersa. Si ratio diuina est, nul-
 lam autem bonum sine ratione est, bonum omne diuinum est.
 Nullum porro inter diuina discriminē est, ergo nec inter bona.
 Paria itaq; sunt, & gaudium, & fortis atq; obstinata tormen-
 torum perpeſio. In utroq; enim eadem est animi magnitudo,
 sed in altero remissa & laxa, in altero pugnax & intenta.
 Quid tu nō putas, parem esse uirtutem eius qui fortiter hostiū
 mœnia expugnat, & eius qui obsidionem patiētissime sustinet?
 Et magnus Scipio qui Numantiā claudit et comprimit, cogitq;
 inuictas manus in exitiū ipsas suum uerti: & magnus ille obses-
 sarum animus, qui scit non esse clausum, cui mors aperta est, &
 in complexu libertatis expirat. Aequæ reliqua quoq; inter se
 paria sunt, tranquillitas, simplicitas, liberalitas, cōstantia, æqua-
 nimitas, tolerantia, omnibus enim istis una uirtus subest, quæ
 anim

animum rectum & indeclinabile præstat. Quid ergo? nihil interest inter gaudium, & dolorum inflexibilem patientiam? Nihil, quantum ad ipsas uirtutes: plurimum inter illa, in quibus uirtus utraq; ostenditur. In altero namq; naturalis est animi remissio ac laxitas, in altero contra naturam dolor. Itaq; media sunt hæc, quæ plurimum interualli recipiunt. Virtus in utraq; par est. Virtutem materia non mutat, nec peiorē facit dura & difficilis, nec meliorem hilaris & leta. Necesse est ergo æqualia sint bona utraq;, quia nec hic potest se melius in hoc gaudio gerere, nec ille melius in illis cruciatibus: duo uerò quibus nihil fieri melius potest, paria sunt. Nam si quæ extra uirtutem posita sunt, aut minuerē illam, aut augere possunt, desinit unum bonum esse, quod honestum est. Si hoc cōcesseris, omne honestum perit. Quare? dicam, quia nihil honestum est, quod ab inuito, quod in coacto fit. Omne honestum uoluntarium est. Admisce illi pigritiam, querelam, tergiuersationem, metum, quod habet in se optimum perdidit, sibi placere. Non potest honestum esse, quod non est liberum. Nam quod timet, seruit. Honestum omne securum est, tranquillum est. Si recusat aliquid, si complorat, si malum iudicat, perturbationem recipit, & in magna discordia uoluitatur. Hinc enim species recti uocat, illinc suspitio mali retrahit. Itaq; qui honeste aliquid facturum est, quicquid opponitur, id etiam si incommodum putat, malum non putat, uelut libens faciat. Omne honestum iniussum, incoactumq; est, sincerum, & nullo modo mixtum. Scio quid mihi hoc loco responderi possit, hoc nobis persuadere conaris, nihil interesse, utrum aliquis in gaudio sit, an in eculeo iaceat, & tortorem suum lassat. Poteram respondere, quod Epicurus ait, Sapientem si in Phalaridis tauro peruratur, exclamaturum, dulce est, & ad me nil pertinet. Quid mirari? ego paria bona dico, unius in conuiuio iacentis, alterius inter tormenta fortissimè stantis cum (quod incredibilius est) dicitur

Epicurus esse inter tam, alter Quædum uerò ad u credit, & dolor, & Quemadmodum lores, mo opprimit extinguit in uirtute ad omne fiet illic li quid pass tanquam prospera res, sed t pallidus. abundan eque bon dixi) in est uirtus ac uincto pus ille aliqua p dominis cet, seruit da, morte opera in à fortun

Epicurus, dulce esse torqueri. Et hic respondeo plurimū interesse inter gaudiū & dolorem. Si queratur electio, alterum petam, alterum uitabo. Illud secundum naturam est, hoc contra. Quādiu sic aestimantur, magno inter se disident spatio. Cum però ad uirtutē uentū est, utraq; par est, & quæ per læta procedit, & quæ per tristia. Nullum habent momentū uexatio & dolor, & quicquid aliud incōmodi est, uirtute enim obruitur. Quemadmodum* minuta lumina claritas solis obscurat, sic dolores, molestias, iniurias, uirtus magnitudine sua elidit, atq; opprimūt, & quocunq; affulsit, ibi quicquid sine illa apparet, extinguitur, nec magis ullam portionem habent incōmoda, cū in uirtutem inciderint, quam in mari nimbus. Hoc scias ita esse ad omne pulchrum, uir bonus sine ulla cunctatione percurreret, stet illic licet carnifex, stet tortor atq; ignis, perseuerabit, nec quid passurus, sed quid facturus sit aspiciet, & se honestæ rei tanquam bono uiro credet, utilem illam sibi iudicabit, tutam, prosperam. Eundem ergo locum habebit apud illum honesta res, sed tristis atq; aspera, quæ uir bonus, pauper, aut exul, ac pallidus. Age dum pone ex alia parte uirum bonum, diuitijs abundantem, ex altera nihil habentem, sed in se omnia, uterq; æquè bonus uir erit, etiam si fortuna dispari utetur. Idem (ut dixi) in rebus iudiciū est, quod in hominibus. Aequè laudabilis est uirtus in corpore ualido ac libero posita, quàm in morbido ac uincto. Ergo tua quoq; uirtus non magis laudabilis, si corpus illæsum tibi & integrum fortuna præstiterit, quàm si ex aliqua parte mutilatum. Alioqui hoc erit, ex seruorum habitu dominū aestimare. Omnia enim ista in quæ dominū casus exercet, seruilia sunt, pecunia & corpus, & honores, imbecilla, fluida, mortalia, possessiones incertæ. Illa rursus libera & inuicta opera uirtutis, quæ nõ ideò magis appetenda sunt, si benignius à fortuna tractantur, nec minus si aliqua rerū iniquitate pre-

*al. minoræ

muntia.

muntur. Quod amicitia in hominibus est, hoc in rebus appeti-
 tio est. Non puto magis amares uirū bonū locupletē, quam pes-
 perē, nec robustū & lacertosum, quam gracilem & languidū
 corporis. Ergo ne rem quidē magis appetes hilarē aut pacatā,
 quam distractam & operosam: & si hoc est, magis diliges ex
 duobus æquē bonis uiris nitidum & unctum, quam pulueri-
 lentum & horrentē. Deinde hucusq; peruenies, ut magis dili-
 gas integrū omnibus membris & illæsum, quam debilem ac
 luscum. Paulatim fastidiū tuum illo usq; procedet ut ex duobus
 æquē iustis ac prudentibus comatū & crispulū malis, quā re-
 caluastrum. Vbi par est in utroq; uirtus, non cōparet aliarum
 rerum inæqualitas. Omnia enim alia, non partes, sed accessio-
 nes sunt. Nam quis tam iniquā censurā inter suos agit, ut filium
 sanum quam ægrum magis diligit: procerum uē & excelsum
 quam breuem & modicū? Fœtus suos non distinguunt ferae, &
 se in alimentū pariter omnium sternūt. Aues ex æquo parti-
 tur cibos. Vlysses ad Ithacā suā saxa sic properat, quem ad-
 modum Agamēnon ad Mycenarū nobiles muros. Nemo enim
 patriā (quia magna est) amat, sed quia sua. Quorsus hæc per-
 tinent? ut scias uirtutē omnia opera sua, uelut fœtus suos ipsi
 oculis intueri, æquē indulgere omnibus & quidem impensius,
 laborantibus. Quoniā quidem etiā parentū amor, magis in ea
 quorum miseretur inclinatur. Virtus quoq; opera sua quæ uidet
 affici & premi non magis amat, sed parentū honorum more,
 magis cōplectitur ac fouet. Quare non est ullum bonū altero
 maius: quia nō est quicquā apto aptius, quia plano nihil est pla-
 nius. Nō potest dicere, hoc magis par est alicui quam illud, er-
 go nec honesto honestius quicquā est. Quod si par omnium uir-
 tutum natura est, tria genera bonorum in æquo sunt. Ita dicitur,
 in æquo est, moderate gaudere, & moderate dolere. Lætitia
 illa nō uicit hęc animi firmitatē sub tortore gemitus deuorat.

tem. Illa
 paria, quæ
 gatur. Quæ
 ut oculos
 iā paten-
 gi a com-
 in est mi-
 num est, f-
 so. Illa quæ
 flant in an-
 uincunt f-
 species pe-
 diffundit
 sola ratio
 imperat f-
 & uirtus
 sunt. Rati-
 Qualis ra-
 Nam cū f-
 actiones in
 magna ha-
 est, modo
 multos pe-
 quod opti-
 boni sunt,
 mor. Habe-
 fortune, il-
 notus & p-
 lud quod b-
 dicat, quia
 tam, nisi i-

ten. Illa bona optabilia sunt, hæc mirabilia, utraq; nihilominus paria, quia quicquid incommodi est, uelamento maioris boni tegitur. Quisquis hæc imparia iudicat, ab ipsis uirtutibus auertit oculos, & exteriora circumspicit. Bona uera idē pendent, idē patent, illa falsa multū habent uani. Itaq; speciosa & magna contra uisentibus, cum ad pondus reuocata sunt, fallunt. Ita est mi Lucili quicquid uera ratio cōmendat, solidū & æternū est, firmat animum, attollitq; , semper futurum in excelso. Illa quæ temerè laudantur, & uulgi sententia bona sunt, insistant inanius letos. Rursus ea quæ timentur tanquam mala, uisiciunt formidinē mentibus, & illas non aliter quā animalia species periculi agitant. Vtraq; res ergo sine causa animū & diffundit & mordet, nec illa gaudio, nec hæc metu digna est, sola ratio immutabilis & iudicij tenax est. Nō enim seruit, sed imperat sensibus. Ratio rationi par est, sicut rectū recto, ergo & uirtus nō aliud quam recta ratio. Omnes uirtutes rationes sunt. Rationes sunt, si rectæ sunt. Si rectæ sunt, & pares sunt. Qualis ratio est tales & actiones sunt, ergo omnes pares sunt. Nam cū similes rationi sint, similes & inter se sunt: pares autē actiones inter se esse dico, quia rectæ sunt & honestæ. Ceterū magna habebūt discrimina, uariante materia, quæ modo latior est, modo angustior, modo illustris, modo ignobilis, modo ad multos pertinens, modo ad paucos. In omnibus tamen istis, id quod optimū est, par est, tāquā uiri boni, omnes pares sunt, qui boni sunt, sed habent differentias ætatis, alius senior, alius iunior. Habent corporis, alius formosus, alius deformis est. Habēt fortunæ, ille diues, hic pauper est, ille gratiosus, potēs, urbibus reus & populis: ignotus hic plerisq; & obscurus. Sed per illud quod boni sunt, pares sunt. De bonis ac malis sensus nō iudicat, quid utile sit, quid inutile ignorat. Nō potest ferre sententiam, nisi in rem præsentem perductus est, nec futuri prouidus est.

est, nec præteriti memor, quid sit cōsequens nescit. Ex hoc autem rerum ordo seriesq; cōtextitur, & unitas uitæ in perfectura. Ratio ergo arbitra est bonorum ac malorum, aliena & externa pro uilibus habet, & ea quæ neq; bona sunt neq; mala, accessiones minimas ac leuissimas iudicat, omne illi bonū in animo est. Cæterum bona quædam prima existimat, ad quæ ex proposito uenit, tanquam uictoriam, bonos liberos, patriæ salutem: quædã secunda, quæ non apparent nisi in rebus aduersis, tanquam æquo animo pati morbū magnum, exilium. Quædam media, quæ nibilo magis secundum naturam sunt, quàm contra naturam, tanquam prudenter ambulare, compositè sedere. Nō enim minus secundum naturā est sedere, quàm aut stare aut ambulare. Duo illa superiora bona diuersa sunt. Prima enim secundum naturā sunt, gaudere liberorum pietate, patriæ incolumitate. Secunda contra naturā sunt, fortiter obstare tormentis, & sitim perpeti, morbo urente præcordia. Quid ergo, aliquid contra naturam bonū est? Minime. Sed illud aliquando contra naturam est, in quo bonū illud existit: uulnerari enim, & subiecto igne tabescere, & aduersa ualetudine affligi, contra naturam est, sed inter ista seruare animū infatigabilem, secundum naturam est. Et ut quod uolo exprimā breuiter, materia boni aliquando contra naturam, at bonum nunquam: quoniam bonum sine ratione nullum est, sequitur autem ratio naturæ. Quid est ergo ratio? naturæ imitatio. Quid est summum boni? bonum: ex naturæ uoluntate se gerere. Non est, inquit, dubium, quin felicior pax sit nunquam lacepsita, quàm multorum parca sanguine. Non est dubium, inquit, quin felicior sit incuncta ualetudo, quàm ex grauibis morbis & extrema miserationibus in tutum ui quadam patientiæ inducta. Eodem modo non erit dubium, quin maius bonum sit gaudium, quàm obnoxius animus ad perpetiendos cruciatus uulnerū aut ignium.

Minime
piant, e
est, cōse
ius in se
titur q
co, oēs r
tūtur. E
infans, c
hi æque
est proc
principi
mors so
transfo
aut per
Aliquor
omniū p
uia est:
omnibu
inter m
fortuna
æque b
fins on
mitant
hoc int
sunt, ex
sine do
scunt.
corpus
consta
liatem
iorem

Minime, illa enim quæ fortuita sunt, plurimū discriminis recipiunt, æsti. nātur enim utilitate sumētū. Bonorū unū propositū est, cōsentire naturæ. Hoc cōtingere in oībus par est. Cū alicuius in senatu sententiā sequimur, nō potest dici, ille magis assentiatur q̄ ille, ab oībus in eandē sententiā itur. Idē de uirtutibus dico, oēs naturæ assentiūtur. Idē de bonis dico, cū naturæ assentiūtur. Alter adolescēs decessit, alter senex, aliquis præter hos infans, cui nihil amplius contigit, quā prospicere uitā. Omnes hi æque fuere mortales, etiam si mors aliorū longius uitā passā est procedere, aliorū in medio flore præcidit, aliorū interrupta principia. Alius inter cœnandū solutus est, alterius continuata mors somno est, aliquē concubitus extinxit. His oppone ferro transsossos, aut exanimatos serpentū morsu, aut fractos ruina, aut per longam neruorum contractionē extortos minutatim. Aliquorū melior dici, aliquorū potest peior exitus, mors quidē omnū par est: per quæ uenit, diuersa sunt, id in quod desinūt, unū est: mors nulla maior aut minor est, habet enim eundem in omnibus modū, finisse uitā. Idem tibi de bonis dico, hoc bonum inter meras uoluptates est, hoc inter tristia & acerbā, illud fortunæ indulgentiam rexit, hoc uolentiam domuit, utrunque æque bonū est, quāuis illud plana emolliuerit, hoc aspera. Idē finis omnū est, bona sunt, laudanda sunt, uirtutē rationemq; comitantur, uirtus æquat inter se, quicquid agnoscit. Nec est quod hoc inter nostra placita mireris, apud Epicurum duo bona sunt, ex quibus summum illud beatumq; cōponitur, ut corpus sine dolore sit, animus sine perturbatione. Hæc bona non crescant, si plena sunt. Quo enim crescet, quod plenū est? Dolore corpus caret, quid ad hanc accedere indolentiā potest? Animus constat sibi, & placidus est, quid accedere ad hanc tranquillitatem potest? Quemadmodum serenitas cœli non recipit maiorem adhuc claritatem, in syncerissimum nitorē repurgata: sic

hominis

*fortuna-
tissimo

*perfrin-
gere

hominis corpus animumq; curatis, & bonum suum ex utroq;
necientis, perfectus est status, & summā uoti sui inuenit, si nec
æstus animo est, nec dolor corpori. Si quæ extra blandimenta
contingunt, non augent summū bonum, sed (ut ita dicam) con-
diunt & oblectant: absolutū enim illud humanæ naturæ bonū,
corporis & animi pace contentū est. Dabo apud Epicurū tibi
etiam nunc simillimā huic nostræ diuisionē bonorū. Alia enim
sunt apud illū, quæ malit contingere sibi, ut corporis quietem
ab omni incommodo liberā, & animi remissionem, bonorum
suorū contemplatione gaudentis. Alia sunt, quæ quamuis nolūt
accidere, nihilominus & laudat & cōprobat, tanquā illā, quā
paulo ante dicebam, malæ ualitudinis, & dolorū grauissimorū
perpeffionē, in qua Epicurus fuit illo summo ac *fortissi-
mo die suo: ait enim se uesicæ & exulcerati uentris tormenta
tolerare, ulteriorē doloris accessionē non recipientia, esse ni-
hilominus sibi illū beatū diem: beatū autem agere, nisi qui est
in summo bono, non potest. Ergo & apud Epicurum sunt hæc
bona, quæ malles non experiri, sed quia ita res tulit, & ample-
xanda & laudanda & exequanda summis sunt. Non potest
dici hoc non esse par maximis bonū, quod beatæ uitæ clausulā
imposuit, cui Epicurus extrema uoce gratias egit. Permite
mihi mi Lucili, uirorū optime, aliquid audacius dicere, si ulla
bona maiora esse alijs possent, hæc ego quæ tristia uidentur,
mollibus illis & delicatis prætulissim. Maius est enim *per-
strinxisse difficili, quā læta moderari. Eadē ratione sit, scio,
ut aliquis felicitatem bene, & calamitatē fortiter, ferat. Acque
fortis esse potest, qui pro uallo securus excubuit, nullis hosti-
bus castra tentantibus: & qui succisis poplitibus in gemas se
exceptit, nec arma dimisit? Mactæ uirtute esto, sanguinolentis
& ex acie redeuntibus, dicitur. Itaq; hæc magis laudauerim
bona exercitata & fortia, & cum fortuna rixata. Ego nō dis-
bitō,

bito, q
Mutij,
marum
lanter
rie inu
ter prin
intenta
se, quā
Quid n
An pot
porrig
uer sus,
tū, qui
set: In i
mis ac n
EPI S
VT
se
intepuit
tur. Vis
do ueri,
caltā,
est suo fi
in *uesti
affixit.
bam noi
quādo i
affictor
& de h
tabimus
fortiter

bito, quàm magis laudem truncã illam & retorridam manum Mutij, quàm cuiuslibet fortissimi saluam. Stetit hostium flammamurq; contemptor, & manũ suam in hostili foculo distillantem perspectauit, donec Porfenna, cuius poenã fauebat, glorie inuidit, & ignem inuito eripi iussit. Hoc bonum quid ni inter prima numerem, tantoq; maius putem, quàm illa secura & intentata fortunã, quanto rarius est hostem amissa manu uixisse, quàm armata? Quid ergo, inquis, hoc bonum tibi optabis? Quid ni hoc enim, nisi qui potest & optare, non potest facere. An potius optem ut * male laxandos articulos exoletis meis porrigam, ut muliercula, aut aliquis in mulierculam ex uiro uersus, digitulos meos ducat? Quid ni ergo feliciorẽ putẽ Mutij, qui sic tractauit ignẽ, quasi illã manũ tractatori præstitisset? In integru restituit, quicquid errauerat. Cõfecit bellũ uermis ac mancus, & illa manu trunca reges duos uicit. Vale.

EPIST. LXVIII. Quomodo omne bonum est optabile.

VT à communibus initium faciam, Ver aperire se coepit, sed iam inclinatum in æstatẽ, quo tẽpore calere debebat, intepuit, nec adhuc illi fides est, sepe enim in hycem reuoluitur. Vis scire quàm dubiu adhuc sit? nondũ me cõmitto * frigidu ueri, * adhuc uigor est eius in frigore. Hoc est, inquis, nec calidũ, nec frigidũ pati. Ita est mi Lucili, iam ætas mea cõtenta est suo frigore, uix media regelatur æstate. Itaq; maior pars in * uestimentis degitur. Ago gratias senectuti, quod me lectulo affixit. Quid ni gratias illi hoc nomine agã? Quicquid debui nolle, non possum. Cũ libellis mihi plurimus sermo est. Si quãdo interueniunt epistole tuæ, tecũ esse mihi uideor, & sic efficior animo, tanquã tibi non rescribã, sed respondeam. Itaq; & de hoc quod queris, quasi colloquar tecũ quale sit, unã scribimur. Queris an omne bonũ optabile sit: si bonũ est, inquis, fortiter torqueri, & magno animo uri, & patienter egrotare,

z
* male laxandos

* frigidu
aeri,
* adhuc rigo
re eius in-
fringor.
* stramentis

re, sequitur ut ista optabilia sint. Nihil autē uideo ex istis uo-
dignū. Neminem certe adhuc scio eo nomine uotum soluisse,
quod flagellis caesus esset, aut podagra distortus, aut eculeo lon-
gior factus. Distingue mi Lucili ista, & intelliges esse in his
aliquid optandū. Tormenta abesse à me uelim, sed si sustinenda
fuerint, ut me in illis fortiter, honeste, animose geram optabo.
Quidni ego malim non incidere bellū, sed si inciderit, ut uul-
nera, ut famem, & omnia quæ bellorū necessitas affert, gene-
rose ferā, optabo. Non sum tam demens, ut ægrotare cupiam,
sed si ægrotandū fuerit, ut nihil intemperanter, nihil effemi-
nate faciā, optabo. Ita non incōmoda optabilia sunt, sed uirtus
qua perferuntur incōmoda. Quidam ex nostris existimant
omniū* nostrorū fortem tolerantia non esse optabilem, sed nec
abominandā quidem, quia uoto purū bonū peti debet, & tri-
quillum, & extra molestiā positū. Ego dissentio. Quare: pri-
mum quia fieri non potest, ut aliqua res bona quidem sit, sed
optabilis non sit: deinde si uirtus optabilis est, nullum autē sine
uirtute bonū, & omne bonū optabile. Deinde etiā si tormento-
rum fortis patientia optabilis* est. Etiamnum interrogo, nōne
fortitudo optabilis est? Atqui pericula cōtemnit & prouocat.
Pulcherrima pars eius maximeq; mirabilis illa est, non cedere
ignibus, obuiā ire uulneribus. Interdū tela ne uitare quidē, sed
pectore excipere. Si fortitudo optabilis est, & tormenta pa-
tienter ferre optabile est, nec tamen ideo solummodo ferre tor-
menta optabile est. Hoc enim, fortitudinis pars est. Sed separata
ista (ut dixi) nihil erit quod tibi faciat errorē. Non enim pati
tormenta optabile est, sed pati fortiter. Illud opto fortiter, quod
est uirtus, quis tamen unquam hoc sibi optabit? Quædam uota
aperta & professa sunt, cū particulatim fiunt: quæ dā latent, cū
uno uoto multa cōprehensa sunt. Tanquā opto mihi uitā ho-
nestam, uita autem honesta actionibus uarijs constat. In his

*asperoriū:
alias, tormē-
torum

* non est,
etiamnum

est Regul
lum, calix
lum. Ita et
quibus int
-Oter
Quis
Contig
Quid inte
cius se p E
te petes in
pis solēn
currit, de
mortē. Di
quo opere
bus uirtut
apparet
perperio
lū uirtut
sime ferre
tū nulla u
tus uirtut
senētia. c
una fieri
bilis esse,
ornatis?
gratulati
potas B
suri anim
quantam
ciem, qu
aspice N

est Reguli arca, Catonis scissum manu sua uulnus, Rutilij exilium, calix uenenatus, qui Socratem transtulit è carcere in caelum. Ita cum optaui mihi uitam honestam, & hæc optaui, sine quibus interdum honesta non potest esse.

- Oterq; quaterq; beati,

Quis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus aliis

Contigit oppetere.

Quid interest, optes hoc alicui, an optabile fuisse fatearis? Decius se p. Repub. deuouit, & i. medios hostes cœcitato equo mori petes irruit. Alter post hęc paternæ uirtutis æmulus, cœceptis solēnibus ac iā familiaribus uerbis, in acie cōfertissimā incurrit, de hoc sollicitus tātū ut litaret, optabile rē putās bonam mori. Dubitas ergo an optimū sit memorabile mori, et in aliquo opere uirtutis? Cū aliquis tormēta fortiter patitur, omnibus uirtutibus uititur, fortasse cū una in prōptu sit, & maxime appareat patiētia. Cæterū illic est fortitudo, cuius patiētia & perpersio, et tolerātia rami sunt. Illic est prudētia, sine qua nullā imitur cōsilium, quæ suadet quod effugere nō possis, quā fortissime ferre. Illic est cōstātia, quæ deici loco nō pōt, & propositū nulla ui extorquēte dimittit, Illic est indiuiduus ille comitatus uirtutū. Quicquid honeste fit, una uirtus facit, sed ex cōsilijs sentiētia. Quod autē ab oibus uirtutibus cōprobatur, etiā si ab una fieri uidetur, optabile est. Quid tu existimas ea tātū optabilia esse, quæ p. uoluptatē et otium ueniūt? quæ excipiūtur foribus ornatis? Sūt quædā tristes uoluptates, sunt quædā uota quæ nō gratulatiū cœtu, sed adoratiū ueneratiūq; celebrātur. Ita tu nō putas Regulum optasse, ut ad Pœnos perueniret? Indue magni uiri animum, & ab opinionibus uulgi secede paulisper, cape quantam debes uirtutis pulcherrimæ ac magnificētissimæ speciem, quæ nobis nō fertis, sed sudore & sanguine colenda est: aspice Marcum Catonem, sacro illi pectori purissimas manus

4 **quidem* admouentem, & uulnera parum demissa laxantem. Vtrum illi
 tandem dicturus es, uellem quæ uelles, & moleste fero, an fe-
 liciter **quod* agis? Hoc loco mihi Demetrius noster occurrat,
 qui uitam securam, et sine ullis fortunæ incurſionibus mare mor-
 tuum uocat, nihil habere ad quod exciteris, ad quod te concite-
 5 sed in otio inconcuſſo iacere non eſt tranquillitas, malacia eſt.
 Attalus Stoicus dicere ſolebat, Malo me fortuna in caſtris ſuis
 quàm in delitijs habeat: torqueor, ſed fortiter, bene eſt: occidor,
 ſed fortiter, bene eſt. Audi Epicurum, dicet et dulce eſt. Ego tam
 honeſtæ rei ac ſeuere nunquàm molle nomẽ imponam. Vror, ſed
 inuictus. Quid ni optabile ſit, nõ quod urit me ignis, ſed quod
 nõ uincit? Nihil eſt uirtute præſtantius, nihil pulchrius, et bon-
 num eſt, et optabile, quicquid ex huius geritur imperio. Vale.

EPIST. LXIX. Quomodo ſit colendum otium,
 & quid in eo tractandum.

Conſilio tuo accedo, abſcõde te in otio, ſed & ipſum otium
 abſconde. Hoc te facturum Stoicorum etiam ſi non præcep-
 to, at exemplo licet ſcias, ſed ex præcepto quoq; facias, et tibi
 cum uoles, approbabis. Nec ad oẽm Remp. mitimus, nec ſem-
 per, nec ſine ullo fine. Præterea cùm ſapienti Remp. ipſo dignam
 dedimus, id eſt, mundum, non eſt extra Remp. etiam ſi receſſe-
 rit, imò fortaſſe relicto uno angulo, in maiora atque ampliora
 tranſit, & coelo impoſitus, intelligit, cum ſellam aut tribunal
 aſcẽderit, quàm humili loco ſederit. Depone hoc apud te, nun-
 quam plus agere ſapientem, quàm cum in conſpectum eius di-
 uina atq; humana uenerunt. Nunc ad illud reuertor, quod ſua-
 dere tibi coeperam, ut otium tuum ignotum ſit. Non eſt quod
 inſcribas tibi Philoſophiam. Atqui aliud propoſito tuo nomẽ
 impone. Valetudinem & imbecillitatem uocato, & deſidiam,
 Gloriarı otio, iners ambitio eſt. Animalia quædam ne inueniri

poſſunt,

possint, ue stigia sua circa cubile ipsum cōfundunt. Idē tibi faciendū est, alioquin non deerunt qui persequantur: multi aperta transeunt, condita & obstrusa rimantur, furem signata sollicitant. Vile uidetur quicquid patet, aperta effractarius præterit. Hos mores habet populus, hos imperitissimus quisque, in secreta irrumperere cupit. Optimum itaq; est, non iactare otium suū. Iactandi autē genus est, nimis latere, & à conspectu hoim secedere. Ille Tarentum se abdidit, ille Neapoli inclusus est, ille multis annis non transit domus suæ limen. Conuocat turbam, quisquis otio suo aliquā fabulam imposuit. Cū secesseris, non est agendum hoc, ut de te hoies loquātur, sed ut ipse tecum loquaris. Quid autē tecum loquaris? Quod hoies de alijs libētissime faciunt, de te apud te male existima. Assuesce et dicere uerum, et audire. Id autē maxime tracta, quod in te esse infirmissimum senties. Nota habet quisq; sui corporis uitia. Itaq; alius uomitu lenat stomachum, alius frequenti cibo sulcit, alius interposito ieiunio corpus exhaurit & purgat. Hi quorum pedes dolor repetit, aut uino aut balneo abstinēt, in cætera negligētes, huic à quo sæpe infestantur, occurrunt. Sic in aīo nostro sunt quasi causariae partes, quibus adhibenda curatio est. Quid in otio faciosus ulcus meū curo. Si ostenderem tibi pedem turgidum, liuidam manum, aut contracti cruris aridos neruos, permitteres mihi uno loco iacere, et fouere morbum meū. Maius malum est hoc, quod nō possum tibi ostendere. In pectore tuo collectio et uomica est. Nolo laudes, nolo, dicas, O magnū uirum, contempserit oīa, et damnatis humane uitæ furoribus fugit. Nihil dānam nisi me, non est quod proficiendi causa uenire ad me uelis. Erras qui hinc aliquid auxiliij speras. Non medicus, sed æger hic habitat. Malo illa cum discesseris dicas, Ego istum beatum hoīem putabam & eruditum, erexeram aures, desitutus sum, nihil uidi, nihil audiui quod concupiscerē, ad quod reuerterer.

Si hoc sentis, si hoc loqueris, aliquid profectū est. Malo ignoscas otio meo, quā inuideas. Otium, inquis, Seneca mihi cōmendat ad Epicureas uoces dilaberis. Otium tibi cōmendo, in quo maiora agas & pulchriora, quā quæ reliquisti. Pulsare superbas potentiorū fores, digerere in literam senes orbos, plurimum in foro posse, inuidiosa potentia ac breuis est, & (si uerum aestimes) sordida. Ille me gratia forensi longe antecedit. Ille stipendijs militaribus et quæ sita per hoc dignitate. Ille clientum turba: tanti est ab * hominibus uinci, dum à me fortuna uincatur, cuius turbæ par esse non possum, plus habeo gratiæ. Utinam quidem hoc propositū sequi olim fuisset animus tibi, utinam de uita beata non in conspectu mortis ageremus, sed nunc quos non moremur. Multa enim quæ superuacua esse & inuicua credituri fuimus rationi, nūc experientiæ credimus. Quod facere solent qui serius exeunt, & uolunt tempus celeritate reparare, calcæ addamus: hæc ætas optime facit ad hæc studia. Iam * disputauit, iam uitia primo feruore adolescentiæ indomita lassauit, non multū superest ut extinguat. Et quando, inquis, tibi proderit istud, quod in exitu discis, aut in quā rem? in hīs, ut exeam melior. Non est tamen quod existimes ullam ætatem optiorem esse ad bonam mentem, quā quæ se multis experientis, longa ac frequēti rerū patientiā donuit, quæ ad salutaria, mitigatis affectibus, uenit. Hoc est breuis huius boni tēpus, quisquis senex ad sapientiam peruenit, annis * peruenit. Vale.

EPIST. LXX. De uaria locorum mutatione uitanda, & redimenda breuitate temporis.

Mutare te loca, & in alium de alio transilire nolo. Primum, quia tam frequens migratio instabilis animi est, coalescere otio non potest, nisi desinat circumspicere et errare. Ut anim possis cōtinere, prius corporis tui fugam siste, deinde plurimum remedia continuata proficiunt. Interrumpenda non est

quies

quies, & uires assu
transitu a
quæmad
admonitio
crudefcit
cupiditate
uerat. C
quod prae
mento ma
ac uarias
potentiam
tant, hic t
uita tam
ne dum s
quamlibe
tentio. Si
mortē et
an illa ad
bam fals
te. Illud
Nihil pe

1 Erat
sit pro qu
2 Pro
cet ueher
3 Op
4 No
5 Qu
plus, ad
te legner

quies, & uitæ prioris obliuio. Sine dediscere oculos tuos, sine aures assuescere sanioribus uerbis, quoties processeris in ipso transitu aliqua quæ renouent cupiditates tuas, tibi occurrent: quemadmodum et qui amorē exuere conatur, euitanda est oīs admonitio dilecti corporis, nihil enim facilius quàm amor recrudescit, ita qui deponere uult desideria rerum oīm, quarum cupiditate flagrauit, & oculos & aures ab his quæ reliquit, auertat. Cito rebellat affectus, quocunq; se uerterit, pretiū aliquod præsens occupationis suæ inueniet. Nullum sine autamento malum est. Auiditia pecuniā promittit, luxuria multas ac uarias uoluptates, ambitio purpuram et plausum, & ex hoc potentiam, & quicquid potentia potest. Mercede te uitia sollicitant, hic tibi gratis uiuentū est. Vix effici toto seculo potest, ut uitia tam longa licentia tumida subigantur, & iugū accipiant, ne dum si tam breue temporis interuallum discindimus. Vnam quamlibet rem uix ad perfectum aduicit assidua uigilia & intentio. Si me quidem uelis audire, hoc meditare, exerce te, ut mortē et excipias, & si ita res suadebit, accersas. Interest nihil, an illa ad nos ueniat, an ad illā nos. Illud imperitissimi cuiusq; uerbum falsum esse ipse tibi persuade, Bella res est mori sua morte. Illud præterea tecū licet cogites, Nemo nisi suo die moritur. Nihil perdis ex tuo tēpore. Nā quod reliquis, alienū est. Vale.

IN LIBRVM IX. ANNOTAT.

- 1 Erat, quia boni sunt. Scribendum arbitror, quā boni sunt, ut quā sit pro quatenus.
- 2 Pro male laxandos, Rodolphus notarat, malacizandos. Et placet uehementer.
- 3 Optabilem rem putas mortem?
- 4 Nollem quæ uelēs.
- 5 Quod nos diuinauimus de malacia, idem annotarat Rodolphus, addens Cæsarem in commentariis belli gallici, hac uoce notare legnem & immotum maris torporem.

LVCII ANNAEI
SENECAE EPISTOLARVM AD
LVCILIVM LIB. X.

EPIST. LXXI. Quomodo immaturæ mortis
stultis querela sit, & quando sera mors præoccupanda
sit, & quando differenda.



POST longum interuallum Pompeios tuos
uidi, in conspectū adolescentiæ meæ reductus
sum, quicquid illic iuuenis feceram, uidebat
mihi facere adhuc posse, & paulò ante fecisse.
Præ nauigauimus Lucili uitam, et quæ admodum
in mari, ut ait Vergilius noster, terræq; urbesq; recedūt, sic cor
su rapidissimi tēporis primum pueritiā abscondimus, deinde
adolescētiam, deinde quicquid est illud inter iuuenem & senem
mediū in utriusq; confinio positū. Deinde ipsius senectutis opti-
mos annos. Nouissime incipit ostendi publicus finis generis hu-
mani. Scopulum esse illum putamus? Clementissimus portus est,
aliquādo petendus, nunquam recusandus. In quem si quis intra
primos annos delatus est, non magis queri debet, quam qui cito
nauigauit. Aliū enim, ut scis, uenti segnes ludunt ac detinent, et
tranquillitatis lentissimo tædio lassant, aliū pertinax status ce-
lerrime perfert. Idem cucnire nobis puta, alios uita uelocissimè
adduxit, quò ueniendū erat etiam cunctantibus, alios macerant
& coxit, quæ ut scis, non semper retinenda est. Non enim uiuere
bonū est, sed bene uiuere. Itaq; sapiēs uiuit, quantum debet, nō
quantum potest. Videbit ubi uicturus sit, cum quibus, quò, quid
acturus. Cogitat semper qualis uita, non quanta sit. Sed si multa
occurrūt molesta, & tranquillitatem turbantia, emittit se: nec
hoc tantum in necessitate ultima facit, sed cum primum illi
occeperit suspecta esse fortuna, diligenter circumspicit, nunquam
nō

illo desinendum sit. Nihil existimat sua referre, faciat finem,
 et accipiat, tardius fiat an citius. Non tanquam de magno de-
 trimento timet. Nemo multum ex stillicidio potest perdere.
 Citius mori uel tardius, ad rem non pertinet: bene mori aut
 male, ad rem pertinet: bene autem mori est effugere male ui-
 uendi periculum. Itaque effœminatissimam uocem illius Rho-
 dii existimo, qui cum in caueam coniectus esset à tyranno, &
 tanquam ferum aliquod animal aleretur, suadenti cuidam ut
 abstineret cibo, Omnia, inquit, homini dum uiuit speran-
 da sunt. Vt sit hoc uerum, non omni pretio uita emenda est.
 Quedam licet magna, licet certa sint, tamen ad illa turpi in-
 firmi- tatis confessione non ueniam. Ego cogitem in eo qui uiuit
 omnia posse fortunam, potius quàm cogitem in eo qui scit mo-
 ri nihil posse fortunam? Aliquando tamen etiam si certa mors
 instabit, & destinatum sibi supplicium sciet, non commodabit
 poenæ suæ manum. Si ibi commodaret stultitia esset. Stultitia
 est timore mortis mori. Vcnit qui occidat. Expecta, quid occu-
 pat? quare suscipis alienæ crudelitatis procurationem? Vtrum
 inuides carnifici tuo an parcis? Socrates potuit abstinentia
 finire uitam, & inedia potius quàm ueneno mori, triginta ta-
 men dies in carcere & inexpectatione mortis exegit: non hoc
 animo tanquam omnia fieri possent, tanquam multas spes tam
 longum tempus reciperet, sed ut præberet se legibus, ut fru-
 dum amicis extremū Socratem daret. Quid erat stultius quàm
 mortem contemnuere, uenenum timere? Scribonia grauis fœ-
 mina, amita Drusij Libonis fuit, adolescentis tam solidi, quàm
 nobilis, maiora sperantis, quàm illo seculo quisquam sperare
 poterat, aut ipse ullo. Quum æger à senatu in lectica reclusus
 esset, non sane frequentibus * obsequijs, omnes enim neces-
 sarij deseruerant impie, iam non reum sed funus, habere cœ-
 pit consilium, utrum conscisceret sibi mortem, an expectaret.

Cui

* exequijs

Cui Scribonia, Quid te, inquit, delectat alienū negotiū agere? Nō persuasit illi. Manus sibi attulit, nec sine causa. Nam post diem tertium aut quartum inimici moriturus at bitrio, si uiuam, alienum negotiū agit. Nō possis itaq; de re in uniuersum pronūtiare, cum mortem uis externa denuntiat, occupanda sit et expectanda. Multa enim sunt, quæ in utramq; partem trahere possunt. Si altera mors cum tormento, altera simplex & facilis est, quid ni huic iniicienda sit manus? Quemadmodū nāscam eligam nauigaturus, & domū habitaturus, ita mortē utiq; quam sum exiturus ē uita meliorem. Præterea quemadmodū nō uis melior est longior uita, sic peior utiq; mors longior. In nulla re magis, quàm in morte morē animo gerere debemus. Exeat qui impetum cepit, siue ferrum appetit, siue laqueum, siue aliquam potionē uenas occupantē, pergat, & uincula seruitutis abrumpat. Vitā & alijs approbare quisq; debet, mortem sibi, optima est quæ placet. Stulte hæc cogitantur, Aliquis dicit me parum fortiter fecisse, aliquis nimis temerē, aliquis fuisse aliquod genus mortis animosius. Vis tu cogitare, id in manibus esse consilium, ad quod fama non pertinet? Hoc unum intueri, ut te fortunæ quàm celerrime eripias. Alioqui aderunt qui de factio tuo male existiment. Inuenies etiam professos sapientiam, qui uiam afferendam uitæ suæ negent, & nephas iudicent ipsum interemptorem sui fieri. Expectandum esse exitum, quē natura decreuit. Hoc qui dicit, non uidet se libertatis uiam claudere. Nil melius æterna lex fecit, quàm quod unum introitū nobis ad uitam dedit, exitus multos. Ego expectem uel morbi crudelitatis, uel hominis, cum possim per media exire tormenta, & aduersa discutere? Hoc est unum cur de uita non possimus queri, ne minem tenet, Bono loco res humanæ sunt, quod nemo nisi in uisuo suo miser est. Placet, uiuere, si non placet, licet eò reuertii unde uenisti. Vt dolorem capitis leuiores, sanguinem sæpe emisisti, ut

exie

extenuant
re diuident
bertatem
nos facit
sibi ex ho
gentia loc
uersus ho
pote tibi
necessitate
tem, omni
necessaria
aduersus
tie ad co
gie huius
ris: ut for
bis, omne
uuis rei
magnis i
claustra
Catonē
extraxi
eius serin
suam in
que nat
do bestia
pararet
dabat
anda
farfit, e
tumelia
Quid e

extenuandū corpus uena percutitur. Nō opus est uasto uulnere diuidere præcordia, scalpello aperitur ad illam magnam libertatem uia, & puncto securitas constat. Quid ergo est, quod nos facit pigros inertesq;? Nemo nostrum cogitat, quandoq; sibi ex hoc domicilio exeundum. Sic ueteres inquilinos indulgentia loci & cōsuetudo, etiam inter iniurias detinet. Vis aduersus hoc corpus liber esse? Tanquam migraturus habita, propone tibi quandoq; hoc contubernio carendū, fortior eris ad necessitatem exeundi. Sed quemadmodū suus finis ueniet in mentem, omnia sine fine cōcupiscentibus? Nullius rei meditatio tam necessaria est. Alia enim exercentur fortasse in superuacuum: aduersus paupertatē præparatus est animus, permansere diuitie: ad contemptū nos doloris armauimus, nunquā a nobis exegit huius uirtutis experimentum integri ac sani felicitas corporis: ut fortiter amissorū desideria pateremur, præcepimus nobis, omnes quos amabamus, superstites fortuna seruauit: huius unius rei usum qui exigat dies, ueniet. Nō est quod existimes, magnis tantum uiris hoc robur fuisse, quo seruitutis humane claustra perrumperent: non est quod iudices, hoc fieri nisi à Catone non posse, qui quam ferro nō emiserat animam, manu extraxit: cum uilissimæ sortis homines ingenti impetu in tutū cūserint, cumq; *commodo mori non licuisset, nec ad arbitriū *quo modo suam instrumenta mortis eligere, obuia queq; rapuerunt, & que natura non erant noxia, uisua tela fecerunt. Nuper in ludio bestiariorū unus è Germanis cum ad matutina spectacula pararetur, secessit ad exonerandum corpus, nullum aliud illi dabatur sine custode secretum. Ibi lignum id quod ad emundanda obscœna adherēte sponsia positum est, totū in gulam farsit, & præclusis faucibus spiritum elisit. Hoc fuit morti cōtumeliā facere, ita prorsus, parum mundè & parū decenter. Quid est stultius quàm fastidiosè mori? O uirū fortè, ô dignū,

cui

cui fati daretur electio: quàm fortiter ille gladio usus esset, quàm animose in profundam se altitudinem maris, aut abscisæ rupis immisisset? Vndiq; destitutus inuenit, quemadmodum & mortē sibi deberet, & telū, ut scias ad moriendū nihil aliud in mora esse, quàm uelle. Existimetur de factō hominis acerrimi, ut cuiq; uisum erit, dum hoc constet, præferendā esse spurcissimā mortē seruituti mundissimæ. Quoniā cœpi fordidis exemplis uti, perseuerabo: plus enim à se quisq; exiget, si uiderit hanc etiam à contemptissimis posse contemni: Catones, Scipionesq;, & alios, quos audire cum admiratione cōsueuimus, supra imitationem positos putamus. Iam ego istam uirtutem habere tam multa exempla in ludo bestiaro, quàm in ducibus belli ciuili ostendam. Cum aduheretur nuper inter custodias quidam ad matutinam spectaculū missus, tanquam somno premente rueret, caput usq; eò demisit, donec radijs insereret, & tamdū se in sedili suo tenuit, donec ceruicem circumactu rotæ frangeret: eodem uehiculo quo ad poenam ferebatur, poenā effugit. Nihil obstat, erumpere & exire cupienti. In aperto nos natura custodit. Cui permittit necessitas sua, circumspiciat exitum molis. Cui ad manū plura sunt, per quæ sese asserat, is delectū agat, & quā potissimum liberetur, consideret. Cui difficilis occasio est, is proximā quamq; pro optima arripiat, sit licet inaudita, sit noua. Non deerit ad mortem ingenium, cui nō defuerit animus. Vides quemadmodum extrema quoq; mancipia, ubi illis stimulos adegit dolor, excitentur, & intentissimas custodias fallant. Ille uir magnus est, qui mortem sibi non tantum imperauit, sed inuenit. Ex eodem tibi munere plura exempla promissi. Secundo Naumachiæ spectaculo unus è barbaris lanceis, quam in aduersarios acceperat, totam iugulo suo immerse. Quare, inquit, non omne tormentum, omne ludibrium totū dudum effugio? Quare ego mortem armatus exspecto? Tanto

hoc specie
homines,
xiosiq; ha
xit long
docet fati
teresse, un
liet, mori
modum p
inuasdas, I
mori rapt

E P

Et quo

Sbind
Smari d
est euenir
tentia me
apantur,
sub diem n
um, quod
ostendam
les scire, a
ce. illi eni
gala, nisi
uis parat
stet quid n
omnes de
pentille.
rari man
dirigantu
est. Necess
casu. Q

hoc

hoc speciosius spectaculum fuit, quanto honestius mori discunt homines, quam occidere. Quid ergo? quod animi perdit, noxiosq; habet, non habebunt illi quos aduersus hos casus instruxit longa meditatio, & magistra rerum omnium ratio? Illa nos docet fati uarios esse accessus, finem eundem. Nihil autem interesse, unde incipiat quod uenit. Eadem illa ratio monet, ut si licet, moriaris sine dolore. Sin autem non potest, fac quemadmodum potes, & quicquid obuenerit ad uim afferendam tibi, inuasdas. Iniuriosum est rapto uiuere, at contra pulcherrimum mori rapto.

Vale.

EPIST. LXXII. De consilio ex summa uitæ captando. Et quomodo mors honesta res sit. Et de animi fortitudine.

Ubi de me de rebus singulis consulis, oblitus uasto nos mari diuidi: cum magna pars consilij sit in tempore, necesse est euenire, ut de quibusdam rebus tunc ad te perferatur sententia mea, cum iam contraria potior est. Consilia enim rebus epantur, res nostræ feruntur, imò uoluuntur. Ergo consilium sub diem nasci debet, & hoc quoq; tardum est nimis, sub manu, quod aiunt, nascatur. Quemadmodum autem inueniatur ostendam. Quoties quid fugiendum sit, aut quid petendum uolens scire, ad summum bonum, & propositum totius uitæ respice. Illi enim consentire debet quicquid agimus: non disponet singula, nisi cui iam uitæ suæ summa proposita est. Nemo, quamuis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi iam conficit quid uelit pingere. Ideo peccamus, quia de partibus uitæ omnes deliberamus, de tota nemo deliberat. Scire debet quid petat ille qui sagittam uult mittere, & tunc dirigere, & moderari manu telum. Errant consilia nostra, quia non habent quod dirigantur. Ignoranti quem portum petat, nullus suus uentus est. Necesse est multum in uita nostra casus possit, quia uinum casu. Quibusdam autem euenit ut quædam scire se nesciant: quemad-

quemadmodum querimus sepe eos, cum quibus stamus, in plerunq; finem summi boni ignoramus appositum, nec multis uerbis, nec circuitu longo, quid sit summum bonum colligis, digito (ut ita dicam) demonstrandum est, nec in multa spargendum. Quid enim ad rem pertinet in particulas illud didicere, cum possis dicere summum bonum est, quod honestum est: & quod magis admireris, unum bonum est, quod honestum est. Cetera falsa & adulterina bona sunt. Hæc si persuaseris tibi, & uirtutem adamaueris (amare enim parum est) quicquid illa contigerit, id tibi qualecunq; alijs uidebitur, faustum si lixq; erit, & torqueri, si modo iacueris ipso torquente securior, & egrotare si non maledixeris fortunæ, si non cesseris morbo. Omnia denique quæ cæteris uidentur mala, & marcescent, & in bonum abibunt, si super illa eminueris: hoc liquæat nihil esse bonum, nisi honestum, & omnia incommoda suo iure bona uocabuntur, quæ modo uirtus honestauerit. Multis uidemur maiora promittere, quam recipit humana conditio: non inmerito, ad corpus enim respiciunt: reuertuntur ad animum, iam hominem deo metientur. Erige te Lucili uirorum optime, & relinque istum ludum literarium philosophorum, qui rem magnificentissimam ad syllabas uocant, qui ætimum minuta docendo demittunt & conterunt, fies similis illis, qui inuenerunt ista, non qui docent, & id agunt, ut philosophia potius difficilis quam magna uideatur. Socrates, qui totam philosophiam reuocauit ad mores, hanc summam dixit esse sapientiam, bona malisq; distinguere, Sequere, inquam, illos, si quid apud te habeo autoritatis, ut sis beatus, & te ab cui stultum uideri sine: quisquis uolet tibi contumeliam facere, faciat & iniuriam, tu tamen nihil patieris, si modo tecum erit uirtus. Si uis, inquam, beatus esse, si fide bona uir bonus, sine contemnat te aliquis. Hoc nemo præstabit, nisi qui omnia bona

bona ex
stam in o
ram Cato
Cato uir
nō potest
& comp
la fortun
maior aut
tet exer c
mates, &
ma uno p
in totū dī
Africa, a
blice con
suo, non l
uirtus ob
ciat, & S
prousum
Et hoc m
aliquid si
repulsus
buit, pr. e
da esse pe
ti & equ
exceptum
textus, qu
ordinem
eunt cū c
cunq; uid
positi sum
non senec

bona exequauerit, quia nec bonum sine honesto est, & honestam in omnibus par est. Quid ergo? nihil interest inter præturam Catonis & repulsam? Nihil interest utrū Pharsalica acie Cato uincatur, an uincat? Hoc eius bonum, quo uictis partibus nō potest uinci, par erat illi bono, quo uictor rediret in patriā, & componeret pacē? Quid ni par sit? eadē enim uirtute et mala fortuna uincitur, & ordinatur bona, uirtus autē non potest maior aut minor fieri. Vnius staturæ est. Sed Cn. Pōpeius amittet exercitū, sed illud pulcherrimū reipublicæ prætextū optimates, & prima acies Pompeianarū partiū senatus ferens arma uio prælio profugabuntur, & tam magni ruina imperij, in totū disiliet orbem: aliqua pars eius in Aegypto, aliqua in Africa, aliqua in Hispania cadet, ne hoc quidē miseræ reipublicæ continget, semel ruere. Omnia licet fiant, iubam in regno suo, non locorū notitia adiuuet, non popularium pro rege suo uirtus obstinatissima, Vticensiū quoq; fides malis fracta deficiat, & Scipionē in Africa nominis sui fortuna destituat, olim promissum est, ne quid Cato detrimenti capiat. Victus est tamen. Et hoc numerā inter repulsas Catonis, tam magno animo feret aliquid sibi ad uictoriā, quā ad præturā obstitisse. Quo die repulsus est lusit, qua nocte periturus fuit, lēgit. Eodē loco habuit, prætura & uita excedere: omnia quæ acciderent, ferenda esse persuaserat sibi. Quid ni ille mutationē reipublicæ forti & æquo pateretur animo? Quid enim mutationis periculo exceptum? non terra, non cœlū, non totus hic rerū omnium contextus, quamuis deo agente ducatur. Non semper tenebit hunc ordinem, sed illum ex hoc cursu aliquis dies deiciet. Certis eunt cūctā temporibus, nasci debent, crescere, extingui. Quæcumq; uides supra nos currere, & hæc quibus innixi atq; impositi sumus, ueluti solidissimis, carpentur ac desinent. Nulli non senectus sua est, Inæqualibus ista spatijs eodem natura

*dimittit,

*demittit: quicquid est, non erit, nec peribit, sed resoluetur. Non bis solui perire est. Proxima enim intuemur, ad ulteriora non prospicit mens hebes, & quæ se corpori addixerit: alioquin fortius sine sui suorumque pateretur, si speraret omnia illa sic in uitam mortemque per uices ire, & composita dissolui, dissoluta componi, in hoc opere æternam artem cuncta temperantis dei uerti. Itaque Cato cum æuam animo percurreret, dicit: Omne humanum genus est, quodque est, quodque erit, morte donatum est, ois quæ usquam rerum potitur urbes, quæque alienorum imperiorum magna sunt & decora, ubi fuerint aliquando quaeretur, & uario exitij genere tollentur: alias destruetur bella, alias desidia, paxque ad inertiam uersa consumet, & magnis opibus exitiosa res luxus. Omnes hos fertiles campos repentina maris inundatio

*forte, abdet.

abscondet, aut in subitam cauernam confidētis soli lapsus abducet, Quid est ergo, quare indigner, aut doleam, si exiguo momento publica fata præcedo? Magnus animus deo pareat, & quicquid lex uniuersi iubet, sine cunctatione patiat: aut in meliorem emittitur uitam, lucidius tranquilliusque inter diuina mansurus, aut certe sine ullo futurus incommodo, nature sue remiscebitur & reuertetur in totum. Non est ergo M. Catonis maius bonum honesta uita, quam mors honesta, quoniam non intenditur uirtus. Idem esse dicebat Socrates ueritatem & uirtutem, quomodo illa non crescit, sic nec uirtus quidem. Habet numeros suos, plena est. Non est itaque quod mireris parum esse bona, & quæ ex proposito sumenda sunt, & quæ subinres tulit. Nam si hanc inæqualitatem receperis, ut fortiter torqueri in minoribus bonis numeres, numerabis etiam in malis, & infelicem Socratem dices in carcere, infelicem Catonem uulnera sua animosius quam fecerat, retractantem. Calamitosissimum omnium Regulum fidei poenas etiam hostibus seruata pendentem. Atqui nemo hoc dicere, ne ex mollissimis quidem,

ausus est. Negat enim illum esse beatum, sed tamen negant miserum. Academici ueteres beatum quidem esse etiam inter hos cruciatus fatentur, sed non ad perfectum, nec ad plenum, quod nullo modo potest recipi. Nisi beatus est, in summo bono non est. Quod summum bonum est, supra se gradum non habet: si modo illi uirtus inest, si illam aduersa non minuunt, si manet etiam comminuto corpore incolumis, manet autem. Virtutem enim intelligo animosam & excelsam, quam incitat, quicquid infestat. Hunc animum quem sepe induunt generose indolis iuuenes quos alicuius honeste rei pulchritudo percussit, ut omnia fortuita contemnant, profecto sapientia infundet & traedet, persuadebit unum bonum esse quod honestum. Hoc nec remitti nec intendi posse, non magis quam regula, qua rectum probari solet. Quam si flectes, quicquid ex illa mutaueris, iniuria est recti. Idem ergo de uirtute dicemus, & hæc recta est. Flexuram non recipit, *rigidari quidem, amplius intendi non potest. Hæc de omnibus rebus iudicat, de hac nulla. Si rector ipsa non potest fieri, nec quæ ab illa quidam sunt, alia alijs rectora sunt. Huic enim necesse est respondeant, ita paria sunt. Quid ergo inquis? iacere in conuiuio & torqueri, paria sunt? Hoc mirum uidetur tibi? Illud licet magis admireris, iacere in conuiuio malum est, torqueri in eculeo bonum est, si illud turpiter, hoc honeste fit: bona ista aut mala non efficit materia, sed uirtus. Hæc ubicunq; apparuit, omnia eiusdem mensuræ ac precij sunt. In oculos nunc mihi intentat ille, qui omnium animi aestimat ex suo, quod dicam paria bona esse aduersa fortiter portantis, & prospera honeste iudicantis, quod dicam paria bona esse eius qui triumphat, & eius qui ante currum uehitur inuictus animo. Non putant enim fieri, quicquid facere non possunt, ex infirmitate sua de uirtute serunt sententiam. Quid miraris, si uri, uulnerari, occidi, alligari iuuat? aliquando etiam

*rigida est,

libet? Luxurioso frugalitas poena est, pigro supplicij loco labor est, delicatus miseretur industrij, desidioso studere torqueri est. Eodem modo hæc, ad quæ omnes imbecilli sumus, dura atq; intoleranda credimus, obliti quàm multis tormentum se uino carere, aut prima luce excitari. Non ista difficilia sunt natura, sed nos fluidi & enervæ. Magno animo de rebus magnis iudicandum est, alioqui uidebitur illarum uitium esse, quod nostrum est. Sic quædam rectissima, cū in aquam demissa sunt, speciem curui præfractiq; uisentibus reddant. Non tantū quid uideas, sed quemadmodum refert. Animus noster ad uera perspicienda caligat. Da mihi adolescentem incorruptum & ingenio uegetum, dicit fortunatiorem sibi uideri, qui omnia rerum aduersarum onera rigida ceruice sustollit, quàm qui supra fortunam extat. Non mirum est in tranquillitate non concuti. Illud mirare ibi extolli aliquem, ubi omnes deprimuntur, ibi stare, ubi omnes iacent. Quid est in tormentis, quid est in alijs quæ aduersa appellamus mali? ut opinor succidere mentem, & incuruari, & succumbere, quorum nihil sapienti uirō potest euenire. Stat rectus, sub quolibet pondere. Nulla illum res minorem facit, nihil illi eorum quæ ferenda sunt, displicet. Nam quicquid cadere in hominem potest, in se cecidisse non queritur, uires suas nouit, scit se esse oneri ferendo. Non calico sapientem ex hominum numero, nec dolores ab illo sicut ab aliqua rupe nullum sensum admittente submoueo. Memini ex duabus partibus illum esse compositum. Altera est irrationalis, hæc mordetur, uritur, dolet. Altera rationalis, hæc inconcussas opiniones habet, intrepida est, & indomita. In hoc compositum est summum illud hominis bonum, quod antequam impleatur, incerta mentis uolutatio est, cum uerò perfectum est, immota illa stabilitas est. Itaque inchoatus ad summa procedens, cultorq; uirtutis, etiam si appropinquat perfecto bono,

scilicet

sed ei no
 & rem
 ta trans
 rō & u
 expertu
 pretia s
 mauit,
 cat exp
 nostra u
 hi enim
 ubi illud
 strabunt
 tentiam
 at mult
 territi s
 sapiente
 que lau
 dam tam
 sus proe
 mel duci
 bibit; sic
 stant, hæ
 raut, se
 hoc pote
 tutem.
 nostri m
 iudicium
 mentis,
 tur ad li
 uirtute
 ria. Co

sed ei nondum summam manum imposuit, ibi interim cessabit & remittet aliquid ex intentione mentis: nondum enim incerta transgressus est, etiam nunc uersatur in lubrico: beatus uero & uirtutis exacte tunc se maxime amat, cum fortissime expertus est: & metuenda ceteris, si alicuius honesti officij pretia sunt, non tantum fert, sed amplexatur, multoq; audire mauult, tanto melior quam felicior. Venio nunc illò quo me uocat expectatio tua: ne extra rerum naturam uagari uirtus nostra uideatur, & tremet sapiens & dolebit, et expallescet, hi enim omnes corporis sensus sunt. Vbi ergo est calamitas? ubi illud uestrum malum est? illic scilicet si ista animum distrahunt, si ad confessionem seruitutis adducunt, si illi poenitentiam sui faciunt. Sapiens quidem uincit uirtute fortunam, et multi professi sapientiam leuissimis nonnunquam minis exterriti sunt. Hoc loco nostrum uitium est, qui quod dicitur de sapiente, exigimus & à proficiente. Suadeo adhuc mihi ista quae laudo, nondum persuadeo: etiam si persuasissem, nondum tam parata haberem, aut tam exercitata, ut ad omnes casus procurrerem. Quemadmodum lana quosdam colores semel ducit, quosdam nisi sepius macerata & recocta, non peribit: sic alias disciplinas ingenia cum acceperè, protinus praeslant, haec nisi alte descendit, & diu sedit, animum non colorauit, sed infecit, nihil ex his quae promiserat, praestat. Cito hoc potest tradi & paucissimis uerbis, unum bonum esse uirtutem. Nullum certe sine uirtute, & ipsam uirtutem in parte nostri meliore, id est rationali positam. Quid erit haec uirtus? iudicium uerum & immotum, ab hoc enim impetus ueniet mentis, ab hoc omnis species quae impetum mouet, redigetur ad liquidum. Huic iudicio consentaneum erit, omnia quae uirtute* contracta sunt, & bona iudicare, & inter se paria. Corporum autem bona, corporibus quidem bona sunt,

*contenta

sed in totum non sunt bona. His pretium quidem erit aliquod, cæterum dignitas non erit: magnis inter se interuallis distabunt, alia maiora, alia minora erunt. Et in ipsis sapientiam sectantibus magna discrimina esse fateamur necesse est: alius iam intantum profecit, ut contra fortunam audeat attollere oculos, sed non pertinaciter, cedunt enim nimio splendore præstricti: alius intantum, ut possit cum illa conferre uultum, si iam peruenit ad summum, & fiduciæ plenus est. Imperfecta necesse est labent, & modo prodeant, modo sublabantur, aut succidant. Sublabentur autem, nisi ire & niti perseuerauerint, si quicquam ex studio & fideli intentione laxauerint, retro eundem est. Nemo profectum ibi inuenit, ubi reliquerat. Instemus itaque & perseueremus, plusquam profligauimus restat, sed magna pars est profectus, uelle proficere. Huius rei conscius mihi sum, uolo, & tota mente uolo, te quoque instinctum esse, & magno ad pulcherrima properare impetu uideo. Properemus, ita demum uita beneficium erit, alioqui mora est, & quidem turpis inter fœda uersantibus. Id agemus, ut nostrum omne tempus sit. Non erit autem, nisi prius nos nostri esse coeperimus. Quando continget contemnere utramque fortunam? quando continget omnibus oppressis affestibus, & sub arbitrium adductis, hanc uocem emittere: uici. Quem uicerim queris? Non Persas, nec extrema Medorum, nec siquid ultra Dacas bellicosum iacet, sed auaritiam, sed ambitionem, sed metum mortis, qui uictores gentium uicit. Vale.

EPIST. LXXIII. Quod exclusis occupationibus continuato studio philosophandum sit, & quod solius sapientis sit perpetuum gaudium.

Quod queris à me, liquebat mihi, sic rem edidiscerã, sed diu non retentauì memoriã meam. Itaq; nõ facile me sequitur.

sequitur: quod euenit libris, situ coherentibus hoc euenisse mihi sentio: explicandus est animus, & quæcunq; apud illum deposita sunt, subinde excuti debet, ut parata sint quoties usus exegerit. Ergo hoc in præsentia differamus, multum enim operæ, multū diligentia poscit. Cum primū longiorē eodem loco speraui moram, tūc in manus sumam. Quædam enim sunt, quæ possis et *incedendo scribere: quædam lectum, & otium, & secretū, desiderant: nihilominus his quoq; occupatis diebus agatur aliquid, et quidē totis, nunquā enim non succedent occupationes nouæ, serimus illas: itaq; ex una exeūt plures: deinde ipsi nobis dilationē dāmus. Cum hoc peregero, toto aīo incumbam, & si hanc rē molestam cōposuero, studio me dabo. Non cū uacaueris, philosophādum est: oīa alia negligenda, ut huic a sideaui, cui nullum tēpus satis magnum est, etiam si à pueritia usq; ad lōgissimos humani aui terminos uita protēditur. Non multum refert, utrum omittas Philosophiam, an intermittas. Non enim ubi interrupta est manet, sed eorū more, quæ intenta dissilunt, usq; ad initia sua recurrit, quod à cōtinatione sua discessit. Resistendū est occupationibus, nec explicandæ, sed submouendæ sunt, Tēpus quidem nullum est parū idoneum studio salutari, atqui multi inter illa nō student, propter quæ studēdum. Incidat aliquid quod impediāt, non equidem cū, cuius animus in omni negotio letus atq; alacer est. Imperfectis adhuc interscinditur letitia. Sapientibus uerò cōtexitur gaudiū. Nulla rumpitur causa, nulla fortuna: semper & ubiq; tranquillum est. Non enim ex alieno pendet, nec fauorē fortunæ, aut hoīs expectat: domestica illi felicitas est, exiret ex aīo, si intraret: ibi nascitur. Aliquando extrinsecus, quo admoneatur mortalitatis interuenit: sed id leue, et quod summā cutem stringat. Aliquo, inquam, incommodo *afflatur maximus is, illud bonū est fixum. ita dico, extrinsecus aliqua sunt incommoda, uelut in corpore interdum

z
*in circo: a
liās, in cisto
scribere:

*afflatur ma
xi, eius bon.

z a robusto

robusto solidoq; eruptiones quædam pustularū & ulcuscula, nullum in alto malum est. Hoc, inquam, interest inter consummatæ sapientiæ uirum, et alium procedentis, quod inter sanam & ex morbo graui ac diutino emergentem, cui sanitatis locus, est lenior accessio. Hic nisi attendit subinde grauatur, & in eadem reuoluitur. Sapiens recidere non potest, ne incidere quidè amplius. Corpori enim ad tempus bona ualetudo est, quam medicus etiam si reddidit, non præstat. Sæpe ad eundem quem aduocauerat excitatur, semel in totū sanatur. Dicam quomodo intelligas sanum. si se ipse contentus est, si confidit sibi, si scit cū uota mortalium, oīa beneficia quæ dantur petūtūq; nullum in beata nita habere momentū. Nam cui quid accedere potest, id imperfectū est. Cui quid abscedere non potest, id imperpetuum est, cuius perpetua futura lætitia est, is suo gaudeat. Omnia autem quibus uulgus inhiat, ultro citroq; fluunt. Nihil dat fortuna mancipio, sed hæc quoq; fortuita tunc delectant, cum illa ratio tēperauit ac miscuit, hæc est etiā quæ *eterna cōmendat, quorum audis usus ingratus est. Solebat Attalus hac imagine uiri. Vidisti aliquando canē, missa à domino frustra panis aut carnis aperto ore captantē? quicquid exceperit protinus integrū deuorat, & semper ad spem futuri hiat. Idem euenit nobis, quicquid expectantibus fortuna proiecit, id sine ulli uoluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erecti & *attoniti. Hoc sapienti nō euenit, plenus est, etiā si quid obuenerit, secure excipit, ac reponit, lætitia fruitur maximā, continua, sua. Habet aliqui bonam uoluntatē, habet profectū, sed cui multū desit à summo, hic deprimatur alternis & extollitur, ac modo in cœlum alleuatur, modo defertur ad terram. *impeātus ac rudibus nullat præcipitationis finis est, In Epicureum illud chaos decidit, inane sine termino est. Adhuc est genus tertium eorum, qui sapientiæ alludunt, quam non quidem *attigerunt, in conspectu

*externa

*attenti

*imperitis.

*contigerūt,

tamis

tamen &
desuauit
tam mag
quoque f
deterior
excluden
stituent.
quam de

tic
ex

ER
deca
magistr
strantur
immerit
quillo ob
tum con
parente
medio p
tunt: qui
test, ut c
Quisqu
illum h
Adijce
uincat, s
est mult
nitium
uerum
cerus a
admiris

tamen & (ut ita dicam) sub ictu habent: hi nō concutiuntur, ne defluunt quidem, nondum in sicco, iam in portu sunt. Ergo cū tam magna sint inter summos imosq; discrimina, cū medios quoque sequatur * fructus suus, sequatur ingens periculum ad deteriora redeundi, non debemus occupationibus indulgere * fluctus excludendæ sunt, si semel intrauerint, in locum suum alias substituent. Principijs illarum obstemus, melius non incipient quàm desinent. Vale.

EPIST. LXXIII. Quod nulli debent esse gratiores principibus quàm Philosophiæ studentes, & de excellentissima boni uiri potentia.

Errare mihi uidentur, qui existimant Philosophiæ fideliter de ditos, contumaces esse, ac refractarios, & contēptores magistratum, ac regum, eorum uel per quos publica administrantur. Ecōtrario enim nulli aduersus illos gratiores sunt, nec immerito. Nullus enim plus præstant, quàm quibus frui tranquillo otio licet, itaq; hi quibus ad propositū bene uiuendi adiutorem confert securitas publica, necesse est autorem huius boni, ut parentem colant: multo quidem magis quàm illi inquieti, & in medio positi, qui multa principibus debent, sed multa & imputant; quibus nunquam tam plene occurrere ulla liberalitas potest, ut cupiditates illorū quæ crescunt, dum implentur exatiet. Quisquis autem de accipiendo cogitat, oblitus accepti est. Nec nullum habet malum cupiditas maius, quàm quod ingrata est. Adijce nunc quod nemo eorum qui in Repub. uersantur, quos uincat, sed à quibus uincatur, aspicit: & illis nō tam iucundum est multos post se uidere, quàm graue aliquē ante se. Habet hoc uitium oīs ambitio, nō respicit: nec ambitio tantū instabilis est, uerum cupiditas oīs, quia incipit semper à fine. At ille uir syncerus ac purus, qui relinquit & curiam, & forum, & omnem administrationem Reipub. ut ad ampliora secederet, diligit

*inuitis exit,
* & hos

eos per quos hoc ei facere tutò licet, solumq; illis gratuitum testimonium reddit, et magnã rem nescientibus debet. Quem admodum præceptores suos ueneratur ac supplicat, quorum beneficio illis *in uijs exit, sic * & his sub quorum tutela positus exercet artes bonas. Verum alios quoq; rex uiribus suis protegit, quis negat? Sed quemadmodum Neptuno plus debere se iudicat ex his qui eadem tranquillitate usi sunt, qui plura & pretiosiora illo mari uexit, & animosius à mercatore quàm à uectore soluitur uotum, & ex ipsis mercatoribus effusius gratus est, qui odores ac purpuras et auro pensanda portabat, qui qui uilijs una quæq; et saburræ loco futura cõgesserat: sic huius pacis beneficium ad omnes pertinēs, altius ad eos peruenit, qui illa bene utuntur. Multi enim sunt ex his togatis, quibus pax operosior bello est. An idem existimas pro pace debere eos, qui illam ebrietati aut libidini impendunt, aut alijs uitijs, quæ uel bello rumpenda sunt, nisi forte tam iniquum putas esse sapientem, ut nihil uirum se debere pro communibus bonis iudicet? Soli lunæq; plurimum debeo, & non uni mihi oriuntur: animo temperantiq; annum deo priuatim obligatus sum, quamuis non in meum honorem descripta sint, & stulta auaritia mortalium possessionem proprietatemq; discernit, nec quicquã suum credit esse, quod publicum est? At ille sapiens nihil iudicat suũ magis, quàm cuius illi cum humano genere consortium est. Nec enim essent ista cõmunia, nisi pars illorum pertineret ad singulos. Socium efficit etiam quod ex minima portione commune est. Adijce nunc quod magna & uera bona, non sic diuiduntur, ut exiguum in singulos cadat, ad unumquemq; tota perueniunt. Ex congiario tantum ferunt homines, quantum in capita promissum est. Epulum & uisceratio, & si quid aliud capitur mœnu, discedit in partes. At hæc indiuidua bona, pax & libertas, tam omnium tota, quàm singulorum sunt. Cogitat itaque sapiens

sapiens per quem sibi horum usus fructusq; contingat, per quem non ad arma illum, nec ad seruandas uigilias, nec ad tuenda menia, & multiplex belli tributum, publica necessitas uocet, agitq; gubernatori sui gratias. Hoc docet Philosophia, præcipue bene debere, beneficia bene soluere. Interdum autem solutio, est ipsa confessio. Confitebitur ergo multum se debere ei, cuius administratione ac prouidētia cōtingit illi pingue otium, & arbitrium sui temporis, & imperturbata publicis occupationibus quies.

O Melibœe deus nobis hæc otia fecit.

Nanq; erit ille mihi semper deus.

Si illa quoque otia multum auctori suo debent, quorum munus hoc maximum est,

Ille meas errare boues (ut cernis) & ipsum

Ludere quæ uellem, calamo permisit agresti.

Quanti æstimamus hoc otium, quod inter deos agitur, quod deos facit? Ita dico Lucili, & te in cælum compendiaro uoco. Solebat Sextius dicere Iouem plus non posse quam bonum uirum. Plura Iupiter habet quæ præstet hominibus, sed inter duos bonos non est melior, qui locupletior: non magis quam inter duos, quibus par scientia regendi gubernaculum est, meliorem dixeris cui maius speciosiusq; nauigium est. Iupiter quo antecedit uirum bonum? diutius bonus est. Sapiens nihilo se minoris æstimat, quod uirtutes eius spatio breuiore clauduntur. Quemadmodum ex duobus sapientibus qui senior decessit, non est beator eo, cuius intra pauciores annos terminata uirtus est: sic Deus non uincit sapientem felicitate, etiam si uincit ætate. Non est uirtus maior quæ lōgior. Iupiter omnia habet, sed nempe alijs tradidit habenda. Ad ipsum hic uirtus usus pertinet, quod utendi etiā omnibus causa est. Sapiens tam æquo animo omnia apud alios uidet, contemnitq; quam

Iupit

Iupiter, & hoc se magis suspicit, quod Iupiter uti illis non potest, sapiens non uult. Credamus itaq; Sextio monstranti polcherrimum iter & clamanti, hac itur ad astra, hac secundam frugalitatē, hac secundum tēperantiam, hac secundum fortitudinem. Non sunt dii fastidiosi, non inuidi, admittunt, & ascendentibus manum porrigūt. Miraris hominē ad deos ire? Deus ad homines uenit, imō (quod propius est) in homines uenit. Nulla sine Deo mens bona est. Semina in corporibus humani diuina dispersa sunt, quæ si bonus cultor excipit, similia originē prodeunt, & paria his ex quibus orta sunt, surgunt. Si malus, non aliter quàm humus sterilis ac palustris necat, & deinde creat purgamenta pro frugibus. Vale.

EPIST. LXXV. De inani metu, & ex quibus causis oriatur, & quibus purgetur remediis, & quod ea quæ ualidus probat, bona non sunt.

EPistola tua delectauit me, & marcentem excitauit, memorem quoq; meam (quæ iam mihi segnis ac lenta est) uocauit. Quid ni tu mi Lucili maximum putes instrumentū beatæ uitæ hanc persuasionē, unum bonum esse quod honestū est. Qui omne bonū honesto circumseripsit, intra se felix est. Nam qui alia bona iudicat, in fortunæ uenit potestatem, alieni arbitrij fit. Hic amissis liberis moestus, hic sollicitus ægris, hic turpibus & aliquam passis infamiam tristis. illum uidebis alienæ uxoris amore cruciari, illum suæ, Nō decriit, quem repulsa distorqueat, erunt quos honor ipse uexet. Illa uerò maxima ex omni mortalium populo turba miserorum, quam expectatio mortis exagitat undiq; impendens. Nihil enim est, unde non subeat. Itaq; ut in hostili regione uersantibus, huc & illuc circumspiciendū est, & ad omnem strepitū circumagēda cernere, nisi hic timor ē pectore eiectus est, palpitantibus præcordijs uiuitur. Occurrent acti in exilium, & euoluti bonis, occurrent

(quod

(quod genus egestatis grauiſſimū eſt) in diuitijs inopes, occurrunt naufragi, ſimilia ue naufragijs paſſi, quos aut popularis ira, aut inuidia, pernicioſum optimis telum, inopinantes ſecuroſq; diſcicit, procellæ more, quæ in ipſa ſereni fiducia ſolet emergere, aut fulminis ſubiti, ad cuius ictum etiam uicina tremuerunt. Nam ut illic quiſquis ab igne propior ſtetit, percuffo ſimilis obſtupuit: ſic in his per aliquam uim accidentibus unum calamitas opprimit, cæteros metus, paremque paſſis triſtitiã facit, pati poſſe, Omnium animos mala aliena ac repentina ſollicitant: quemadmodū aues etiam inanis fundæ ſonus territat, ita nos nos ad ictum tantū exagitamur, ſed ad crepitū. Non poteſt ergo quiſquam beatus eſſe, qui huic ſe opinioni credidit. Nō enim beatum eſt, niſi quod intrepidum. Inter ſuſpecta male uiuitur. Quiſquis ſe multū fortuitis dedit, ingentem ſibi materiã perturbationis & inexplicabilem fecit. Vna hæc uia eſt ad tutam uadenti, & externa deſpicere, & honeſto contentum eſſe. Nam qui aliquid uirtute melius putat, aut ullum præter illam bonum, ad hæc quæ à fortuna ſparguntur ſinum expandit, & ſollicitus miſeria eius expectat. Hanc imaginem animo tuo propone, Ludos facere fortunam, & in hunc mortaliū coctum honores, diuitias, gratiam excutere: quorū alia inter diripientium manus ſciſſa ſunt, alia infida ſocietate diuiſa, alia magno detrimento eorum in quos deuenierant preſſa: ex quibus quædam aliud agentibus inciderunt, quædam quia nimis captabantur amiſſa, & dum auide rapiuntur, expulſa ſunt. Nulli uerò etiã cui rapina feliciter ceſſit, gaudium rapti durauit in poſterum. Itaque prudentiſſimus quiſq; cum primum induci uidet munuſcula, à theatro fugit, & ſcit magno parua conſtare. Nemo manum conſerit cum excedente, nemo exeuntẽ ferit. Circa *præmium rixa eſt. Idem in his euenit, quæ fortuna deſuper iactat. Actuamus miſeri, diſtringimur, multas habere cupimus manus:

*primum

nus:

* inuidentijs
alij quos

* nata

* pro maxi-
mis

nus: modo in illam respicimus, nimis tardè nobis mitti uideatur, quæ cupiditates nostras iritant, ad paucos peruentura, expectata omnibus. Ire obuiam cadentibus cupimus, gaudemus si quid inuasimus, * aliquos spes uana delusit, uilem prædam magno aliquo incommodo luimus, aut inde fallimur. Secedamus itaq; ab istis ludis, & demus raptoribus locum. Illi spectent bona ista pendentia, & ipsi magis pendeant. Quicumq; beatum esse se constituit, unum esse bonum putet, quod honestum est. Nā si ullum aliud existimat, primum male de providentia iudicat, quia multa incommoda iustis uiris accidunt, & quia quicquid nobis dedit breue est & exiguum, si cōpares mundi totius æuis. Ex hac deploratione nascitur, ut ingrati diuinorū interpretes simus. Querimur, quod non semper, & quod pauca nobis, & incerta, & abitura, contingant. Inde est quod nec uiuere, nec mori uolumus. Vita nos odium tenet, timor mortis. * Nutat conuersum consilium, nec implere nos ulla felicitas potest. Causa autē est, quod non peruenimus ad illud bonum immensum & insuperabile, ubi necesse est resistat uoluntas nostra, quia ultra summum non est locus. Queris quare uirtus nullo egeat? presentibus gaudet, non concupiscit absentia. Nihil non illi magnū est, quia satis. Ab hoc discede iudicio, non pietas constabit, non fides. multa utranq; præstare cupienti patienda sunt, ex his quæ mala appellantur, multa impendenda sunt, ex his quibus indulgemus tanquam bonis. Perit fortitudo, quæ periculum facere debet sui, perit magnanimitas, quæ nō potest eminere, nisi omnia uelut minuta contempserit, quæ * proximis uulgi optat: perit gratia & relatio gratiæ. Aestimatur labor si quicquam pretiosius fide nouimus, si non optima spectamus. Sed ut illa præteream, aut ista bona non sunt quæ uocantur, aut homo filiorum Deo est. Quoniam quidem quæ parata nobis sunt, non habet in usu Deus: nec enim libido ad illum, nec epularū lautitia, nec

oper,

opes, nec quicquam ex his hominem inescantibus, & uili uoluptate ducentibus pertinet. Ergo aut incredibile est bona Deo deesse, aut hoc ipsum argumentum est, bona non esse, quæ Deo desunt. Adijce quod multa quæ bona uideri uolūt, animalibus quam homini pleniora contingunt. Illa cibo auidius utuntur, Venere non æque fatigantur. Virium illis maior est, & æquabilior firmitas. Sequitur ut multo feliciora sint homine. Nam sine nequitia, sine fraudibus degunt: fruuntur uoluptatibus, quas & magis capiunt, & ex facili sine ullo pudoris, aut penitentiae metu. Considera tu itaq; an id bonum uocandum sit, quo Deus ab homine uincitur. Summum bonum in animo constituimus, obsolescit si ab optima nostri parte ad pessima transit, & transfertur ad sensus, qui agiliores sunt animalibus mutis. Non est summa felicitatis nostræ in carne ponenda. Bona illa sunt uera quæ ratio dat, solida ac sempiterna, quæ cadere non possunt, nec decrescere quidem aut minui. Cætera opinione bona sunt, & nomē quidem habent cōmune cum ueris, proprietatis in illis boni non est. Itaq; commoda uocentur (ut nostra lingua loquar) producta: cæterum sciamus mancipia nostra esse non partes, & sint apud nos, sed ita, ut meminerimus extra nos esse. Etiam si apud nos sint, inter subiecta & humilia numerentur, propter quæ nemo se attollere debeat. Quid enim stultius, quam aliquem eo sibi placere, quod ipse non fecit? Omnia ista nobis accedant, non hæreant, si abducantur, sine ulla nostri laceratione discedant. Utamur illis, non gloriemur, & utamur parce, tanquam depositis apud nos, & abituris. Quisquis illa sine ratione possedit, non diu tenuit. Ipsa enim felicitas se nisi temperat premit: si fugacissimis bonis credidit, cito deseritur, & ut deseratur, affligitur. Paucis deponere felicitatem molli-
 ter licuit: cæteri cum his inter quæ eminuere labuntur, & illos degrauant ipsa, quæ extulcrant. Idco adhibebitur prudentia,
 quæ

*ut non

quæ modum illis ac parsimoniam imponat : quoniam quidem
 licentia opes suas præcipitat atq; urget, nec unquam immodice
 durarunt, nisi illa moderatrix ratio compefcuit. Hoc multarum
 * quarum tibi urbium ostendet euentus, * quæ in ipso flore luxuriosa im-
 peria ceciderunt, & quicquid uirtute erat partum, intempe-
 rãtia corrui. Aduersus hos casus muniendi sumus. Nullus ante
 contra fortunam inexpugnabilis murus est. Antus instruarur.
 Si illa pars tuta est, pulsari homo potest, capi non potest. Quod
 sit hoc instrumentum scire desideras? Nihil indignetur sibi ac-
 cidere, sciatq; illa ipsa quibus lædi uidetur, ad conseruationem
 uniuersi pertinere, & ex his esse quæ cursum mundi officinè
 consumunt. Placeat homini, quicquid deo placuit, ob hoc seipsum
 suaq; miretur, quod non potest uinci, quod mala ipsa sub se te-
 net, quod ratione, qua ualentius nihil est, casum doloremq; &
 iniuriam subigit. Ama rationem, huius te amor contra durissi-
 ma armabit. Catulorum amor in uenabula impingit feras, quas
 feritas & inconsultus impetus præstat indomitas. Iuuenilia
 nonnunquam ingenia cupido gloriæ in contemptum tam ferri
 quam ignium misit. Species quosdam atq; umbra uirtutis in
 mortem uoluntariam trudit. Quanto his omnibus fortior ratio
 est, quanto constantior, tanto uehementior per metus ipsos &
 pericula exibat. Nihil agitis, inquit, quod negatis ullum esse
 * munitio aliud ab honesto bonum. Non faciet uos hæc * mutatio tutos
 à fortuna & immunes. Dicitis enim inter bona esse liberos
 pios, & bene moratam patriam, & parentes bonos : horum
 pericula non potestis spectare securi, perturbabit uos obsidio
 patriæ, liberorum mors, parentum seruitus. Quid aduersus
 hos pro nobis responderi soleat, ponam. Deinde tunc adijciat
 quid præterea respondendum putem. Alia conditio est in his
 quæ ablata in locum suum aliquid incommodi substituit, tan-
 quam bona ualetudo uitata, in malam transfertur : acies oculi-
 lorum

lorum e
 fit popl
 riculum
 num a
 liberos
 amicori
 tem uno
 tur, qui
 net. Det
 tesq; uo
 quæris
 titur lo
 est. Om
 fert an
 fluxera
 quam a
 ptiorem
 sapient
 aut mu
 sceserit
 turba
 fringit
 se gestit
 finitus
 sit. Ve
 pertini
 obdux
 dem u
 matur
 trahi
 quant

lorum extincta, cæcitate nos afficit. Non tantum uelocitas perit poplitibus incisis, sed debilitas pro illa subit, hoc non est periculum in his quæ paulo ante retulimus. Quare? Si amicū bonum amisit, nō est mihi pro illo perfidia patiendā: nec si bonos liberos extuli, in illorum locum impietas succedit. Deinde non amicorū illis aut liberorū interitus, sed corporū est. Bonū autem uno modo perit, si in malū transit, quod natura non patitur, quia omnis uirtus & opus omne uirtutis incorruptū manet. Deinde etiā si amici perierunt, etiā si probati respondentesq; uoto patris liberi, est quod illorū expleat locū. Quid sit queris? Quod illos bonos fecerat, uirtus. Hæc nihil uacare patitur loci, totū animū tenet, desiderium omnium tollit, sola satis est. Omnium enim bonorum uis & origo in ipsa est. Quid refert an aqua decurrens intercipiatur atq; abeat, si fons ex quo fluxerat saluus est? Non dices* uitam iustiorē saluis liberis, quā amisit, nec ordinatiorem, nec prudentiorem, nec honestiorem, ergo nec meliōrē quidē. Non facit* collectio amicorū sapientiōrē, non facit stultiōrē detractio: ergo nec beatiōrē aut miseriōrē: quā diu uirtus salua fuerit, non senties quid abscesserit. Quid ergo? Non est beatiōr & amicorū & liberorū turba succinctus? Quid ni non sit? Summū enim bonum nec infringitur, nec augetur, in suo modo permanet: ut cunq; fortuna se gesserit, siue illi senectus longa contigit, siue citra senectutem finitus est, eadē mensura summi boni est, quāuis ætatis diuersa sit. Vtrum maiōrē an minorē circuli scribas, ad spatium eius pertinet, non ad formā: licet alter diu manserit, alterum statim obdlexeris, & in eū in quo scriptus est puluērē solueris, in eadē uterq; forma fuit. Quod rectū est, nec magnitudine æstimatur, nec numero, nec tempore, non magis produci, quā contrahi potest. Honestam uitam ex centū annorum numero in quantum uoles corripe, & in unum diem coge, æque honesta

*uirum

*collaudatio

A

est:

est: modo latius uirtus funditur, regna, urbes, prouincias, temperat, fert leges, colit amicitias, inter propinquos liberosq; dispensat officia: modo arto sine circundatur paupertatis, exilij, orbitatis: non tamen minor est, si ex altiore fastigio in priuatum, ex regio in humilē subducitur, ex publico & spatioso iure in angustias domus uel anguli coit. Aequae magna est, etiā si in se recessit, undiq; exclusa. Nihilominus enim magni spiritus est & erecti, exactae prudentiae, indeclinabilis iustitiae, ergo aequae beata est. beatū enim illud in uno loco positū est, in ipsa mente, stabile, grande, tranquillum, quod sine sciētia diuinorū humanorumq; non potest effici. Sequitur illud quod me responsum esse dicebam. Non affligitur sapiens liberorū amissione, non amicorū, eodē enim animo fert illorū mortem, quo suā expectat. Non magis hanc timet, quā illā dolet. Virtus enim conuenientia constat, omnia opera eius cū ipsa concordant, & congruūt. Haec concordia perit, si animus quē excelsum oportet esse, luctu aut desiderio submittitur. Inhonestū est omnis trepidatio & sollicitudo, & in ullo actu pigritia. Honestū enim securum & expeditū est, interritū est, in procinctu stat. Quid ergo? non aliquid perturbationi simile patietur? non & color eius mutabitur, & uultus eius agitabitur, et artus refrigescēt & quicquid aliud, non ex imperio animi, sed inconsulto quodā naturae impetu geritur. Fateor, sed permanebit illi persuasio eadē, nihil illorū malum esse, nec dignū, ad quod mens sana deficiat. Omnia quae faciēda erunt, audacter facit & proimpie. Hoc enim stultitiae proprium quis non dixerit, ignauē & contumaciter facere quae facit, & aliō corpus impellere, aliō animū, distrahiq; inter diuersissimos motus. Iā propter illa ipsa quibus extollit se miraturq;, contempta est, & ne illa quae quibus gloriatur libenter facit. Si uero aliquod timetur malū, eo perinde dum expectatur quasi uenisset urgetur, & quic-

quid n
corpor
segnit
& h
tequan
pus ca
mento
optime
nemini
mum a
mediū
caudin
captan
que pr
mus. N

E P
d
p
M
lis fern
ratus e
accers
loqui n
manum
quissen
n. sem
omnia
re. Alit
hoc qu
fectus.

quid ne patiatur timet, iam metu patitur. Quemadmodum in corporibus futuri languoris signa præcurrunt, quædam enim segnitia nervis inest, & sine labore ullo lassitudo & oscitatio, & horror membra percurrens: sic infirmus animus multo antequam opprimatur malis quatitur. Præsumit illa, & ante tempus cadit. Quid dementius autem quam angere futuris, nec se tormento reservare, sed accersere sibi miseras, et admouere, quas optimum est differre, si discutere non possis? Vis scire, futuro neminem debere torqueri? quicumque audierit post quinquagesimum annum sibi patienda supplicia, non perturbatur, nisi si mediū spatium transilierit, & se in illā seculo post futurā solitudinē immiserit. Eodē modo fit ut animos libenter egros et captantes causas doloris, uetera atque oblitterata contristent: & quæ præterierunt, & quæ futura sunt, absunt, neutra sentiamus. Non est autem, nisi ex eo quod sentias, dolor.

EPIST. LXXVI. Quod uerba philosophi, nec accurata debent esse, nec arida, & de tribus generibus in philosophia proficientium.

Minus tibi accuratas à me epistolas mitti quereris. Quis enim accurate loquitur, nisi qui uult putide loqui? Qualis sermo meus esset, si unā sederemus, aut ambularem, illaboratus & facilis: tales esse epistolas meas uolo, quæ nihil habeant accersitū, nec fictū. Si fieri posset, quid sentiam, ostendere quàm loqui malle. Etiā si disputarem, nec supploderem pedem, nec manum iactarem, nec attollerē uocē, sed ista oratoribus reliquissim, contentus sensus meos ad te pertulisse, quos nec exornassem, nec abiecissim: hoc unum plane tibi approbare uellē, omnia me illa sentire quæ dicerem, nec tantum sentire, sed amare. Aliter homines amicam, aliter liberos osculantur, tamen in hoc quoque, amplexu tam sancto & moderato, satis apparet affectus. Non me hercules iciuna esse & arida uolo, quæ de re-

bus tam magnis dicentur. Neq; enim philosophia ingenio renuntiat, multū tamen operæ impendi uerbis non oportet. Hæc sit propositi nostri summa, quod sentimus loquamur, quod loquimur sentiamus. Concorde sermo cum uita. Ille promissum suum impleuit, qui & cū uideas illū, & cum audias, idē est. Videbimus qualis sit, quantus sit, an unus sit. Non delectent uerba nostra, sed prosint. Si tamen contingere eloquentia non sollicito potest, si aut parata est, aut paruo constat, asit, & res pulcherrimas prosequatur. Sit talis, ut res potius quam se ostendat. Aliæ artes ad ingenii totæ pertinent, hic animi negotium agitur. Non querit æger medicū eloquentem, sed sanantē: sed si ita competit, ut idem ille qui sanare potest, compte de his que faciendæ sunt differat, boni consulet: non tamen erit, quare gratuletur sibi, quod inciderit in medicū etiā disertum. Hoc enim tale est, quale si peritus gubernator etiā formosus est. Quid aures meas scabis? Quid oblectas? Aliud agitur, Vrendus, secundus, *abscin-
dendus, *abstinendus sum. Ad hæc adhibitus es, curare debes morbum ueterem, grauem, publicū. Tantum negotij habes, quantum in pestilentia medicus. Circa uerba occupatus es? Iam dudum gaude, si sufficis rebus. Quando multa disces? quando que didiceris affiges tibi, ita ut excidere non possint? quando illa experieris? Non enim ut cætera memoriæ tradidisse satis est. In opere tentanda sunt. Non est beatus qui scit illa, sed qui facit. Quid ergo: infra illum nulli gradus sunt? statim ad sapientiam præceptus est? Non existimo. Nam qui proficit, in numero quidē stultorum est, magno tamen interuallo ab illis diducitur, inter ipsos quoq; proficientes sunt magna discrimina. In tres classes (ut quibusdam placet) diuiduntur: primi sunt, qui sapientiam nondum habent, sed iam in uicinia eius cōstituerunt, tamen etiā quod prope est, *extra est. Qui sunt hi queris? qui omnes iam affectus, ac uitia posuerunt, quæ erant complectenda cō-

*abscin-
dendus

*extra est.

ccrui.

cerunt. Se
dum in u
non poss
lis de se
me mem
nondum
locutus s
bos, anir
mo sit ex
Nemo au
psit. Qu
dixi. Num
dura, ut a
animum
Vt breui
quam uat
maius ita
toto non
benda, u
subiti &
sicut dist
cit, asidu
extra m
Secundum
affectus
possessio
extra
fugit au
libidine
scit, sed
mus est, s

cerunt. Sed illis adhuc inexperta fiducia est, bonum suum nondum in usu habent. Iam tamen in illa quæ fugerunt, decidere non possunt. Iam ibi sunt unde non est retro lapsus, sed hoc illis de se nondum liquet, & quod in quadam epistola scripsisse me memini, scire se nesciunt. Iam contigit illis bono suo frui, nondum confidere. Quidam hoc proficentium genus, de quo locutus sum ita complectuntur, ut illos dicant iã effugisse morbos, animi affectus nondum, et adhuc in lubrico stare, quia nemo sit extra periculum malitiæ, nisi qui totam eam excussit, Nemo autem illam excussit, nisi qui pro illa sapientiam assumptit. Quid inter morbos animi intersit & affectus, sæpe iam dixi. Nunc quoque te admonebo. Morbi sunt inueterata uitia, et dura, ut auaritia, ut ambitio nimia. Hæc cum semel ceperunt, animum implicuerunt, & perpetua eius mala esse ceperunt. Ut breuiter finiam, morbus est iudiciũ in prauo pertinax, tanquam valde expetenda sint, quæ leuiter expetenda sunt: uel si manus ita finiamus, Nimis imminere leuiter petendis, uel ex toto non petendis, aut in magno precio habere in aliquo habenda, uel in nullo. Affectus sunt motus animi, improbabilis, subiti & concitati, qui frequentes neglectiq; fecere morbum: sicut distillatio una, nec adhuc in morem adducta tussim facit, assidua & uetus phtisim. Itaque qui plurimum profecere, extra morbos sunt, affectus adhuc sentiunt, perfecto proximi. Secundum genus est eorum, qui & maxima animi mala & affectus deposuerunt, sed ita, non sit illis securitatis suæ certa possessio, possunt enim in eadem relabi. Tertium illud genus extra multa & magna uitia est, sed non extra omnia. Effugit auaritiam, sed iram adhuc sentit. Iam non sollicitatur libidine, sed habet etiamnum ambitionem: iam non concupiscit, sed adhuc timet: & in ipso metu ad quædam satis firmus est, quibusdam cedit, mortem contemnit, dolorem reformi-

dat. De hoc loco aliquid cogitemus, bene nobiscum agetur, si hunc admittimus numerum. Magna felicitate natura, magnaq; & assidua intentione studij, secundus occupatur gradus: sed nec hic quidem cōtemniendus est color tertius. Cogita quantum circa te uideas malorum, aspice quā nullum sit nephas sine exemplo, quantum quotidie nequitia proficiat, quātum publice priuatimq; peccetur, intelliges satis nos consequi, si inter pessimos non sumus. Ego uerò, inquis, spero me posse & amplioris ordinis fieri. Optauerim hoc nobis, magis quā promiserim: praeoccupati sumus, ad uirtutem contendimus, inter uitia districti; pudet dicere, honesta colimus quāntū uacat. At quā grande prēmū nos expectat, si occupationes nostras et mala tenacissima abrumpimus. Non cupiditas nos, non timor pellet, inagitati terroribus, incorrupti uoluptatibus, nec mortem horrebimus nec deos: scimus mortem malum non esse, deos malos non esse. Tam imbecillum est, quod nocet, quā cū nocetur. Optima noxa carent. Expectat nos, si ex hac fece in illud euadimus sublime & excelsum, tranquillitas animi, & expulsi erroribus absoluta libertas. Queris quæ sit ista: nō hoies timere, non deos, nec turpia uelle, nec nimia, in seipsum habere maximam potestatem. Inestimabile bonum est, suum fieri. Vale.

EPIST. LXXVII. Quod etiam in senectute descendum est, & quod proprium & uerum hominis bonum est ratio tantum uel uirtus.

Inimicitias mihi denuntias, si quicquam ex his quæ quotidie facio ignoraueris. Vide quā simpliciter tecum uiuam, hoc quoq; tibi cōmittam. Philosophum audio, & quidē quintus iam dies abijt ex quo in scholam eo, & ab octaua disputantē audio. Bona, inquis, etate. Quid ni bona? quid autem stultius est, quā quia diu non didiceris, non discere? quid ergo? idem faciam quod trossuli & iuuenes? Bene mecum agitur si hoc unum se-

nectunt

re clutem meam *dedecet. Omnis ætatis hoies hæc schola admit-
 tit, an *hoc senescamus, * ut iuuenes sequamur, in theatrum *hac
 senex ibo, & in circum deferar, & nullum par sine me depu- *hanc iunio-
 gnabit ad Philosophum ire erubescam: Tam diu discendum est, res sequa.
 quam diu nescias, & si prouerbio credimus, quam diu uiuas.
 Nec illi hoc rei magis conuenit, quam huic, tam diu discendum
 est quemadmodum uiuas, quam diu uiuis. Ego tamen hic aliquid
 & doceo. Queris quid doceam? Etiam seni esse discendum. Pu-
 det autem me generis humani, quoties scholam intraui, præter
 ipsum theatrum Neapolitanorū (ut scis) transeundum est *me- *necronactis
 tronactis petentibus domū. Illud quidem ingenti studio quis sit
 Piræus bonus iudicatur. Habet tibicen quoq; Græcus & præ- 5
 co concursus: at in illo loco in quo uir bonus discitur, paucis- 6
 simi sedent, & hij plerisq; uidentur nihil boni negotij habere
 quod agant, inepti & inertes uocantur. Mibi contingat iste
 derisus. Aequo animo audienda sunt imperitorum conuitia, &
 ad honesta uidenti, contemnendus est iste contemptus. Perge
 Lucili & propera, ne tibi accidat quod mihi, ut senex discas,
 imo ideo magis propera, quoniam id nunc aggressus es, quod
 perdiscere uix senex possis. Quantum, inquis, proficiam? quan-
 tum tentaueris. Quid expectas? Nulli sapere casu obtigit. Pe-
 cunia ueniet ultro, honor *offeretur, gratia ac dignitas fortasse *offeretur;
 ingereatur tibi, uirtus in te non incidet, ne leui quidem ope-
 ra aut paruo labore cognoscitur: sed est tanti laborare, omnia
 bona semel occupaturo. Vnum enim est bonum quod honestum.
 In illis nihil inuenies ueri, nihil certi, quæcunq; famæ placent.
 Quare hoc unum sit bonum, quod honestum, dicam, quoniam
 me parum executum priore epistola iudicas, magisq; hæc rem
 tibi laudatam quam probatam putas: & in arctum quæ dicta
 sunt, contraham: Omnia suo bono constant, uitem fertilitas cõ-
 uendat, sapor uinum, uelocitas ceruum. Quam fortia dorso iu-

menta sint queris, quorum hic unus est usus sarcinam ferre. In
 cane sagacitas prima est si inuestigare debet feras, cursus, si
 consequi, audacia, si modere et inuadere. Id in quoq; optimum
 est cui nascitur, quo censetur. In homine optimū quid est? Ra-
 tio, hac antecedit animalia, deos sequitur. Ratio ergo perfecta,
 proprium hominis bonum est, cætera illi cum animalibus la-
 tisq; cōmunia sunt. Valet, & leones: formosus est, & pauones:
 uelox est, & equi: nō dico, in his omnibus uincitur. Non que-
 ro quid in se maximum habeat, sed quid suum. Corpus habet,
 & arbores: habet impetum, & motum uoluntariū, & bestia
 & uermes: habet uocem, sed quanto clariorem canes, acuti-
 rem aquilæ, grauiorem tauri, dulciore, mobilioremq; lusciniæ.
 Quid in hoīe proprium? Ratio hæc recta et consummata, for-
 licitatem hominis impleuit. Ergo si omnis res cum bonū suum
 perfecit, laudabilis est, et ad finem naturæ suæ peruenit, homin-
 autem suum bonum ratio est, si hanc perfecit, laudabilis est, &
 finem naturæ suæ attigit: hæc ratio perfecta, uirtus uocatur,
 eademq; honestum est. Id itaq; unum bonū est in homine, quod
 unum hominis est. Nunc enim non querimus quid sit bonum,
 sed quod sit hominis bonum. Si nullum aliud est hominis, quam
 ratio, hæc erit unum eius bonū, sed pensandum cum omnibus.
 Si sit aliquis malus, puto improbabitur, si bonus, puto probabi-
 tur. Id ergo in homine proprium solumq; est, quo & proba-
 tur, & improbat. Non dubitas an hoc sit bonum, dubitas an
 solum bonum sit. Si quis omnia alia habeat, ualetudinem, di-
 uicias, imagines multas, frequens atrium, sed malus ex con-
 fesso sit, improbabis illum. Item si quis nihil quidem illorum
 quæ retuli habeat, deficiatur pecunia, clientum turba, nobili-
 tate, & auorum proauorumq; serie, sed ex confesso bonus sit,
 probabis illum. Ergo est unum bonum hominis, quod qui ha-
 bet, etiam si alijs destituitur, laudandus est: quod qui non habet

in omnium
 rerum, ea
 pretiosis
 rostrum
 opibus
 aquam ex
 da, guber-
 dium bon-
 gina gen-
 & mucr-
 formosa,
 cōparatu-
 ad rem p-
 tis salute
 poculo b-
 plicita et
 Hæc uoc-
 num. Na-
 cta beati-
 beatus e-
 cta conti-
 ipsa bon-
 num est,
 est, ualid-
 facit uirt-
 munt qu-
 re instan-
 quo meli-
 actur pi-
 di ratio
 se factur

in omnium aliorum copia damnatur ac reijcitur. Quæ conditio rerum, eadem & hominum est. Nauis bona dicitur, non quæ pretiosis coloribus picta est, nec cui argenteum aut aureum rostrum est, nec cuius tutela ebore celata est, nec quæ fiscis ac opibus regijs pressa est: sed stabilis, & firma, & iuncturis aquam excludentibus spissa, ad ferendum incursum maris solida, gubernaculo parens, uelox, * & non sentiens uentum. Gladium bonum dices, non cui deauratus est baltheus, nec cui uagina gemmis distinguitur, sed cui & ad secandū subtilis acies, & mucro munimentum omne rupturus. Regula non quàm formosa, sed quàm recta sit quæritur, Eo quodq; laudatur cui cõparatur, quod illi proprium est. Ergo in homine quoq; nihil ad rem pertinet quantum aret, quantum sceneret, à quàm multis salutetur, quàm pretioso incumbat lecto, quàm perlucido poculo bibat, sed quàm bonus sit. Bonus autem est, si ratio explicita et recta est, & ad naturæ suæ uoluntatem accõmodata. Hec uocatur uirtus, hoc est honestum & unicum hominis bonum. Nam cum sola ratio perficiat hominem, sola ratio perfecta beatum facit. Hoc autem unum hominis bonum est, quo uno beatus efficitur. Dicimus & illa bona esse, quæ à uirtute perfecta contracta; sunt, id est opera eius omnia. Sed ideo unum ipsa bonum est, quia nullum sine illa est. Si omne in animo bonum est, quicquid illum confirmat, extollit, amplificat, bonum est, ualidiorum autem animum, & excelsoiorem, & amplioiorem, facit uirtus: nam cetera quæ cupiditates nostras iritant, deprimunt quoq; animum & labefaciunt, & cum uidentur attollere inslant, ac multa uanitate deludūt, Ergo unum id bonum est, quo melior animus efficitur. Omnes actiones totius uitæ honesti ac turpis respectu temperantur: ad hæc faciendi et non faciendi ratio dirigitur. Quid sit hoc dicam, Vir bonus quod honeste se facturum putauerit, faciet, etiam si laboriosum erit, faciet,

* & consentiens uento.

etiam si damnosum erit, faciet, etiam si periculosum erit. Rursus quod turpe erit, non faciet, etiam si pecuniam affert, etiam si uoluptatem, etiam si potentiam. Ab honesto nulla re deterrebitur, ad turpia nulla spe inuitabitur. Ergo si honestum utique secuturus est, turpe utique uitaturus, & in omni actu uite spectaturus hæc duo, nullum aliud bonum quam honestum, nec aliud malum quam turpe. Si una inde prauata uirtus est, & sola permanet tenoris sui, unum est bonum uirtus, cui iam accedere ut non sit bonum non potest, mutationis periculum effugit sapientia. Sapientia non eripitur, sapientia in stultitia non reuoluitur. Dixi si forte meministi, concupita uulgo & formidata inconsulto impetu, plerosque calasse: inuentus est qui flammis imponeret manum, cuius risum non interrumpere tortor, qui in funere liberorum lachrymam non mitteret, qui morti intrepidus occurreret: amor, ira, cupiditas pericula depoposcerunt. Quod si hoc potest breuis obstinatio animi, aliquo stimulo excitata, quanto magis uirtus, quæ non ex impetu, nec subito sed æqualiter ualet, cui perpetuum robur est? Sequitur, ut quæ ab inconsultis sæpe contemnuntur, à sapientibus semper, ea nec bona sint, nec mala. Vnum ergo bonum ipsa uirtus est, quæ inter hanc fortunam & illam superba incedit, cum magno utriusque contemptu. Si hanc opinionem receperis, aliquid bonum esse præter honestum, nulla non uirtus laborabit. Nulla enim obtineri poterit, si quidquam extra se respexerit. Quod si est, rationi repugnat, ex qua uirtutes sunt, & ueritati, quæ sine ratione non est. Quæcumque autem opinio ueritati repugnat, falsa est. Virum bonum cõcedas necesse est summæ pietatis erga deos esse. Itaque quicquid illi acciderit, æquo animo sustinebit. Sciet enim id adisse lege diuina, qua uniuersa procedunt. Quod si est, unum illi bonum erit, quod honestum: in hoc enim positum est & parere dijs, nec ex candescere ad subita, nec deplorare sortem suam,

fed patiete
est bonum
rerum uita
gam, Sol
tus homin
bona sunt
nores. A
manent, f
corpore.
emissis eri
& in uniu
ram, si bo
animalibu
ri nullo mo
non erat fo
Hæc quam
xi & breu
lis uidebit
exegerit,
tas redim
ter, sed eti
est. Omnia
sunt. Pro R
cum scieri
magnum g
quamuis
plumq; r
teri operi
tia ante se
bus depen
fratur. Se

sed patienter excipere fatum, & facere imperata. Si ullum aliud est bonum quàm honestum, sequetur nos auiditas uitæ, auiditas rerum uitam instruuentium, quod est intolerabile, infinitum, uagum, Solum ergo bonum est honestum, cui modus est. Diximus hominum futuram feliciorē uitam quàm deorum, si ea bona sunt quorum nullus dijs usus est, tanquam pecunia & honores. Adijce nunc, quod si modo solutæ corporibus animæ manent, felicior illis status restat, quàm est dum uersatur in corpore. Atqui si ista bona sunt quibus per corpora utimur, emissus erit petus: quod contra fidem est, feliciores esse liberis & in uniuersum datis, clausas & obsessas. Illud quoq; dixeram, si bona sunt ea quæ tam homini contingunt quàm mutis animalibus, & muta animalia beatam uitam actura, quod fieri nullo modo potest. Omnia pro honesto patiendā sunt, quod non erat faciendum, si esset ullum aliud bonum quàm honestū. Hæc quamuis latius executus essem priore epistola, constrinxi & breuiter percurri. Nunquam autem uera tibi opinio talis uidebitur, nisi animum alleues, & teipsum interrogas: si res exegerit, ut pro patria moriaris, & salutem omnium ciuium tua redimas, an porrecturus sis ceruicem, non tantum patienter, sed etiam libenter. Si hoc facturus es, nullum aliud bonum est. Omnia relinquis, ut hoc habeas. Vide quanta uis honesti sit. Pro Rep. morieris, etiam si non statim facturus hoc eris, cum scieris tibi esse faciendum. Interdum ex re pulcherrima magnum gaudium etiam tempore breui ac exiguo capitur: & quamuis fructus operis peracti nullus ad defunctum exemplumq; rebus humanis pertineat, ipsa tamen contemplatio futuri operis iuuat: & uir fortis & iustus cum mortis suæ preteritis ante se posuit, libertatem patriæ, salutem omnium pro quibus dependit animam, in summa uoluptate est, & periculo suo fruatur. sed & ille quoq; cui etiam hoc gaudium eripitur, quod tract

tractatio operis maximum & ultimum præstat, nihil cunctatus disiliet in mortem, facere recte, pieq; contentus. Oppone etiam nunc illi multa, quæ dehortentur. Dic, factum tuum natura sequetur obliuio, & parum grata existimatio. Respondebit tibi, Ista omnia extra opus meum sunt, ego ipsum contemplor, hoc esse honestum scio. Itaq; quocunq; ducit ac uocat, uenio. Hoc ergo unum bonum est, quod non tantum perfectus animus, sed generosus quoq; & indolis bonæ sentit, cætera leuia sunt, mutabilia. Itaq; sollicite possidentur, etiam si fauente fortuna in unum congesta sunt, dominis suis *incubant grauiâ, & illos semper premunt, aliquando & * elidunt. Nemo ex istis quos purpuratos uides felix est, num magis quam ex illis quibus sceptrum & chlamydem in scena fabulæ assignat: cum præsentē populo elati inceserunt, & cothurnati, simul exierunt, excalceantur, & ad staturam suam redeunt. Nemo istorum quos diuitiæ honoresq; in altiore fastigio ponunt, magnus est. Quare ergo magnus uidetur? Cum basi illum suæ metiris, non est magnus pumilio, licet in monte constiterit, Colossus magnitudinem suam seruabit, etiam si steterit in puteo. Hoc laboramus errore, sic nobis imponitur, quod neminem æstimamus eo quo est, sed adijcimus illi & ea quibus adornatus est. Atqui cum uoles ueram hominis æstimationem inire, & scire qualis sit, nudum inspicere: ponat patrimonium, ponat honores, & alia fortunæ mendacia, corpus ipsum exuat: animum intueri qualis quantusq; sit, alieno an suo magnus: si erectis oculis gladios micantes uidet, & si scit sua nihil interesse, utrum anima per os an per iugulum exeat, beatum uoca. Si cum illi denuntiata sunt corporis tormenta, & quæ casu ueniunt, & quæ potentioris iniuria, si uincula & exilia, & uanas humanarum formidines mentium, securus audit, & dicit, Non ulla labori O uirgo noua mi facies inopinâ ue surgit, Omnia præcepta atq;

*incubant
* elidunt.

animo me
denūtiā
mollis iēt
detur nō
apud imp
aspera, cū
malis, &
cogitand
Sciebam
quid factū

1 Scit fa
exemplari
quemadm

2 Quæ
forte scrip
im, nisi in

3 Vtū
conijun. O
scriptum a

4 Aliq
ees habeb

5 Qui
queris. N
factus sit
dicimus q

6 Pita
infiandis

animo mecum ipse peregi. Tu hodie ista denuntias, ego semper denuntiaui mihi hominem parauit ad humana, praecogitati mali mollis ictus uenit. At stultis & fortunae credentibus, omnis uidetur noua rerum & inopinata facies. Magna autem pars est apud imperitos mali, nouitas. Hoc ut scias, ea quae putauerunt aspera, cum assuevere, patiuntur. Ideo sapiens assuescit futuris malis, & quae alij diu patiendo leuia faciunt, hic leuia facit diu cogitando. Audimus aliquando uoces imperitorum dicentium: Sciebam hoc mihi restare. Sapiens scit sibi omnia restare, quicquid factum est, dicit, sciebam. Vale.

IN LIB. X. ANNOTATIONES.

EPISTOLA LXXII.

1 Scit se esse natum oneri ferendo. Ita uetus aeditio. In priscis exemplaribus non habebatur, natum. Ita dixit, esse oneri ferendo, quemadmodum dicimus, est soluendo.

EPIST. LXXIII.

2 Quae possis & incise scribere. In aliis erat, incedendo scribere, forte scriptum erat, incelsim scribere, quemadmodum dicimus cursum, nisi incise dicitur scribi, quod ex interuallo scribitur.

EPIST. LXXIIII.

3 Vfus fructusque. Verba iureconsultorum sunt, quae illi solent absque coniuncta one proferre. Vfus fructus, uti frui, nec aliter arbitror fuisse scriptum à Seneca.

EPIST. LXXV.

4 Aliquos spes uana delusit, pro aliquos, alii quos, nonnulli codices habebant, inuidentque; alii quos spes, &c.

EPIST. LXXVII.

5 Quis sit Pitaules. In aliis erat, quid sit? Nam subaudiendum est queris. Non enim quaeritur quis homo sit, sed quid rei, cuius gratia factus sit concursus. Et quum de hominis artificio percontamur, non dicimus quis est, sed quid est? & respondetur musicus est.

6 Pitaules. In aliis erat, Pytholaus, forte legendum, Physaules, ab inelaudis tibiis.

LVCII ANNAEI SE
NECAE EPISTOLARVM
AD LVCILIVM LIB. XI.

EPIST. LXXVIII. Exemplis & rationibus docet
de morte non esse curandum.

*pyris.



VBITO nobis hodie Alexandrinae naues
apparuerunt, quae praemitti solent, & nuntia-
re secutur.e classis aduentum, tabellarias uo-
cant. Gratus illarum Campaniae aspectus est.
Omnis in * pilis Puteolorum turba consistit,
& ex ipso genere uelorum Alexandrinas, quauis in magna tur-
ba nauium, intelligit. Solis enim licet supparum intēdere quod
in alto omnes habent naues. Nulla enim res aequē adiuuat cur-
sum, quā summa pars ueli: illinc maxime nauis urgetur. Itaq;
quoties uentus increbuit, maiorq; est quā expedit, antennis
submittitur. Minus habet uirium flatus ex humili. Cum intru-
uere Capreas & promontorium, ex quo Alta procelloso spe-
culatur uertice Pallas, caeterae uelo iubentur esse contentae,
supparum Alexadrinarum insigne indicium est. In hoc omnium
discursu properantium ad littus, magnam ex pigritia mea sensi
uoluptatem, quod epistolas meorum accepturus, non properaui
scire, quis illic esset rerum mearum status, quid afferrent. Olim
iam nec perit quicquā mihi, nec acquiritur. Hoc etiam si senex
non essem, fuerat sentiendum. Nunc uerò multo magis, quā
quantulumcunq; haberem, tamē plus iam mihi superesset uia-
tici, quā uiae, praesertim cum eannuiam sumus ingreſsi, quā
peragere non est necesse. Iter imperfectum erit, si in media
parte, aut citra petitū locū steteris. Vita non est imperfecta, si
honestā est. Ubicunq; desines, si bene desinis, tota est. Saepe au-

tem

tem & f
nec ha m
optime n
insanabil
te, coepit
unusquisq
fisset: aut
deliberan
homo eg
de, uir fo
Sic enim c
gna delib
omnia an
Cogita qu
circulū cu
miser, sed
aduttore.
indicaūt
mors dom
prohibere
monuit no
quae circ
bus, qui to
animi &
mulas dis
Non fuit i
ipso cubic
in quo diu
niebat, nō
latio anim
In fabella

tem & fortiter desinendū est, & nō ex maximis causis. Nam nec hęc maxima sunt, quę nos tenent. Tullius Marcellinus (quę optime noueras) adolescēs quietus & cito senex, morbo, & nō insanabili correptus, sed longo & molesto & multa imperāte, coepit deliberare de morte: conuocauit complures amicos: unusquisq; aut quia timidus erat, id illi suadebat, quod sibi suasset: aut quia adulator & blandus, id consilium dabat, quod deliberanti gratius fore suspicabatur. Amicus noster Stoicus homo egregius, & ut uerbis illū quibus laudari dignus est laudē, uir fortis ac strenuus, uidetur mihi optime illū cohortatus. Sic enim coepit. Noli mi Marcelline torqueri, tanquā de re magna deliberes. Nō est res magna uiuere, omnes serui tui uiuunt omnia animalia, Magnū est honeste mori, prudenter, fortiter. Cogita quā diu iam idē facias. Cibis, somnus, libido. Per hunc circulū curritur. Mori uelle non tantū prudens, & fortis aut miser, sed etiā fastidiosus potest. Non opus erat suafore illi, sed adiutore. Serui parere nolebant. Primū detraxit illis metū, & inuicauit tunc familiam periculū adire, cum incertum esset, an uersus domini uolūtaria fuisset, alioquin tam mali exempli esset prohibere dñm, quā occidere. Deinde ipsum Marcellinū admonuit non esse inhumanū, quemadmodū coena peracta reliquę circūstantibus diuidūtur: sic peracta uita aliquid porrigi uis, qui totius uitę ministri fuissent. Erat Marcellinus facilis animi & liberalis, etiā cum de suo fieret. Minutas itaq; summas distribuit flentibus seruis, & illos ultro consolatus est. Non fuit illi opus ferro, non sanguine. Triduo abstinuit, & in ipso cubiculo poni tabernaculū iussit. Solium deinde illatum est in quo diu iacuit, & calida subinde suffusa paulatim defecit, ut aiebat, nō sine quadam uoluptate, quā afferre solet leuis dissolutio animi, nō inexperta nobis, quos aliquando liquit animus. In sabellam excessi non ingrati tibi, exitum enim amici tui

cogno.

cognosces, nō difficilem nec miserum. Quāvis enim mortē sibi cōsciuerit, tamen mollissimē excessit, & uitæ elapsus est. Sed ne inutilis quidem hæc fabella fuerit. Sæpe enim talia exempla necessitas exigit. Sæpe debemus mori nec uolumus, morimur nec uolumus. Nemo tam imperitus est, ut nesciat sibi quandoq; moriendum, tamen cum propè accesserit, tergiuersatur, tremit, plorat. Nōne tibi uidebitur stultissimus omnium, qui fleuerit quod ante annos mille non uixerat? Aequè stultus est, qui flet, quod post annos mille non uiuet. Hæc paria sunt, non eris, nec fuisti. Vtrunq; tempus alienum est. In hoc punctum coniectus es, quod ut extendas, quousq; extendes? Quid fles? quid optas? Perdis operam. Desine fata deūm flecti sperare precando, rata & fixa sunt, atq; magna & æterna necessitate ducuntur. Eo ibis, quo omnia eunt. Quid tibi nouum est? ad hanc legem natus es, hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Series inuicta & nulla mutabilis ope, illigat ac trahit cuncta. Quantus te populus moriturorum sequetur, quantus comitabitur? Fortior, ut opinor, esses, si multa milia tibi cōmorentur. Atqui multa milia hominū & animalū hoc ipso momento, quo tu mori dubitas, animā uarijs generibus emittunt. Tu autē non putabas te aliquādo peruenturum ad id, ad quod semper ibas? Nullum sine exitu iter est. Exēpla nunc magnorū uirorum me tibi iudicas relaturū? Peritorum referam. Lacon ille memoriæ traditur impubes adhuc, qui captus clamabat, nō seruiam, sua illa dorica lingua, & uerbis fidē imposuit, ut primū iussus est fungi seruili & cōtumelioso ministerio, afferre enim uas obscœnum iuebatur. Illi sum parieti caput rupit. Tā propè libertas est, & seruit aliquis? Ita non sic perire filium tuū malles, quā per inertia senem fieri. Quid ergo est, cur perturberis, si mori fortiter etiam puerile est? Puta te nolle sequi, duceris. Fac tui iuris, quod alieni est. Sēs

sumes

fames pu
ribus, ser
est, seruit
pates i
tibi noua
quis mu
nulle am
nullus o
intactum
ris. Qui
Tanti en
tinguere
curie te
ad mori
liquisti.
contem
iura non
unus ex
ba, roga
dendum
uiuis? Se
uitus rel
fungor.
Nullum
beas exp
turam r
que in
uixisse.
re potur
bula, sic
hil ad r

sumes pueri spiritum, ut dicas, non seruis? Infelix, seruis hominibus, seruis rebus, seruis uitæ. Nā uita, si morienāi uirtus abest, seruitus est. Et quid habes propter quod expectes? Voluptates ipsas quæ te morantur ac retinent, consumpsisti, nulla tibi noua est, nulla non iam odiosa ipsa satietate: quis sit uini, quis mulsi, sapor scis, nihil interest, centū per uescā tuam an mille amphoræ transeant, saccus est. Quia sapiet ostreū, quid nullus optime nosti, nihil tibi luxuria tua in futuros annos intactum referuauit. At qui hæc sunt à quibus inuitus diuellis. Quid est aliud quod tibi eripi doleas? Amicos & patriā? Tanti enim illā putas, ut tardius coenes, solemq; si posses, extingueres? Quid enim unquā fecisti luce dignū? confitere non curæ te, non fori, non ipsius naturæ rerū desiderio, tardiorē ad moriendum fieri. Inuitus relinquis macellū, in quo nihil reliquisti. Mortem times, at quomodo illam media oblectatione contemnis? Viuere uis, scis enim, mori times. Quid porrò ista uita non mors est? Cæsar, cum illū transeuntē per latinā uiam, unus ex custodiarū agmine demissa usq; in pectus uetere barba, rogaret mortem, nunc enim, inquit, uiuis? Hoc istis respondendum est, quibus succursura mors est. Mori times? nūc enim uiuis? Sed ego (inquit) uiuere uolo, qui multa honeste facio. Inuitus relinquo officia uitæ, quibus fideliter, & cum industria fungor. Quid? tu nescis unum esse ex uitæ officijs & mori? Nullum officiū relinquis. Non enim certus numerus quem debeas explere finitur. Nulla uita est non breuis. Nam si ad naturam rerum respexeris, etiā Nestoris & Statiliæ breuis est, quæ inscribi monumento suo iussit, annis se nonaginta nouem uixisse. Vides aliquam gloriari senectute longa, quis illam ferre potuisset, si contigisset centesimum implere? Quomodo fabula, sic uita, non quamdiu, sed quā bene acta sit, refert. Nihil ad rem pertinet quo loco desinas, quocunq; uoles, desine,

*amicus es
patriæ.

Vide Plinij
lib. 7. cap. 8.

B tantum

tantum bonam clausulam impone. Vale.

EPIST. LXXIX. Quod multum ad bonam ualetudinem amicorum praesentia & mollis exercitatio profunt. De tribus incommodis infirmitatis & eorum remediis.

VExari te distillationibus crebris ac febriculis, quae longas distillationes & in consuetudinem adductas sequuntur, eo molestius mihi est, quia expertus sum hoc genus ualitudinis, quod inter initia contempsisti. Poterat adhuc adolescentia iniurias ferre, & se aduersus morbos contumaciter gerere: deinde succubui, & eò perductus sum, ut ipse distillarẽ. Ad summam maciem deductus, saepe impetum cepi abruptae uitae, patris mei indulgentissimi senectus retinuit. Cogitauit enim nõ quàm fortiter ego mori possem, sed quàm ille fortiter desiderare non posset. Itaq; imperaui mihi ut uiuerem, aliquãdo enim & uiuere, fortiter facere est. Quae mihi tũc fuerint solatio dicam: si prius hoc dixerim, haec ipsa quibus acquiescebam, medicinae uim habuisse. In remediũ cedunt honesta solatia, et quicquid animũ erexit, etiã corpori prodest. Studia mihi nostro saluti fuerunt, philosophiae acceptũ fero quod surrexi, quod conualui: illi uitã debeo, & nihil illi minus debeo. Multi mihi ad bonã contulerunt ualitudinẽ amici, quorũ adhortationibus, uigilijs, sermonibus, alleuabar. Nihil æquẽ Lucili uirorũ optime ægrũ reficit atq; adiuuat, quàm amicorũ affectus, nihil æquẽ expectationẽ mortis ac metũ surripit. Non iudicabã me, cum illos superstites relinquerẽ, mori: putabã inquam, me uicturum, non cũ illis, sed per illos: non effundere spiritum mihi uidebar, sed trahere. Haec mihi dederunt uoluntatem* adiuuãdi me, & patiendi omne tormentũ: alioqui miserrimũ est, cũ animũ moriendi proieceris, non habere uiuendi. Adhuc ergo remedia te confer, medicus tibi quantũ ambules, quantũ exercearis, monstrabit. Ne indulgeas otio, ad quod uergit iners ualetudo, ut

*ad uiuẽdũ,

legas

legas clarius, & spiritum, cuius iter & receptaculū laborat, exerceas: ut nauiges, & viscera molli iactatione concutias: quibus cibis utaris: uinū quando uirium causa aduoces, quando intermitas, ne irritet, & exasperet tuum. Ego tibi illud præcipio, quod non tantū huius morbi, sed totius uitæ remedium est. Contene mortē. Nihil triste est, cū huius metū effugimus. Triabec in omni morbo grauiasunt, metus mortis, dolor corporis, intermissio uoluptatū. De morte satis dictū est, hoc unū dicam, non morbi hunc esse sed naturæ metū: multorū mortē distulit morbus, & saluti illis fuit, uideri perire. Morieris non quia egrotas, sed quia uiuis. Ista te res & sanatū manet: cū conualesceris, non mortē sed ualitudinem effugies. Ad illud nunc proprium incommodū reuertamur, magnos cruciatus habet morbus, sed hos tolerabiles interualla faciunt. Nam summi doloris intentio inuenit finē. Nemo potest ualde dolere, & diu sic nos amantissima nostri natura disposuit, ut dolorē aut tolerabilem aut breuē faceret. Maximī dolores consistunt in macerrimis corporis partibus. Nervi, articuliq; & quicquid aliud exile est, acerrime seuit, cū in arcto uitia cōceperit. Sed cito hæ partes obstupescunt, & ipso dolore sensum doloris amittunt, siue quia spiritus naturali prohibitus cursu, & mutatus in peius, uiam suam qua uiget admonetq; nos, perdit: siue quia corruptus humor cū desijt habere quod confluat, ipse se elidit, & his quæ minus impleuit, excutit sensum. Sic podagra & chiragra & omnis uertebrarū dolor, neruorumq; interquiescit, cū illa quæ torquebat hebetauit: omnium istorum prima uermīnatio uexat, impetus mora extinguitur, & finis dolendi est obtorpuisse. Dentium, oculorū, aurium dolor ob hoc ipsum acutissimus est, quod inter angusta corporis nascitur. Non minus me hercule quam capitis ipsius, sed quo incitator est, eo citius in alienationem stuporemq; conuertitur. Hoc itaq; solatiū uasti doloris

est, quod necesse est desinas illum sentire, si nimis senseris. Illud autem est quod imperitos in uexatione corporis male habet, non assueuerunt animo esse contenti, multum illis cum corpore fuit. Ideo uir magnus ac prudens animum * deducit à corpore, & multum cum meliore & diuina parte uersatur, cum hac querula ac fragili quantum necesse est, Sed molestum est, inquis, carere assuetis uoluptatibus, abstinere cibo, sitire, esurire. Hæc prima abstinencia grauius sunt, deinde cupiditas relanguescit, ipsis per se quæ cupimus fatigatis, ac deficientibus. Inac morosus est stomachus, inde quibus fuit auaritia cibi, odium est, desideria ipsa moriuntur. Non est autem acerbum carere eo, quod cupere desideris. Adijce, quod nullus non intermittitur dolor, aut certe remittitur. Adijce, quod licet & cauere uenturum, & obistere imminenti remedijs. Nullus enim non signa præmittit, utique qui ex solito reuertitur. Tolerabilis est morbi patientia, si contempseris id quod extremum minatur. Noli mala tua facere tibi ipsi grauiora, & te querelis onerare: leuis dolor est, si nihil illi opinio adiecerit. Contra si exhortari te ceperis ac dicere, nihil est aut certe exiguum est, duremus, iam desinet, leuè illud, dum putas, facies. Omnia ex opinione suspensa sunt, non ambitio tantum, ad illam respicit, & luxuria & auaritia. Ad opinionem dolemus, tam miser est quisque, quam credidit. Detrahendas præteritorum dolorum conuestiones puto, & illa uerba, nulli unquam fuit peius, quos cruciatus, quanta mala pertulit? Nemo me resurrectorum putauit. Quoties deploratus sum à meis, quoties à medicis relictus? In eculeum impositi non sic distrahuntur. Etenim si sunt uera ista, transierunt. Quid iuuat præteritos dolores retractare, & miserum esse, quia fueris? Quid quod nemo non multum malis suis adiecit, & sibi ipse mentitur? Deinde quod acerbum fuit, retulisse iucundum est. Naturale est mali sui fine gaudere. Circumcidenda ergo duo sunt, & futuri timor, & uete-

his incōmodi memoria: hoc ad me iam non pertinet, illud non-
 tam. In ipsis positus difficultatibus dicat, Forſan & hæc olim
 meminisse iuuabit. Toto contra illū pugnet animo, uincetur ſi
 ceſſerit, uincet ſi ſe contra dolorē ſuum intenderit. Nunc hoc
 queri; faciunt, attrahunt in ſe ruina, cui obſtandū eſt. Iſtud
 quod premit, quod impendet, quod urget, ſi ſubducere te coe-
 peris, ſequetur & grauius incūbet: ſi contra ſteteris & obniti
 uolueris, repelletur. Athletæ quantum plagarum ore, quantum
 toto corpore excipiunt? ſerunt tamen omne tormentum glo-
 riæ cupiditate: nec tantum quia pugnant iſta patiuntur, ſed ut
 pugnent, exercitatio ipſa tormētum eſt. Nos quoq; euincamus
 uolunt, quorum præmiū non corona, nec palma eſt, nec tubi-
 cen prædicationi nominis noſtri ſilentium faciens, ſed uirtus
 & firmitas animi & pax in cæterum parata, ſi ſemel in aliquo
 certamine debellata fortuna eſt. Dolorem graue ſentio. Quid
 ſentias? ſi illū muliebriter tuleris. Quemadmodū pernicio-
 ſior eſt hoſtis fugientibus, ſic omne fortunū incommo- dum ma-
 gis inſtat cedenti & auerſo. Sed graue eſt, quid? nos ad hoc
 fortes ſumus ut leuia portemus? Vtrū uis longū eſſe morbū, an
 concitatū & breuē? Si lōgus eſt habet intercapedinē, dat reſe-
 ſſioni locū, multū tēporis donat, neceſſe eſt ut exurgat & deſi-
 ciat. Breuis morbus ac præceps alterutrū faciet, aut extingue-
 re, aut extinguet. Quid autē intereſt nō ſit, aut nō ſim? In utroq;
 ſuis dolendū eſt. Illud quoque proderit, ad alias cogitationes
 auertere animum, & à dolore diſcedere. Cogita quid honeſte,
 quid fortiter feceris, bonas partes tecum ipſe tracta, memoriā
 tuā ea, quæ maxime miratus es, ſparge, tunc tibi fortiſſimus
 quiq; & uictor doloris occurrat. Ille qui dum uarices exſe-
 candas præberet, legere librum perſeuerauit. Ille qui non
 deſijt ridere, cum hoc ipſum mirati tortōres omnia inſtrumēta
 crudelitatis experirētur, Non uincetur dolor ratiōe qui uictus

est risu? Quicquid uis nūc licet dicas, distillationes et uim cōtinuæ tuſus egerentem uiscerū partes, et febrem præcordia ipsa torrentem, & sitim, & artus in diuersum articulis exeuntibus tortos: plus est flāma, et ecclus, & lamina, et uulneribus ipsis in tumef.ētibus, quod illa renouaret & altius urgeret imprefsum, inter hæc tamen aliquis nō genuit: parū est, non rogauit, parū est, non respondit: parū est, risit, & quidem ex aīo: uis tu post hoc dolorē deridere? sed nihil, inquit, agere sinit morbus, qui me omnibus abduxit officijs. Corpus ualitudo tenet * non aīm. Itaq; cursoris moratur pedes, sutoris ac fabri manus impedit. Si animus tibi esse in usu solet, suadebis, docebis, audies, discēs, quæres, recordaberis. Quid porrò nihil agere te credis si temperās ager sis? Ostendes morbū posse superari, uel certe sustineri. Est, mihi crede, uituti etiā in lectulo locus. Non tantum arma & acies dant argumenta alacris animi indomitiq; terroribus, & in uestimentis uir fortis apparet. Habes quod agas, bene luctare cum morbo, si nihil te coegerit, si nihil exorauerit, insigne prodis exēplum. O quā magna erat glorie materia, si spectaremur ægri. Ipse te specta, ipse te lauda. Preterea duo sunt genera uoluptatū, corporales morbus inibet, non tamē tollit, unō (si uerū æstimes) incitat, magis iuuat bibere sitientē, grator est esurienti cibus. Quicquid ex abstinentia contigit, auidius excipitur. Illas uerò animi uoluptates, quæ maiores certioresq; sunt, nemo medicus ægro negat, has quisquis sequitur & bene intelligit, oīa sensuum blandimenta contemnit. O infelicem ægrū, quare? quia nō uino niuem diluit, quia non rigore potationis suæ quam capaci scypho miscuit, renouat fracta insuper glacie, quia non ostrea illi lucrina in ipsa mensa aperiuntur, quia nō circa coenationē eius tumultus cocorū est, ipsos cum obsonijs focos transferentium, hoc enim iam luxuria cōmentā est. Ne quis intepescat cibus, ne quid palato iā calloso

parum

* non & ani.

parum fer
ciet quat
ero, à m
(totas eri
nali factū
lanus. Sed
& quicqu
tibus mag
namus hor
cognouer
vitam em
gnas, diu
ctium. Re
ueniet, fal
natura sit
fructus est
honestā no
qui illam u
cogitation
niet aliqu
libet sit ill
ait, unus d
gissima et
bere, letis
bere, tanq
pectatum

Acqu

EXpe
Ecclie
rybdi cert

perum ferueat, cœnâ culina prosequitur. O infelicem ægrum, edet quâtum concoquat, non iacebit in conspectu aper, ut uillis caro, à mensa relegatus, nec in repositoio eius pectora auium (totas enim uidere fastidiū est) congesta ponentur. Quid tibi mali factum est? Cœnabis tanquã æger, imò aliquâdo tanquam lanus. Sed oïa ista facile perferemus, sorbitionē, aquam calidam, & quicquid aliud intolerabile uidetur delicatis & luxu fluentibus magisq; aïo quàm corpore morbidis, tantū mortem destinamus horre. Desinemus autem, si fines honorū ac malorum cognouerimus. Ita demum nec uita tedio erit, nec mors timori. Vitam enim occupare satietas sui nō potest, tot res, uarias, magnas, diuinas percensenti, in odiū illam sui adducere solet iners etium. Rerum naturam per agentem nunquam in fastidiū ueritas ueniet, falsa satiabunt. Rursus si mors accedit et uocat, licet immatura sit, licet mediã præcidat ætatem, perceptus longissime fractus est. Cognita est illi ex magna parte natura, scit tempore honesta non crescere: hijs necesse est uideri oëm uitam breuem, qui illam uoluptatibus uanis & ideo infinitis metiuntur. Hijs te cogitationibus recrea, et interim epistolis nostris uacando: ueniet aliquod tēpus quod nos iterū iungat ac misceat, quantumlibet sit illud, longum faciet scientia utendi. Nam ut Possidonius ait, minus dies hoïm eruditorum plus patet, quàm imperiti longissima ætas. Interim hoc tene, hoc morde, aduersis nō succumbere, letis nō credere, omnem fortunæ licentiam in oculis habere, tanquam quicquid potest facere, factura sit. Quicquid expectatum est diu, leuius accedit. Vale.

EPIST. LXXX. De Scylla & Charybdi & Aetna.

Aequale in omnibus esse quod beatum facit.

Expecto epistolas tuas, quibus mihi indices circumitus. Scyllie totius, quid tibi noui ostenderit, & oïa de ipsa Charybdi certiora. Nam Scyllam saxū esse et quidem *nō terribile

*non, uidetur
redundare.

B 4 nauig

nauigantibus optime scio. Charybdis an respōdeat fabulis, per-
 scribi mihi desidero. Et si fortē obseruaueris (dignū est autem
 ut obserues) fac nos certiores, utrum uno tantū uento agatur
 in uortices, an omnis tēpestas æquē mare illud contorqueat &
 an uerum sit quicquid illo freti turbine arreptū est, per multa
 milia trahi conditum, et circa Tauromentanū litus emergere.
 Si hæc mihi perscripseris, tunc tibi audebo mandare, ut in ho-
 norem meum Aetnam quoq; ascendas, quam consumi & sen-
 sim subsidere, ex hoc colligunt quidam, quod aliquando longius
 nauigantibus solebat ostendit. Potest hoc accidere, nō quia mon-
 tis altitudo descendit, sed quia ignis euauit, & minus uehēmēs
 ac largus effertur, ob eandem causam fumo quoq; per diem se-
 gniorē. Neutrum autem incredibile est, nec montem qui deno-
 retur quotidie minui, nec ignem manere eundem, quia non ipse
 ex se est, sed in aliqua inferna ualle cōceptus exæstuat, & alijs
 pascitur, in ipso monte non alimētum habet, sed uiam. In Lycia
 regio notissima est, Hephestion incolæ uocant, perforatum plu-
 ribus locis solum, quod sine ullo nascentium damno ignis immo-
 xius circuit. Læta itaq; regio est, & herbida, nil flammis adu-
 rentibus, sed tantum ui remissa ac languida refulgentibus. Sed
 reseruemus ista, tunc quæsituri, cum tu mihi scripseris, quan-
 tum ab ipso ore montis niues absint, quas ne æstas quidem sol-
 uit, adeo tutæ sunt ab igne uicino. Non est autem quod istam
 curam imputes mihi, morbo enim tuo daturus eras, etiam si
 nemo quid mandaret tibi, donec Aetnam describas in tuo
 * ne carmine, * & hunc solennem omnibus Poëtis locum attingas,
 quem quo minus Ouidius tractaret, nihil obstitit, quod iam
 Vergilius impleuerat, ne Seuerum quidem Cornelium uterque
 deterruit. Omnibus præterea feliciter hic locus se dedit, &
 qui præcesserant, non præripuisse mihi uidentur quæ dici po-
 terant, sed aperuisse. Sed multum interest, utrum ad consum-

ptam materiam, an ad subactam accedas. Crescit indies, & in-
 uenturis inuenta non obstant. Præterea conditio optima est
 ultimi. Parata uerba inuenit, quæ aliter instructa nouam fa-
 ciem habent, nec illis manus iniicit tanquam alienis. Sunt enim
 publica, Iurisperiti negant quicquam publicum usu capi. Aut
 ego te non noui, aut Aetna tibi saluam mouet. Iam cupis gran-
 de aliquid, & par prioribus scribere. Plus enim sperare mo-
 destia tibi tua nõ permittit, quæ tanta in te est, ut uidearis mihi
 retracturus ingenij tui uires, si uincendi periculũ sit, tanta tibi
 priorum reuerentia est. Inter cætera hoc habet boni sapientia.
 Nemo ab altero potest uinci, nisi dum ascenditur, dum ad sum-
 mum peruenieris, paria sunt. Non est incremento locus, statar.
 Num quid sol magnitudini suæ adiicit? Num quid luna ultra
 quam solet procedit? Maria non crescunt, mundus eundem ha-
 bitum ac modum seruat. Extollere se, quæ iustam magnitudinẽ
 implere nõ possunt. Quicumq; fuerint sapientes, pares erunt
 et æquales, habebit unusquisq; ex his proprias dotes. Alius erit
 affabilior, alius expeditior, alius promptior in eloquẽdo, alius
 ficundior. Illud de quo agitur quod beatum facit, æquale est in
 omnibus. An Aetna tua possit sublabi et in se ruere, an hoc ex-
 cessum cacumen et conspicuũ per uasti maris spacia *detrabat *deterat
 assidua uis ignium, nescio: uirtutem, non flamma, non ruina in-
 ferrius abducat. Hæc una maiestas deprimi nescit, nec proferri
 ultra, nec referri potest. Sic huius, ut cœlestiũ, stata magnitudo
 est. Ad hanc nos conemur educere, iam multũ operis effectum
 est, imò si uerum fateri uolo, non multũ. Nec enim bonitas est,
 pessimis esse meliorem. Quis oculis gloriatur, qui suspicentur
 dicem, quibus sol per caliginem splendet, licet contentus interim
 sit effugisse tenebras, adhuc non fruitur bono lucis. Tunc ani-
 mus noster habebit quod gratuletur sibi, cum emissus his te-
 nebris, in quibus uolutatur, non tenui uisu clara prospexerit,

sed totum diem admiserit, & redditus coelo suo fuerit, cum receperit locum, quem occupauit sorte nascendi. Sursum uocant illum initia sua. Erat autem illic etiam antequam hac custodia exoluatur, cum uitia disiecerit, purusq; ac leuis in cogitationes diuinas emicuerit. Hoc nos oportet agere Lucili charissime, in hoc ire impetu toto, licet pauci sciant, licet nemo uiuat. Gloria umbra uirtutis est, etiam inuitos comitabitur. Sed quemadmodum aliquando umbra antecedit, aliquando sequitur uel à tergo est, ita gloria aliquando ante nos est, uisendamq; se praebet, aliquando in auerso est, maiorq; quo serior, ubi inuidia secessit. Quamdiu uidebatur furere Democritus? uix recepit Socratem fama. Quamdiu Catonem ciuitas ignorauit, respuit, nec intellexit, nisi cum perdidit. Rutilij innocentia ac uirtus lateret, nisi accepisset iniuriam: dum uiolatur, effulsit. Nunquid non sortis suae gratias egit, & exiliū suum complexus est? De his loquor, quos illustrauit fortuna, dum uexat. Quam multorum profectus in notitiam euasere post ipsos? quam multos fama non excepit, sed eruit? Vides Epicurum, quātopere non tantum eruditiores, sed haec quoq; imperitorum turba miretur. Hic ignotus ipsis Athenis fuit, apud quas delituerat. Multis itaq; iam annis Metrodoro suo superstes, in quadam epistola, cum amicitiam suam & Metrodori gratā cōmemoratione cecinisset, hoc nouissime adiecit, nihil sibi & Metrodoro inter bona tanta nouisse, quod ipsos illa nobilis Graecia non ignotos solum habuisset, sed penē inauditos. Nunquid ergo non posteaquam esse desierat, inuentus est? Nunquid nō opinio eius enituit? Hoc Metrodorus quoq; in quadam epistola confitetur, se & Epicurum non satis enituisse, sed post se & Epicurum, magnum paratumq; nomen habituros, & qui uoluissent per eadem ire uestigia. Nulla uirtus latet, & latuisse, non ipsius est damnum. Veniet qui conditam & seculi sui malignitate compressam dies

public

*uideat.

*cum

public
in ann
ce, eti
rit, ue
tium
pertin
let ac
tudit g
exorna
debatu
paucis
omnem
bent so
stexer

in
P

H
nit. Ne
ipsa fid
nō alle
rium es
priors
re, & r
uerbum
pellator
me non
ferti. Co
genia p
concin f

publicet. Paucis natus est, qui populum ætatis suæ cogitat. Multa annorum milia, multa populorū superuenient. Ad illa respice, etiam si omnibus tecum uiuentibus silentium liuor indixerit, uenient qui sine offensa, sine gratia iudicēt. Si quod est pretium uirtutis ex fama, nec hoc interit. Ad nos quidem nihil pertinebit posterorum sermo, tamen etiam non sentientes colat ac frequentabit. Nulli non uirtus & uiuo & mortuo retulit gratiam, si modo illam bona secutus est fide, si se non exornauit & pinxit, sed idem fuit, siue ex denunciato uidebatur, siue imparatus ac subito. Nihil simulatio proficit, paucis imponit leuiter extrinsecus inducta facies, ueritas in omnem partem sui semper eadem est. Quæ decipiunt, nihil habent solidi. Tenuē est mendacium, perlucet, si diligenter inspexeris. Vale.

EPIST. LXX XI. De exercendo in Philosophia ingenio. Et quod uera libertas excusso mortis metu, & paupertatis acquiritur.

Hodierno die non tantū meo beneficio mihi uaco, sed spectaculi, quod oēs molestos ad *sphaeromachiam auocauit. Nemo irrumpit, nemo cogitationē meam impedit, quæ hac ipsa fiducia procedit audacius. Non crepuit subinde hostium, nō alleuabitur uelum, licebit *uno uadere, quod magis necessarium est per se eunti, & suam sequenti uiam. Non ergo sequor priores? facio, sed permitto mihi & inuenire aliquid, & mutare, & relinquere. Non seruiō illis, sed assentior. Magnū tamē uerbum dixi, qui mihi silentium promittebam, & sine interpellatore secretum. Ecce ingēs clamor ex stadio profertur, & me non excutit mihi, sed in huius ipsius rei contentionē transfert. Cogito mecum quā multi corpora exerceant, quā ingenia pauci, quantus ad spectaculum non fidele & lusoriū fiat concitatus, quanta sit circa artes bonas solitudo, quā imbecilla

*sphaeromachiam
*uni

animo

animo sint, quorū lacertos humerosq; miramur. Illud maxime reuoluo mecum, si corpus perduci exercitatione ad hanc patientiā potest, qua & pugnos pariter & calces non unius hominis ferat, qua solem ardentissimū in feruentissimo puluere sustinens aliquis, & sanguine suo madens diem ducat: quanto facilius animus corroborari possit, ut fortunæ ictus inuictus excipiat, ut proiectus, ut cōculcatus exurgat. Corpus enim multis eget rebus, ut ualeat. Animus ex se crescit, seipse alit, se exercet. Illi multo cibo, multa potione opus est, multo oleo, longa deniq; opera, tibi cōtinget uirtus sine apparatu, sine impensa. Quicquid facere te potest bonū, tecum est. Quid tibi opus est ut sis bonus? uelle. Quid autē melius potes uelle, quā eripere te huic seruituti, quæ omnes premit, quā mancipia quoq; conditionis extreme, & in his sordibus nata, omni modo exuere conātur, peculium suum, quod cōparauerunt uentre fraudato, pro capite numerant. Tu non concupisces quanticunq; ad libertatem peruenire, qui te putes in illa natum? Quid ad arcam tuam respicis? emi nō potest. Itaq; in tabellas uanum conijcitur nomen libertatis, quā nec qui emerūt habent, nec qui uendierūt. Tibi des oportet istud bonū, à te petas. Libera te primum metu mortis, illa nobis primū iugum imponit. Deinde metu paupertatis. Si uis scire quā nihil in illa mali sit, compara inter se pauperū & diuitum uultus. Sæpius pauper & fidelius ridet, nulla sollicitudo in alto est, etiā si qua incidit cura, uelut nubes leuis transit: horum qui felices uocantur, hilaritas ficta est, aut grauis & suppurata tristitia: & quidē grauior, quia interdū nō licet palām esse miseros, sed inter erumnas cor ipsum exedentes, necesse est agere felicem. Sæpius hoc exemplo mihi utendum est, nec enim ullo efficacius exprimitur, hic humane uitæ mimus, qui nobis partes has quas male agamus, assignat. Ille qui in scena * latius incedit, & hæc resupinus dicit,

* latius: als
elatus.

Impero

Impero Argis, regna mihi liquit Pelops,
 Qua ponto ab Helles atq; ab Ionio mari
 Vrgetur Isthmos,
 Seruus est, quinq; modios accepit, & quinq; denarios.
 Ille q; superbus atq; impotēs, & fiducia uiriū tumidus, ait,
 Quod nisi quieris Menelae hac dextra occides,

Diurnum accipit, in * coenaculo dormit. Idem de istis licet * centunculo
 omnibus dicas, quos supra capita hominū, supraq; turbam de-
 licatos lectica suspendit. Omnium istorum personata felicitas est.
 Contemnes illos, si dispoliaueris. Equum empturus solui iubes
 stratum, detrahis uestimenta uenalibus, ne qua uitia corporis
 lateant, hominem inuolutum aestimas? Mangones, quicquid est
 quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt, itaq; ementibus
 ornamenta ipsa suspecta sunt, siue crus alligatum, siue brachiū
 aspiceres, nudari iuberes & ipsum tibi corpus ostendi. Vides
 illum Scythiæ Sarmatiæ ue regem insigni capitis decorum, si
 uis illum aestimare, totumq; scire qualis sit, fasciam solue, mul-
 tum mali sub illa latet. Quid de alijs loquor? si perpendere te
 uoles, sepone pecuniam, domum, dignitatem, intus teipse consi-
 dera. * Nunc qualis sis alijs credis. Vale.

EPIST. LXXXII. Quod propter ingratitude
 non est à beneficio cessandum. De compensatione iniuriæ
 & beneficii, quod nemo scit referre gratiam, nisi sapiens.

Queris incidisse te in hominem ingratum. Si hoc nunc
 primum, age aut fortunæ, aut diligentiae tuæ gratias.
 Sed nihil facere hoc loco diligentia potest, nisi te malignum. Nā
 si hoc periculū uitare uolueris, nō dabis beneficia. Ita ne apud
 alium pereant, apud te peribunt? Non respondeāt potius, quam
 non dentur. Et post malam segetem serendum est. Sæpe quic-
 quid perierat assidua infelicis soli sterilitate, unius anni resti-
 tuit ubertas. Est tanti ut gratiū inuenias, experiri & ingratos.

Nemo

* non qualis
 sis, alijs cre-
 dens.

*coctor.

Nemo habet tam certam in beneficijs manum, ut non sæpe fallatur. Aberrent, ut aliquando hæreant. Post naufragium maria tentantur, foreratore non fugat à foro * coactor. Cito inerti ocio uita torpebit, si relinquendum est quicquid offendit. Te uero benigniorem hæc ipsa res faciat. Nam cuius rei euentus incertus est, id, ut aliquando procedat, sæpe tentandum est. Sed de isto satis multa in his libris locuti sumus, qui de Beneficijs inscribuntur. Illud magis querendum uidetur, quod non satis (ut existimo) explicatum est, an is qui profuit nobis, si postea nocuit, paria fecerit, & nos debito soluerit. Adijce si uis & illud, multo plus postea nocuit, quàm ante profuerat. Si rectam illam rigidi iudicis sententiam queris, alterũ ab altero absoluetur, & dicet, Quamuis iniuria præponderet, tamen beneficijs donetur quod ex iniuria superest, Plus nocuit, sed prius profuit. Itaq; habeatur & temporis ratio. Iam illa manifestiora sunt quàm ut admoneri debeas, querendum esse quàm libenter profuerit, quàm inuitus nocuerit, quoniã animo & beneficia & iniuriæ constant. Noluì beneficium dare, uictus sum aut uerecũdia, aut instãtis pertinacia, aut spe. Eo animo quidq; debetur, quo datur, nec quantum sit, sed à quali profectum uoluntate perpenditur. Nunc coniectura tollatur. Et illud beneficium fuit & hoc quod modũ beneficij prioris excessit, iniuria est. Vir bonus utrosq; calculos sic ponit, ut se ipse circũscribat, beneficio adijcit, iniuriæ demit. Ille alter remissior iudex (quẽ esse me malo) iniuriæ obliuisci debebit, officij meminisse. Hoc certe, inquam, iustitiæ conuenit, suum cuiq; reddere, beneficio gratiam, iniuriæ talionem, aut certe malã gratiam. Verum erit istud, cum alius iniuriam fecerit, alius beneficium dederit. Nã si idem est, beneficio uis iniuriæ extinguitur. Nam cui etiam si merita non antecessissent, oportebat ignosci, post beneficia lædenti, plus quàm ueniã debetur. Non pono utriq; par pretium,

Juris

fluris
sciunt d
unus e
* & p
Vni sap
de quo
minus q
reddit,
quibus d
monis a
signat. S
est utro
Reddu
bet, &
soluit, n
bum. R
significa
Sapiens
quando
tiam ref
quãquã
alius acc
opinata
no ergo
debet cr
quam re
uidia, c
sapiente
dicimus.
qui & a
magis u

scilicet *estimo beneficium quàm iniuriam. Non omnes grati
 sciunt debere beneficium. Potest etiam imprudens, & rudis, &
 uerus è turba, utiq; dum * prope sibi est, reddere beneficium,
 * & pensare ab accepto, ignorat autem quantùm pro re debeat.
 Vni sapienti notum est, quanti res quæq; taxanda sit. Nam ille
 de quo loquebar modo, stultus etiã si bonæ uoluntatis est, aut
 minus quam debeat, aut tempore, aut quo non debeat loco,
 reddit, id quod referendum est, effundit atq; abiicit. Mira in
 quibusdam rebus uerborũ proprietates est, & consuetudo ser-
 monis antiqui, quædã efficacissimis & officia docentibus notis
 signat. Sic certe solemus loqui. Ille illi gratiam retulit. Referre
 est ultro quod debeas afferre. Non dicimus, gratiam reddidit.
 Reddunt enim, & qui repossuntur, & qui inuiti, & qui ubili-
 bet, & qui per alium. Non dicimus, reposuit beneficium, aut
 soluit, nullum enim nobis placuit, quod æri alieno cõuenit uer-
 bum. Referre est, ad eum à quo acceperis, rem ferre. Hæc uox
 significat uoluntariã relationem. Qui retulit, ipse se appellauit.
 Sapiens omnia examinabit secum, quantum acceperit, à quo,
 quando, ubi, quemadmodũ. Itaq; negamus quenquam scire gra-
 tiam referre, nisi sapientem. Non magis quàm beneficium dare
 quisquã scit, nisi sapiens, hic scilicet qui magis dato gaudet, quã
 alius accepto. Hoc aliquis inter illa numerat, quæ uidemur in
 opinata omnibus dicere, τὰ γὰρ οὐκ ἄρα Græci uocant: & ait, Ne-
 mo ergo scit præter sapientem referre gratiam? ergo nec quod
 debet creditori suo, reponere quisq; scit alius? nec cū emit ali-
 quam rem, pretium uenditori persolvere? Sed ne nobis fiat in-
 iudicia, scito idem dicere Epicurum. Metrodorus certe ait, solũ
 sapientem referre gratiam scire. Deinde idem admiratur, cum
 dicimus, solus sapiens scit amare, solus sapiens amicus est. At-
 qui & amoris & amicitie pars est referre gratiam, imò hoc
 magis uulgare est, & in plures cadit, quàm uera amicitia.*

Deinde

* probæ fidei
est,* Hæc in qui-
busdam non
adduntur,

Deinde idem admiratur quod dicimus, fidem nisi in sapiente non esse, tanquam non ipse idem dicat. An tibi uidetur fidē habere, qui referre gratiam nescit? Desinant itaq; infamare nos tanquam incredibilia iactantes, & sciant apud sapientem esse ipsa honesta, apud uulgum simulacra rerum honestarum & effigies, Nemo referre gratiam scit, nisi sapiens. Stultus quoq; utcunq; scit, & quemadmodum potest referat, scientia illi potius quam uoluntas desit, uelle non discitur. Sapiens intra se omnia comparabit. Maius enim aut minus fit (quamuis idem sit) tempore, loco causa. Sæpe enim hoc non potuere diuitia in domum infusæ, quod oportune dati mille denarij. Multū enim interest, donaueris, an succurreris: seruauerit illum tua liberalitas, an instruxerit. Sæpe quod datur, exiguum est: quod sequitur ex eo, magnum. Quantum autem existimas interesse, utrius aliquis * quod dederat, receperit, uel quod præstauit, sumserit, an beneficium acceperit, ut daret? Sed ne in eadem que satis scrutati sumus reuoluamur, in hac comparatione beneficij & iniuriæ uir bonus iudicabit quidem quod erit æquissimum, sed beneficio fauebit, in hanc erit partem procliuor. Plurimum autem momenti persona solet asserre in rebus eiusmodi. Dediisti mihi beneficium in seruo, iniuriam fecisti in patre: seruasti mihi filium, sed patrem abstulisti. Alia deinceps per que procedit omnis collatio prosequetur. Et si id pusillum erit quod intersit, dissimulabit. Etiam si multum erit, etsi id donari salua pietate ac fide poterit, remittet, id est, si ad ipsam tota pertinebit iniuria. Summa rei hæc est: facilis erit in commutando, patietur plus imputari sibi, inuitus beneficium per compensationem iniuriæ soluet: in hanc partem inclinabit, huc uerget, ut cupiat debere gratiam, cupiat referre. Errat enim si quis beneficium libentius accipit quam reddit. Quanto bilior est qui soluit quam qui mutuatur, tanto debet letior esse,

* qd' deerat,
sed qd' præ-
stabat sum-
psit,

esse, qui
qui acci-
ingrati-
merant.
scunt m-
est, qui
bitur r-
cienda
est, non
nens, m-
desi, lib-
uius, p-
ficienti
ulla ni-
fieri, fa-
ipfis est
merces
ri irita-
ficiam.
scias ita
redder-
ro, æq-
tendam
magis
scienti-
no gra-
cipere
profec-
tos, gr-
estim-
mum c-

esse,

esse, qui se maximo ere alieno accepti beneficij exonerat, quā
 qui accipiēs cū maximē obligatur. Nam in hoc quoq; fallūtur
 ingrati, quod creditori quidē præter sortē extra ordinē nu-
 merant, beneficiorū autē usum esse gratuitū putant: at illa cre-
 scunt mora, tantoq; plus soluendū est, quanto tardius. Ingratus
 est, qui beneficiū reddit sine usura. Itaq; huius quoq; rei habe-
 bitur ratio, cum conferentur accepta & expensa. Omnia fa-
 cienda sunt, ut quā gratissimi simus. Nost. um enim hoc bonū
 est, non quemadmodū iustitia, ut uulgò creditur, ad alios perti-
 nens, maxima pars eius in se redit. Nemo non cum alteri pro-
 dest, sibi profuit. Non eo nomine dico, quo uolet adiuuare ad-
 uitius, protegere defensus, quod bonum exemplum circuitu ad
 facientē reuertitur: sicut mala exempla recidūt in autores, nec
 ulla misratio contigit his, quum patiuntur iniurias, quas posse
 fieri, faciendo docuerunt: sed quod uirtutū omnium precium in
 ipsis est. Non enim exercentur ad præmiū, recte facti, scisse
 merces est. Gratus sum, nō ut alius mihi libētius præstet prio-
 ri uirtutis exemplo, sed ut rem iucundāissimam ac pulcherrimā
 faciam. Gratus sum, non quia expedit, sed quia iuuat. Hoc ut
 scias ita esse, si gratū esse non licebit, nisi ut uidear ingratus, si
 reddere beneficiū non aliter quā per speciem iniuriæ pote-
 ro, equissimo animo ad honestū consiliū per mediā infamā
 tendam. Nemo mihi uidetur pluris æstimare uirtutē, nemo illi
 magis esse deuotus, quā qui boni uiri famā perdidit, ne con-
 scientiam perderet. Itaq; ut dixi, maiore tuo quā alterius bo-
 no gratus es. Illi enim uulgaris & quotidiana res contigit, re-
 cipere quod dederat: tibi magna & ex beatissimo animi statu
 profecta, gratū fuisse. Nam si malitia miseros facit, uirtus bea-
 tos, gratum autem esse uirtus est, rem usitatam reddidisti, in-
 æstimabilem consecutus es, conscientiam grati, quæ nisi in ani-
 mum diuinum, fortunatumq; non peruenit. In contrariū autem

C

huic

huic affectum summa infelicitas urget. Nemo si ingratus est, miser erit. Non differo illum, statim miser est. Itaq; ingrati esse uitemus, non aliena causa, sed nostra. Minimum ex nequitia leuissimumq; ad alios redundat, quod pessimū ex illa est, & (ut ita dicā) pessimum, domi remanet, & premit habentē quemadmodum Attalus noster dicere solebat, Malitia ipsa maximā partem ueneni sui bibit. Illud uenenū quod serpentes in alienā perniciem proferunt, sine sua continent, non est huic simile, hoc habentibus pessimū est. Torquet ingratus se & macerat, odit quæ accepit, quia redditurus est, et extenuat, iniurias uero dilatat atq; auget. Quid autē eo miserius, cui beneficia excidūt, hærent iniuriæ? At contra sapiētia exornat omne beneficium, ac sibi ipsa commēdat, & se assidua eius commemoratione delectat. Malis una uoluptas est, & hæc breuis, dū accipiunt beneficia, ex quibus sapienti longum gaudiū manet, ac perenne. Non enim illū accipere, sed accepisse delectat, quod immortale est & assidū. Illa contemnit, quibus læsus est, nec obliuiscitur per negligentia, sed uolens. Non uertit omnia in peius, nec querit cui imputet casum, & peccata hominū ad fortunā potius refert. Non calumniatur uerba, nec uultus: quicquid accidit, benigne interpretando leuat: nec offensæ potius, quàm beneficij meminit, quantū potest in priore ac meliore se memoris detinet: nec mutat animum aduersus bene meritos, nisi multiū malefacta præcedant, & manifestum etiam coniuuenti discrimen est: tunc quod quoq; in hoc duntaxat, ut talis sit post maiorem iniuriam, qualis ante beneficiū. Nam cum beneficio par est iniuria, aliquid in animo beneuolentiæ remanet. Quemadmodum reus sentētijs paribus absoluitur, & semper quicquid dubium est, humanitas inclinat in melius: sic animus sapientis, ubi paria maleficijs merita sunt, desinet quidem debere, sed nō desinet uelle debere: & hoc facit quod qui post tabulas nouas

soluunt.

soluant. Nemo autem gratus esse potest, nisi contempserit ista,
 propter quæ uulgus insanit. Si referre uis gratiam, & in exi-
 lum eundam est, & effundendus sanguis, & suscipienda ege-
 stas, & ipsa innocentia sepe maculanda, indignusq; obijcienda
 rumoribus. Non paruo sibi constat homo gratus. Nihil cha-
 riuus æstimamus, quàm beneficiū, quamdū petimus: nihil uilius,
 eam acceperimus. Quæris quid sit quod obliuionē acceptorum
 nobis faciat? Cupiditas accipiendorū. Cogitamus non quid im-
 petratiū, sed quid impetrandū sit. Abstrahunt à recto, diuitiæ,
 honores, potentia, & cætera, quæ opinione nostra chara sunt,
 precio suo uilia. Nescimus æstimare res, de quibus nō cū fama,
 sed cū rerum natura deliberandum est. Nihil habent ista ma-
 gificum, quo mentes in se nostras trahant, præter hoc, quod
 mirari illa consueuimus. Non enim quia cōcupiscenda sunt lau-
 dantur, sed concupiscuntur, quia laudata sunt: & cū singulorū
 error publicum fecerit, singulorum errorē facit publicus. Sed
 quemadmodū illa credidimus, sic & hoc populo* demus, nihil
 esse grato animo honestius. Omnes hoc urbes, omnes etiam ex
 barbaris regionibus gentes, conclamabunt. In hoc bonis ma-
 liusq; conueniet. Erunt qui uoluptates laudent, erūt qui labores
 malint: erunt qui dolorē maximū malum dicant, erunt qui ne
 malum quidem appellent: diuitias aliquis ad summū bonum ad-
 mittet, alius illas dicet humane malo uitæ repertas, nihil esse
 eo locupletius, cui quod donet fortuna non inuenit. In tanta iu-
 dicioꝝ diuersitate, referendam bene merentibus gratiam,
 curres uno tibi (quod aiunt) ore affirmabūt: in hoc tam discors
 turba consentiet, cum interim iniurias pro beneficijs reddimus.
 Et primæ causa est, cur quis ingratus sit, si satis gratus esse non
 potuit. Eo perductus est furor, ut *perniciosissima res sit, be-
 neficia in aliquem magna conferre. Nam quia putat turpe non
 reddere, non uult esse cui reddat. Tibi habe quod accepisti, nō

*credamus,

*periculo-
sissima

repeto, non exigo, profuisse tutum sit. Nullum est odium perniciosius, quàm beneficij oblati pudere. Vale.

EPIST. LXXXIII. De inerti quiete uel otio, & de morte, quod licet speciem habeat mali, non tamen est malum, neque bonum.

Desij iam de te esse sollicitus. Quem, inquis, deorum sponsorem accepisti? eum scilicet qui neminem fallit, animum, recti ac boni amatorem. In tuto pars tui melior est, potest fortuna tibi iniuriam facere, quod ad rem magis pertinet, non timeo ne tu facias tibi. I, qua coepisti, & in isto te uitæ habitu compone, placide, non molliter. Male mihi esse malo, quàm molliter. Nunc sic accipe, quemadmodum à populo solet dici, dure, asperè, laboriose. Audire solemus sic quorundam uitam laudari, quibus inuidetur. Molliter uiuit, hoc dicunt mollis est. Paulatim enim effœminatur animus, atq; in similitudinem otij sui & pigritiæ, in qua iacet, soluitur. Quid ergo? uiro non uel obrigescere satius est? Deinde delicati timent mortem, cui uitam suam facere similem. Multum interest inter otium, & conditiuum. Quid ergo, inquis, non satius est uel sic iacere, quàm & istis officiorum uorticibus uolutari? Vtraque res detestabilis est, & contractio, & torpor. Puto æque qui in odoribus iacet, mortuus est, quàm qui rapitur unco. Otium sine literis mors est, & hominis uiui sepultura. Quid deniq; prodest secessisse, tanquam non trans maria nos solitudinem caussa persequantur? Quæ latebra est, in quam non intret metus mortis? Quæ tam emunita & in altum subducta uitæ quies, quam non dolor territet? Quocunque te abdideris, mala humana circumstrepent. Multa extra sunt, quæ circumueiunt nos, quæ aut fallant, aut urgeant. Multa intus, quæ etiam in mediâ solitudine exæstuant. Philosophia circumdanda est inexpu-

μανοίμην ἀρ
μαλλορ ἢ ἢ
δοίμην.
Epictetus

gnabilis

gnabilis murus, quem fortuna multis machinis lacesitum nõ
 transit. In insuperabili loco stat animus, qui externa deseruit,
 & arce se sua uendicat, infra illum omne telum cadit. Non ha-
 bet (ut putamus) fortuna longas manus, neminem occupat, nisi
 herentem sibi. Itaque quantum possumus, ab illa resiliamus,
 quod sola præstabit sui naturæq; cognitio. Sciat quod iturus
 sit, unde ortus, quod illi bonum, quod malum sit, quid petat,
 quid deuitet: quæ sit illa ratio, quæ appetenda ac fugienda di-
 scernat, qua cupiditatum mansuescit insania, timorum sæuitia
 compefcitur. Hæc quidam putant ipsos etiam sine philosophia
 repressisse, sed cum securos aliquis casus expertus est, expri-
 mitur scra confessio. Magna uerba excidunt, cum tortor po-
 pofcit manum, cum mors propius accessit, possis illi dicere, fi-
 cile prouocabas mala absentia. Ecce dolor, quem tolerabilem
 esse dicebas: Ecce mors, contra quam multa animose locutus
 es, sonant flagella, gladius micat. Nunc animis opus Aenea,
 nunc pectore firmo. Faciet autem illud firmum assidua medi-
 tatio, si non uerba exercueris, sed animum, si contra mortem
 te præparaueris, aduersus quam non exhortabitur, nec attol-
 let, qui cauillationibus tibi persuadere tentauerit, mortem ma-
 lum non esse. Libet enim Lucili uirorum optime ridere ine-
 pitias Græcas, quas nondum, quamuis mirer, excussi. Zeno no-
 ster hac collectione utitur. Nullū malū gloriosum est, mors au-
 tem gloriosa est, mors ergo non est malum, Profecisti, libera-
 tus sum metu. Post hæc non dubitabo porrigere ceruicem. Nõ
 seuerius loqui, * sed morituro risum mouere. Non me her-
 cile facile tibi dixerim, utrum ineptior fuerit, qui se hac in-
 terrogatione iudicauit, mortis metum extinguere, an qui hoc
 tanquam ad rem pertineret, conatus est soluere. Nam & ipse
 interrogationem contrariam opposuit, ex eo natam, quod mor-
 tem inter indifferentia ponimus, quæ ἀδιάφογα Græci uo-
 cant.

cant. Nihil, inquit, indifferens gloriosum est, Mors autem gloriosum est, ergo mors non indifferens. Hæc interrogatio uides ubi obrepit, mors non est gloriosa, sed fortiter mori gloriosum est: & cum dicit, indifferens nihil gloriosum est, concedo tibi, ita ut dicam, nihil gloriosum esse, nisi circa indifferentia: indifferentia autem esse dico, nec bona nec mala, tanquam morbum dolorem, paupertatem, exilium, mortem: nihil horum per se gloriosum est, nihil tamen sine his. Laudatur enim non paupertas, sed is quem non submittit nec incuruat. Laudatur non exilium, sed qui non doluit cum exilisset. Laudatur non dolor, sed ille quem nihil coëgit dolor. Nemo mortem laudat, sed eum cui mors ante abstulit animum, quam conturbauit. Omnia ista per se non sunt honesta, nec gloriosa, sed quicquid uirtus ex illis adiit, tractauitq; honestum & gloriosum facit, illa in medio posita sunt. Interest, utrum malitia illi an uirtus manū admouerit. Mors enim illa quæ in Catone gloriosa est, in Bruto statim turpis est & erubescenda. Hic est enim Brutus, qui cum periturus mortis moras peteret, ad exonerandum uentrem secessit, & euocatus ad mortem, iussusq; præbere ceruicem, Præbebo, inquit, ita uiuam. Quæ dementia est fugere, cum retroire non possis. Præbebo, inquit, ita uiuam, penè adiecit uel sub Antonio. O hominem dignum, qui uitæ dederetur. Sed, ut coeperam dicere, ut des ipsam mortem nec malum esse nec bonum, Cato illa honestissime usus est, turpissime Brutus. Ois res, quod non habuit decus, uirtute addita sumit. Cubiculum lucidū dicimus, hoc idem obscurissimū est nocte. Dies illi lucē infundit, nox eripit. Sic istis quæ à nobis indifferentia ac media dicuntur, diuitijs, uiribus, formæ, honoribus, regno, & cōtra morti exilio, mala uoletudini, doloribus, quæq; alia aut minus aut magis pertinuimus, aut malitia, aut uirtus dat boni uel mali nomē. Massa

per se n
 aqua re
 est. Id est
 Lucili a
 mors in
 inter ill
 ciem. Su
 tas, atq;
 na eripe
 illa quo
 quæ tra
 ta. Nati
 ra mors
 inter ea
 durand
 mors co
 cinus.
 fami am
 pressa r
 Off
 Aet
 Sed etia
 functis
 timent,
 tibus q
 quid ni
 quæ nu
 diderit:
 natura.
 dicat, p
 quod a

per se nec calida nec frigida est. In fornacē coniecta cōcaluit. In aquā remissa refrixit. Mors honesta est, per illud quod honestū est. Id est, uirtus & animus * extrema contemnens. Est & horū * externa Lucili quæ appellamus media, grande discrimen. Non enim sic mors indifferēs est, quomodo utrū capillos pares habeas. Mors inter illa est, quæ mala quidē non sunt, tamen habent mali speciem. Sui amor est, & permanendi cōseruandiq; se insita uoluntas, atq; aspernatio dissolutionis, quia uidetur multa nobis bona eripere, & nos ex hac cui assueuimus rerū copia educere. Illa quoq; res morti nos alienat, quod hæc iam nouimus, illa ad quæ transituri sumus, nescimus qualia sint, & horremus ignota. Naturalis præterea tenebrarum metus est, in quas adductura mors creditur. Itaq; etiam si indifferens mors est, nō tamen inter ea est, quæ facile negligi possunt. Magna exercitatione durandus est animus, ut conspectum eius accessumq; patiatur, mors contemni debet, magis quàm solet, multa enim de illa credimus. Multorum ingenijs certatum est ad augendam eius infamiam. Descriptus est carcer infernus, & perpetua nocte oppressa regio, in qua ingens ianitor orci

Ossa super recubans antro semesa cruento,

Aeternum latrans ex angues territat umbras.

Sed etiam cum persuaseris ista fabulas esse, nec quicquam defunctis superesse quod timeant, subit alius metus. Aequè enim timent, ne apud inferos sint, quàm ne nusquam. His * aduersantibus quæ nobis infudit longa persuasio, fortiter pati mortem, quid ni gloriosum sit, et inter maxima opera mentis humanæ quæ nunquam ad uirtutem exurget, si mortem malum esse crediderit: exurget: si putabit indifferens esse. Non recipit rerum natura, ut aliquis magno animo accedat ad id quod malum iudicat, pigre ueniet & cunctanter. Non est autem gloriosum, quod ab inuito & tergiuersante fit. Nihil facit uirtus, quia

C A necesse

*externa

*obuersantibus

necesse est. Adijce nūc quod nihil honeste fit, nisi cui totus animus incubuit atq; affuit, cui nulla parte sui repugnavit. Vbi autem ad malum acceditur, aut peiorū metu fit, aut spe bonorū, ad quæ peruenire tanti sit deuorata unius mali patientia. Dissident inter se iudicia facientis. Hinc est, quod iubeat proposita perficere: illinc, quod retrahat, & ab re suspecta ac periculosa

*suget.

*fugiat. Igitur in diuersa distrahitur. Si hoc est, perit gloria. Virtus enim concordia aīo decreta peragit, nō timet quod facit.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,

Quam tua te fortuna sinet.

*alioqui

Non ibis audentior, si mala illa esse credideris. Eximēdum hoc ē pectore est, *aliquem hæsabit impetum moratura suspicio. Trudetur in id, quod inuadendum est. Nostri quidē uideri uolunt Zenonis interrogationē ueram esse, fallacem autē alteram & falsam, quæ illi opponitur. Ego non redigo ista ad legē Dialecticam, & ad illos artificij ueternosissimi nodos, totū genus istud exturbandum iudico, quo circumscribi se qui interrogatur, existimat, & ad confessionem perductus aliud respondet, aliud putat. Pro ueritate simplicius agendum est, cōtra metum fortius. Hæc ipsa quæ uoluuntur ab illis, soluere malim & expendere, ut persuadeā, non ut imponam. In aciē educturus exercitum, pro coniugibus ac liberis mortē obiturum. quomodo exhortabitur? Do tibi Fabios, totū Reipub. bellum in unā transferentes domū. Laconas tibi ostendo, in ipsis Thermopylarum angustijs positos, nec uictoriam sperantes, nec reditū. Ille locus

*funditus

illis sepulcrū *futurus est, Quemadmodū exhortaris, ut totius gentis ruinā obiectis corporibus excipiant? & uita potius quā loco cedant? Dices quod malum est, gloriosum nō est. Mors gloriosa est, mors ergo non malum. O efficacem concionem. Quis post hęc dubitet se in festis ingerere mucronibus, et *stans mori? At ille Leonidas quā fortiter illos allocutus est: Sic, inquit,

*statim

comilit-

comilit-

comilitones prædete, tanquã apud inferos cœnaturi. Nõ in ore creuit cibus, non hæsit in faucibus, nõ elapsus est manibus. Alacres illi & ad prandiũ processerunt, & ad cœnam. Quid dux ille Romanus, qui ad occupandum locũ milites missos, cum peringentẽ hostium exercitiũ ituri essent, sic allocutus est. Ire comilitones illõ necesse est, unde reaire nõ est necesse. Vides quã simplex et imperiosa uirtus sit. Quẽ mortaliũ circum scriptio- nes nostræ fortio- rem facere, quem erectiore possunt? Frangit aĩm, qui nunquam minus contrahendus est, & in minuta ac spi- nosa cogendus, quã cũ aliquid grande cõponitur. Nõ trecentis, sed omnibus mortalibus mortis timor detrabi debet. Quo- modo illos doces malum non esse? Quomodo opiniones totius aĩm, quibus protinus infantia imbuatur, euincis? Quod auxiliũ inuenis? Quid dicis imbecillitati humanæ? Quid dicis, quo in- flammati in media pericula irruant? qua oratione hunc timendi consensum, quibus ingenij uiribus obnixã contra te persuasio- nem humani generis auertis? Verba mihi captiosa cõponis, & interrogatiuculas nectis. Magnis telis, magna portenta feriuntur. Serpentem illum in Africa sæuum, & Romanis legionibus bello ipso terribiliorem, frustra sagittis fundisq; petierunt, ne Python quidem inuulnerabilis erat: cum ingens magnitudo pro- uasitate corporis solidi, ferrum & quicquid humanæ torse- rant manus, reijceret, molaribus demum fracta saxis est, & aduersus mortem tu tam minuta iacularis? Subula leonem ex- cipis. Acuta sunt ista, quæ dicis. Nihil est acutius arista, Quæ- dam inutilia & inefficacia, ipsa subtilitas reddit. Vale..

ANNOT. IN LIB. EPISTOL. XI.

EPISTOLA LXXVIII.

1 Tam mali exẽpli esset occidere dominũ quã prohibere. Non dubiũ est quin ordo sit inuersus. Sensus enim hunc postulat, tam mali exẽmpli esset prohibere dominum quã occidere. Nimirum si con- staret dominum nolle uiuere, iuxta illud Flacci: Inuitum qui feruat,

C 5 idem

idem facit occidenti.

EPITOLA LXXX.

2 Nam Scyllam &c. negatio uidetur redundare, & quidem terribile nauigantibus, ut intelligamus hoc scire Senecam, Scyllam respondere fabulis, de Charybdi dubitare, Alioqui, hæc uox, & quidem, augere solet non excipere aut imminuere. Quidam codex habebat, Nam Scyllam quidem saxum esse, & quidem non terribile. na. Vnde dubito num forte scriptum fuerit, Scyllam quidem saxum esse, sed equiti terribile, non nauigantibus, ut intelligas hæcenus Scyllam respondere fabulis.

3 Nec ignem non manere eundem. Quidam habebant, nec ignem manere eundem. Quanquam utriusque lectionis idem est sensus. Quale est illud Maronis, Nec tales tangere curas.

4 Morbo enim tuo daturus eras, etiam si nemo quid mandaret tibi, donec Aetnam &c. Variabat lectio, sed nihil aridebat. Si cui displicet uulgata, perpendat num ita legi possit, Morbo enim tuo daturus, etiam si nemo, ut hic per aposiopesis subaudias, roget, Mox. Quid? Mandem tibi, ut dum Aetnam describis in tuo carmine, & hunc solennem, &c. Sentit enim illum more poetarum non omissurum in descriptione locum quem libenter tractent qui facile splendescit.

In fine postremæ epistolæ, Nephyton quidem, hæc uerba, non congruunt sententiæ, legendum uidetur, ne pilo quidem, aut ne pilis quidem, ut intelligas post sagittas & fundas adhibita pila.

LVCII ANNAEI SE-

NECAE EPISTOLARVM

AD LVCILIVM LIB. XII.

EPIST. LXXXIIII. De statu senectutis, & de frugali cōuersatione sua. Et de ebrietate, primum aliorum, deinde suam ponens sententiam.



Ingulos dies tibi meos, & quidem totos inuicare iubes. Bene de me iudicas, si nihil esse in illis putas, quod abscondam. Sic certe uiuentium est, tanquam in conspectu uiuamus, sic cogitandum, tanquam aliquis in pectus intimum inspicere possit, et potest. Quid enim prodest ab homine aliquid esse

secret

secretum
cogitatio
aliquando
quo ordi
est utilis
quod nen
id raro: q
præterit
quam mi
Minimū
tias senec
Hic autē
meos qua
lis, sed m
ait nos e
iam uix
potero, i
interuall
pore ille
uelocius
descendi
bis cesser
mus. Ab
descendi
lites, qu
quædam
urginē
de ad ho
de fiunt.
Paris de
sunt Lau

secretum? Nihil Deo clausum est. Interest animis nostris, & cogitationibus medijs interuenit. Sic interuenit dico, tanquam aliquando discedat. Faciam ergo quod iubes, & quid agam, & quo ordine libeter tibi scribam: obseruabo me protinus, & (quod est utilissimū) diem mecū recognoscā. Hoc nos pessimos facit, quod nemo uitā suam respicit. Quid facturi simus cogitamus, et id raro: quid fecerimus, non cogitamus. Atqui consiliū futuri ex praterito uenit. Hodiernus dies solidus est. Nemo ex illo quicquam mihi eripuit, totus inter stratam lectionemq; diuisus est. Minimū exercitationi corporis datū, & hoc nomine ago gratias senectuti, non magno mihi constat, cū me moui, lassus sum. Hic autē est exercitationis, etiā fortissimis, finis, Progymnastios meos queris, unus mihi sufficit, Earinus, puer (ut scis) amabilis, sed mutabitur. Iam aliquem teneriorem quero. Hic quidem ait nos eandem Crisin habere, quia utriq; dentes cadunt: sed iam uix illum assequor currentē, & intra paucissimos dies non potero, uide quid exercitatio quotidiana proficiat. Cito magnū interuallum fit, inter duos itinere diuerso euntes: eodem tempore ille ascendit, ego descendo, nec ignoras, quanto ex his uelocius alterum fiat. Mentitus sum, iam enim etas nostra non descendit, sed cadit. Quomodo tamen hodiernum certamen nobis cesserit queris? Quod raro cursoribus euenit, Hierā fecimus. Ab hac fātigatione magis quā exercitatione in frigidam descendī. Hoc apud me uocatur parū calda. Ille tantus Psychrolutes, qui calendis Ianuarijs* Euripū salutabam, qui anno nouo quēadmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic auspicabar in uirginem desilire, primum ad Tyberim transtuli castra, deinde ad hoc solium, quod cum fortissimus sum, & omnia bona fide fiunt, soltemperat, non multum mihi ad balneum superest. Panis deinde siccus, & sine mensa prandium, post quod non sunt lauandæ manus. Dormio minimum. Consuetudinem meam nosti.

*in Euripum
salutabam,

*interiungo

noſti. Breuiſſimo ſomno utor, & quaſi * interuigilo, ſatis eſt mihi uigilare deſuſſe. Aliquando dormiſſe me ſcio, aliquando ſuſpicor. Ecce Circenſium obſtrepit clamor, ſubita aliqua & immenſa uoce feriuntur aures meæ. Nec cogitationem meam excutiunt, nec interrumpunt quidem: fremitum patientiſſime fero, multæ uoces & in unum cõſuſe, pro fluctu mihi ſunt, aut uento ſyluam uerberate, & cæteris ſine intellectu ſonantibus. Quid ergo eſt: nunc cui animum adiecerim dicam. Super eſt ex heſterno mihi cogitatio, quid ſibi uoluerint prudentiſſimi uiri, qui rerum maximarum probationes leuiſſimas & perplexas jecerint, quæ ut ſint ueræ, mendacio tamen ſimiles ſunt. Vult nos ab ebrietate detertere Zenon, uir maximus, huius ſectæ fortiſſimæ ac ſanctiſſimæ conditor. Audi ergo quemadmodum colligit, uirum bonum non futurum ebrium. Ebrio ſecretum ſermonem nemo committit, uiro autem bono committit, ergo uir bonus ebrius non erit. Quemadmodum oppoſita interrogatione ſimili derideatur attende. Satis enim eſt unam ponere ex multis. Dormiẽti nemo ſecretum ſermonem committit, uiro autem bono committit, ergo uir bonus nõ dormit. Quo uno modo poteſt. Poſidonius Zenonis noſtri cauſam agi, ſed ne ſic quidem (ut exiſtimo) agi poteſt. Ait enim ebrium duobus modis dici, Altero cum aliquis uino grauis eſt, & impoſ ſui. Altero ſi ſoleat ebrius fieri, & huic obnoxius uitio eſt. Hunc à Zenone dici, qui ſoleat fieri ebrius, nõ qui ſit. Huic autẽ neminem commiſſurum arcana, quæ per uinum eloqui poſſet, quod eſt falſum. Prima enim illa interrogatio complectitur eum, qui eſt ebrius, non eum qui futurus eſt. Plurimũ enim intereſſe cõcedes inter ebrium & ebriolum. Poteſt & qui ebrius eſt tunc primum eſſe, nec habere hoc uitium, & qui ebrioluſ eſt, ſæpe extra ebrietatẽ eſſe. Itaq; id intelligo quod ſignificari uerbo iſto ſolet, præſertim cũ ab homine diligentia profeſſo ponatur,

¶

& uer
non, &
fraudi,
ſi hoc
ri, non
militib;
turio, t
dico qu
Tullio
Tullius
rem loc
re nõ p
male cr
occurru
exempl
Piſo ur
partem
dormie
titela u
& diu
neret T
Campa
niſa, pu
ſum ſec
ſum uir
cõuicio
tamẽ T
niſtris
aut pul
remoue
ctus. C

& uerba examinante. Adijce nunc, quòd si hoc intellexit Ze-
 non, & nos intelligere uoluit, ambiguitate uerbi quæsiuit locū
 fraudi, quod faciendum non est, ubi ueritas queritur. Sed sane
 si hoc senserit, quod sequitur, falsum est, ei qui soleat ebrius fie-
 ri, non cōmitti sermonem secretum. Cogita enim quàm multis
 militibus, nō semper sobrijs, & imperator, & tribunus, & cē-
 turio, tacenda mandauerint. De illa Caij Cæsaris cæde, illius
 dico qui superato Pompeio rempublicā tenuit, tam creditū est
 Tullio Cymbro quàm C. Casio. Casius tota uita aquam bibit:
 Tullius Cymber & nimius erat in uino & scordalus, in hanc
 rem locutus est ipse. Ego, inquit, quenquam feram, qui unū fer-
 re nō possum. Sibi quisq; nunc nominet eos, quibus scit & unū
 male credi, & sermonem bene. Vnum tamē exemplum, quod
 occurrit mihi referam, ne intercidat. Instruenda est enim uita
 exemplis illustribus. Non semper confugiamus ad uetera. L.
 Piso urbis custos ebrius ex quo semel factus est fuit: maiorem
 partem noctis in cōuiuio exigebat, usq; in horam sextam fire
 dormiebat: hoc erat eius matutinum. Officium tamen suū (quo
 tutela urbis continebatur) diligentissimè administrauit. Huic
 & diuus Augustus dedit secreta mandata, cum illum præpo-
 neret Thraciæ, quam perdomuit: & Tyberius proficiscens in
 Campaniam, cū multa in urbe & suspecta relinqueret & in-
 uisa, puto quia illi bene cesserat Pisonis ebrietas, postea Cos-
 sum fecit urbis præfectum, uirū grauem, moderatum, sed mer-
 sum uino, & madentē adeò, ut ex senatu aliquando (in quem è
 cōuiuio uenerat) oppressus inexcitabili somno, tolleretur. Huic
 tamē Tiberius multa sua manu scripsit, quæ cōmittenda ne mi-
 nistris quidem suis iudicabat: nullū Cossio aut priuatū secretū,
 aut publicum elapsum est. Itaq; declamationes istas de medio
 remoueamus, Non est animus in sua potestate, ebrietate deui-
 ctus. Quemadmodum musto dolia ipsa rumpuntur, & omne
 quod

* scordulus
 al. scordalifs

quod in imo iacet, in summam partem uis caloris eiecit: sic uino exaestuante, quicquid in imo iacet abditum, effertur & prodit in mediū. Onerati mero quemadmodū nō cōtinent cibū uino redundante, ita ne secretum quidē, quod suum alienumq; est, pariter effundunt. Sed quāuis hoc soleat, ita & illud solet, ut cū his quos sciamus libētius bibere, de rebus necessarijs delibere-remus. Falsum est ergo hoc, quod patrocinijs loco ponitur, ei qui soleat ebrius fieri non dari tacitum. Quāto satius est aperte accusare ebrietatem, & uitia eius exponere, quae etiam tolerabilis homo uitauerit, nedū perfectus ac sapiēs, cui satis est sitim extinguere, qui etiam si quando orta est hilaritas, aliens coena producta longius, tamē citra ebrietatem resistit. Nam de illo uidebimus, an sapiētis animus nimio uino turbetur, & faciat ebrijs solita. Interim si hoc colligere uis, uirum bonum nō debere ebrium fieri, cur syllogismis agis? dic quā turpe sit plus sibi ingerere quā capiāt, & stomachi sui non nosse mensuram, quā multa ebrijs faciant, quibus sobrijs erubescant, Nihil aliud esse ebrietatē, quā uoluntariam insaniam. Ex-
 * uires de in plures* dies illum ebrium habitū, nunquid de furore dubitabis? Nunc quoq; nō est minor, sed breuior. Refer. Alexandri Macedonis exemplum, qui Clitum charissimum sibi ac fidelissimum inter epulas transfodit, & intellecto facinore, mori uoluit, certē delituit. Omne uitii ebrietas, & incēdit, & detegit, obstantem malis cōatibus uerecūdiam, remouet. Plures enim pudore peccandi quā bona uoluntate, prohibitis abstinent. Vbi possedit animum nimia uis uini, quicquid male latebat, emergit. Non facit ebrietas uitia, sed protrahit: tunc libidinosus ne cubiculum quidē expectat, sed cupiditatibus suis quantū petierint, sine dilatione permittit: tunc impudicus morbū profitetur ac publicat, tūc petulans non linguam, non manum continet. Crescit insolenti superbia, crudelitas seuo, malignitas li-

uido, omne uitium detegitur & prodit. Adijce illam ignorantie sui, dubia & parum explanata uerba, incertos oculos, gradum errantem, uertiginem capitis, tecta ipsa mobilia, uelut aliquo turbine circumagente totam domum: stomachi tormeta, cum effrenescit merum, ac uiscera ipsa distendit. Tunc tamen utcumque tolerabile est, dum illi uis sua est. Quid cum somno uiuatur, & quae ebrietas fuit, cruditas facta est? Cogita quas clades & dederit publica ebrietas. Haec acerrimas gentes bellicosasque hostibus tradidit, Haec multorum annorum pertinaci bello defensa moenia patefecit, haec contumacissimos & iugum recusantes in alienum egit arbitrium, haec inuictas acies mero domuit. Alexandrum cuius modo feci mentionem, tot itinera, tot praelia, tot hyemes, per quas uicta temporum locorumque difficultate transierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiserunt: intemperantia bibendi & ille Herculanus ac fatalis scyphus *perdidit. Quae gloria est capere multum? Cum penes te palma fuerit, & propinationes tuas strati somno ac uomitantes recusauerint, cum superstes toti conuiuio fueris, cum omnes uiceris uirtute magnifica, & nemo tam uini capax fuerit, uinceris a dolio. Marcum Antonium, magnum uirum & ingenij nobilis, quae alia res perdidit, & in externos mores ac uitia non Romana traiecit quam ebrietas? Nec minor uino Cleopatra amor. Haec illum res hostem reipublicae, haec hostibus suis imparem reddidit, haec crudeliter fecit, cum capita principum ciuitatis coenanti referrentur, cum inter apparatus epulas luxusque regales orae manus proscriptorum recognosceret, cum uino grauis, sitiret tamen sanguinem. Intolerabile erat quod ebrius faciebat, si sobrius faceret, quanto intolerabilius quod haec ipsa in ebrietate faciebat? Fere uinolentiam crudelitas sequitur, *uallatur enim *uallatur: als uiolatur: als, belluatur.

ebrietas

ebrietates continuæ efferant animos. Nā cum sæpe apud se nō sunt, consuetudine insanie durata uitia, uino concepta, etiā sine illo ualent. Dic ergo, quare sapiens nō debeat ebrius fieri. Deformitatem rei & importunitatem ostende, rebus, non uerbis, quod facillimum est. Proba istas, quæ uoluptates uocantur, ubi transcenderint modū, pœnas esse. Nam si illud argumētaberis, sapientem multo uino inebriari, & retinere rectum tenorem, etiam si temulentus sit, licet colligas, nec ueneno potato morturum, nec opio sumpto dormiturum, nec Elleboro accepto quicquid in uisceribus hærebit, eiecturum deiecturumq;. Sed si tentantur pedes, lingua non constat, quid est, quare illum existimes in parte sobrium esse, in parte ebrium? Vale.

EPIST. LXXXV. De alternitate lectionis & stili, & quomodo aliorum dicta per transformationem nostra facere debemus.

Itinera ista quæ segnitiam mihi excutiunt, & ualetudini meæ prodesse iudico, & studijs. Quare ualetudinē adiuuēt, uides, cum pigrū me, & negligentē corporis literarum amor faciat, aliena opera exerceor, studio quare profint, indicabo.

* A' lectione non recessi. * A' lectionibus recessi. Sunt autem (ut existimo) necessaria. Primum ne sim me uno contentus, deinde ut cū ab alijs quæsitum cognouero, tum & de inuentis iudicem, & cogitem de inueniendis. Alit lectio ingenium, & studio fatigatū, nō sine studio tamen, reficit. Nec scribere tantum, nec tantū legere debemus. Altera res contristabit, & uires exhauriet, de stilo dico: altera soluet ac diluet. Inuicem hoc illo * cōmutandum est, & alterū altero * temperandū, ut quicquid lectione collectū est, stilus redigat in corpus. Apes (ut aiunt) debemus imitari, quæ uagantur, & flores ad mel faciendū idoneos carpunt. Deinde quicquid attulere, disponūt, ac per fauos digerūt: & (ut Vergilius noster ait) liquētia mella stipant, & dulci distendunt nectare cellas.

* cōmeandū
* reparandū

cellas. D
cant, qu
mixtura
enim pla
Aiunt in
illius coc
gnat. In
& notat
rei genit
qualitate
pferint,
diuersa
car, nos
uersa led
nantur.
unum sa
ruerit u
est appa
nostra f
qualitate
At cū ex
sanguin
mus, ut q
na sunt, s
ingeniū.
quidā f
minores
Hoc fact
ipsum ta
parebit
esse te u

cellas. De illis non satis constat, utrum succum ex floribus ducant, quia protinus mel fit; an quæ collegerunt, in hunc saporem mixtura quadam & proprietate spiritus sui mutant. Quibusdã enim placet, non faciendi mellis scientiã esse illis, sed colligendi. Aiunt inueniri apud Indos mel in arundinũ folijs, quod aut ros illius coeli, aut ipsius arundinis humor, dulcis & pinguior gignat. In nostris quoq; herbis uim eandẽ, sed minus manifestã & notabilem poni, quam persequatur & contrahat animal huic rei genitũ. Quidã existimant conditura & dispositione in hac qualitatẽ uerti, quæ ex tenerimis uirentiũ florentiumq; decerpserint, non sine quodam (ut ita dicam) fermento, quo in unum diuersa coalescunt. Sed ne ad aliud, quàm de quo agitur abducatur, nos quoq; has apes debemus imitari, & quæcunq; ex diuersa lectione congesimus, separare, melius enim distincta seruantur. Deinde adhibita ingenij nostri * cura & facultate, in unum sapore, uaria illa libamenta confundere: ut etiã si apparuerit unde sumptũ sit, aliud tamen esse quàm unde sumptum est appareat: quod in corpore nostro uidemus, sine ulla opera nostra facere naturã. Alimenta quæ accepimus quãdiu in sua qualitate perdurant, & solida innatant stomacho, onera sunt. At cũ ex eo quod erant, mutata sunt, tunc demũ in uires & in sanguinẽ transcunt. Idẽ in his, quibus aluntur ingenia præstamus, ut quæcunq; hausimus, nõ patiamur integra esse, nec aliena sint, sed concoquamus illa: alioquin in memoriã ibunt; nõ in ingeniũ. Assentiamur illis fideliter, et nostra faciamus, ut unũ quidã fiat ex multis, sicut unus numerus fit ex singulis, cura minores summas & disidentes cõputatio una comprehendit. Hoc faciat animus noster. Omnia quibus est adiutus abscondat, ipsum tantum ostendat, quod efficit. Quod si alicuius in te cõparebit similitudo, quàm admiratio tibi altius fixerit, similem esse te uolo quomodo filiũ, nõ quomodo imaginem. Imago res

D mortua

* cura

*ut in unitatem illā com-
petant.

*eneatoribus

mortua est. Quid ergo? non intelligetur cuius imiteris orationem? cuius argumentationē? cuius sententias? Puto aliquādo ne intelligi quidē posse, si magni uiri ingenū est: nec enim omnibus quæ ex quoq; uelut exemplaria traxit, formā suā imprefit, *ut unitatem cū illa petant. Non uides quā multorum uocibus chorus constet? unus tamen ex omnibus sonus redditur: aliqua illic acuta est, aliqua grauis, aliqua media, accedunt uiris fœminæ, interponuntur tibiæ, singulorū illic latent uoces, omnium apparent. De choro dico, quæ ueteres philosophi nouerant. In comestationibus nostris plus cantorū est, quā in theatris olim spectatorū fuit, cū omneis uias ordo canentium impleuit, & cauea * uenatoribus cinctā est, & ex pulpito omne tibiæ genus organorumq; consonuit, fit concertus ex dissonis. Talem animū esse nostrū uolo, ut multæ in illo artes, multa præcepta sint, multarū ætatum exempla, sed in unū conspirata. Quomodo, inquis, hoc effici poterit? assidua intentione, si nihil egerimus, nisi ratione suadente: hanc si audire uoluers, dicet tibi: Relinque ista, iam dudum ad quæ discutitur. Relinque diuitias, aut periculū possidentium, aut onus. Relinque corporis atq; animi uoluptates, molliunt & eneruant. Relinque ambitū, tumida res est, uana, uentosa, nullū habet terminū: tam sollicita est, ne quæ ante se uideat, quā ne aliū post se: laborat inuidia, & quidē duplici. Vides autem quā miser sit, si is cui inuidetur, & inuidet. Intueris illas potentium domos, illa tumultuosa, rixa salutantium, limina? multū habent contumeliarum ut intres, plus cū intraueris. Præteri istos gradus diuitū, & magno aggestu suspensa uestibula. Non in prærupto tantū istis stabis, sed in lubrico. Huc potius te ad sapientiam dirige, tranquillissimasq; res eius, & simul amplissimas pete. Quæcunque uidentur emînere in rebus humanis, quāuis pusilla sint, & cōparatione humillimorū extent, per difficiles tamen & arduos

tramicis

tramicis:
At si cor
omnia q
sed tan

dam
tare.

P
Epe
teri
stris dic
sola satia
strarum
re, quod
ties teste
in acie d
tum. Q
constan
turbatus
Ergo pr
Huic col
impertu
tur, tam
modice,
est obno
enim, hu
stitia. S
hunc mo
sed temp
fortior e
tior, &
dans ad

tramites aduentur. Confragosa in fastigium dignitatis uia est. At si conscendere hunc uerticem libet, cui se fortuna submitit, omnia quidem sub te quæ pro excelsissimis habentur, aspicias, sed tamen uenies ad summa per planum. Vale.

EPIST. LXXXVI. De affectibus animi, quos secundum Peripateticos dicit sapientem temperare posse, non uitare. Et de beata uitæ perfectione.

PEpercerã tibi, & quicquid nodosi adhuc supererat, præterieram, contentus quasi gustũ tibi dare, eorum quæ à nostris dicuntur, ut probetur uirtus, ad explendam beatã uitam sola satis efficax. Iubes me quicquid est interrogationũ aut nostrarum, aut ad traditionẽ nostrã excogitariũ, comprehendere, quod si facere uoluerò, non erit epistola, sed liber. Illud toties testor hoc me argumentorũ genere non delectari. Pudet in acie descendere, pro dijs hominibusq; susceptã, subula armatum. Qui prudens est, & tẽperans est. Qui temperans est, & constans. Qui constans est, & imperturbatus est. Qui imperturbatus est, sine tristitia est. Qui sine tristitia est, beatus est. Ergo prudens beatus est, & prudentia ad beatã uitã satis est. Huic collectioni hoc modo Peripateticorũ quidã respondet, ut imperturbatũ, & constantẽ, & sine tristitia, sic interpretentur, tanquã imperturbatus dicatur, qui raro perturbatur & modice, nõ qui nunquã. Item sine tristitia eũ dici aiunt, qui nõ est obnoxius tristitiæ, nec frequẽs, nimius uel in hoc uitio. Illud enim, humanã naturã negare, alicuius animũ immunẽ esse tristitia. Sapientẽ non uinci mœrore, ceterũ tangi, & cetera in hunc modũ sectæ suæ respondentia. Non his tollunt affectus, sed temperant. Quãtulum autẽ sapienti damus, si imbecillimis fortior est, & mœstissimis lætior, & effrenatissimis moderatior, & humillimis maior. Quid si miretur uelocitatẽ suã laudans ad claudos debilesq; respiciẽs?

*traductiõ
nostra.

Illa uel intactæ segetis per summa uolaret
 Gramina, nec cursu teneras læsisset aristas,
 Vel mare per medium fluctu suspensa tumentis,
 Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

Hæc est pernicitas per se æstimata, non quæ tardissimorū col-
 latione laudatur. Quid si sanū uoces leuiter febricitantē: nō est
 5 bona ualitudo, mediocritas morbi. Sic, inquit, sapiens impertur-
 batus dicitur, quomodo apyrina dicuntur, nō quibus nulla in-
 est duritia granorū, sed quibus minor. Falsum est. Nō enim di-
 minutionē malorū in bono uiro intelligo, sed uacationē, nulla
 debent esse nō parua. Nam si ulla sunt, crescent, et interim im-
 pedient. Quomodo oculos maior et perfecta suffusio excæcat,
 sic modica turbat. Si das aliquos affectus sapienti, impar illis
 erit ratio, & uelut torrente quodā auferetur: præsertim cum
 illi non unū, sed uniuersum affectuū cœtū relinquis, cū quo col-
 luctetur: sed omnis plus potest, quāuis mediocriū turba, quā
 posset unius magni uolentia. Habet pecuniæ cupiditatem, sed
 modicā: habet ambitionē, sed non concitatā: habet iracundiam,
 sed placabilem: habet inconstantia, sed minus uagam ac mobi-
 lem: habet libidinem, non insaniam. Melius cum illo ageretur,
 qui unum uitū integrū haberet, quā cum eo qui leuiora qui-
 dem, sed omnia. Deinde nihil interest quā magnus sit affectus:
 quantuscunq; est, parere nescit, consilium non accipit: quemad-
 modum rationi nullum animal obtemperat, non ferum, nō do-
 mesticum & mite, natura enim illorum est surda suadenti: sic
 non sequuntur, non audiunt affectus quātulicunq; sint. Tigres,
 leonesq; nunquā feritatem exiunt, aliquando submittunt, &
 cum minime expectaueris, exasperatur toruitas mitigat.
 Nunquam bona fide uitia mansuescunt. Deinde si ratio profi-
 cit, ne incipient quidem affectus: si inuita ratione coeperint, in-
 uita perseuerabunt. Facilius est enim initia illorum prohibere,

quam

quam impetum regere. Falsa est utiq; ista mediocritas & inutilis, eodemq; loco habenda, quo si quis diceret modice insaniendum, modice agrotandum. Sola uirtus habet: non recipiunt animi mala temperamentum, facilius sustuleris illa, quam rexeris. Nunquid dubium est, quin uitia mentis humane inueterata & dura (quæ morbos uocamus) immoderata sint, ut auaritia, ut crudelitas, ut impotentia, ut impietas? ergo immoderati sunt & affectus, ab his enim ab illa transitur. Deinde si das aliquid iuris tristitiæ, timori, cupiditati, cæterisq; moribus prauis, non erunt in nostra potestate. Quare? quia extra nos sunt, quibus iritantur. Itaq; crescunt prout magnas habuerint minores ue causas, quibus concitentur: maior erit timor, si plus quo exterreatur, aut propius, aspexerit: acrior cupiditas, quo illam amplioris rei spes euocauerit. Si in nostra potestate non est, an sint affectus, ne illud quidem est quanti sint: si ipsis permixti incipere, cum causis suis crescent, tantiq; erunt, quanti fient. Adijce nunc, quod ista quantumuis exigua sint, in maius excedunt. Nunquam pernitiosa seruant modum. Quamuis leuia initia morborum, serpunt, & agra corpora minima interdum mergit accessio. Illud uerò cuius dementia est, credere, quarum rerum extra nostrum arbitrium posita principia sunt, earum nostri esse arbitrij terminos. Quomodo ad id finem dum satis ualeo, ad quod prohibendum parum ualui, cum facilius sit excludere, quam admissa comprimere? Quidam ita distinxerunt, ut dicerent, temperans ac prudens positione quidem mentis, & habitu tranquillus est, euentu non est: nam quantum ad habitum mentis suæ, non perturbatur, nec contristatur, nec timet, sed multe extrinsecus causæ incidunt, quæ illi perturbationem afferant. Tale est quod uolunt dicere, Iracundum quidem illum non esse, irasci tamen aliquando: & timidum quidem non esse, timere tamen aliquando: id est, uitio timoris carere, asse-

Et non carere. Quod si recipitur, usu frequenti timor transit
 in uitium, & ira in animum admissa, habitum illum ira ca-
 rentis animi reterit. Præterea si non contemnit uenientes
 extrinsecus causas, et aliquid timet, cum fortiter eundem erit ad-
 uersus tela, ignes, pro patria, legibus, libertate, cunctanter exi-
 bit et animo recedente. Non cadit autem in sapientem hæc diuersitas
 mentis. Illud præterea iudico obseruandum, ne duo quæ sepa-
 ratim probanda sunt, misceamus. Per se enim colligitur, unum
 bonum esse quod honestum per se, rursus ad uitam beatam satis
 esse uirtutem. Si unum bonum est, quod honestum, omnes cõcedunt ad
 beatam uiuendum sufficere uirtutem, è contrario non remittitur, si
 beatum sola uirtus facit, unum bonum esse, quod honestum est.
 Xenocrates et Speusippus putant beatum uel sola uirtute fieri
 posse, non tamen unum bonum esse, quod honestum est. Epicurus
 quoque iudicat cum uirtutem habeat, beatum esse, sed ipsam uir-
 tutem non satis esse ad beatam uitam, quia beatum efficiat uolu-
 ptas, quæ ex uirtute est, non ipsa uirtus. Inepta distinctio. Idem
 enim negat unquam uirtutem esse sine uoluptate: ita si ei iuncta
 semper est, atque inseparabilis, et sola satis est: habet enim secum
 uoluptatem, sine qua non est, et iam cum sola est. Illud autem absur-
 dum est, quod dicitur beatum quidem futurum uel sola uirtute, non
 futurum autem perfecte beatum, quod quemadmodum fieri pos-
 sit, non reperiō. Beata enim uita bonum in se perfectum habet
 inexuperabile, quod si est, perfecte beata est. Si deorum uita nihil
 habet maius aut melius, beata autem uita diuina est, nihil habet,
 in quod amplius possit attolli. Præterea si beata uita nullius est
 indigens, omnis beata uita perfecta est, eademque est, & beata,
 & beatissima. Nunquid dubitas quin beata uita summum bonum
 sit? ergo si summum bonum habet, summe beata est. Quemadmo-
 dum summum adiectionem non recipit (quid enim supra summum
 erit?) ita ne beata quidem uita, quæ sine summo bono non est.

Quod

Quod si
 innumer
 bonum i
 quis min
 beatorum
 sue præ
 beato re
 malle, qu
 magis se
 consequi
 potest, in
 Nescium
 qualitas
 diffusa e
 ta, & in
 & partit
 beata uit
 dique sati
 satur est.
 Hic plur
 illum me
 minus be
 ni. Qui
 stitia est
 rogatio
 rem &
 sine tim
 timebit?
 quit, mo
 Qui he
 loco sunt

Quod si aliquem magis beatum induxeris, & multo magis innumerabilia discrimina summi boni facies, cum summum bonum intelligam quod supra se gradum non habet. Si est aliquis minus beatus quam alius, sequitur, ut hic alterius uitam beatoris magis concupiscat, quam suam, beatus autem nihil suae praefert. Vtrumlibet ex his incredibile est: aut aliquid beato restare, quod esse quam quod est malit: aut id illum non malle, quod illo melius est. Vtique enim quo prodentior est, hoc magis se ad id quod est optimum, extendet, & id omni modo consequi cupiet. Quomodo autem beatus est, qui cupere etiam nunc potest, imò qui debet? Dicam quid sit, ex quo ueniat hic error. Nesciunt beatam uitam unam esse. In optimo illam statu ponit qualitas sua, non magnitudo. Itaque in a quo est longa & breuis, diffusa & angustior, in multa loca, multasque partes distributa, & in unum coacta. Qui illam numero aestimat, & mensura & partibus, id illi quod habet eximium, eripit. Quid autem est in beata uita eximium? quod plena est, finis. Vt puta, edendi bibendique satietas est: hic plus edit, ille minus, quid refert? uterque iam satur est. Hic plus bibit, ille minus, quid refert? uterque non sitit. Hic pluribus annis uixit, hic paucioribus. Nihil interest, si tam illam multi anni beatum fecerunt, quam hunc pauci. Ille quem tu minus beatum uocas, non est beatus, non potest nomen immitti. Qui fortis est, sine timore est: qui sine timore est, sine tristitia est: qui sine tristitia est, beatus est. Nostrorum haec interrogatio est. Aduersus hanc sic respondere conantur, falsam nos rem & cotrouersam pro confessa *iudicare, eum qui fortis est, sine timore esse. Quid ergo, inquit, fortis imminetia mala non timebit? istud dementis alienatiq; non fortis est. Ille uero, inquit, moderatissime timet, sed in totum extra metum non est. Qui haec dicunt, rursus in idem reuoluuntur, ut illis uirtutum loco sint minora uitia. Nam qui timet quidem, sed rarius &

*iudicare

minus, non caret malitia, sed leuiore uexatur. At enim demeritum puto qui mala imminetia non extimefcit. Verum est quod dicit, si mala sunt, sed si fcit mala illa non esse, & unam tantum turpitudinem malum iudicat, debet secure pericula affpicere, & alijs timenda contemnere. At si stulti & amentis est mala non timere, quo quis prudentior est, hoc timebit magis. Vt uobis, inquit, uidetur, præbebit se periculis fortis. Minime. Non timebit illa, sed uitabit: cautio illum decet, timor nõ decet. Quid ergo (inquis) mortem, uincula, ignes, alia tela fortuna non timebit? Non, fcit enim illa non esse mala, sed uideri, omnia ista humane uitæ formidines putat. Describe captiuitatem, uerbera, catenas, egestatem, & membrorum lacerationes, uel per morbum, uel per iniuriam, & quicquid aliud attuleris inter lymphaticos metus numerat. Ista timidis timenda sunt. An id existimas malum, ad quod aliquando nostra sponte ueniendum est? Queris quid sit malum? Cedere his quæ mala uocantur, & illis libertatem suam dedere, pro qua cuncta patienda sunt. Perit libertas, nisi illa contemnimus, quæ nobis iugum imponunt. Non dubitarent quid conueniret forti uiro, si scirent quid esset fortitudo. Non est enim inconsulta temeritas, nec periculorum amor, nec formidabiliũ appetitio. Scientia est distinguendi quid sit malum, & quid non sit: diligentissima in tutela sui fortitudo est, & eadem patientissima eorũ, quibus falsa species malorum est. Quid ergo, si ferrum intætatur ceruicibus uiri fortis, si pars interuallo quo magis tormenta sentiat *repetitur, & per siccata uiscera, recens demittitur sanguis, non timere istum tu dicces, non dolere? Iste uerò dolet. Sensum enim hominis nulla exiit uirtus: sed nõ timet, inuictus ex alto dolores suos spectat. Queris quis tunc animus illi sit? qui ægrum amicũ adhortantibus. Quod malum est, nocet, quod nocet deteriore facit. Do-

*reperitur,

reperitur

lor & paupertas deteriorem non faciunt, ergo mala non sunt. Falsum est, inquit, quod proponitur, nō enim si quid nocet, etiā deteriorem facit. Tempestas & procella nocet gubernatori, non tamen illum deteriorem facit. Quidam Stoici ita aduersus hoc respondent, Deteriorem fieri gubernatorem tempestate ac procella, quia non possit id quod proposuit efficere, nec tenere cursum suum: deteriorem illum in arte sua non fieri, in opere fieri: quibus Peripateticus, Ergo, inquit, & sapientem deteriorem faciet paupertas & dolor, & quicquid aliud tale fuerit: virtutem enim illi non eripiet, sed opera eius impedit. Hoc recte diceretur, nisi dissimilis esset gubernatoris conditio & sapientis. Huic enim propositum est in uita agenda, nō utiq; quod tentat efficere, sed omnia recta facere. Gubernatori propositum est utiq; nauem in portum perducere. Artes ministrae sunt, praestare debent, quod promittunt. Sapiētia domina rectorixq; est. Artes seruiunt uitae, sapientia imperat. Ego aliter respondendum iudico, nec artem gubernatoris deteriorem ulla tempestate fieri, nec ipsam administrationē artis. Gubernator tibi non felicitatem promisit, sed *utilem operam, & nauis regendae scientiam: haec eo magis apparet, quo illi magis aliqua fortuita uis obstitit. Qui hoc potuit dicere, Neptune nunquā hanc nauem, nisi rectam arti satisfecit: tempestas non opus gubernatoris impedit, sed successum. Quid ergo, inquis, non nocet gubernatori ea res, quae illum tenere portum uetat? quae conatus eius irritos efficit? quae aut refert illū, aut detinet & exarmat? Non tanquam gubernatori, sed tanquam nauiganti nocet. Alioquin gubernatoris artem adeo non impedit, ut ostendat. Traquillo enim, ut aiunt, quilibet gubernator est. Nauigio ista obsunt, non rectori eius, quae rector est. Duas personas habet gubernator, Alteram communem cum omnibus qui eandem conscenderunt nauem, quae ipse quoq; uector est, Alterā propriam,

*fidelem

qua gubernator est, Tempestas tanquā uectori nocet, non tanquam gubernatori. Deinde gubernatoris ars alienū bonū est, ad eos quod uehit pertinet, quomodo medici ars ad eos quos curat. Sapientia cōmune bonum est, & eorū cum quibus uiuit, & proprium ipsius. Itaq; gubernatori fortasse nocetur, cuius ministerium alijs promissum tēpestate impeatur, Sapiētī non nocetur a paupertate, non a dolore, nō ab alijs tempestatibus uitæ. Non enim prohibentur opera eius oīa, sed tantum ad alios pertinentia: ipse semper in actu est. In effectu tunc maximus, cū illi fortuna se opposuit, tūc ipsius sapientiæ negotium agit, quam diximus & alienum bonum esse, & suum. Præterea ne alijs quidem tunc prodesse prohibetur, cum illum aliqua necessitates premunt. Propter paupertatem prohibetur docere, quemadmodum tractanda Respublica sit: at illud docet, quemadmodum tractanda sit paupertas, per totam uitam opus eius extenditur, Ita nulla fortuna, nulla res, actus sapientis excludit. Id enim ipsum agit, quo alia agere prohibetur. Ad utrosq; casus aptus est, bonorum rector est, malorum uictor. Sic, inquam, se exercuit, ut uirtutem tam in secundis quam in aduersis exhiberet, nec materiam eius, sed ipsam intueretur. Itaq; nec paupertas illum, nec dolor, nec quicquā aliud, quod imperitos auertit et præcipites agit, prohibet. Tu illum premi putas malis? Uirtur. Non ex ebore tantum Phidias sciebat facere simulacra, faciebat ex ære: si marmor illi, si adhuc uiliorem materiam obtulisset, fecisset quale ex illa fieri optimum posset. Sic sapiens uirtutem si licebit in diuitijs explicabit, si minus, in paupertate: si poterit, in patria: si minus, in exilio: si poterit, imperator: si minus, miles: si poterit, integer: si minus, debilis: quæcūq; fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet. Certi sunt domitores ferarum, qui seuißima animalia, et ad occursum expauescētia hominem, * cogant pati iugum: nec asperitatem

* docent

excus

excus
magist
phante
bular
egest
ad hun

1 Hi
curim
naue d
2 Ec
3 N
pouim
tonnar

4 L
tionen
ferit O
ne intel
tas argu
omnib
ut in un
imiteri
quibus
in unita
gas, nec
Kurfus
fit for
queat q
compet
tum Et

5 Q
ce uis

excussisse contenti, usque in contubernium mitigant. Leonibus magister manum insertat, osculatur Tigrim suus custos. Elephantem minimus Aethiops iubet subsidere in genua, & ambulare per funem. Sic sapiens est artifex domandi mala: Dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium, quaecumq; horrenda, cum ad hunc peruenere, mansueta sunt. Vale.

ANNOTAT. IN LIB. XII.

EPISTOLA LXXXIII.

1 Hieran fecimus. Apparet uehementissimum ac laboriosissimum cursum fuisse dictum, *ἱεράν*, ut subaudias *ἀγοράν*: quemadmodum & nante dicunt, sacram ancoram, & medici sacram dōsim *ἱεράν πινάκην*.

2 Et scordalus. De hac uoce dictum est epistola 57.

3 Nec sopore sumpto dormiturum: Ex exemplari feliciore reposuimus, opio. Opium enim copiosius sumptum letalem adfert somnum.

EPIST. LXXXV.

4 Locus est deprauatus, nec subueniebant exemplaria. Interim lectionem utcumq; tibicine fulciemus, donec quod certum est emerit. Opinor inuersum ordinem, atq; ita legendum, Puto aliquando ne intelligi quidem posse, si magni uiri: ut hic ex superioribus repetas argumentationem & sententias. Deinde sequatur. Nec enim ex omnibus uelut exemplaria traxit, ex quo formam suam impresit, ut in unitatem illa competat. Sensus hic est, Si magni uiri orationem imiteris, non agnosci, cuius sit sententia, quum ille non collegerit ex quibuslibet, posteaquam illis impresit suam formam, ut competant in unitatem. Verum uideo tolerabilem lectionem, si pro ex quo, legas, nec enim omnibus, quæ ex quoq; uelut exemplaria traxit, &c. Rursus si legas traxerit pro traxit, ut sit sensus, Nō omnibus impresit formam, quæ ex quo traxerit, hoc est, non addidit notam, qua liquet quid ex quo traxerit. Et quare non impresit formam? ut illa competat in unitatem. In quodam exemplari pro traxit erat struxit, tum Ennii nomen erat additum. Magni uiri Ennii.

EPIST. LXXXVI.

5 Quomodo aprina dicuntur, &c. Reposuimus apyrina, qua uoce usus est Plinius libro 23. cap. 6.

LVCII ANNAEI
SENECAE EPISTOLARVM AD
LVCILIVM LIB. XIII.

EPIST. LXXXVII. Exemplo Scipionis utens, notat balneorum luxuriam, subiiciens de sationibus & infitionibus quædam *oblectabilia senescenti.

*oblectamen-
ta senectutū.

*arca,



N IPSA Scipionis Africani uilla iacens hæc tibi scribo, adoratis manibus eius & *ara, quam sepulchrum esse tanti uiri suspicor: animã quidẽ eius in cœlum, ex quo erat, redisse persuadeo mihi: nõ quia magnos exercitus duxit (Hos enim & Cambyses furiosus, ac furore feliciter usus habuit) sed ob egregiam eius moderationẽ pietatẽq; magis in illo admirabilem, cum reliquit patriã, quã cum defendit. Aut Scipio Romæ esse nõ debebat, aut Roma in libertate. Nihil, inquit, uolo derogare legibus, nihil institutis, æquũ inter omnes ciues ius sit, utere sine me beneficio meo patriã, causa tibi libertatis sui, ero & argumentũ. Ex eo, si plus, quã tibi expedit creui. Quid ni ego admirer hanc magnitudinem animi: in exilium uoluntarium secessit, & ciuitatẽ exonerauit. Eò perducta res erat, ut aut libertas Scipioni, aut Scipio libertati faceret iniuriam. Neutrum fas erat. Itaq; dedit locum legibus, & se Litternum recepit, tam suum exilium Reipub. imputaturus, quã Hannibalis. Vidi uillam structam lapide quadrato, murum circumdatũ syluæ, turres quoq; in propugnaculum uillæ utrinq; subrectas. Cisternam ædificijs ac uiridibus subditã, quæ sufficere in usum uel exercitus posset. Balneolum angustũ, tenebricosum ex consuetudine antiqua. Non uidebatur maioribus nostris calidum, nisi obscurum. Magna ergo me uoluptas subit contemplantem mores Scipionis ac nostros. In

hoc

hoc ang
tum sem
exerceb
igebat
tum tam
pauper
tiosus or
dicis cru
re mod
camera,
templo,
corpora
fuderint
libertine
rum est
pensæ co
bentium
nolimus
quã fe
ti, lumen
non ita
amplif
nisi ex s
& adma
rum nu
est, quo i
cultu ex
usum no
reccens s
debant i
iuuabat

hoc angulo ille Carthaginis horror, cui Roma debet, quod tantum semel capta est, abluerat corpus laboribus rusticis fessum: exercebat enim opere se, terramq; (ut mos fuit prisca) ipse subigebat. Sub hoc ille tecto tam sordido stetit, hoc illum paupertatum tam uile sustinuit. At nunc quis est, qui sic lauari sustineat? pauper sibi uidetur ac sordidus, nisi parietes magnis & pretiosis orbibus resulserint, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint, nisi illis undiq; operosa & in picturae modum uariata circumlitio pratexatur, nisi uitro condatur camera, nisi Thasius lapis, quondam rarum in aliquo spectaculi templo, piscinas nostras circumdederit, in quas multa sudatione corpora exinanita demittimus, nisi aquam argentea* epitomia fuerint. Et adhuc plebeias fistulas loquor, quid cum ad balnea libertinorum peruenero? quantum statuarum, quantum columnarum est nihil sustentium, sed in ornamentum positarum impensa causa? quantum aquarum per gradus cum fragore labentium? Eo deliciarum peruenimus, ut nisi gemmas calcare nolimus. In hoc balneo Scipionis minime sunt rimae magis quam fenestrae, muro lapideo exsectae, ut sine iniuria munimentum lumen admitterent. At nunc lactaria uocant balnea, si qua non ita* aptata sunt, ut totius diei solem fenestris amplissimis amplissimis recipiant, nisi & lauantur simul & colorantur, nisi ex solio agros & maria prospiciunt. Itaq; quae concursum & admirationem habuerant cum dedicarentur, haec in antiquorum numerum reijciuntur, cum aliquid noui luxuria comenta est, quo ipsa se obrueret. At olim & pauca erant balnea, nec ullo cultu exornata. Cur enim ornaretur res* quadratoria, & in usum non in oblectamenta reperta? Non suffundebatur aqua, nec recens semper uelut ex calido fonte currebat, nec referre credebant in qua perlucida sordes deponerent. Sed, dii boni, quam iuuabat illa balnea intrare obscura, & gregali tectorio induc-
ta,

*epitomia

*aperta

*quadratoria,

Etā, quæ scires Catonem tibi ædilem, aut Fabium Maximum,
 aut ex Cornelij aliqum manu sua tēperasse. Nam hoc quoq;
 nobilissimi ædiles fungebantur officio, intrandi ea loca quæ po-
 pulum receptabant, exigendiq; munditias, & utilē ac salubrē
 temperaturam, non hāc quæ nuper inuenta est, similis incēdio,
 adeo quidem ut conuictū in aliquo scelere seruum, * uiuum la-
 uari oporteat. Nihil mihi uidetur iam interesse, * ardeat balneū
 an caleat. Quantæ nunc aliqui rusticitatis damnāt Scipionem,
 quod non in caldarium suum latis specularibus diem admiserat,
 quod non in multa luce decoquebatur, & spectabat, ut in
 balneo concoqueret? O hominem calamitosum, nescit uiuere.
 Non pacata aqua lauabatur, sed sæpe turbida, & cum plueret
 uehementius, penē lutulenta. Nec multum eius intererat an sic
 lauaretur, ueniebat enim, ut sudorē illic ablueret, nō ut unguē-
 tum. Quas nunc quorundā futuras uoces credis? non inuideo
 Scipioni, uere in exilio uixit, qui sic lauabatur. Imō si scias, non
 quotidie lauabatur. Nam, ut aiunt qui priscos mores urbis tra-
 diderūt, brachia & crura quotidie abluabant, quæ scilicet sor-
 des opere collegerāt: cæterum toti nandinis lauabantur. Hoc
 loco dicit aliquis, liquet immundissimos fuisse. Quid putas illos
 oluisse? militiam, laborē, * uirum. Postquā munda balnea in-
 uenta sunt, spurciores sunt. Descripturus infamem, & nimis no-
 tabilem delicijs Horatius Flaccus quid ait? Pastillos Ruccillus
 olet. Dares nūc Ruccillū, proinde esset ac si hircum oleret, &
 Gorgonij loco esset, quem idē Horatius Ruccillo opposuit. Pa-
 rum est sumere unguentū, ni bis die terq; renouetur, ne eui-
 nescat in corpore. Quid quod odore tanquam suo gloriantur?
 Hæc si tibi nimium tristia uidebuntur, uillæ imputabis, in qua
 didici ab Aegialo diligentissimo patrefamiliæ (is enim nūc hu-
 ius agri possessor est) quāuis uetus arbutum posse transferri.
 Hoc nobis senibus discere necessariū est, quorū nemo non ali-
 uctum

* inuitum
 * algeat

2
 * uires

uctum a
 & qua
 quos; p
 umbra
 decentij
 legentes
 die milib
 Ven
 Acc
 An u
 setio, hir
 procliu
 tes. Ad
 Magna
 ductis pe
 lictio tan
 in serobe
 canit &
 catus: ui
 netur: &
 prehend
 rētes, leu
 obruat *
 excunt r
 debet tru
 uctetur
 arida &
 fortes, ne
 eodē gen
 à planta
 lud etiā n

uetum alteri ponit. Quod uidi hoc dico, illud arbutū trimum
 & quadrimum haud fastidiendi fructus autumo. Depone, te
 quoq; proteget illa quæ Tarda uenit seris factura nepotibus
 umbrā, ut ait Vergilius nosſter: qui non quid uerifiſimè, ſed quid
 decentiſſimè diceretur, aſpexit: nec agricolas docere uoluit, ſed
 legentes delectare. Nam (ut omnia alia tranſeam) hoc quod ho
 die mihi neceſſe fuit deprehendere, aſcribam,

Vere fabis ſatio eſt, tunc te quoq; medica putres
 Accipiunt ſulci, & milio uenit annua cura.

An uno tempore iſta ponenda ſunt, & an utriuſq; uerna ſit
 ſatio, hinc æſtims licet. Iunius menſis eſt quo tibi ſcribo, iam
 procliuius in Iulium. Eodē die uidi fabā metentes, nulū ſeren
 tes. Ad oliuetū reuertor, quod uidi duobus modis diſpoſitum.
 Magnarū arborum truncos circuncifiſis ramis, & ad unum re
 ductis pedē, cum rapo ſuo tranſtulit, amputatis radicibus, re
 liſto tantū capite uno, ex quo illæ pependērāt. Hoc ſimo tinctū
 in ſcrobem demifiſit: deinde terrā non aggeſſit tantum, ſed cal
 cauit & preſſit. Negat quicquā eſſe hac (ut ait)* poſitione effi
 ciatum: uidelicet frigus excludit, & uentū, minus præterea mo
 uetur: & ob hoc naſcentes radices prodire patitur, ac ſolū ap
 prehendere, quas neceſſe eſt * teneras adhuc, & precario hæ
 rētes, leuis quoq; reuellat agitatio, parū autē arboris antequā
 obruat * radix, ex omni enim materia quæ nudata eſt (ut ait)
 exeunt radices nouæ. Non plures autē ſuper terram eminere
 debet truncus, quā tres aut quatuor pedes, ſtatim enim ab imo
 uſſuetur, nec magna pars quemadmodū in oliuetis ueteribus
 arida & re torrida erit. Alter ponēdi modus hic fuit. Ramos
 fortes, nec corticis duri, quales eſſe nouellarum arborū ſolent,
 eodē genere depoſuit. Hi paulo tardius ſurgunt ſed cū tanquā
 à planta proceſſerint, nihil habent in ſe horridū, nec triſte. Il
 lud etiā nunc uidi, uitē ex arbuſto ſuo annoſam trāſferri: huius

* ſpiſſatione

* cereas

* radit,

cap

capillamenta quoque (si fieri potest) colligenda sunt, deinde liberalius sternenda uitis, ut etiā ex corpore radicescat. Et uidi nō tantū mense Februario positas, sed & iam Martio exacto tenent, & cōplexæ sunt non suas ulmos. Omnes autē istas arbores, quæ (ut ita dicam) *grandis copię sunt, ait aqua adiuuandas cisternina: quæ si prodest, habemus pluuiā in nostra potestate. Plura te docere non cogito, ne quemadmodum Aegialus noster me sibi aduersariū parauit, sic ego parem te mihi. Vale.

*grandiscapie

EPIST. LXXXVIII. Exemplo sui & Catonis ad frugalitatem hortatur, annectens contra Peripateticos disputationem de fortuitis.

Naufragium antequam nauim ascenderem feci: quomodo nacciderit, non adicio, ne & hoc putes inter Stoica paradoxa ponendū: quorum nullum esse falsum, nec tam mirabile quam prima facie uidetur, cū uolueris approbabo, imō etiam si nolueris. Interim hoc me iter docuit, quam multa haberemus superuacua, & quam cū facili iudicio possemus *deponere, quæ si quādo necessitas abstulit, non sentimus ablata. Cū paucissimis seruis, quos unū capere uehiculum potuit, sine ullis rebus, nisi quæ corpore nostro cōtinebantur, ego & Maximus meus biduū iam beatissimum agimus. Culcitra in terra iacet, ego in culcitra. Ex duabus penulis, altera stragulum, altera oportoriū facta est. De prandio nihil detrabi potuit, paratū fuit non magis hora, nusquā sine caricis, nusquam sine pugillaribus. Ille si panē habeo, pro pulmentario sunt: si non, pro pane: quotidie mihi annum nouum faciunt, quem ego faustum & felicem reddo bonis cogitationibus, & animi magnitudine: qui nunquam maior est, quam ubi aliena seposuit, & fecit sibi pacem, nihil timendo, fecit sibi diuitias, nihil concupiscendo. Vehiculum in quod impositus sum, rusticum est. Mula uiuere se ambulando testantur, nullo excalceatus non propter æstatem.

*contemnere

Vix

Vix a
rat ad
tum la
ista q
mobile
tur. Pa
re, etiā
mani o
superu
est, dili
quibus
iam ex
mum fo
specios
toribus
debebit
putas,
omnibu
nitor, q
desertio
Quare
interess
pserit.
coloris
Inst
Aur
Tec
Ista nec
Censori
fuit nas
lum, alt

Vix à me obtineo, ut hoc uehiculum uelim uideri meum. Dirat adhuc peruersa recti uerecundia: quoties in aliquè comitatum lautiorè incidimus, inuitus erubesco: quod argumentū est, ista quæ probo, quæ laudo, nondū habere certā * sedem & im- * fidem
mobilem. Qui sordido uehiculo erubescit, pretioso gloriabitur. Parū adhuc profeci, nondū audeo frugalitatē palam * fer- * proferre,
re, etiā nunc curo opiniones uiatorū. Contra totius generis hu-
mani opiniones mittenda uox erat: insanitis, erratis, stupetis ad
superuacua, neminē æstimatis suo. Cum ad patrimoniū uentū
est, diligentissimi cōputatores, sic rationē ponitis singulorum,
quibus aut pecuniā credituri estis, aut beneficia, Nā hæc quoq;
iam expensa fertis, Late possidet, sed multū debet: habet do-
mum formosam, sed alienis nummis paratā: familiā nemo cito
speciosiores producit, sed nominibus non respondet. Si credi-
toribus soluerit, nihil illi supererit. Idē in reliquis quoq; facere
debebitis, excutere quantū proprij quisq; habeat. Diuitē illum
putas, quia aurea supellex etiam in uia eum sequitur, quia in
omnibus prouincijs arat, quia magnus calendarij liber euolu-
uitur, quia tantū suburbani agri possidet, quantum inuidiosè in
desertis Apuliæ possideret. Cū omnia dixeris pauper est.
Quare? Quia debet. Quantū inquis? Omnia, nisi forte * iudices * tu dices
interesse, utrū aliquis ab homine, an à fortuna mutuū sum-
pserit. Quid ad rem pertinent mule saginatæ unius omnes
coloris? Quid ista uehicula celata?

Instrati ostro alipedes, pictisq; tapetis,

Aurea pectoribus demissa monilia pendent

Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum.

Ista nec dominum meliorē possunt facere, nec mulā. M. Cato
Censorius (quem tam necessariū Romano populo hercule pro-
fuit nasci quàm Scipionē. Alter enim cū hostibus nostris bel-
lum, alter cū moribus gessit) cantherio uehebatur, & hippo-
peris

E

peris quidē impositis, ut secum utensilia portaret. O quam cuperem illi nunc occurrere aliquē ex his trossulis in uia diuitibus, cursores & Numidas et multū ante se pulueris agētibus. Hic sine dubio cultior, comitatorq; quā M. Cato uideretur, hic inter illos apparatus delicatus, qui cū maximē dubitat, utrū se ad gladiū locet, an ad cultrū. O quantū erat seculi decus imperatorē triūphalem Censorium (& quod super omnia hæc est) Catonem, uno caballo esse contentū, & ne toto quidē. Partem enim sarcinæ ab utroq; latere dependētes occupabāt. Ita non omnibus obesis mannis & asturconibus & toluarijs præferres unicū illū equum ab ipso Catone* defrictum? Video non futurū finem in ista materia ullū, nisi quē mihi ipse fecero. Hic itaq; conticescam, quantū ad ista, quæ sine dubio talia diuinauit futura, qualia nūc sunt, qui primus appellauit impedimēta. Nunc uolo paucissimas adhuc interrogationes nostrorum tibi reddere ad uirtutē pertinentes, quā satis facere uitæ beatæ contendimus. Quod bonum est bonos facit. Nam & in arte musica quod bonū est, bonos facit musicos. Fortuita bonū non faciunt, ergo non sunt bona. Aduersus hoc sic respondent Peripatetici, ut quod primum proponimus falsum esse dicant, Ab eo, inquit, quod est bonū non utiq; fiunt boni. In musica est aliquod bonū tanquā tibia, aut chorda, aut organū aliquod aptatū ad usus canendi, nihil tamen horū facit musicū. Hic respondēbimus, non intelligitis quomodo posuerimus quod bonū est in musica. Non enim id dicimus quod instruit musicū, sed quod facit: tu ad supellectilē artis, non ad artem uenis. Si quid autē in ipsa arte musica bonum est, id utique musicum faciet. Etiamnū facere id planius uolo, Bonū in arte musica duobus modis dicitur, altero quo effectus musici adiunatur, altero quo ars ad effectum pertinet. Instrumenta, tibia, & organa, & chordæ, ad artem ipsam non pertinent. Est enim artifex etiam

* defrictus

sine

sine ista
in homo
temporibus
est. O
bona. F
ca & i
limis qu
nem an
diunt. V
locat: ne
mis, nec
trimoni
quā in
rum hæc
illū pecu
sic in qu
tus sup
dolibet
non inter
est uir bo
tor, pote
contigit
lia quisq
accession
cum pon
idem uen
& apper
gram an
contingit
cam, hab
molestia

sine istis, uti forsitan non potest arte. Hoc non est æquè duplex in homine, idem enim bonum & hominis & uitæ. Quod contemptissimo cuique contingere ac turpissimo potest, bonum non est. Opes autem & lenoni, & lanistæ contingunt, ergo non sunt bona. Falsum est, inquit, quod proponitur. Nam in grammatica & in arte medendi, aut gubernandi, uidemus bona humilioribus quibusque contingere. Sed istæ artes non sunt magnitudinem animi professæ, non consurgunt in altum, nec fortuita fastidiunt. Virtus extollit hominem, & supra chara mortalibus collocat: nec ea quæ bona, nec ea quæ mala uocantur, aut cupit nimis, nec expauescit. Chelidon unus ex Cleopatæ mollibus patrimonium grande possedit, nuper Natalis, tam improba lingue quam impure, in cuius ore foemina purgabatur, & multorum heres fuit, & multos habuit hæredes. Quid ergo? utrum illi pecunia impuræ efficit, an ipse pecuniâ conspurcauit, quæ sic in quosdã homines quomodo denarius in cloacã cadit. Virtus supra ista consistit, suo ære censetur, nihil ex istis quomodolibet incurrentibus bonum iudicat. Medicina & gubernatio non interdicit sibi ac suis, admirationem talium rerum. Qui non est uir bonus, potest nihilominus medicus esse, potest gubernator, potest Grammaticus, tam me hercules quam coquus. Cui contigit habere non quælibet, hunc non quælibet dixeris. Quælibet quisque habet talis est. Fiscus tanti est quantum habet, imò in accessione eius uenit quod habet. Quis pleno sacculo ullum pretium ponit, nisi quod pecuniæ in eo condite numerus efficit? Idem uenit magnorum dominis patrimoniorum accessiones illorum & appendices sunt. Quæ re ergo sapiens magnus est? quia magnum animum habet. Verum est ergo quod contemptissimo cuique contingit, bonum non esse. Itaque indolentiam nunquam bonum dicam, habet illam cicada, habet pulex. Ne quietem quidem, & molestia uacare, bonum dicam. Quid est otiosius uerme? Quæ-

ris quæ res sapiëntem faciat? quæ deum. Des oportet illi aliquid diuinum, aliquid cœleste, magnificum. Non in omnes bonū cadit, nec quemlibet possessorem patitur. Vide quid quæque ferat regio, & quid quæque recuset.

Hic segetes, illic ueniunt felicius uuæ,
 Arborei foetus alibi, atque iniussa uirescunt
 Gramina, nonne uides croceos ut Tmolus odores,
 India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?
 At Chalybes nudi ferrum.

Ista in regiones descripta sunt, ut necessarium mortalibus esset inter ipsos commercium, si inuicem alius ab alio aliquid peteret. Summū illud bonū habet, & ipsum suam habet sedem, nō nascitur ubi ebur nec ubi ferrum. Quis sit summi boni locus queris? Animus, hic nisi purus ac sanctus est, deū nō capit. Bonum ex malo non fit, diuitiæ fiunt, fiunt autem ex auiditia, diuitiæ ergo non sunt bonum. Non est, inquit, uerum, bonum ex malo non nasci. Ex sacrilegio enim & furto pecunia nascitur. Itaque malum quidem est sacrilegium & furtum, sed ideo quia plura mala facit quàm bona. Dat enim lucrum, sed cum metu, solitudine, tormentis, & corporis et animi. Quisquis hoc dicit, necesse est recipiat sacrilegium sicut malum sit, quia multa mala facit, ita bonū quoque ex aliqua parte esse, quia aliquid boni facit: quo quid fieri portentosius potest, quàm sacrilegium, furtum, & adulterium inter bona haberi? Prorsus persuasi sumus, quam multi furto non erubescunt, quàm multi adulterio gloriantur. Nam sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur. Adijce nunc, quod sacrilegium si omnino ex aliqua parte bonum est, etiam honestum erit, & recte factum uocabitur, nostra enim actio est, quod nullius mortalium cogitatio recipit: ergo bona nasci ex malo non possunt, Nam si, ut dicitis, ob hoc unum sacrilegium malum est, quia multum ma-

li affert, si remiseris illi supplicia, si securitatem sponderis,
 ex toto bonum erit. Atqui maximum scelerum supplicium in
 ipsis est. Erras, inquam, si illa ad carnificem, aut ad carcerem
 differas, statim puniuntur cum facta sunt, imò dum fiunt. Non
 nascitur itaq; ex malo bonū, non magis quàm ficus ex olea: ad
 semen nata respondent, bona degenerare non possunt, Quem-
 admodum ex turpi honestum non nascitur, ita ne ex malo qui-
 dem bonum, nam idem est honestum & bonum. Quidam ex
 nostris aduersus hoc sic respondent: putemus pecuniam bonū
 esse undecunq; sumptam, non tamen ideò ex sacrilegio pecu-
 nia est, etiam si ex sacrilegio sumitur. Hoc sic intellige. In eadē
 urna & aurum est & uipera. Si aurum ex urna sustuleris,
 quia illic & uipera est, non ideò mihi urna aurum dat, quia ui-
 peram habet, sed aurum dat cum & uiperam habeat. Eodem
 modo ex sacrilegio lucrum fit, non quia turpe & sceleratum
 est sacrilegium, sed quia lucrum habet: quemadmodum in illa
 urna uipera malum est, non aurum quod cum uipera iacet, sic
 in sacrilegio malum est scelus, non lucrum. Quibus opponitur,
 dissimillima utriusque rei conditio est. Illic aurum possum sine
 uipera tollere, hic lucrum sine sacrilegio facere non possum:
 lucrum istud non est appositum sceleri, sed immixtum. Quod
 dum consequi uolumus, in multa mala incidimus, id bonum nō
 est. Dum diuitias consequi uolumus in multa mala incidimus,
 ergo diuitiæ bonum non sunt. Duas inquit, significationes ha-
 bet propositio uestra, unam dum diuitias consequi uolumus, in
 multa nos mala incidere. In multa autem mala incidimus, &
 dum uirtutem consequi uolumus. Aliquis dum nauigat studij
 causa, naufragium fecit, aliquis captus est. Altera signifi-
 catio talis est: per quod in mala incidimus, id bonum non
 est. Huic propositioni non erit consequens, per diuitias
 nos, aut per uoluptates in mala incidere: aut si per diuitias

in multa mala incidimus, non tantū bonum diuitiæ non sunt, sed malum sunt. Vos autē illas dicitis, tantū bonum non esse. Præterea, inquit, conceditis diuitias habere aliquid usus. Inter comoda illas numeratis. Atqui eadē ratione ne cōmodum quidem erunt: per illas enim multa nobis incōmoda eueniunt. His quidam hoc respondent, Erratis, qui incommoda diuitijs imputatis. Illæ neminē ledunt, aut sua cuiq; nocet stultitia, aut aliena nequitia. Sic quemadmodum gladius qui neminem occidit, occidentis telum est. Non ideò diuitiæ tibi nocent, si propter diuitias tibi nocetur. Posidonius (ut ego existimo) melius, qui ait diuitias esse causam malorum, non quia ipsæ faciunt aliquid, sed quia facturos iritant. Alia est enim causa efficiens, quæ protinus necesse est noceat, alia præcedens, hanc præcedentem causam diuitiæ habent. Inflant aīos, superbiam pariunt, inuidiam contrahunt, & usq; cō mētem alienant, ut fama pecuniæ nos etiam nocitura delectet. Bona autem omni carere culpa decet, pura sunt, non corrumpunt animos, nō sollicitant, extollunt quidem & dilatant, sed sine timore. Quæ bona sunt, fiduciam faciunt, diuitiæ audaciam. Quæ bona sunt, magnitudinē animi dant, diuitiæ insolentiam. Nihil autem aliud est insolentia, quàm species magnitudinis falsæ. Isto modo, inquis, etiam malum sunt diuitiæ, non tantum bonum non sunt. Essent malum, si ipsæ nocerent, si (ut dixi) haberent efficientem causam: nunc præcedentem habent, & quidem nō iritantem tantum animos, sed attrahentem. Speciem enim boni ostendunt uerisimilem, ac plerisq; credibilem. Habet uirtus quoq; præcedentē causam ad inuidiā, multis enim propter sapientiā, multis propter iustitiā inuidetur: sed nec ex se hanc causam habet, nec uerisimilem. Contra enim uerisimilior illa species hoīm animis obijcitur à uirtute quæ illos in amorē & admirationē uocet. Posidonius sic interrogandum ait, quæ neq; magnitudinē aīo dant, nec fiduciam, nec securita-

tem,

tem, no
lis, nihi
magis
dant,
timore
hæc im
cōmod
bonoru
Bonum
est id bo
pterea
hominē
Sed cōn
num s
habe. V
non fit
num no
Peripat
hoc sop
Antipa
tractio
Græci
habeat.
multæ
debes,
possidet
habet, s
si latin
pertati
pertas,
uacabit

tem, non sunt bona: diuitiæ autem & bona ualetudo, & similia
 his, nihil horum faciunt: ergo non sunt bona. Hanc interrogationem
 magis etiam nunc hoc modo intendit, Quæ neque magnitudinem ad
 dant, nec fiduciam, nec securitatem, contra autem insolentiam,
 tumorem, arrogantiam creant, mala sunt, à fortuitis autem in
 hæc impellimur, ergo non sunt bona. Hac, inquit, ratione ne
 comoda quidem ista erunt. Alia est comodorum conditio, alia
 bonorum. Comodum est quod plus usus habet quam molestia.
 Bonum syncerum esse debet, & ab omni parte innoxium. Non
 est id bonum, quod plus prodest, sed quod tantum prodest. Pro-
 pterea comodum & ad animalia pertinet, & ad imperfectos
 homines, & ad stultos. Itaque potest ei esse incomodum mixtum.
 Sed comodum dicitur à maiore sui parte æstimatum, bonum ad
 unum sapientem pertinet. Inuiolatum esse oportet, bonum autem
 habe. Vnus tibi nodus, sed Herculanæus, restat. Ex malis bonum
 non fit, ex multis paupertatibus diuitiæ fiunt, ergo diuitiæ bo-
 num non sunt. Hanc interrogationem nostri non agnoscunt,
 Peripatetici & fingunt illam & soluunt. Ait autem Posidonius,
 hoc sophisma per omnes dialecticorum scholas iactatum, sic ab
 Antipatro refelli. Paupertas non per positionem, sed per de-
 tractionem dicitur, uel (ut antiqui dixerunt) per orbationem:
 Græci dicunt $\sigma\epsilon\gamma\kappa\sigma\iota\upsilon$, Non quod habeat dicitur, sed quod non
 habeat. Itaque ex multis inanibus nihil impleri potest, diuitias
 multæ res faciunt, non multæ inopiæ. Aliter enim, inquit, quam
 debes, paupertatem intelligis. Paupertas est non quæ pauca
 possidet, sed quæ multa non possidet. Ita non ab eo dicitur quod
 habet, sed ab eo quod ei deest. Facilius quod uolo exprimerem,
 si latinum uerbum esset, quo $\alpha\tau\omega\sigma\lambda\alpha$ significatur. Hanc pau-
 pertati Antipater assignat. Ego non uideo quid aliud sit pau-
 pertas, quam parui possessio. De isto uidebimus, si quando ualde
 uacabit, quæ sit diuitiarum, quæ paupertatis substantia. Sed tunc

quoq; considerabimus, nunquid satius sit paupertatē permulcere, diuitijs demere supercilium quā litigare de uerbis, quasi iam de rebus iudicatum sit. Putemus nos ad concionem uocatos. Lex de abolendis diuitijs fertur, his interrogationibus suasuri aut disuasuri sumus? his effecturi ut populus Romanus paupertatem, fundamentū, & causam imperij sui, requirat ac laudet? diuitias autem suas timeat? ut cogitet has se apud uictos reperisse? Hinc ambitum, & largitiones, & tumultus, in urbem sanctissimā temperantissimāq; irrupisse? nimis luxuriose ostentari gentium spolia, quod unus populus eriperit omnibus, facilius uni ab omnibus eripi posse. Hæc satius est suadere, et expugnare affectus non circumscribere. Si possumus, fortius loquamur, si minus, apertius. Vale.

EPIST. LXXXIX. De liberalibus artibus, ubi docet de singulis quod animum ad uirtutē non perducunt, sed tantum præparant.

Non reperiebatur inter epistolas in quibusdam exemplaribus, sed se paratim, quāquam appareat epistolā fuisse uel ex hoc, quod neminem aliū nominat, ad quem scribat.

DE liberalibus studijs quid sentiam scire desideras. Nullum suspicio, nullum in bonis numero, quod ad æs exit. Meritoria artificia sunt, hæcenus utilia, si præparent ingenium, non detineant. Tam diu enim istis immorandum est, quam diu nihil animus agere maius potest: rudimenta sunt nostra, non opera. Quare liberalia studia dicta sint uides, quia homine libero digna sunt: cæterum unum studium uerè liberale est, quod liberum facit, hoc est sapientiæ sublime, forte, magnanimum, cætera pusilla & puerilia sunt. An tu quicquam in istis esse credis boni, quorum professores turpissimos omnium ac flagitiosissimos cernis? Non discere debemus ista, sed didicisse. Quidam illud de liberalibus studijs querendum iudicauerunt, an uirum bonum facerēt. Ne promittunt quidem, nec huius rei scientiam affectant. Grammaticus circa curam sermonis uersatur, & si latius euagari uult, circa historias. Iam ut longissime fines suos proferat, circa carmina. Quid horum ad uirtutē uiam

Syllab

Syllab
memor
tum d
metria
quod t
stra se
docent
quā
similia
docent
sudent
cum il
tes re
tio re
ciuitat
Perip
micun
quia o
rum p
carmi
fecere
fuerit
scire,
tulerit
rere a
rit po
audir
notum
esse t
nequi
sollit

Syllabarum *enarratio, & uerborum diligentia, et fabularum *enumeratio memoria, & uersuum lex ac modificatio? Quid ex his metum demit, cupiditatem eximit, libidinem frenat? Ad Geometriam transeamus, & ad Musicam, nihil apud illas inuenies, quod uetet timere, uetet cupere. Quisquis hæc ignorat, alia frustra scit. Videndum utrum doceant isti uirtutem an non: si non docent nec tradunt quidem: si docent Philosophi sunt. Vis scire quam nõ ad docendum uirtutem confederint? aspice quam dissimila inter se omnium studia sint. Atqui similitudo esset idem docentium. Nisi forte tibi Homerum Philosophum fuisse persuadent, cū his ipsis quibus colligunt, negent. Nam modò Stoicum illum faciunt, uirtutem solam probantem, & uoluptates refugientem, & ab honesto ne immortalitatis quidem pretio recedentem: modò Epicureum, laudantem statum quietæ ciuitatis, & inter conuiuia cantusq; uitam exigentis: modò Peripateticum, bonorū tria genera inducentem: modò Academicum incerta omnia dicentē. Apparet nihil horum esse in illo, quia omnia sunt. Ista enim inter se dissident. Demus illis Homerum philosophum fuisse, Nempe sapiens factus est, antequam carmina ulla cognosceret: ergo illa discamus, quæ Homerum fecere sapientem. Hoc quidem me quærere, utrum maior ætate fuerit Homerus an Hesiodus, non magis ad rem pertinet, quam scire, an maior Hecuba fuerit, quam Helena, & quare tam male tulerit ætatem. Quid inquam, annos Patrocli et Achillis inquirere ad rem existimas pertinere? Queris Vlysses ubi errauerit potius, quam efficias ne nos semper erremus? Non uacat audire utrum inter Italianam & Siciliam iactatus sit, an extra notum nobis orbem: neque enim potuit in tam angusto error esse tam longus. Tempestates animi nos quotidie iactant, & nequitia in omnia Vlyssis mala impellit: non deest forma quæ sollicitet oculos, non hostis: hinc monstra effera, & humano

cruore gaudentia, hinc insidiosa blandimēta aurium, hinc naufragia & tot uarietates malorum. Hoc me doce quomodo patriam amem, quomodo uxorē, quomodo patrem, quomodo ad hęc tam honesta uel naufragus nauigem. Quid inquiris an Penelope impudica fuerit, an uerba seculo suo dederit, an Vlysem illum esse quem uidebat, antequam sciret, suspicata sit? Doce me quid sit pudicitia, & quantum in ea bonum, in corpore, an in animo posita sit. Ad Musicam transeo, doces me quomodo inter se acutę ac graues uoces consonent, quomodo * numerorum disparē reddentium sonum fiat concordia. Fac potius quomodo animus secum meus cōsonet, nec consilia mea discrepent. Monstras mihi, qui sint modi flebiles, monstra potius quomodo inter aduersa non emittam flebilem uocem. Metiri me Geometres docet latifundia, potius doceat quomodo metiar quantum homini sit satis. Numerare docet me Arithmetica, et auaricię commodare digitos, potius doceat nihil ad rem pertinere istas computationes, non esse feliciorē, cuius patrimonium tabularios lassat, imo quā superuacua possideat, qui infelicissimus futurus est, si quantum habeat, per se computare cogatur. Quid mihi prodest, scire agellum in partes diuidere, si nescio cum fratre diuidere? Quid prodest colligere subtiliter pedes iugeri, & cōprehendere etiam si quid decempedam effugit, si tristem me facit uicinus * potens, & aliquid ex meo abradens? Doces me, quomodo nihil perdā ex finibus meis, at ego discere uolo quomodo totos hilaris amittam. Paterno agro, inquit, & auito expellor. Quid? Ante auum tuum quis istum agrum tenuit? Cuius, non dico hominis, sed populi fuerit expedire potes? Non dominus isto, sed colonus intrasti. Cuius colonus es? Si bene tecum agitur, hęredis. Negant iurisperiti quicquam usu capi, quod publicum est. Publicum est hoc quod tenes, & quidem generis humani. O egregiam artem, scis

rotunda

*neruorum

*prępotens:
aliās, impo-
tens,rotunda
man, i
non ca
gnus s
prodes
qui coc

Fr

Q

Hoc sci
ex con
occas
propiti
ineuita
aut mo
immuat
prouid

Si

Or

Ho

Satis a
te crasi
fallit e
quid fi
Si quid
sic quid
sic scio
tus sum
tem. N
ctores
rios, at
tam ole

rotunda metiri in quadratum redigis quamcūq; acceperis formam, interualla syderum dicis, nihil est quod in mēsuram tuam non cadat. Si artifex es, metire hominis animum, dic quam magnus sit, dic quam pusillus sit. Scis quæ recta sit linea, quid tibi prodest, si quid in uita rectū sit ignoras? Venio nunc ad illum qui cœlestium notitia gloriatur,

Frigida Saturni quò sese stella recepit,

Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbis.

Hoc scire quid proderit? ut sollicitus sum, cū Saturnus et Mars ex contrario stabunt, aut cum Mercurius uespertinum faciet occasum uidente Saturno, Potius hoc discam, ubicunq; sunt ista, propitia esse, nō posse mutari. Agit illa cōtinuus ordo fatorū, et ineuitabilis cursus. Per statas uices remeant. Effectus rerum oīm aut mouent aut notant. Sed siue quicquid euenit faciunt, quid immutabilis rei notitia proficiet? siue significant, quid refert prouidere quod effugere non possis? Scias ista, nescias, fient.

Si uerò Solem ad rapidum Stellasq; sequentes

Ordine respicias, nunquam te crastina fallit

Hora, nec insidijs noctis capiēre serena.

Satis abundeq; prouisum est, ut ab insidijs tutus esses. Nunquid te crastina non fallit hora, nec insidijs noctis capieris opacæ? fallit enim quod nescienti euenit. Ego quid futurum sit nescio, quid fieri possit scio. Ex hoc nihil desperabo, totum expecto. Si quid remittitur, boni consulo. Fallit me hora si parcat, sed nec sic quidem fallit. Nam quemadmodum scio oīa accidere posse, sic scio & nō utiq; casura. Vtiq; secunda expecto, malis paratus sum. In illo seras me necesse est, non ad præscriptum euntem. Non enim adducor, ut in numerum liberalium artium pictores recipiam, non magis, quam statuarios, aut marmorarios, aut ceteros luxuriæ ministros. Aequè luctatores & totam oleo ac luto constantem scientiam, expello ex hijs studijs liberali

liberalibus: aut & unguētarios recipiam, & cocos, & ceteros uoluptatibus nostris ingenia accommodātes sua. Quid enim orate liberale habent, isti ieiui uomitores, quorū corpora in sagina, animi in macie & ueterno sunt? An liberale studiū istud esse iuuentuti nostrae credimus, quam maiores nostri rectam exerceuerunt, hastilia iacere, sudē torquere, equum agitare, arma tractare? Nihil liberos suos docebāt, quod discendum esset iacentibus. Sed nec hae, nec illae docent, alunt ue uirtutem. Quid enim prodest equum regere, & cursum eius fræno temperare, affectibus effrænatissimis abstrahi? Quid prodest multos uincere luctatione uel cestu, ab iracundia uinci? Quid ergo? nihil liberalia nobis conferunt studia? ad alia multum, ad uirtutem nihil. Nam & hae uiles ex professo artes quae manu constant, ad instrumenta uitae plurimum conferunt, tamen ad uirtutem non pertinent. Quare ergo liberalibus studijs filios erudimus? Non quia uirtutem dare possunt, sed quia animum ad accipiendam uirtutē preparant. Quemadmodū prima illa, ut antiqui uocabant, literatura, per quam pueris elemēta traduntur, non docet liberales artes, sed mox percipiendīs locum parat: sic liberales artes non perducunt animum ad uirtutem, sed expediunt. Quatuor ait esse Posidonius artium genera. Sunt uulgares & sordidae, sunt ludicae, sunt pueriles, sunt liberales. Uulgares opificum, quae manu constant, & ad instruendam uitam occupatae sunt, in quibus nulla decoris, nulla honesti simulatio est. Ludicae sunt, quae ad uoluptatem oculorum atq; aurium tendunt. His annumeres licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublime crescentia, & alias ex inopinato uoluptates, aut debiscētibus quae cohaerebant, aut his quae distabant sua sponte coeuntibus, aut his quae eminebant, paulatim in se residentibus. His imperitorum

*feruntur

*feriuntur oculi, omnia subita (quia causas non nouere) mirantur.

tium.

tium.
artes q
tem lib
tus ej
turalis
que lib
cat. C
stimon
uant n
adiuua
Aliqui
necess
est, nec
piens e
meros
ration
sit: cur
& all
lestibi
specul
test di
lis for
philos
& ex
quæ d
rium
à solo
alieno
ulteri
tur an
tibus

tium. Pueriles sunt & aliquid habentes liberalibus simile, hæc artes quas ἐλευθερίας Græci, nostri liberales uocant. Solæ autem liberales sunt, imò (ut dicā uerius) liberae, quibus curæ uirtus est. Quemadmodū, inquit, est aliqua pars philosophiæ naturalis, est aliqua moralis, est aliqua rationalis: sic & hæc quoque liberalium artium turba locum sibi in philosophia uendicat. Cū uentum est ad naturales quæstiones, geometriæ testimonio statur. Ergo eius quam adiuuat pars est: Multa adiuuant nos, nec ideò partes nostræ sunt, imò si partes essent, non adiuuarent. Cibus adiutorium corporis, nec tamen pars est. Aliquid nobis præstat geometriæ ministerium. Sic philosophiæ necessaria est, quomodo ipsi faber: sed nec hic geometriæ pars est, nec illa philosophiæ. Præterea utraq; fines suos habet. Sapiens enim causas naturalium & querit & nouit, quorum numeros mensurasq; geometres persequitur & supputat. Quæ ratione constant cœlestia, quæ illis sit uis, quæ natura, sapiens sit: cursus & recursus, & obseruationes, per quas descendunt & alleuantur ac speciem interdum stantium præbēt, cum cœlestibus stare non liceat, colligit mathematicus. Quæ causa in speculo imagines exprimat, scit sapiens. illud tibi geometer potest dicere, quantum abesse debeat corpus ab imagine, & qualis forma speculi, quales imagines reddat. Magnum esse solem philosophus probabit: quantus sit, mathematicus, qui usu quodā & exercitatione procedit, sed ut procedat, impetranda illi quædam principia sunt. Non est autem ars sui iuris, cui precarium fundamentum est. Philosophia nil ab alio petit, totū opus à solo excitat. Mathematica (ut ita dicam) superficialia est, in alieno ædificat, aliena accipit principia, quorum beneficio ad ulteriora perueniat: si per se iret ad uerum, si totius mundi naturam posset comprehendere, dicerem multū collaturam mentibus nostris, quæ tractatu cœlestium crescūt, trahuntq; aliud

ex alio. Vna re cōsummat̄ animus, scientia bonorum ac malorum immutabili, quæ soli philosophiæ competit. Nulla autem ars alia de bonis ac malis querit, singulas habet circumire uirtutes. Fortitudo contemp̄trix timēdorum est, terribilia, & subiugum libertatem nostram mittentia, desp̄cit, prouocat frangit. Nunquid ergo hanc liberalia studia corroborant? Fides sanctissimum humani pectoris bonum est, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio. Vre, inquit, cæde, occide, non prodam, sed quo magis secreta quæret dolor, hoc illa altius condam. Nunquid liberalia studia hos animos facere possunt? Temperantia uoluptatibus imperat, alias odit atq; abigit, alias dispensat, & ad sanum modum redigit, nec unquam ad illas propter ipsas uenit. Scit optimum esse modum cupitorum, non quantum uelis, sed quantum debeas sumere. Humanitas uetat superbum esse aduersus socios, uetat auarū, uerbis, rebus, affectibus comem se facilemq; omnibus præstat: nullum alienum malum putat, bonum autem suum idēo maxime, quod alicui bono futurum est, amat. Nunquid liberalia studia hos mores præcipiunt? non magis quàm simplicitatem, ac modestiam, ac frugalitatem, ac parsimoniam: non magis quàm clementiam, quæ alieno sanguini tanquam suo parit, & scit homini, nō esse homine prodigē utendum. Cum dicatis, inquit, sine liberalibus studijs ad uirtutem non perueniri, quemadmodum negatis illa nihil conferre uirtuti? quia nec sine cibo ad uirtutem peruenitur, cibus tamen ad uirtutem non pertinet. Ligna nihil nauī conferunt quamuis non fiat nauis sine lignis. Non est inquam, cur aliquid putes eius adiutorio fieri, sine quo non potest fieri. Potest quidem etiam illud dici, sine liberalibus studijs ueniri ad sapientiam posse, quamuis etiam uirtus discēda sit, tamen non per hæc discitur. Quid est autem quare existimē non futurum sapientem eum, qui literas nescit, cum sa-

pientiā

pientia non sit in literis? Res tradit, non uerba, & nescio an
 certior memoria sit, quæ nullum extra se subsidium habet. Ma-
 gna & *spaciosa res est sapientia, uacuo illi loco opus est, de
 diuinis humanisq; discendum est, de præteritis, de futuris, de
 caducis, de æternis, de tempore, de quo uno uide quàm multa
 queruntur. Primum an per se sit aliquid: deinde an aliquid an-
 te tempus sit, si tempus cum mundo coepit, an & ante mundũ
 quia fuerit aliquid, fuerit & tempus? Innumerabiles quæstio-
 nes sunt de animo tantum: unde sit, qualis sit, quando esse inci-
 piat, quandiu sit: an aliunde aliò transeat, & domicilium mu-
 tet, ad alias animalium formas aliasq; coniectus, an nõ amplius
 quàm semel seruiat, & emissus uagetur in toto: utrum corpus
 sit an non sit: quid sit facturus, cum per nos aliquid facere de-
 serit, quomodo libertate sua usus, cum ex hac effugerit ca-
 uca, an obliuiscatur priorum, & illic nosse se incipiat, an de
 corpore abductus in sublime secessit? Quamcunq; partem re-
 rum humanarum diuinarumq; comprehenderit, ingenti copia
 querendorum ac discendorum fatigaberis. Hæc tam multa,
 tam magna, ut habere possint liberum hospitium, superuacua
 ex animo tollenda sunt. Non dabit se in has angustias uirtus.
 Laxum spatium res magna desiderat. Expellantur omnia, to-
 tum pectus illi uacet. At enim delectat artium notitia multa-
 rum. Tantum itaq; ex illis retineamus, quãtum est necessarium.
 An tu existimas reprehendum qui superuacua usu sibi cõ-
 parat, & preciosarum rerum pompam in domo explicat: non
 putas eum, qui occupatus est in superuacua literarum supelle-
 ctile, plus scire uelle quàm sit satis? Intemperantiæ genus est.
 Quid quod ista liberalium artium consecratio molestos, uer-
 bosos, intempestiuos, sibi placentes facit, & ideò non discentes
 necessaria, quia superuacua didicerunt. Quatuor millia libro-
 rum Didymus grammaticus scripsit: miser erat si tam multa
 super

*speciosa

superuacua legisset. In his libris de patria Homeri queritur, in his de Aeneae matre ueracem in his libidinosior Anacreon, an ebriosior uixerit, in his an Sappho publica fuerit: & alia quae erant, dediscenda, si scires. I nunc & longam esse uitam nega. Sed ad nostros quoque cum perueneris, ostendā multa securibus recidenda. Magno impendio temporū magna alienarum aurium molestia, laudatio haec constat, O hominem literatū. Simus hoc titulo rusticiore cōtenti, O uirium bonum. Ita ne est annales euoluam omnium gentium & quis prima carmina scripserit queram? quantū temporis inter Orphea interfit & Homerum, cum fastos non habeam, cōputabo, & Aristarchi notas, quibus aliena carmina compunxit recognoscam, & aetatem in syllabis conteram? Ita ne in Geometriae puluere herebo? Adeo mihi praecipuum illud salutare excidit, Tēpori parce, haec sciam, & quid ignoret? * Appion grāmaticus qui sub C.

3
* & quid
ignorem?
hoc sciam.

Cesare tota circumlatus est Graecia, & in nomen Homeri ab omnibus ciuitatibus adoptatus, aiebat, Homerum utraq; materia consummata, & Odyssea, & Iliade, principium adiecitse operi suo, quo bellum Troianum complexus est. Huius rei argumentum afferebat, quod duas literas in primo uersu posuisset ex industria, librorum suorum numerum continentes. Talia sciat oportet, qui multa uult scire: non cogitare quantum temporis auferat mala ualitudo, quantum occupatio publica, quantum occupatio priuata, quantum occupatio quotidiana, quantum somnus, metire aetatem tuam, tam multa non capit, de liberalibus studijs loquor. Philosophi quantum habent superuacui, quantum ab usu recedentis. Ipsi quoque ad syllabarum distinctiones & coniunctionum ac praepositionum proprietates descenderunt, & inuidere grammaticis, & inuidere geometris. Quicquid in illorum artibus superuacuum erat, translulere in suam. Sic effectum est, ut diligentius

sciant

sciant
tilitas,
in utra
omnia
ex his
menid
Eleate
eadem
Acade
omnia
ijce. I
scietia
prae
los m
est, ni
certi.
quide
elunt
fallax
nihil
runt,

1 A
stomi
2 C
prie
uifc
3 I
rem
fiigu

sciant loqui, quàm uiuere. Audi quantum mali faciat nimia subtilitas, & quàm infesta ueritati sit. Protagoras ait, de omni re in utramq; partē disputari posse, ex æquo, & de hac ipsa, an omnis res in utramq; partem disputabilis sit. Nausiphanes ait, ex his quæ uidentur esse, nihil magis esse, quàm non esse. Parmenides ait, Ex his quæ uidentur nihil esse* in uniuerso. Zenon Eleates, omnia negotia de negotio deiecit, ait, nihil esse. Circa eadem serē Pyrronij uersantur & Megarici, & Critici, & Academici, qui nouam induxerunt scientiam, nihil scire. Hæc omnia in illum superuacuum studiorum liberaliū gregem coniicce. Illi mihi non profuturam sciētiam tradunt, hi spem omnis sciētiae eripiūt. Satius est superuacua scire, quàm nihil. Illi non præferunt lumen per quod acies dirigatur ad uerum, hi oculos mihi effodiunt. Si Protagoræ credo, nihil in rerum natura est, nisi dubium. Si Nausiphani, hoc unum certum est, nihil esse certi. Si Parmenidi, nihil est præter unum. Si Zenoni, ne unum quidem. Quid ergo nos sumus? quid ista quæ nos circumstant, alunt, sustinent? Tota rerum natura umbra est, aut inanis aut fallax. Non facile dixerim utrum magis irascar illis, qui nos nihil scire uoluerunt: an illis, qui ne hoc quidem nobis reliquerunt, nihil scire. Vale.

* ab uno diuersum: aliàs, nisi unum.

ANNOT. IN LIB. XIII.

EPIST. LXXXVII.

1 Argentea epitomia. Cælius Rhodiginus legendum putat, epitomia. Quidam codex, sed parum bonæ fidei habebat epitoma.

2 Quid putas illo soluisse malitiam labore uirum. Sic habebat prior æditio. Britannicum exemplar subuenit. Quid putas? Illo soluisse militiæ laborem decebat uirum.

EPIST. LXXXIX.

3 Et quid ignorem? hoc sciam. In aliis est, hæc sciã & quid ignorem? Si addatur si, commodior erit lectio. Hæc sciam, & quid si ignorem?

F LVCII

LVCII ANNAEI SE-
NECAE EPISTOLARVM
AD LVCILIVM LIB. XIII.

EP. 100. De utilitate diuisionis philosophiae. De
differentia inter sapientiam & philosophiam, & contesta-
tione utriusque. Et de philosophiae partibus.



REM utilem desideras, & ad sapientiam pro-
peranti utiq; necessariam diuidi philosophiam,
& ingens corpus eius in membra disponi. Fa-
cilius enim per partes in cognitionem totius
adducimur. Vtinam quemadmodum uniuersi
mundi facies in conspectum uenit, ita philosophia tota nobis
possit occurrere, simillimum uel mundo spectaculum. Profecto
enim omnes mortales in admirationem sui raperet, relictis his
quae nunc magna, magnorum ignorantia credimus. Sed quia
contingere hoc non potest, erit a nobis aspicienda, quemadmo-
dum mundi secreta cernuntur. Sapientis quidem animus totam
molem eius amplectitur, nec minus illam uelociter obit, quam
caelum acies nostra. Nobis autem, quibus perripenda caligo est,
& quorum uisus in proximo deficit, singula quaeque ostendi faci-
lius possunt, uniuersi nondum capacibus. Faciam ergo quod exi-
gis, & philosophiam in partes non in frustra diuidam. Diuidi
enim illam, non concidi, utile est. Nam comprehendere quem-
admodum maxima, ita minima, difficile est. Describitur in tri-
bus populus, in centurias exercitus. Quicquid in maius creuit,
facilius agnoscitur si discessit in partes, quas (ut dixi) innume-
rabiles esse & paruas non oportet. Idem enim uitij habet ni-
mia, quod nulla diuisio. Simile confuso est, quicquid usque in pul-
uerem sectum est. Primum itaque sicut uidetur tibi, dicam inter sa-
pientiam & philosophiam quid intersit. Sapientia perfectum bo-

num est mentis humanae. Philosophia sapientiae amor est et affectatio. Haec ostendit, quod illa peruenit. Philosophia unde dicta sit apparet, ipso enim nomine fatetur. Quidam sapientiam ita finierunt, ut dicerent eam diuinorum & humanorum scientiam. Quidam ita, Sapientia est nosse diuina et humana, & horum causas. Superuacua mihi uidetur haec adiectio, quia causae diuinorum humanorumque partes sunt. Philosophiam quoque fuerunt, qui aliter atque aliter definirent. Alij studium illa uirtutis esse dixerunt, alij studium corrigendae mentis. A quibusdam dicta est appetitio rectae rationis. Illud quasi constituit, aliquid inter philosophiam & sapientiam interesse. Neque enim fieri potest, ut idem sit quod affectatur, & quod affectat. Quomodo multum inter auaritiam & pecuniam interest, cum illa cupiat, haec concupiscatur, sic inter philosophiam & sapientiam. Haec enim illius effectus & praemium est. Illa uenit, ad hanc itur. Sapientia est quam Graeci σοφία uocant. Hoc uerbo quoque Romani utebantur, sicut philosophia nunc quoque utuntur. Quod & togatae tibi antiquae probabunt, & inscriptus Dossenni monumento titulus. Hospes resiste, & sophia Dossenni lege. Quidam ex nostris, quauis philosophia studium uirtutis esset, & haec peteretur, illa peteret, tamen non putauerunt illas distrahi posse. Nam nec philosophia sine uirtute est, nec sine philosophia uirtus est. Philosophia studium uirtutis est, sed per ipsam uirtute. Nec uirtus autem esse sine studio sui potest, nec uirtutis studium sine ipsa. Non enim quemadmodum in his, qui aliquid ex distante loco ferire conantur, alibi est qui petit, alibi quod petitur: nec quemadmodum itinera quae ad urbes perducunt, extra ipsam sunt: sed ad uirtutem uenitur per ipsam. Cohærent ergo inter se philosophia uirtusque. Philosophiae tres partes esse dixerunt, & maximam, & plurimam autorem. Moralem, Naturalem, et Rationalem. Prima componit animum, Secunda rerum naturam scrutatur, Tertia proprietates

Tres sunt partes philosophiae.

*non re-
peritur,

uerborum exigit, & structuram, & argumentationes, ne pro uero falsa surrepant. Cæterum inuenti sunt, & qui in pauciora philosophiã, & qui in plura diducerent. Quidã ex Peripateticis quartam partẽ adiecerunt, Ciuilem, quia quandã propriã exercitationem desideret, & circa aliã materiã occupata sit. Quidam adiecerunt his partẽ, quã Græci οἰκονομικὴν uocãt, administrandæ rei familiaris scientiã. Quidã & de generibus uitæ locũ separauerunt. Nihil autem horũ in illa parte morali
*reperitur. Epicurei duas partes philosophiæ putauerũt esse, Naturale atq; Morale, rationale remouerunt. Deinde cũ ipsis rebus cogerentur ambigua secernere, falsa sub specie ueri latentia coarguere, ipsi quoq; locũ quem de iudicio & regula appellant, aliõ nomine rationalem induxerunt. Sed eũ accessionem esse naturalis partis existimant. Cyrenaici naturalia cum rationalibus sustulerunt, & contenti fuerunt moralibus. Sed hi quoq; quæ remouent, aliter inducunt. In quinq; enim partes moralia diuidunt, ut una sit de fugiendis & expetendis, altera de affectibus, tertia de actionibus, quarta de causis, quinta de argumentis. Cause rerum ex naturali parte sunt, argumenta ex rationali. Actiones ex morali. Ariston Chius non tantũ superuacuas esse dixit naturalem & rationale, sed etiam cõtrarias. Moralem quoq; quam solam reliquerat, circumcidit. Nam eum locum qui monitiones continet, sustulit, & pædagogi esse dixit, non philosophi, tanquã quicquam aliud sit sapiens, quam humani generis pædagogus. Ergo cum tripartita sit philosophia, morale eius partẽ primum incipiamus disponere. Quã in tria rursus diuidi placuit, ut prima esset inspectio suũ cuiq; distribuens, & æstimans quanto quidq; dignum sit, maxime utilis. Quid enim est tam necessariũ, quam precia rebus imponere. Secunda de impetu, Tertia de actionibus. Primum enim est, ut quantum quidq; sit, iudices. Secũdum, ut impetum ad illa
capias

capias ordinatum temperatumq;. Tertium, ut inter impetum tuum, actionemq; conueniat, ut in omnibus istis tibi ipsi cōsentias. Quicquid ex his tribus defuerit, turbat & cætera. Quid enim prodest intus æstimata habere oīa, si sis impetu nimius? Quid prodest impetus repressisse, et habere cupiditates in tua potestate, si in ipsa rerū actione tēpora ignores, nec scias quādo quidq;, & ubi, & quemadmodū agi debeat, Aliud est enim dignitates & pretia rerum nosse, aliud articulos, aliud impetus refrænare, & ad agenda ire, non ruere. Tunc ergo uita sibi concors est, ubi actio non destituit impetum. Impetus ex dignitate rei cuiusq; cōcipitur, perinde remissus acriorq;, prout illa digna est peti. Naturalis pars philosophiæ in duo scinditur, Corporalia, & incorporalia. Vtraq; diuiduntur in suos, ut ita dicam, gradus. Corporū locus in hos primū, in ea quæ faciunt, & quæ ex his gignuntur. Gignuntur autē elementa. Ipse elementi locus, ut quidā putant, simplex est: ut quidā, in materiam & causam omnia mouentem, & elementa diuiditur. Superest ut rationālē partē philosophiæ diuidamus. Omnis oratio, aut continua est, aut inter respondentē & interrogantem *diffissa. Hanc ἀναλυτικὴν, illam τοτικὴν placuit uocari. Hæc uerba curat, & sensus & ordinem. *ἀναλυτικὴν in duas partes diuiditur. In uerba, & significationes, id est, in res, quæ dicuntur & uocabula, quibus dicuntur. Ingens deinde sequitur utriusq; diuisio. Itaq; hoc loco finem faciam,

—Et summa sequar fastigia rerum.

Alioqui si uoluerō facere partium partes, quæstionum liber fiet. Hæc Lucili uirorum optime, quo minus legas non deterreo, dummodo quicquid legeris, ad mores statim referas. Illos compeſce, marcentia * in te excita, soluta constringe, contumacia doma, cupiditates tuas, publicasq;, quantum potes uexa: & istis dicentibus, quousq; eadem respōde, Ego de-

* diffissa.

Ἡὰc διαλεκτικὴν, illam ἐπιτογείαν placuit appellari.

* διαλεκτικὴν

* uite

beo dicere, quousque eadem peccabitis? Remedia ante uultis,
 quam uitia desinere. Ego uero eo magis dicam, & quia recu-
 satis, perseuerabo. Tunc incipit medicina proficere, ubi in cor-
 pore alienato dolorem tactus expressit. Dicam etiā inuitis pro-
 futura. Aliquando aliqua ad uos non blanda uox ueniet, &
 quia uerū singuli audire non uultis, publice audite. Quousque
 fines possessionum propagabitis? Ager uni domino, qui popu-
 lum cepit, angustus est, Quousque arationibus uestris fines ue-
 stros porrigetis, ne prouinciarum quidē satione contenti cir-
 cumscribere prædiorum modū? Illustrium fluminum per pri-
 uatum decursus est, & amnes magni, magnarumque gentū ter-
 mini, usque ad hostiū à fonte, uestri sunt. Hoc quoque parum est,
 nisi latifundijs uestris maria cinxistis, nisi trans Aariam, &
 Ionium, Aegcumque; uester uillicus regnet. Nisi insule, ducum
 domicilia magnorū, inter uilissima rerum numerentur. Quam
 uultis late possidete, sit fundus, quod aliquando imperiū uoca-
 batur, Facite uestrum quicquid potestis, dum plus sit alieni.
 Nunc uobiscum loquor, quorum æque spatiosè luxuria, quam
 illorum auaritia diffunditur. Vobis dico, quousque nullus e-
 rit lacus, cui non uillarum uestrarum fastigia immincant,
 nullum flumen, cuius non ripas ædificia uestra prætexant?
 Vbicunque scatebunt aquarum calentium uenæ, ibi noua di-
 uersoria luxuriæ excitabuntur. Vbicunque in aliquem sinum
 littus curuabitur, uos protinus fundamenta iacietis, nec con-
 tenti solo, nisi quod manu feceritis, maria agetis introrsus.
 Omnibus licet locis tecta uestra resplendeant, alicubi impo-
 sita montibus, in uastum terrarū marisque prospectum alicubi
 ex plano in altitudinem montium educta, cum multa ædifica-
 ueritis, cū ingentia, tamē & singula corpora estis, & parua.
 Quid profunt multa cubicala? In uno iacetis. Non est uestrū,
 ubicunque non estis. Ad uos deinde transeo, quorū profunda &

infatiab

infatia
 alia l.a.
 sequitur
 enim e
 fesso a
 lose ca
 tot con
 plebile
 iorem
 cis, au
 & ad
 alijs sc

Q
 itaque
 benefi
 ipsam
 runt,
 fecisse
 optim
 enim h
 nit, qu
 haber
 esset.
 nre: a
 alius

insatiabilis gula, hinc maria scrutatur, hinc terras. Alia hamis, alia laqueis, alia retium uarijs generibus cū magno labore persequitur. Nullis animalibus, nisi ex fastidio pax est. Quātulum enim est, quod ex istis epulis, quas per tot comparatis manus, fesso uoluptatibus ore libatis? Quantulum ex ista fera periculose capta dominus crudus, ac uauseans gustat? Quantulum ex tot conchylijs, tam longe aduectis, per istum stomachum inexplabilem labitur? Infelices etiam, quod non intelligitis uos maiorem famem habere, quā uentrem. Hæc alijs dic, ut dum dicis, audias ipse. Scribe, ut dum scripseris legas, omnia ad mores, & ad sedandam rabiem affectuum referens. Stude, non ut plus alijs scias, sed ut melius. Vale.

EPIST. XCI. De Philosophia, quod non sit res beneficiaria, & de aureo primo seculo, & hoc luxurioso. Contra Posidonium disputat, artes mechanicas à Philosophia minime inuentas, & quod illius rudis seculi homines nō sapientes, sed sapiētibus similes erant.

Qvis dubitare mi Lucili potest, quin deorū immortalium munus sit, quod uiuimus: Philosophiæ quod bene uiuimus? Itaque tanto plus nos debere huic, quā Dijs, quanto maius beneficium est bona uita, quā uita. Pro certo deberetur, nisi ipsam Dij Philosophiam tribuissent, cuius scientiam nulli dederunt, facultatem omnibus. Nam si hanc quoq; bonum uulgare fecissent, & prudentes nasceremur, & sapientia quod in se optimum habet perdidisset, quod inter fortuita non est. Nunc enim hoc in illa pretiosum atq; magnificum est, quod non obuenit, quod illam sibi quisq; debet, quod non ab alio petitur. Quid haberes, quod in Philosophia suspiceres, si beneficiaria res esset. Huius opus unum est, de ciuibus humanisq; uerum inuenire: ab hac nunquam recedit, iustitia, pietas, religio, & omnis alius comitatus uirtutum confertariū, & inter se coherentium.

Hæc docuit colere diuina, humana diligere, & penes deos imperium esse, & inter homines consortium, quod aliquandiu inuiolatum mansit, antequam societatem auaricia distraxit, & paupertatis causa etiam his quos fecit locupletissimos fuit. Desierant enim omnia possidere, dum uolunt propria. Sed primi mortalium, quiq; ex his geniti, naturã incorrupti sequebantur, eandem habebant, & ducem, & legem, cõmissi melioris arbitrio. Naturæ est enim, potioribus deteriora submittere. Mutis quidem gregibus, aut maxima corpora præsumunt, aut uehementissima. Non præcedit armenta degener taurus, sed qui magnitudine ac toris cæteros mares uicit. Elephantorum gregem excelssimus ducit. Inter homines pro summo est optimus, Animo itaq; *rector eligeatur. Ideoq; summa felicitas erat gentium, in quibus non poterat potentior esse, nisi melior. Tantum enim quantum uult potest, qui se nisi quod debet, nõ putat *esse. Illo ergo seculo quod aureum perhibetur, penes sapientes fuisse regnum Posidonius iudicat. Hi continebant manus, & infirmiores à ualidioribus tuebantur. Suadebant, dissuadebantq; et uilia atq; inutilia monstrabant. Horum prudentia, nequid deesset suis, prouidebat. Fortitudo arcebat pericula, beneficentia augebat, ornabatq; subiectos. Officium erat imperare, non regnum. Nemo quantum posset aduersus eos experiebatur, per quos ceperat posse. Nec erat cuiquam, aut animus in iniuriã, aut causa, cum bene imperanti bene pareretur, nihilq; rex maius minari male parentibus posset, quàm ut *abirent e regno. Sed postquã surrepentibus uitijs, in tyrannidem regna uersa sunt, opus esse cœpit legibus, quas & ipsas inter initia tulere sapientes. Solon qui Athenas æquo iure fundauit, inter septem æui sapientia notos. Lycurgum si eadem ætas tulisset, sacro illi numero *accensisset octauũ. Zaleuci leges Charondæq; laudantur. Hi non in foro, nec in consultorum atrio, sed in Pythagoræ ta-

*rectoq;

*posse.

*abiret

*accessisset
octauus.

cito illo sanctoq; secessu didicerunt iura, quæ florenti tunc Si-
 ciliæ, & per Italiam Græciæ ponerent. Hactenus Posidonio
 assentior, Artes quidem à Philosophia inuentas, quibus in quo-
 tidiano usu vita utitur, non concesserim, nec illam fabricæ asse-
 ram gloriam. Illa, inquit, sparsos & casulis tectos, aut aliqua
 rupe suffosa, aut excelsæ arboris trunco, docuit tecta moliri. Ego
 uero Philosophiam iudico, non magis excogitasse has machina-
 tiones tectorum supra tecta surgentiũ, & urbes urbium pre-
 mentium, quàm uiuaria piscium in hoc clausa, ut tempestatum
 pericula non adiret gula, & quamuis acerrime pelago se-
 niente, haberet luxuria portus suos, in quibus distinctos pisciũ
 greges saginaret. Quid ais? Philosophia docuit homines habere
 clauem & seram, & quicquid aliud erat, auaritiæ signũ dare?
 Philosophia hæc cū tanto habitantiũ periculo imminetia tecta
 suspendit? Parum enim erat fortuitis tegi, & sine arte & sine
 difficultate naturale sibi inuenire aliquod receptaculum? Mihi
 crede, felix illum seculũ ante architectonas fuit. Ista nata sunt,
 iam nascente luxuria, in quadratũ tigna decidere, & serra per
 designata currente, certa manu trabem scindere. Nam primi
 cuneis scindebant fissile lignum. Nõ enim tecta cœnationi epu-
 lum recepturæ parabantur, nec in hunc usum pinus aut abies
 deferebatur longo uehicularũ ordine, uicis intrementibus, ut ex
 illa lacunaria auro grauia penderent. Furcæ utrinq; suspensæ
 fulciebant casam: spissatis ramalibus, ac fronde congesta, & in
 procliuẽ deposita, decursus imbribus quamuis magnis erat. Sub
 his tectis habitauere, sed securi. Culmus liberos texit. Sub mar-
 more atq; auro seruitus habitat. In illo quoq; dissentio à Posi-
 donio, quod ferramenta fabrilia excogitata à sapientibus uiris
 iudicat. Isto enim modo dicat licet, sapientes fuisse, per quos,
 Tunc laqueis captare feras, & uallere uisco Inuentum, & ma-
 gnos canibus circumdare saltus. Omnia enim ista sagacitas ho-

minum, non sapientia inuenit. In hoc quoq; dissentio, sapientes
 fuisse, qui ferri metalla & æris inuenerunt, cum incensio sylua-
 rum adusta tellus, in summo uenas iacentes liquefacta fuisset.
 Ista tales inueniunt, quales colunt. Ne illa quidem tam subtilis
 questio mihi uidetur, quam Posidonio. Vtrum malleus in usu
 esse prius an forcipes cœperunt. Vtraq; inuenit aliquis exerci-
 tati ingenij, acuti nō magni, nec elati, et quicquid aliud corpore
 incuruato, & humum spectante querendum est. Sapiens faci-
 lis uictu fuit. Quid ni, cum hoc quoq; seculo esse quā expedi-
 tissimus cupiat? Quomodo oro te conuenit, ut Diogenem mire-
 ris, & Dædalum? Vter ex his sapiens tibi uidetur, qui ferram
 commentus est: an ille qui cum uidisset puerū caua manu biben-
 tem aquam, fregit protinus exēptum ē perula calicem, hac ob-
 iurgatione sui: quam diu homo stultus superuacuas sarcinas
 habuit? qui se complicuit in dolio, et in eo cubitauit? Hodie utrū
 tandem sapientiorē putas, qui inuenit quem admodum in immeni-
 sam altitudinem *orcum latentibus fistulis exprimat, qui Eu-
 ripos subito aquarum impetu implet, aut siccat, uersatilia cœ-
 nationum laquearia ita coagmentat, ut subinde alia facies atq;
 alia succedat, & toties tecta quoties sercula mutantur: an eum,
 qui & alijs & sibi hoc monstrat, quā nihil nobis natura du-
 rum ac difficile imperauerit? Posse nos habitare sine marmo-
 rario fabro, posse nos uestitos esse sine cōmercio Serum, posse
 nos habere usibus nostris necessaria, si contenti fuerimus his,
 quæ terra posuit in summo? Quam si audire humanum genus
 uoluerit, tam superuacuum sciet sibi cocum esse, quā militem.
 Illi sapientes fuerunt, aut certē sapientibus similes, quibus ex-
 pedita erat tutela corporis. Simplici cura constant necessaria,
 in delicias laboratur. Non desiderabis artifices, si sequare na-
 turā: illa noluit esse districtos, ad quæcunq; nos cogebat, instruxit.
 Frigus intolerabile est corpori nudo. Quid ergo? Nūquid

*orcum

non

non pelles ferarum, & aliorū animalium à frigore satis, abunde defendere queunt? Non corticibus arborū, plerūq; gentes tegunt corpora? nō auium plumæ in usum uestis conferuntur? Non hodieq; magna Scytharū pars, tergis uulpium induitur ac murium, quæ tactu mollia, & impenetrabilia uentis sunt? Opus est tamen calorē solis æstiuū umbra crassiore propellere. Quid ergo? Non uetustas multa abdidit loca, quæ uel iniuria temporis, uel alio quolibet casu excauata in specū recesserunt? Quid ergo? Non quamlibet uirgeam cratem, texuerunt manu, et uili obliuerunt luto, acinde stipula alijsq; syluestribus operuere fastidium, & pluuijs per deuexa labentibus, hyemem *transiere securi? Quid ergo? Non in defosso latent Syrtica gētes? quibus propter nimios solis ardores, nullū tegumentū satis repellendis caloribus solidum est, nisi ipsa arens humus. Non fuit tam inimica natura, ut cū omnibus alijs animalibus facilem ac tutam uitā daret, homo solus non posset sine tot artibus uiuere. Nihil horum ab illa nobis imperatū est, nihil egre quærendū, ut posset uita produci. Ad parata nati sumus, nos omnia nobis difficilia faciliū fastidio fecimus. Tecta tegumentaq; & fomenta corporum & cibi, & quæ nunc ingens negotium facta sunt, obuia erant, & gratuita, & opera leui parabilia. Modus enim omnium prout postulabat necessitas erat, nos ista *pretiosa, nos mira, nos magnis multisq; cōquirenda artibus fecimus. Sufficit ad id natura quod poscit. A natura luxuria desciiuit, quæ quotidie seipsam incitat, & tot seculis crescit, & ingenio adiuuat uitia. Primo superuacua cœpit cōcupiscere, inde cōtraria, nouissime corpori animum addixit, & illius deseruire libidini iussit. Omnes istæ artes, quibus aut excitatur ciuitas, aut strepit, corporis negotiū gerunt: cui omnia olim tanquā seruo præstabantur, nunc tanquam domino parantur. Itaq; hinc textorum, hinc fabricorum officinae sunt, hinc odores coquentium, hinc molles

corp

*transigere

*pretiosa,

corporis motus docentū, mollesq; cantus & infractos. Re-
 fit enim ille naturalis modus, desideria ope necessaria finiens.
 Iam rusticitatis & miseriæ est, uelle quantū sat est. Incredibile
 est mi Lucili, quam facile etiam magnos uiros dulcedo oratio-
 nis abducatur a uero. Ecce Posidonius, ut mea fert opinio, unus
 ex his qui plurimū philosophiæ contulerunt, dum uult descri-
 bere primū, quemadmodū alia torqueantur fila, alia ex molli
 solutoq; ducantur, deinde quemadmodū tela suspensis ponderi-
 bus, rectum stamen extendat, quemadmodū subtegmen insertū,
 quod duritiam utriusq; comprimentis tranæ remolliat, * sepa-
 rata coire cogantur, & iungi, textricū quoq; artem a sapientibus
 dixit inuentam, oblitus postea repertum hoc subtilius ge-
 nus, in quo tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo, inseritur
 mediū radijs subtegmen acutis. Quod lato ferunt insecti
 pectine dentes. Quid si contigisset illi uidere has nostri tem-
 poris telas, in quibus uestis nihil celatura cōficitur, in qua non
 dico nullū corpori auxiliū, sed nullum pudori est: Transit de-
 inde ad agricolas, nec minus faciūde describit profcissum ara-
 tro solum, & * inter aratrū, quo solutior terra facilius pateat
 radicibus: tunc sparsa semina, & collectas manu herbas, ne
 quid fortuitū & agreste succrescat, quod necet segetem. Hoc
 quoq; opus ait esse sapientium, tanquā non nunc quoq; plurima
 cultores agrorum noua inueniant, per quæ fertilitas augeatur.
 Deinde non est contentus his artibus, sed in piscinum sapien-
 tē submittit. Narrat enim quemadmodū rerū naturā imitatus
 panem cœpit facere. Receptas, inquit, in os fruges, concurrrens
 inter se duritia dentium frangit, & quicquid excidit, ad eosdē
 dentes lingua refertur. Tunc uerò saliuæ miscetur, ut facilius
 per fauces lubricas transeat. Cū peruenit in uentrē, aquadi-
 culi seruore concoquitur, tunc demū corpori accedit. Hoc ali-
 quis secutus exēplar, lapidem asperum aspero imposuit, ad si-

* spata

* iteratum,

militudinem dentium, quorū pars immobilis motum alterius
 expectat. Deinde utriusq; attritu grana franguntur, & sepius
 *regeruntur, donec ad minutiam frequenter trita redigantur. *reteruntur,
 Tunc farinā aqua sparsit, & assidua tractatione perdomuit,
 finxitq; panem, quē primo cinis calidus, & feruens testa præ-
 coxit. Deinde furni paulatim reperti, & alia genera, quorum
 feruor seruiret arbitrio. Nō multum absuit, quin sutrinū quoq;
 inuentum à sapientibus diceret. Omnia ista ratio quidē, sed nō
 recta ratio commenta est. Hominis enim non sapientis inuenta
 sunt, tam mehercules quā nauigia, quibus amnes, quibusq; ma-
 ria transimus, aptatis ad excipienda uentorum impetum uelis,
 & additis à tergo gubernaculis, quæ huc atq; illuc cursum
 nauigij torqueant: & exemplū à piscibus tractum est, qui cau-
 da reguntur, & leui eius in utrunq; momento uelocitatē suam
 flectunt. Omnia hæc inquit, sapiens quidē inuenit, sed minora,
 quā ut ipse tractaret, sordidioribus ministris dedit. Imò non
 alijs excogitata ista sunt, quā à quibus hodieq; curantur.
 Quædā nostra demū prodisse memoria scimus, ut speculario-
 rū usum, perlucēte testa, clarum transmittentiū lumen, ut sus-
 pensuras balnearū, & impressos parietibus tubos, per quos
 circumfunderetur calor, qui ima simul & summa foueret equa-
 liter. Quid loquar marmora, quibus templa, quibus domus ful-
 gent? Quid lapideas moles in rotundū ac leue formatas, quibus
 porticus & capacia populorū tecta suscipimus? Quid uerbo-
 rum notas, quibus quāuis citata excipitur oratio, & celeritatē
 linguæ manus sequitur? Viliſsimorū mancipiorum ista cōmen-
 ta sunt. Sapientia altius sedet, nec manus edocet, animorū magi-
 stra est. Vis scire quid illa eruerit, quid ue effecerit? Non * de-
 *dedecores
 coros corporis motus, nec uarios per tubā ac tibiam cantus,
 quibus exceptus spiritus, aut in exitu, aut in transitu formatur
 in uocē: non arma, nec muros, nec bella. Vtilia molitur, paci
 fauet,

fauet, & genus humanū ad concordiā uocat. Non est inquam
 instrumētōrū ad usus necessarios opifex. Quid illi tā paruula
 assignas? Artificem uides uitæ, alias quidē artes sub domino ha-
 bet. Nā cui uita, illi uitæ quoq; ornamenta seruiunt. Cæterū ad
 beatū statum tendit, illò dūcit, illò uias aperit. Quæ sint mala,
 quæ uideantur, ostendit, uanitatē exuit mentibus, dat magnitu-
 dinē solidam: inflatam uerò & ex inani * speciosam reprimūt,
 nec ignorari finit inter magna quid inter sit & tumida, totius
 *spaciosam
 4 naturæ notitiā, ac suæ tradit. Quid sint dij, qualesq; declarat,
 *hominum
 quid inferi, quid lares & genij. Quid in secundā *numinū for-
 mam animæ perpetuæ, ubi consistant, quid agant, quid possint,
 quid uelint. Hæc eius initiamenta sunt, per quæ nō municipale
 sacrū, sed ingens omnium deorū tēplum mundus iste referatur,
 cuius uera simulachra, ueræq; faciès cernēdas mentibus pro-
 tulit. Nam ad spectacula tam magna hebes uisus est: ad initia
 deinde rerum redit, & eternā rationem toti inditam, & uim
 omnium seminū singula proprie figurantē. Tum de animo coepit
 *membra
 inquirere unde esset, ubi, quādiu, in quot *mēbris diuisus: De-
 inde à corporalibus se ad incorporalia transtulit, ueritatēq;
 & argumēta eius excussit. Post hæc, quemadmodū discernē-
 tur uitæ ac necis ambigua. In utraq; enim falsa ueris immixta
 sunt. Non abduxit, inquā, se, ut Posidonio uidetur, ab istis arti-
 bus sapiens, sed ad illas omnino non uenit. Nihil enim dignum
 inuētū iudicasset, quod nō erat dignum perpetuo usu iudicatu-
 rus, ponenda nō sumeret. Anacharsis, inquit, inuenit rotā figu-
 li, cuius circuitu uasa formantur, Demū quia apud Homerum
 inuenitur figuli rota, mauult uideri uersus falsos esse quàm fabu-
 lā. Ego nec Anacharsin huius rei fuisse autorē contendo, & si
 fuit, sapiens quidē hoc inuenit, sed non tanquam sapiens: sicut
 multa sapiētes faciūt, quā homines sunt, nō quā sapientes. Puta
 uelocissimū esse sapientē: cursu omnes anteibit, quā uelox est,

non quā sapiens. Cuperē Posidonio aliquē uitriariū ostēdere, qui spiritu utrum in habitus plurimos format, qui uix diligentia manu effingeretur. Hæc inuenta sunt postquam sapientem inuenire desuimus. Democritus, inquit, inuenisse dicitur fornicē, ut lapidū curuatura paulatim inclinatorū medio saxo alligaretur. Hoc dicā falsum esse. Necessē est enim ante Democritum & pontes & portas fuisse, quarū ferē summa curuantur. Excidit porrò uobis eundē Democritū inuenisse, quemadmodū ebur *molliretur, quemadmodū decoctus calculus in smaragdū conuerteretur, qua hodieq; coctura inuenti lapides *coctiles colorātur. Ista sapiens licet inuenit, non quā sapiens erat inuenit. Multa enim facit, quæ ab imprudentissimis aut æque fieri uidemus, aut peritius, aut exercitatus. Quid sapiens inuestigauerit, quid in lucē protraxerit, queris? Primum ueram naturā, quā non ut cætera animalia oculis secutus est tardis ad diuina. Deinde uitæ legē, quā ad uniuersa direxit: nec nosse tātum, sed sequi docuit deos, & accidentia non aliter excipere, quàm imperata. Vetuit parere opinionibus falsis, & quanti quicq; esset uera æstimatione perpendit, damnauit mixtas pœnitentiæ uoluptates. Et bona semper placitur a laudauit, & palām fecit, felicissimū esse, cui felicitate non opus est, potentissimū esse, qui se habet in potestate. Non de ea philosophia loquor, quæ ciuem extra patriā posuit, extra mundum deos, quæ uirtutē donauit uoluptati: sed de illa, quæ nullum bonū putat, nisi quod honestū est, quæ nec hominis, nec fortunæ muneribus deleri potest, cuius hoc pretium est, non posse pretio capi. Hanc philosophiam fuisse illo rudi seculo, quo adhuc artificia deerant, & ipso usu discabant utilia, non credo, sicut ante fortunata tēpora, cum in medio iacerent beneficia naturæ promiscue utenda, antequam auaritia atq; luxuria dissociauerē mortales, & ad rapinam ex consortio discucurrere, nō erant illi sapientes uiri, etiam si faci-

*poliretur;
*ad hoc uti-
les

cieb

ciebant facienda sapientibus. Statum quidem generis humani,
nō alium quisquam suspexerit magis, nec sicui permittat Deus
terrena formare, & dare gentibus mores, aliud probauerit,
quā quod apud illos fuisse memoratur, apud quos

Nulli subigebant arua coloni,
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant, ipsaq; tellus,
Omnia liberius, nullo poscente ferebat.

Quid hominum illo genere felicius? In cōmune rerum na-
tura fruebatur, sufficiebat illa ut parens in tutelā omnium, hæc
erat publicarum opum secūra possessio. Quid ni ego illud lo-
cupletissimū mortalium genus dixerim, in quo pauperem inue-
nire non posses? Irrupit in res optime positas auaritia, & dum
seducere aliquid cupit, atq; in suum uertere, omnia fecit aliena
& in angustum ex immenso redacta, paupertatem intulit, &
multa concupiscendo, omnia amisit. Licet itaq; uelit nunc con-
currere, & reparare quod perdidit, licet agros agris adiciat,
* aruis uicinum uel pretio pellat * aris uel iniuria, licet in prouinciā
spatium rura dilatet, & possessionem uocet, per sua longam
peregrinationem, nulla nos finium propagatio eò reducet, unde
discessimus. Cum omnia fecerimus, multum habebimus, uni-
uersum habebamus. Terra ipsa fertilior erat illaborata, & in
usus populorum nō diripiētium largā. Quicquid natura pro-
tulerat, id non minus inuenisse quā inuentum monstrare al-
teri uoluptas erat, nec aut ulli superesse poterat, aut deesse,
inter concordēs diuidebatur. Nondum ualentior, imposuerat
infirmiori manum, nondum auarus abscondendo quod sibi
iaceret, alium necessarijs quoq; excluserat. Par erat alterius
ac sui cura. Arma cessabant incruentēq; humano sanguine
manus, odium omne in feras uerterant. Illi quos aliquod nemus
densum à sole protexerat, qui aduersus sæuitiam hyemis aut
imbris

Imbris, nili receptaculo tuti sub fronde uiuebāt, placidas trans-
 igebant sine suspirio noctes. Sollicitudo nos in nostra purpura
 uersat, & acerrimis excitat stimulis, mollē somnum illis dura
 tellus dabat. Non impendebant celata laquearia, sed in aperto
 iacentes sydera superlabebantur, & insigne spectaculum no-
 ctium, mundus in præceps agebatur, silentio tantū opus ducēs:
 tam interdū illis quā noctu patebat prospectus huius pul-
 cherrimæ domus. Libebat intueri signa, ex media cœli parte
 uergentia, rursus ex occulto alia surgentia. Quid ni iuuaret ua-
 gari inter tam late sparsa miracula? At uos ad omnē tectorum
 pauetis sonū, & inter picturas uestras si quid increpuit, fugitis
 attoniti, Non habebant domos instar urbium, Spiritus ac liber
 inter aperta flatus & leuis umbra rupis aut arboris, & per-
 lucidi fontes, riuūq; non opere, nec fistula, nec ullo coactō itine-
 re obsolefacti, sed sponte currentes, & prata sine arte formo-
 sa, inter hæc agreste domiciliū, rustica positū manu. Hæc erat
 secundum naturam domus, in qua libebat habitare, nec ipsam,
 nec pro ipsa timentem. Nunc magna pars nostri metus, tecta
 sunt. Sed quāuis egregia illis uita fuerit, & carens fraude, non
 fuere sapientes, quando hoc iam in opere maximo nomen est,
 non tamen negauerim fuisse alti spiritus uiros, & (ut ita dicā)
 à dijs *recentes. Neq; enim dubium est, quin meliora mundus
 nondū effœtus ædiderit. Quemadmodum autem omnibus in-
 doles fortior fuit, & ad labores paratior, ita non erant inge-
 nia omnibus consummata. Non enim dat natura uirtutem. Ars
 est bonū fieri. Illi quidē non aurū, nec argentū, nec perlucidos
 lapides ima terrarū fece querebant, parcebantq; adhuc etiam
 mutis animalibus: tantum aberat, ut homo hominē non iratus,
 non timens, tantum spectaturus, occideret. Nondū uestis illis
 erat picta, nondū texebatur aurū, adhuc nō eruebatur. Quid
 ergo? Ignorantia rerum innocentes erant. Multum autem in-

*recedētes.

G tereft,

terest, utrum peccare aliquis nolit, aut nesciat. Deerat illis iustitia, deerat prudentia, deerat temperantia ac fortitudo. Omnibus his uirtutibus habebat similia quaedam rudis uita, Virtus non contingit animo, nisi instituto & edocto, & ad summum assidua exercitatione perducto. Ad hoc quidem, sed sine hoc nascimur, & in optimis quoque; antequam erudias, uirtutis materia, non uirtus est. Vale.

EPIST. XCII. Quomodo ad omne quod euenire potest firmandus est animus. Et quod omnia mortalium mortalitate damnata sunt. Vbi non indignatione, sed æquanimitate opus est contra fatum.

*nedum, pro non modo

Liberalis noster nunc tristis est, nunciato incendio, quo Lugdunensis colonia exusta est. Mouere hic casus quemlibet posset, *nedum hominē patriæ suæ amantiſsimū. Quæ res efficit, ut firmitatē animi sui quærat, quā uidelicet ad ea quæ timeri posse putabat, exercuit. Hoc uerò tam inopinatum malū, & pene inauditum, non miror si sine metu fuit, cum esset sine exemplo. Multas enim ciuitates incendiū uexauit, nullā abstulit. Nam etiā ubi hostili manu in tecta ignis immissus est, multis locis deficit, & quamuis subinde excitetur, raro tamen sic cuncta depascitur, ut nihil ferro relinquat. Terrarum quoque uix unquā tam grauis & perniciosus fuit motus, ut tota oppida euerteret. Nunquā denique tam infestum ulli exarsit incendium, ut nihil alteri superesset incendio. Tot pulcherrima opera, quæ singula illustrare urbes singulas possent, una nox strauit, & in tanta pace quantū ne bello quidem timeri potest, accidit. Quis hoc credat? Vbiq; armis quiescētibus, cum toto orbe terrarum diffusa securitas sit, Lugdunū quod ostendebatur in Gallia quæri. Omnibus fortuna quos publicè afflixit, quod passuri erant, timere permisit. Nulla res magna, non aliquod habuit ruinæ suæ spatium, In hac una nox interfuit inter urbem

urbem maximam & nullam. Deniq; diutius illam tibi perisse, quam perijt, narro. Hæc omnia Liberalis nostri affectum inclinant, aduersus sua firmū & erectū, nec sine causa cōcussus est. Inexpectata plus aggrauant. Nouitas adijcit calamitatibus pondus, nec quisquā mortalium non magis quod etiā miratus est, doluit. Ideo nihil nobis improuisum esse debet. In omnia præmittendus est animus, cogitandumq; nō quicquid solet, sed quicquid potest fieri. Quid enim est, quod non fortuna cū uoluit, & florentissimo detrahat? quod non eo magis aggrediatur & quatiat, quo speciosius fulget? Quid illi arduū, quid ue difficile est? Non una uia semper, ne tota quidē incurrit. Modò nostras in nos manus aduocat, modò suis contenta uiribus, inuenit pericula sine autore: nullū tempus exceptū est, in ipsis uoluptatibus causæ doloris oriuntur. Bellum in media pace confurgit, & auxilia securitatis in metū transeunt. Ex amico inimicus, hostis ex socio. In subitas tempestates hybernisq; maiores agitur æstiuæ tranquillitas: sine hoste patimur hostilia, & cladis causas, si alia deficiunt, nimia sibi felicitas inuenit. Inuadit tēperatissimos morbus, ualidissimos phthisis, innocentissimos pœna, secretissimos tumultus, Eligit aliquid noui, casus, per quod uelut oblitis uires suas ingerat. Quicquid longa series multis laboribus, multa Dei indulgentia struxit, id unus dies spargit ac dissipat. Longam morā dedit malis properantibus, qui diem dixit, non horam, momentumq; temporis, euerrendis imperijs sufficere. Esset aliquod imbecillitatis nostræ solatiū, rerumq; nostrarū, si tanta celeritate repararentur cuncta, quanta finiuntur. Nunc incrementa lente exeūt, festinatur in damnum, nihil priuatim, nihil publicè stabile est, tam hominū quā urbū fata uoluuntur. Inter placidissima terror existit, nihilq; extra tumultuantibus causis, mala unde minimè expectabantur erumpunt. Quæ domesticis bellis steterāt regna, quæ ex-

ternis, impellente nullo ruunt. Quotaqueq; felicitatem ciuitas pertulit? Cogitanda ergo sunt omnia, & animus aduersus ea, quae possunt euenire, firmandus. Exilia, tormenta, bella, morbos, naufragia meditare. Potest te patriae, potest patriam tibi casus eripere: potest te in solitudine abijcere, potest hoc ipsum, in quo turba suffocatur, fieri solitudo. Tota ante oculos sortis humanae conditio ponatur, nec quantum frequenter euenit, sed quantum plurimum potest euenire praesumamus animo, si nolumus opprimi, nec ullis inusitatis uelut nouis obstupescere. In plenum cogitanda fortuna est. Quoties Asiae, quoties Aethiopiae urbes uno tremore ceciderunt? quot oppida in Syria? quod in Macedonia deuorata sunt? Cyprum quoties uastauit haec clades? Quoties in se Paphus corruit? Frequenter nobis nunciati sunt totarum urbium interitus, & nos, inter quos frequenter ista nunciantur, quota pars omnium sumus? Consurgamus itaque aduersus fortuita, & quicquid inciderit, sciamus non esse tam magni, quam rumore iactetur. Ciuitas arsit opulenta, ornamentumque

*provinciarum, quibus & inserta erat, & excepta, uni tamen

*provincialium, imposta, & huic non altissimo monti. Omnium istarum ciuitatum, quas nunc magnificas ac nobiles audis, uestigia quoque tempus eradet. Non uides, quemadmodum in Aethiopia clarissimarum urbium iam fundamenta consumpta sunt, nec quicquam extet, ex quo appareat illas saltem fuisse? Non tantum manufacta labuntur, non tantum humana arte atque industria posita uertit dies, Iuga montium disfluunt, totae desedere regiones. Operta sunt fluctibus, quae procul à conspectu maris stabant. Vastauit ignis colles, per quos elucebat, erosio & quondam altissimos uertices solatia nauigantium, ac speculas, ad humilem harenam deduxit. Ipsius naturae opera uexantur, & ideo aequo animo ferre debemus urbium excidia. Casura omnia extant, omnes exitus manet, siue interna uis flatusque praecclusi uiolenti pon-

dus,

dus, sub quo tenentur, excusserint, siue torrentium in abdito
 vastorum obstantia effregerit, siue flammarū uolentia com-
 paginem soli ruperit, siue uetustas, à qua nihil tutum est, expu-
 gnauerit minutatim, siue grauitas coeli egresserit populos, &
 situs deserta corruerit. Enumerare omnes fatorum uias lon-
 gum est. Hoc unum scio, omnia mortalium opera, mortalitate
 damnata sunt, inter peritura uiuimus. Hæc ergo atq; eiusmodi
 solatia admoueo Liberali nostro, incredibili quodam patriæ
 suæ amore flagranti, quæ fortasse consumpta est, ut in melius
 excitaretur. Sæpe maiori fortunæ locum fecit iniuria. Multa
 ceciderunt, ut altius surgerent, & in alias imagines. * Felicita-
 tis urbis inimicus aiebat, Romæ sibi incendia ob hoc unum do-
 lori esse, quod sciret meliora resurrectura, quàm arsisent. In
 hac quoque urbe uerisimile est certaturos omnes esse, ut. ma-
 iora certioraq; quàm amiserit restituantur. Sint utinam diu-
 turna, & melioribus auspicijs in æuum longius condita. Nam
 huic colonie ab origine sua centesimus annus est, ætas ne ho-
 mini quidem extrema. A Planco deducta in hanc frequen-
 tiam, loci opportunitate conualuit. Quæ tamen grauissimos
 casus intra spatium humanæ pertulit senectutis. Itaque for-
 metur animus ad intellectum, patientiamq; sortis suæ, & sciat
 nihil inausum esse fortunæ. Aduersus imperia illam idem ha-
 bere iuris, quod aduersus imperantes, aduersus urbes idem
 posse, quod aduersus homines. Nihil horum dedignandum
 est. In eum intrauimus mundum, in quo his legibus uiuitur.
 Placet? pare: non placet? quacunque uis exi. Indignare,
 si quid in te iniquè propriè constitutum est. Sed si hæc imos
 summosq; necessitas alligat, in gratiam cum fato reuerte-
 re, à quo omnia resoluuntur. Non est quod nos tumultis
 metiaris, & his monumentis, quæ uiam disparia præte-
 xunt. Aequat omnes cinis, impares nascimur, pares mori-

* C. Caligula
felicis.

mur. Idem de urbibus, quod de urbium incolis dico. Tam Ardea capta, quam Roma est. Conditor ille iuris humani, non natalibus nos nec nominum claritate distinxit, nisi dum sumus. Vbi uerò ad finem mortalium uentum est, discede, inquit, ambitio, omnium quæ terrâ premunt seriem unam esse. Ad omnia patiendâ pares sumus. Nemo altero fragilior est, nemo in crastinum sui certior. Alexander Macedonû rex discere Geometriam infelix cœperat, sciturus quàm pusilla terra esset, ex qua minimum occupauerat. Ita dico infelix ob hoc quod intelligere debebat falsum se gerere cognomen. Quis enim esse magnus in pusillo potest? Erant illa, quæ tradebantur, subtilia et a ligenti intentione discenda, non quæ percipere posset uesanus homo, et trans oceanum cogitationes suas mittens. Facilia, inquit, me doce. Cui præceptor, inquit, ista omnibus eadem sunt, æque difficilia. Hoc puta rerum naturam dicere. Ista de quibus quæreris, omnibus eadem sunt, nulli dari faciliora possunt, sed quisquis uolet, sibi ipsi illa reddet faciliora. Quomodo: æquanimitate. Et doleas oportet, et sitias, et esurias, & senescas: & si tibi longior contigerit inter hoïes mora, & ægrotes, & perdas aliquid, & pereas. Non est tamen quod istis qui te circumstrepunt credas, Nihil horum malum est, nihil intolerabile, aut durum. Ex cõsensu istis metus est. Sic mortē times, quomodo famam. Quid autem stultius homine uerba metuente? Eleganter Demetrius noster solet dicere, eodem loco sibi esse uoces imperitorû, quo uentre redditos crepitus, Quid enim, inquit, mea refert, sursum isti an deorsum sonent? Quanta dementia est uereri, ne infamoris ab infamibus? Quemadmodum famam extimuis sis sine causa, sic & illa, quæ nunquam timeretis, nisi fama uicisset. Num quid detrimenti faceret uir bonus, iniquis rumoribus aspersus? nec morti quidem hæc apud nos noceat: & hæc malam amolitionem habet. Nemo eorum qui illam accusant expertus est. In-

*iussisset.

terum

terim te
multis
relis, sup
in nostr

ui
fa
h
co

Pvt
pus
quas m
tas. In
huic se
se per
ipsa su
est. Si
ueniat
perfe
fortun
unum
tus est
quide
test c
nostr
ob al
tran
ne iu
per
cor,
qua

terim temeritas est, damnare quod nescias. At illud scis quàm multis utilis sit, quàm multos liberet tormentis, egestate, querelis, supplicijs tedio. Non sumus in ullius potestate, cum mors in nostra potestate sit. Vale.

EPIST. XCIII. Disputatio cōtra dicentes solam uirtutem non facere beatum sine externis cōmodis. Vel facere quidem beatum, sed non beatissimum. Vbi tradit hæc fortuita, nec bona esse nec mala. Et nec beatum facere, nec miserum. Et de excellentia animi.

Pvto inter me teq; conueniat, externa corpori acquiri, corpus in honorem animi coli, in animo esse partes mixtas, per quas mouemur alimurq; propter ipsum principale nobis datur. In hoc principali aliquid irrationale est, & rationale. Illud huic seruit. Hoc unum est, quod aliud non refertur, sed omnia ad se perfert, Nam illa quoq; diuina ratio omnibus præposita est, ipsa sub nullo est. Et hæc autem nostra eadem est, quia ex illa est. Si de hoc inter nos conuenit, sequitur ut de illo quoq; conueniat, in hoc uno positam esse beatam uitam, ut in nobis ratio perfecta sit. Hæc enim sola non submittit animum, stat contra fortunam. In quolibet rerum habitu, seruata seruat. Id autem unum bonum est, quod nunquam defringitur. Is, inquam, beatus est, quem nulla res minorem facit, tenet summa, & ne ulli quidem nisi sibi, innixus. Nam qui aliquo auxilio sustinetur, potest cadere. Si aliter est, incipient in nobis multum ualere non nostra. Quis autem uult constare fortuna, aut quis se prudens ob aliena miratur? Quid est beata uita? securitas & perpetua tranquillitas. Hanc dabit animi magnitudo, dabit cōstantia bene iudicati tenax. Ad hoc quomodo peruenitur? si ueritas tota perfecta est. si seruatus est in rebus agendis ordo, modus, decor, & innoxia uoluntas, aut benigna, intenta rationi, nec unquam ab ista recedens, amabilis simul mirabilisq;. Denique ut

*perspecta

breuiter tibi formulam scribam, Talis animus sapiētis esse uiri debet, qualis Deum deceat. Quid potest desiderare, is cui oīa honesta contingant? Nam si possunt aliquid non honesta conferre ad optimum statum, in his erit beata uita, sine quibus non est. Et quid stultius, turpius ue, quā bonum rationalis animi ex irrationalibus neſtere? Quidam tamen augeri summum bonum iudicant, quia parum plenum sit fortuitis repugnantibus. Antipater quoq; inter magnos sectæ huius autores, aliquid se tribuere dicit externis, sed exiguum admodum. Vides autem quale sit, sole te non esse contentum, nisi aliquis igniculus alluxerit? Quod potest in hac claritate solis habere scintilla momentum? Si non es sola honestate cōtentus, neſse est, aut quietem adijci uelut quam πᾶνσολῆν uocant Græci, aut uoluptatem, Horum alterum utcunq; recipi potest. Vacat enim animus molestia, liber ad *conſpectum uniuerſi, nihilq; illum auocat à contemplatione naturæ. Alterum illud, uoluptas, bonum peccoris est. Adijcimus rationali irrationale, honesto inhostum. Magno uitam facit titillatio corporis? Quid ergo dubitatis dicere, bene esse homini, si palato bene est? Et hunc tu non dico inter uiros numeras, sed inter homines, cuius summum bonum saporibus, ac coloribus, ac sonis constat? Excedat ex hoc animalū numero pulcherrimo, ac dijs secundo, mutis aggregetur animal pabulo letum. Irrationalis pars animi duas habet partes: alteram animosam, ambitiosam, impotētem, positam in affectionibus: alteram humilem, languidā, uoluptatibus deditam. Illam effrenatam, meliorem tamē, certē fortioſiorem ac digniorem uiro, reliquerunt. Hanc necessariam beatæ uitæ putauerunt, inermem et abiectam. Huic rationem seruire iusserunt, & fecerunt animalis generosissimi bonū, demissum & ignobile. Præterea mxtum, portentuosumq; & ex diuersis animalium cōgruentibus membris. Nam, ut ait Vergilius noster in Scylla,

*inſpectum

5

6

Prima

Prima hominis facies & pulchro pectore uirgo
 Pubetenus, postrema inmani corpore pistrix.
 Delphinum caudas utero commissa luporum.

Huic tamen Scyllæ fera animalia iuncta sunt, horrenda, uelocita, at isti sapientiam ex quibusdam composuere portentis. Prima hominis pars est ipsa uirtus. Huic committitur inutilis caro, & fluida & receptandis tantum cibus habilis, ut ait Posidonius. Virtus illa diuina, in lubricum desinit, & superioribus eius partibus uenerandis atq; coelestibus, animal uers ac marcidum attexitur. Illa utcunque alta quies nihil quidem ipsa animo præstabat, sed impedimenta remouebat. Voluptas ulro dissoluit, & omne robur emollit. Quæ inuenietur tam discors inter se iunctura corporum. Fortissimæ rei inertissima astruitur, seuerissimæ parum seria, sanctissimæ intemperans æquæ ac iniusta. Quid ergo, inquit, si uirtutem nihil impeditura sit bona ualitudo, & quies & dolorum uacatio, non ne petes illa? Quid ni petam? Non quia bona sunt, sed quia secundum naturam sunt, & quia bono à me iudicio sumuntur. Quod erit in illis tunc bonum? hoc unum, bene eligi. Nam cum uestem qualem decet sumo, cum ambulo ut oportet, cum cœno quemadmodum debeo, non cœna, aut ambulatio, aut uestis bona sunt, sed meum in his propositum, seruantis in qua; re rationi conuenientem modum. Etiam nunc adijciam, Mundæ uestis electio appetenda est homini. Natura enim homo mundum & elegans animal est. Itaque non est bonum per se munda uestis, sed munda uestis electio, quia non in re bonum est, sed in electione, Quia actiones nostræ honestæ sunt, non ipsa quæ aguntur. Quod de ueste dixi, idem de corpore me existima dicere. Nam hoc quoque natura, ut quandam uestem animo circumdedit, uelamentum eius est. Quis autem unquam uestimenta æstimauit arcuula? Nec bo-

num, nec malum uagina gladiū facit. Ergo de corpore quoq;
idem tibi respondeo. Sumpturū quidem me, si detur electio, &
sanitatem, & uires. Bonū autem futurum, iudiciū de illis meū,
non ipsa. Est quidem, inquit, sapiens beatus. Summū tamen illud
bonū non sequitur, nisi illi & naturalia instrumenta respon-
deant. Ita miser quidem esse, qui uirtutē habet, non potest. Bea-
tissimus autem non est, qui naturalibus bonis destituitur, ut ua-
litudine & membrorū integritate. Quod incredibile uidetur.
id concedis, aliquē in maximis & continuis doloribus non esse
miserum, esse etiam beatum: quod leuius est, negas, beatissimum
esse. Atqui si potest uirtus efficere, ne miser aliquis sit, facilius
efficiet, ut beatissimus sit. Minus enim interualli à beato ad bea-
tissimum restat, quàm à misero ad beatum. An quæ res tantum
ualet, ut *exceptū calamitatibus inter beatos locet, non potest
adiocere quod superest, ut beatissimum faciat? In summo deficit
cliuo? Commoda sunt in uita & incommoda, utraq; extra nos.
Si non est miser uir bonus, quamuis omnibus prematur incom-
modis, quomodo non beatissimus, si aliquibus commodis defici-
tur? Nam quemadmodum incommodorum onere usq; ad mi-
serum non deprimuntur, sic commodorum inopia non deducitur
à beatissimo. Sed tam sine commodis beatissimus est, quàm non
est sub incōmodis miser. * Aut potest illi eripi bonum suum, si
potest minui. Paulò ante dicebam, igniculum nihil conferre lu-
mini solis. Claritate enim eius quicquid sine eo lucet, abscondi-
tur. Sed quædam, inquit, soli quoq; obstant. At solis uis & lux
integra est, etiā inter opposita: et quamuis aliquid interiaceat,
quod nos prohibeat eius aspectu, in opere est, cursu suo fertur.
Quoties inter nubili luxit, nō est sereno minor, nec tardior qui-
dem: quoniam multū interest, utrum aliquid obstet tantum, an
impediat. Eodem modo uirtuti opposita nihil detrahunt. Non
est minor, sed minus fulget: nobis forsitan nō æquē apparet ac

*creptum

*An non
potest

nitet

nitet, sibi
exercet.
damna, e
tur qui di
rū esse, n
uirtutibu
rentibus.
neranda
fortitudo
plenior a
rum sani
est, nec n
quoq; eu
surdam,
extra sic
dam: De
patientia
statum, n
quid &
beatus e
contra n
gidi inge
sime cal
miserias
imago is
rū, nec b
bilitatē,
ser non
runt, ne
piens ex
Quare

nitet, sibi eadem est, & more solis obscuri, in occulto uim suam
 exercet. Hoc itaq; aduersus uirtutem possunt calamitates, &
 damna, & iniuriæ, quod aduersus solem potest nebula. Inueni-
 tur qui dicat sapiëntem corpore parũ prospero usum, nec mise-
 rũ esse, nec beatum. Hic quoq; fallitur. Exæquat enim fortuitas
 uirtutibus, & tantundẽ tribuit honestis quantũ honestate ca-
 rentibus. Quid autẽ fœdius, quid indignius, quàm cõparare ue-
 neranda contẽptis? Veneranda enim sunt, fides, iustitia, pietas,
 fortitudo, prudentia. Econtrario Vilia sunt, quæ sepe cõtingũt
 pleniora uilissimis, crux solidum, & lacertus, & dentes, & ho-
 rum sanitas, firmitasq;. Deinde si sapiës cui corpus molestum
 est, nec miser habebitur, nec beatus, sed medio relinquetur, uita
 quoq; eius nec appetenda erit, nec fugiẽda. Quid autẽ tam ab-
 surdum, quã sapiëntis uitam appetendam non esse? Aut quid tam
 extra fidẽ, quàm esse aliquam uitam, nec appetendã, nec fugiẽ-
 dam? Deinde si damna corporis miserũ non faciunt, beatũ esse
 patiuntur. Nam quibus potentia non est in peiorem transcundũ
 statum, nec interpellandũ quidem optimũ. Frigidum, inquit, ali-
 quid & calidum nouimus. Inter utrunq; tepidũ est. Sic aliquis
 beatus est, aliquis miser, aliquis nec miser nec beatus. Volo hæc
 contra nos positam imaginem excutere. Si tepido illi plus fri-
 gidi ingesserõ, fiet frigidum, si plus calidi affudero, fiet nouis-
 simẽ calidũ. At huic, nec misero, nec beato, quantumcunq; ad
 miserias adiecero, miser nõ erit, quemadmodum dicitis. Ergo
 imago ista dissimilis est. Deinde trado tibi hominem, nec mise-
 rũ, nec beatũ. Huic adijcio cæcitatem, nõ fit miser. Adijcio de-
 bilitatẽ, non fit miser. Adijcio dolores cõtinos & graues, mi-
 ser non fit. Quẽ tam multa mala in miserã uitam non transfe-
 runt, nec ex beata quidẽ educunt. Si non potest, ut dicitis, sa-
 piens ex beato, in miserum decidere, nõ potest in non beatum.
 Quare enim qui illa cõepit, alicubi subsistat? Quæ res non pa-

titur illum ad imū deuolui, retinet in summo. Quid ni, nō possit beata uita rescindi? Nec remitti quidē potest, & ideo uirtus ad illam per seipsa satis est. Quid ergo, inquit, sapiens non est beator qui diutius uixerit, quem nullus auocauit dolor, quā ille qui cū mala fortuna sepe luctatus est? Responde mihi, Numquid & melior est, & honestior? Si hæc non sunt, nec beator quidē est. Rectius uiuat, oportet, ut beatus uiuat: si rectius non potest, ne beatus quidē. Non intenditur uirtus, ergo ne beata quidē uita, quæ ex uirtute est. Virtus enim tantum bonum est, ut istas accessiones minutas non sentiat, breuitatem æui, & dolorem, & corporum uarias offensiones. Nam uoluptas non est digna ad quam respiciat. Quid est in uirtute præcipuum? Futuro non indigere, nec dies suos computare, in quātolibet tempore bona æterna consumat. Incredibilia nobis hæc uidentur, & supra humanam naturā excurrentia. Maiestatē enim eius ex nostra imbecillitate metimur, & uitij nostris nomen uirtutis imponimus. Quid porrò non æque incredibile uidetur, aliquē in summis cruciatibus positū, dicere, beatus sum? Atqui hæc uox in ipsa officina uoluptatis est audita. Beatissimum, inquit, hunc & ultimū diem ago Epicurus, cum illum hinc uinæ difficultas torqueret, hinc insanabilis exulcerati dolor uentris. Quare ergo incredibilia sunt ista apud eos, qui uirtutem colunt, cum apud eos quoque reperiantur, apud quos uoluptas imperauit? Hi quoque degeneres & humillimæ mentis aiunt, in summis doloribus, in summis calamitatibus, sapientem nec miserum futurum, nec beatū. Atqui hoc quoque incredibile est, imò incredibilius. Non uideo enim quomodo in infimum agatur, & fastigio suo deiecta uirtus. Aut beatum præstare debet, aut si ab hoc depulsa est, non prohibebit fieri miserum. Stans nō potest uinci, aut uincatur oportet, aut uincat. Dijs, inquit, immortalibus solis, & uirtus & beata uita contingit, Nobis umbra

quæd

quædam
nō peruen
in illis cō
tionem nō
ut aliquis
cium labo
rium sen
poris, sea
Per hanc
malitiæ
na illum
est abhu
aliquid a
pore pr
Nemo in
est autem
dei par
& socij
fertur i
nostror
inquan
est, ut p
suum e
erat la
uadit a
cit: auer
sima, n
oculos
stra &
conge
domi

que dam illorum bonorum, & similitudo. Accedimus ad illa,
 nō peruenimus. Ratio uerò dijs hominibusq; cōmunis est. Hęc
 in illis cōsummata est, in nobis consummabilis. Sed ad despera-
 tionem nos uitia nostra perducunt. Nam ille alter secūdus est,
 ut aliquis parum constans ad custodienda optima, cuius iudi-
 cium labat etiannū & incertū est, desiderat oculorū atq; au-
 rium sensum, bonam ualeitudinem, & non fœdum aspectū cor-
 poris, sed habitu manentē suo, ætatis præterea longius spatiū.
 Per hanc potest nō pœnitenda agitare, ut imperfecto uiro huic
 malitiæ uis quædam inest, quia animum habet mobilem: ad pra-
 ma illum agit hærens malacia: & ea agitatus abest à bono. Nō
 est adhuc bonus, sed in bonum fingitur. Cuiuscunq; autem deest
 aliquid ad bonum, malus est. Sed si cui uirtus animusq; in cor-
 pore præsens, hic deos æquat, illò tendit originis sui memor.
 Nemo improbe eò conatur ascendere, unde descenderat. Quid
 est autem, cur non existimes in eo diuini aliquid existere, qui
 dei pars est: Totum hoc quo cōtinemur, & unum est, & deus,
 & socij eius sumus, & mēbra. Capax est noster animus, per-
 fertur illò, si uitia non deprimant. Quemadmodum corporum
 nostrorū habitus erigitur, & spectat in cœlum, ita animus, cui
 in quantum uult, licet porrigi: in hoc à natura rerum formatus
 est, ut paria dijs uelit, & sic utatur suis uiribus, ac se in spatiū
 suum extendat. Nam si aliena ui ad summa niteretur, magnus
 erat labor, ire in cœlum. Redit, cū hoc iter ad quod natus est,
 uadit audacter, & cōtempitor omnium, nec ad pecuniam respi-
 cit: aurum argentumq; illis in quibus iacuerunt tenebris dignis-
 sima, non hoc æstimat splendore, quo imperitorum uerberant
 oculos, & auerterūt à cœlo, ex quo illa secreuit cupiditas no-
 stra & effodit. Scit, inquā, aliubi positas esse diuitias quàm quò
 congeruntur, animū impleri debere, non arcā. Hunc imponere
 dominio omnium rerum licet, hunc in possessionē rerum naturæ

inducere, ut suarum possessionū orientis occidentisq; terminus fiat, deorumq; ritu cuncta possideat, cum opibus suis diuites supernē despiciat, quorum nemo tam lætus est suo, quàm tristis alieno. Cum se in hanc sublimitatem tulit, corporis quoq; uelut oneris necessarii, non amator, sed procurator est: nec se illi cui impositus est, subijcit. Nemo liber est, qui corpori seruit. Nā ut alios dominos, quos nimia pro illo sollicitudo inuenit, transeas, ipsius morosum imperiū delicatumq; est. Ab hoc, modo æquo animo exit, modo magno profilit, nec quis deinde reliquijs eius futurus sit exitus, querit. Sed ut ex barba capillos detonsos negligimus, ita ille diuinus animus egressurus hominem, quò receptaculum suum conferatur, ignis illud exurat, an feræ distrahant, an terra contegat, non magis ad se iudicat pertinere, quàm secundas ad æditum infantem, Vtrū proiectas aues differant, an consumantur cambus data præda Latinis. Quid ad illum, qui nullas, sed tunc quoq; cum inter homines est, minas timet, ullas ne post mortem timebit? Parum est: non conteret, inquit, me, nec uncus, nec proiecti ad contumeliam cadaueris laceratio, foeda uisuris. Neminē de supremo officio rogo. Nulli reliquias meas cōmendo, ne quis insepultus esset, rerū naturā prospexit. Quem sæuitia proiecerit, dies condet. Diserte Mæcenas ait,

Nec tumulum curo, sepelit natura relictos.

Altē cinctum putes dixisse. Habuit enim ingenium & grande & uirile, nisi illud ipse discinxisset. Vale.

EPIST. XCIIII. De breuiori uita non curandum, Et quod amplissimum uitæ spacium est usq; ad sapientiam uiuere.

IN epistola qua de morte Metronactis philosophi querebatur, Iris, tanquam & potuisset diutius uiuere, & debuisset, æquitatem tuam desiderauit. que tibi in omni persona, in omni ne-

gotio

gotio superest, in una re deest, in qua omnibus. Multos inueni
 æquos aduersus homines, aduersus deos neminē. Obiurganus
 quotidie fatum. Quare ille in medio cursu raptus est? Quare
 ille non rapitur? Quare senectutē & sibi & alijs grauem ex-
 tendit? Vtrum obsecro te æquius iudicas, te naturæ, an tibi pa-
 rere naturam? Quid autē interest, quàm cito exeas, * dū utiq; *unde utiq;
 exeundum est? Non ut diu uiuamus curandum est, sed ut satis.
 Nam ut diu uiuas, fato opus est, ut satis, animo. Longa est uita,
 si plena est, Impletur autem, cum animus sibi bonum suū red-
 didit, & ad se potestatem sui transtulit. Quid illum octoginta
 anni iuuant, per inertiam exacti? Non uixit iste, sed in uita mo-
 ratus est, nec sero mortuus est, sed diu. Octoginta annis uixit.
 Interest, mortē eius ex quo die numeres. At ille obiit uiridis,
 sed officia boni ciuis, boni amici, boni filij executus est. In nulla
 parte cessauit, licet eius ætas imperfecta sit, uita perfecta est.
 Octoginta annis uixit, imò octoginta annis fuit: nisi forte sic
 uixisse eum dicis, quomodo dicuntur arbores uiuere. Obsecro
 te mi Lucili hoc agamus, ut quemadmodū preciosa rerum, sic
 uita nostra, nō pateat multum, sed multum pendat. Actu illam
 metiamur, non tempore. Vis scire quid inter hunc intersit ue-
 getū contemptoremq; fortunæ, functum omnibus uitæ humanæ
 stipendijs, atq; in summū bonum eius euectū, & illum cui mul-
 ti anni transmisi sunt? Alter post mortem quoq; est, alter ante
 mortē perijt. Laudemus itaq; & in numero feliciū reponamus
 eum, cui quantulumcūq; temporis contigit, bene collocatū est.
 Vidit enim ueram lucē, non sicut unus ē multis, & uixit, & ui-
 guit. Aliquando sereno usus est, aliquando, ut solet, ualidi syde-
 ris fulgor, per nubila emicuit. Quid queris quandiu uixerit.
 Vixit, ad posteros usq; transiijt, & se in memoriā dedit. Nec
 ideo mihi plures annos accedere recusauerim, nihil tamen ad
 beatā uitam defuisse dicā, si spatiū eius inciditur. Non enim ad
 cum

eum diem me aptavi, quem ultimū mihi spes auida promiserat, sed nullum non tanquam ultimū aspexi. Quid me interrogas, quando natus sum? An inter iuniores adhuc censear? Habeo meū. Quemadmodum in minore corporis habitu potest homo esse perfectus, sic & in minore temporis modo potest esse uita perfecta. Aetas inter externa est. Quādiu sim, alienū est, quādiu uero uir bonus sim, meū est. Hoc à me exige, ne uelut per tenebras æuū ignobile emetiar, ut agam uitam, non ut præteruehar. Queris quod sit amplissimum uitæ spatium? Vsq; ad sapientiā uiuere. Qui ad illam peruenit, attingit non longissimum finē, sed maximum. Ille uero gloriatur audacter, & dijs agat gratias, interq; eos sibi, & rerum nature imputet, quod fuit. Merito enim imputabit, meliorē illi uitam reddidit quā accepit. Exemplar boni uiri posuit, qualis quantusq; esset ostendit. Siquid adiecisset, fuisset simile præterito. Et tamen quousq; uiuimus omnū rerum * cogitatione functi sumus. Scimus * ad quid principalis natura se attollat, quemadmodū ordinat mundum, per quas uices annum reuocet. Quemadmodū omnia quæ usquam erant cluserit, & seipsam sui finem fecerit. Scimus sydera impetu suo uadere, præter terram nihil stare, cætera continua uelocitate decurrere. Scimus quemadmodum solem luna prætereat. Quare tardior uelociorem post se relinquat. Quomodo lumen accipiat, aut perdat, quæ causa inducat noctem, quæ reducat diem. Illuc eundum est, ubi ista propius aspicias. * Nec hac spe, inquit sapiens ille, fortius exeo, quod patere mihi ad deos meos iter iudico. Merui quidem admitti, et iam inter illos fui, animumq; illò meum misi, & ad me illi suum miserunt. Sed tolli me de medio puta, & post mortem nihil ex homine restare: æque magnum animum habeo, etiam si nusquā transiturus * accedo. Non tã multis uixit annis, quā potui. Et paucorum uersuum liber est, & quidē laudan-

*cognitione
* à quibus

*Nunc

*excedo

dius

dus atq; utilis. Annales Tanusij scis quàm non* decori sint, & ^s
 quid uocentur. Aequè est uita quorundã longa, & quod sequi- ^s
 tur Tanusij annales. Nunquid feliciorẽ iudicas eũ, qui sum- ^s
 mo die muneris, quàm eum qui medio occiditur. Nunquid ali- ^s
 quẽ tam stultè cupidũ esse uitæ putas, ut iugulari in spoliario, ^s
 quàm in arena malit. Non maiore spatio alter alterũ præcedi- ^s
 mus. Mors per omnes it. Qui occidit, cõsequitur occisum. Mi- ^s
 ninũ est, de quo sollicitissime agitur. Quid enim ad rem per- ^s
 tinet quamdiu uites, quod euitare non possis. Vale.

EPIST. XCIV. Vtrum pars philosophiæ superfluat præ-
 ceptiua disputatio & solutio: & de* annotatione cõtra malum
 popularis opinionis.

*aduocatione

E Am partem philosophiæ, quæ dat propria cuiq; persone
 præcepta, nec in uniuersum componit hominẽ, sed marito
 suadet, quomodo se gerat aduersus uxorẽ, patri, quomodo edu-
 cet liberos, domino, quomodo seruos regat, quidam solã rece-
 perant, ceteras quasi extra nostrã utilitatẽ uagantes relique-
 rant, tanquã quis posset de parte suadere, nisi qui summã prius
 totius uitæ complexus est. Sed Ariston Stoicus è contrario
 hanc partem leuem existimat, & quæ non descendat in pectus
 usq; At illã habentem* præcepta, plurimũ ait proficere, ipsaq;
 decreta, ^s
 decreta philosophiæ, constitutionemq; esse summi boni, quam
 qui bene intellexit & didicit, quid in quaq; re faciendũ sit, si-
 bipse præcepit. Quemadmodũ qui iaculari discit, destinatum
 locũ captat, & manũ format, ad dirigenda quæ mittit. Cũ hæc
 uim ex disciplina & exercitatione percepit, quocunq; uult illa
 uitur. Didicit enim non hoc aut illud serire, sed quodcunq; uo-
 luerit. Sic qui se ad totã uitã instruxit, nõ desiderat particula-
 tim admoneri, doctus in totũ, non quomodo cũ uxore aut cum
 filio uiueret, sed quomodo bene uiueret. In hoc est, & quomo-
 do cum uxore ac liberis uiuat. Cleanthes utilem quidem iudi-

cat & hanc partem, sed imbecillem, nisi ab uniuerso fluit, nisi decreta ipsa philosophiæ & capita cognouit. In duas ergo quæstiones locus iste diuiditur. Vtrum utilis an inutilis sit, & an solus uirū bonū possit efficere, id est, utrū superuacius sit, an omnes faciat superuacuos. Qui hanc partem uideri uolunt superuacuam, hoc aiunt. Siquid oculis oppositū moratur acie, remouendū est: illo quidē non abiecto operā perdidit, qui præcepit, Sic ambula bis, illò manum porrigēs. Eodē modo ubi aliqua res obcæcat animū, & ad officiorū dispiciendū ordinem impedit, nihil agit qui præcipit, sic uiues cū patre, sic cū uxore. Nihil enim proficient præcepta, quamdiu menti error obfusis est: si ille discutitur, apparebit quid cuiq; debeat officio. Alioquin doces illū, quid sano faciendum sit, non sanū efficias. Pauperi ut agat diuitē monstras. Hoc quomodo manente paupertate fieri potest? Ostendis esurienti, quid tanquā satur faciat, Fixam potius medullis famē detrahe. Idem tibi de omnibus uitijs dicam, ipsa remouenda sunt, non præcipiendū, quod fieri illis manentibus non potest. Nisi opuniones falsas, quibus laboramus, expuleris, nec auarus quomodo utendum pecunia sit, exaudiet; nec timidus, quomodo pericula cōtemnat. Efficias oportet, ut sciat pecuniā, nec bonū nec malū esse. Ostendas illi miserimos diuites. Efficias, ut quicquid publice expauimus, sciat non esse timendū, quā fama circūfert, nec dolorē quoq; nec mortem, Sæpe in morte, quam pati lex est, magnū esse solatium, quod ad neminē redit: in dolore pro remedio futuram obstinationē animi, qui leuius facit sibi, quicquid contumaciter passus est. Optimā doloris esse naturam, quod non potest, nec qui extēditur magnus esse, nec qui est magnus, extendi. Omnia fortiter excipienda, quæ nobis mundi necessitas imperat. His decretis cum illū in conspectum suæ conditionis ad duxeris, & cognouerit beatam uitam esse, non quæ secundum uoluptatem

est, sed secundum naturam, cum uirtutem unicum bonū hominis admauerit, turpitudinē solum malum fugerit, reliqua oīa, diuitias, honores, bonam ualeitudinē, uires, imperia, scierit esse mediam partē, nec bonis annumerandā nec malis, monitorem non desiderabit ad singula, qui dicat: sic incede, * sic cœna: hoc uiro, hoc fœminæ, hoc marito, hoc cœlibi conuenit. Ista enim qui diligentissime monent, ipsi facere non possunt. Hæc pædagogus puero, hæc auia nepoti præcipit: & irascendū non esse, magister iracūdisissimus disputat. Si ludū literarum intraueris, scies ista, quæ ingenti supercilio philosophi iactant, in puerili esse præscripto. Vtrum deinde manifesta, an dubia præcipies? Non desiderant manifesta monitore, præcipienti dubia non creditur. Superuacūū est ergo præcipere. Id ad eō sic discere, Si id mones quod obscurū est & ambiguū, probationibus adiuuandum erit. Si probaturus es, illa per quæ probas plus ualēt, satisq; per se sunt. Sic amico utere, sic ciue, sic socio. Quare? quia iustū est. Omnia ista mihi locus de iustitia tradit. Illic inuenio æquitatē per se expetendā, nec metu nos ad illam cogi, nec mercede conducti. Non esse iustū, cui quicquā in hac uirtute placet, præter ipsam. Hæc cū persuasi mihi & * perhibui, quid ista præcepta proficiunt, quæ eruditū docent? Præcepta dare scienti superuacūū est, nescienti parū. Audire enim debet, non tantū quid sibi præcipiatur, sed etiā quare. Vtrum, inquā, ueras opiniones habenti de bonis malisq; sunt necessaria, an non habenti? Qui non habet, nihil à te adiuuabitur, aures eius contraria monitionibus tuis fama possedit. Qui habet exactū iudicium de fugiendis petendisq;, scit quid sibi faciendū sit, quid non, etiā te tacente. Tota ergo pars ista philosophiæ submoueri potest. Duo sunt propter quæ delinquimus. Aut inest animo prauis opinionibus malitia contracta: aut etiā si non est falsis occupatus, ad falsa procliuius est, & cito specie quò non oportet

* sic mane:

* perhibui,

*uacantem

tet trahente, corrumpitur. Itaq; debemus, aut curare mentem
 egram & uitij liberare: aut *uacantem quidem, sed ad peiora
 pronam, praeoccupare. Vtrumq; decreta philosophiae faciunt.
 Ergo tale praecipendi genus nihil agit. Praeterea si praecpta
 singulis damus, incomprehensibile opus est. Alia enim dare de-
 bemus foeneranti, alia colenti agrum, alia negotianti, alia regum
 amicitias sequenti, alia pares, alia inferiores amaturo. In ma-
 trimonio praecipias, quomodo uiuat cum uxore aliquis quam uir-
 ginem duxit, quomodo cum ea, quae alicuius matrimonium exper-
 ta est, quemadmodum cum locuplete, quemadmodum cum indotata.
 An non putas aliquid esse discriminis, inter sterilem & foecun-
 dam, inter prouectiorem & puellam, inter matrem & nouercam?
 Omnes species complecti non possumus. Atqui singulae propria
 exigunt. Leges autem philosophiae breues sunt, & omnia alli-
 gant. Adijce nunc, quod sapientis praecpta finita esse debent,
 & certa: si qua finiri non possunt, extra sapientiam sunt. Sa-
 pientia rerum terminos nouit. Ergo ista pars praecptiua sub-
 mouenda est, quia quod paucis promittit, praestare omnibus
 non potest. Sapientia autem omnes tenet. Inter insaniam publi-
 cam, & hanc quae medicis traditur nihil interest, nisi quod haec
 morbo laborat, illa opinionibus falsis. Altera causas furoris
 traxit ex uoletudine, altera animi mala ualetudo est. Siquis fu-
 rioso praecpta det, quomodo loqui debeat, quomodo procede-
 re, quomodo in publico se gerere, quomodo in priuato, erit
 ipso quem monebit insanior. Si bilis nigra curanda est, & ipsa
 furoris causa remouenda. Idem in hoc alio animi furore facien-
 dum est, ipse discuti debet, alioquin abibunt in uanum monen-
 tum uerba. Haec ab Aristone dicuntur, Cui respondemus ad
 singula. Primum aduersus illud quod ait, siquid obstat oculo, &
 impedit uisum, debere remoueri, Fateor huic non esse opus
 praecptis ad uiuendum, sed remedio quo purgetur acies, & of-
 ficientem

ficientem sibi moram effugiat. Natura enim uidemus, cui usum sui reddit, qui remouet obstata. Quid autē cuiq; debeatur officio, natura non docet. Deinde cuius curata suffusio est, is non protinus cum usum recepit, alijs quoq; potest reddere. Malitia liberatur, & liberatis non est opus exhortatione, nec cōsilio quidē: ut colorum proprietates oculus intelligat, à nigro album, etiam nullo monente, distinguet. Multis cōtra praeceptis eget animus, ut uideat quid agendum sit in uita. Quanquā oculos quoq; aegros medicus non tantum curat, sed etiam monet. Non est, inquit, quod protinus imbecillā aciem committas improbo lumini, à tenebris primo ad umbrosa procede, deinde plus aude, & paulatim clarā lucem pati assuesce. Non est quod post cibum studeas, non est quod plenis oculis, ac tumentibus imperes. Aflatum & uim frigoris in os occurrentis euita: alia eiusmodi, quæ non minus quàm medicamenta proficiunt. Adijcit remedijs medicina consiliū. Error, inquit, est causa peccādi. Hunc nobis praecepta nō detrahunt, nō expugnant opiniones de bonis ac malis falsas. Concedo per se efficacia praecepta non esse ad auertendā prauā animi persuasionē, sed non ideo, ne alijs quidē adiecta proficiunt. Primum memoriā renouant. Deinde quæ in uniuerso confusus uidebātur, in partes diuisa diligētius cōsiderātur. Aut tu isto modo licet et cōsolatiōes dicas superuacuas, & exhortationes. Atqui nō sunt superuacuae. Ergo ne monitiones quidē. Stultū est, inquit, praecepere aegro, quid facere tanquā sanus debeat, cū restituenda sanitas sit, sine qua irrita sunt praecepta. Quid quod habent aegri saniq; quædam cōmunia, de quibus admonēdi sunt, tanquā ne auide cibos appetant, ut lassitudinē uitent. Habēt quædā praecepta cōmunia pauper & diues. Sana, inquit, auaritiā, & nihil habebis, quod admones, aut pauperē, aut diuitem, si cupiditas utriusq; confidet. Quid quod aliud est, nō cōcupiscere pecuniam, aliud

uti pecunia scire? cuius auari modum ignorant, etiã non auari usum. Tolle, inquit, errores, superuacua præcepta sunt. Falsum est. Puta enim auaritiã relaxatã, puta astrictã esse luxuriam, temeritati fr̄enos iniectos, ignauie subditũ calcar, etiã remotis uitijs, quid & quemadmodũ debeamus facere discendũ est. Nihil, inquit, efficient monitiones ad motũ grauibus uitijs. Ne medicina quidem morbos insanabiles uincit, tamen adhibetur alijs in remedium, alijs in leuamẽtum. Ne ipsa quidem uniuersæ Philosophiæ uis, licet tota in hoc uires suas aduocet, durã iam & ueterem animis extrahet pestem: sed non ideo nihil sanat, quia non omnia. Quid prodest inquit, aperta monstrare? Plurimũ: Interdum enim scimus, nec attendimus. Non docet admonitio, sed aduertit, sed excitat, sed memoriã continet, nec patitur elabi. Pleraq; ante oculos posita transimus. Admonere genus adhortandi est. Sæpe animus etiã aperta dissimulat. Ingerenda est itaq; illi notitia rerum notissimarũ. Illa hoc loco in Vatinũ Calui repetenda sententia est. Factũ esse ambitum scitis, & hoc uos scire oēs sciunt. Scis amicitias sancte colendas esse, sed nõ facis. Scis improbũ esse, qui ab uxore pudicitia exigat, ipse alienarũ corruptor uxorũ. Scis ut illi nil cũ adultero, sic nihil tibi esse debere cum pellice, & non facis. Itaq; subinde reducendus es ad memoriã. Non enim reposita illa esse oportet, sed in promptu. Quæcunq; salutaria sunt, sæpe agitari debent, sæpe uersari, ut non tantum nota sint nobis, sed etiã parata. Adijce nunc quod aperta quoq; apertiora fieri solent. Si dubia sunt, inquit, quæ præcipis, probationes adijcere debebis. Ergo illæ, non præcepta proficiunt. Quid quod, etiã sine probationibus, ipsa monentis autoritas prodest? sic quomodo iuriconsultorũ ualent responsa, etiã si ratio non redditur. Præterea ipsa quæ præcipiuntur, per se multum habent ponderis, utiq; si aut carmini intexta sunt, aut prosa oratione in sententiã

coartata. Sicut illa Catoniana, Non emas quod opus non est, sed quod necesse est, Quod non opus est, asse charum est. Qualia sunt illa, aut reddita oraculo, aut similia. Tempori parce, Te nosce. Nunquid rationem exiges, cum tibi aliquis hos dixerit uersus? Imuriarum remedium est obliuio. Audentes fortuna iuuat. Piger sibi ipse obstat, Aduocatum ista non querunt, affectus ipsos tangunt, & natura uim suam exercente proficiunt. Omnium honestarum rerum semina animi gerunt, quae admonitione excitantur non aliter quam scintilla flatu leui adiuta, ignem suum explicat. Erigitur uirtus cum tacta est & impulsua. Praeterea quaedam sunt quidem in animo, sed parum prompta, quae incipiunt in expedito esse, cum dicta sunt. Quaedam diuersis locis iacent sparsa, quae contrahere in exercitata mens non potest. Itaque in unum conferenda sunt, & iungenda, ut plus ualeant, animusque magis alleuent. Aut si praecipua nihil adiuuant, omnis institutio tollenda est. Ipsa natura contenti esse debemus. Hoc qui dicunt, non uident alium esse ingenij mobilis & erecti, alium tardi & hebetis. Vtique alium alio ingeniosiore. Ingenij uis praecipua alitur & crescit, nouasque persuasiones adijcit innatis, & deprauata corrigit. Si quis, inquit, non habet recta decreta, quid illum admonitiones iuuabunt utiis obligatum? Hoc scilicet, ut illis liberetur. Non enim extincta in illo indoles naturalis est, sed obscurata & oppressa. Sic quoque tentat resurgere, & contra praua nititur. Nacta uero praesidium, & adiuta praecipua, conualescit, si tantum illam diutina pestis infecit, nec enecuit. Hanc enim ne disciplina quidem Philosophiae toto impetu suo connixa, restituet. Quid enim interest inter decreta Philosophiae & praecipua, nisi quod illa generalia praecipua sunt, haec specialia? Vtraque res praecipit, sed altera in totum, particulatim altera. Si quis, inquit, recta habet & honesta decreta, hic ex superuacuo monetur. Minime, Nam hic quoque doctus quidem est facere,

quæ debet, sed hæc non satis perspicit. Non enim tantum affectibus impedimur, quo minus probanda faciamus, sed inperitia inueniendi, quid quæque res exigat. Habemus interdum compositum animum, sed residem & inexercitatum ad inueniendum officiorum viam, quam admonitio demonstrat. Expelle, inquit, falsas opiniones de bonis & malis, in locum autem earum veras reponere, et nihil habebit admonitio, quod agat. Ordinatur ista sine dubio ratione animus, sed non ista tantum. Nam quamuis argumentis collectum sit, quæ bona, quæ mala sint, nihilominus habet præcepta partes suas, & prudentia, & iustitia officijs constant, officia præceptis disponuntur. Præterea ipsum de bonis malisque iudicium confirmatur officiorum executione, ad quam præcepta perducunt. Vtraque enim inter se consentiunt, nec illa possunt præcedere, ut non hæc sequantur et si hæc ordinem sequuntur suum. Vnde apparet illa præcedere. Infinita, inquit, præcepta sunt. Falsum est. Nam de maximis ac necessarijs rebus non sunt infinita. Tenues autem differentias habent, quas exigunt tempora, loca, personæ. Sed his quoque dantur præcepta generalia. Nemo, inquit, præceptis curat insaniam, ergo nec malitiam quidem. Dissimile est. Nam si insaniam sustuleris, sanitas reddita est. Si falsas opiniones exclusimus, non statim sequitur dispectus rerum agendum: * ut sequatur, tamen admonitio, corroborabit rectam de bonis malisque sententiam. Illud quoque falsum est, nihil apud insanos proficere præcepta. Nam quemadmodum sola non profunt, sic curationem adiuuant, et denunciatio, & castigatio insanos coercuit. De illis insanis nunc loquor, quibus mens mota est, non erepta. Leges, inquit, ut faciamus quod oportet, non efficiunt. Et quid aliud sunt quam minus mixta præcepta? Primum omnium ob hoc illæ non persuadent, quia minantur. At hæc non cogunt, sed exorant. Deinde leges à scelere deterrent, præcepta in officium adhortantur. His adijce, quod leges quoque profic

*ut pro
quamuis.

profic
docer
legib
tet
uox
inept
Non
bis ci
Ne P
ineffi
temu
quide
suas
Omn
mi st
dubio
bono
ator
freq
aliqu
cile
fuisse
non
tum
ret. I
depr
depr
bona
pute
deor
alicu

proficiunt ad bonos mores, utique si non tantum imperant, sed docent. In hac re dissentio à Posidonio, pro eo quod Platonis legibus adiecta principia sunt. Legem enim breuem esse oportet, quò facilius ab imperitis teneatur, uelut emissa diuinitus uox sit. iubeat, non dispuet. Nihil uidetur mihi frigidius, nihil ineptius, quàm lex cū prologo. Mone, dic quid me uelis fecisse, Non disco, sed parco. Proficiunt itaq; malis moribus uti uidebis ciuitates usas malis legibus. At nō apud omnes proficiunt. Ne Philosophia quidem, nec ideo inutilis, & formandis animis inefficax est. Quid autem Philosophia nisi uita lex est? Sed putemus non proficere leges, non ideo sequitur, ut ne monitiones quidem proficiant. Aut sic et consolationes nega proficere, dissuasionesq; & adhortationes, obiurgationes, & laudationes. Omnia ista monitionum genera sunt, per ista ad perfectū animi statum peruenitur. Nulla res magis animos honesta induit, dubiosq; & in prauum *inclinabiles reuocat ad rectū, quàm bonorum uirorū conuersatio. Paulatim enim descendit in peccatorā, & uim præceptorum obtinet, frequenter audiri, aspici frequenter. Occursus mehercule ipse sapientium iuuat, & est aliquid, quod ex magno uiro uel tacente proficias. Nec tibi facile dixerim quemadmodum profit, sicut illud intelligam, profuisse. Minuta quædam, ut ait Phædon, animalia cum mordent non sentiuntur, adeo tenuis illis & fallens in periculum uis est: tumor indicat morsum, & in ipso tumore nullum uulnus apparet. Idem tibi in cōuersatione uirorum sapientium eueniet, non deprehendes quemadmodum aut quando tibi profit, profuisse deprehendes. Quorsum, inquit, hoc pertinet? Aequè præcepta bona, si sæpe tecum sint, profutura, quàm bona exempla plus putes. Pythagoras ait, alium animū fieri intrantibus templum, decorumq; simulacra ex uicino cernentibus, & aliū ante fores alicuius oraculi uocem operientibus. Quis autē negauit feriri

H 5 quibusd

*inclinantes

quibusdam præceptis efficaciter, etiam impertitissimos, uelut his breuissimis uocibus, sed multū habentibus ponderis? Nihil nimis, Auarus animus nullo satiatur lucro. Ab alio expectes, alteri quod feceris. Hæc cum ictu quodam audimus, nec ulli licet dubitare, aut interrogare, quare: adeo etiam sine ratione ipsa ueritas ducit. Si reuerentia frænât aîos, aut uitia compescit, cur non admonitio idem possit? Si imponit pudorem castigatio, cur admonitio non faciat: etiam si nudis præceptis utitur? Illa uerò efficacior est & altius penetrat, quæ adiuuat ratione, quod præcipit, quæ adijcit, quare quicq; faciendū sit, & quis facientem obedientemq; præceptis fructus expectet. Si imperio, & admonitione proficitur. At qui proficitur imperio, ergo et admonitione. In duas partes uirtus diuiditur, in cõtemplationem ueri, & actionem. Cõtemplationem institutio tradit, actionem admonitio. Virtutē & exercet, & ostendit recta actio. Acturo autē si prodest qui suadet, & qui monet, proderit. Ergo si recta actio uirtuti necessaria est, rectas autē actiones admonitio demonstrat, & admonitio necessaria est. Duæ res plurimū roboris aîo dant, fides ueri, & fiducia. Vtramq; admonitio facit. Nam & creditur illi, & cum creditum est, magnos animus spiritus concipit, ac fiducia impletur. Ergo admonitio non est superuacua. Marcus Agrippa uir ingentis animi, qui solus ex his quos ciuilia bella claros potentesq; fecerunt, felix in publicum fuit, dicere solebat, multum se huic debere sententiæ, Nam concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Hac se aiebat, & fratrem, et amicum optimū factum. Si eiusmodi sententiæ familiariter in aîm receptæ formant eum, cur nō hæc pars Philosophiæ, quæ talibus sententijs constat, idē possit? Pars uirtutis disciplina cõstat, pars exercitatione. Et discas oportet, & quod didicisti, agendo confirmes. Quod si ita est, nō tantum scita sapientiæ prosunt, sed etiā præcepta, quæ affectus nostros

uelut

velut edicto coercent & ablegant. Philosophia, inquit, diuiditur in hæc, scientiam & habitum animi. Illam qui didicit, & facienda ac uitanda percepit, nondum sapiens est, nisi in ea quæ didicit animus eius transfiguratus est. Tertia pars ista præcipiendi ex utroq; est, & ex decretis & ex habitu. Itaque superuacua est ad implendam uirtutem, cum duo illa sufficiant. Isto ergo modo & consolatio superuacua est, nam hæc quoq; ex utroq; est, & exhortatio & suasio & ipsa argumentatio. Nam & hæc ab habitu animi compositi ualidiq; proficitur. Sed quamuis ista ex habitu animi ueniant, optimus animi habitus, & ex his est et ex illis. Deinde istud quod dicis, iam perfecti uiri est, ac summam consecuti felicitatis humane. Ad hoc autè tarde peruenitur. Interim etiam imperfecto sed proficiente, demonstranda est in rebus agendis uia. Hanc forsitan etiam sine admonitione dabit sibi ipsa sapiëntia, quæ iam eò perduxit aïm, ut moueri nequeat, nisi in rectum, Imbecillioribus quidem ingenijs necessariū est aliquem præire: Hoc uitabis, hoc facies. Præterea si expectat tempus quo per se sciat, quid optimū factu scit, interim errabit, & errando impeditur, quo minus ad illud perueniat, quo posuit se esse contentus. Regi ergo debet, dum incipit posse se regere. Pueri ad præscriptū discunt, digiti illorum tenentur, & aliena manu per literarum simulacra ducuntur. Deinde imitari iubentur proposita, & ad illa reformare chirographum. Sic animus noster dum eruditur ad præscriptum, iuuatur. Hæc sunt per quæ probatur, hanc Philosophiæ partem superuacua non esse. Queritur deinde, an ad faciendum sapientē sola sufficiat? Huic quæstioni suū diem dabimus. Interim omiſſis argumentis, non ne apparet nobis esse opus aliquo aduocato, qui contra populi præcepta præcipiat? Nulla ad aures nostras uox impune perfertur. Nocent qui optant, nocent qui execrantur. Nam et horum imprecatio falsos nobis

metus

metus inferit, & illorum amor male docet bene optando. Mit-
 tit enim nos ad longinqua bona, & incerta & errantia, cum
 possumus felicitatem domo promere. Non licet inquā, ire recta
 uia. Trahunt in prauū parentes, trahunt serui. Nemo errat uni
 sibi, sed dementia spargit in proximos, accipitq; inuicem. Et
 ideo in singulis uitia populorum sunt, quia illa populus dedit:
 dum facit quisq; peiorē, factus est. Didicit deteriora, deinde do-
 cuit, effectaq; est ingens illa nequitia, congesto in unum, quod
 cuiq; pessimum scitur. Sit ergo aliquis custos, & aures subinde
 peruellat, abigatq; rumores, & reclamet populis laudantibus.
 Erras enim, si existimas nobiscum uitia nasci, superuenerunt,
 ingesta sunt. Itaq; monitionibus crebri, opiniones quæ nos cir-
 cumsonant, * cōpescamus. Nulli nos uitio natura conciliat. Illa
 liberos ac integros genuit. Nihil quidē quod auaritiam nostrā
 irritaret posuit in aperto. Pedibus aurum & argentū subiecit:
 calcandumq; ac premendum dedit quicquid est, propter quod
 calcamur ac premimur. Illa uultus nostros erexit in cælum,
 & quicquid magnificū mirumq; fecerat, uideri à suspiciētibus
 uoluit: ortus occasusq;, & properantis mundi uolubilem cur-
 sum, inter diu terrena aperientem, noctu cœlestia: tardos syde-
 rum incessus, si cōpares toti, citatissimos, si cogites, quanta spa-
 tia nunquā intermissa uelocitate circumeant: defectus solis &
 lunæ inuicem obstantium. Alia deinceps digna miratu, siue per
 ordinē subeunt, siue subditis causis mota profiliunt, ut nocturni
 ignium tractus, & sine ullo ictu sonituq; fulgores: cœli satibi-
 scentes, columnæq; ac trabes, & uaria simulacra flammarum.

* itura Hæc supra nos * natura disponit, Aurum quidē & argentū, &
 propter ista nunquam pacem agens ferrū quasi male nobis cō-
 mitterentur, abscondit. Nos in lucem propter quæ pugnare-
 mus extulimus. Nos et causas periculorū nostrorū, & instru-
 menta, disiecto terrarum pondere eruiimus. Nos fortuna mala

nostra

nostra tradidimus, nec erubescimus summa apud nos haberi, quæ fuerant in a terrarū. Vis scire quā falsus oculos tuos decipit fulgor? Nihil est istis quādiu mersa & inuoluta coeno suo iacent. fœdus, nihil obscurius: quid nisi quando per longissimorum cuniculorū tenebras extrahuntur: nihil est illis dum fiunt, & à fece sua separatur, informius. Deniq; ipsos opifices intueri, per quorū manus sterile terræ genus, & *informe perpur-
 gatur, uidebis quanta fuligine oblinantur. Atqui ista magis inquinant animos quā corpora, & in possessore eorum quā in artifice plus est sordium. Necessarium itaq; est admoneri, & habere aliquem aduocatū bonæ mentis, eiq; tanto fremitu, tumultuq; falsorum, *unam deniq; audire uocē. Quæ erit illa
 uox? Ea scilicet, quæ tibi tantis clamoribus ambitiosis exurdato, salubria insusurret uerba: quæ dicat, Non est quod inuideas istis, quos magnos felicesq; populus uocat, Non est quod tibi compositæ mentis habitū & sanitatē, plausus excutiat. Non est quod tibi tranquillitatis tuæ fastidiū faciat ille, sub illis fascibus, purpura cultus. Nō est quod feliciorē eum iudices, cui submouetur, quā te, quē licitor semita deiicit. Si uis exercere, tibi utile, nulli autē graue, imperiū, submoue uitia. Multi inueniuntur, qui ignem inferant urbibus, qui inexpugnabilia seculis, & per aliquot ætates tuta prosternant, qui equum arcibus aggerem attollant, & muros in mirā altitudinem adductos arietibus ac machinis quassent: multi sunt, qui ante se agant agmina, & tergis hostium graues instent, & ad mare magnū persusi cæde gentiū ueniant: sed hi quoq; ut uincerent hostē, cupiditate uicti sunt. Nemo illis uenientibus *resistit, sed nec ipsi ambi-
 tionem, crudelitatiq; restiterant. Tunc cum agere uisi sunt alios, agebantur. Agebat infelicem Alexandrum furor aliena deuastandi, & ad ignota mittebat. An tu putas sanū qui à Græcia primū cladibus, in qua cruditus est, incipit, qui quod cuiq;
 optim

*infernum

*ueram

*restitit

optimū est eripit? Lacedæmonia seruire iubet, Athenas tacere. Non contentus tot ciuitatū strage, quas aut ucerat Philippus, aut emerat, alias alio loco proijcit, & toto orbe arma circumfert: nec subsistit unquam lassā crudelitas immanium ferarum modo, quæ plus quàm exigit fames mordent. Iam in unū regnū multa regna coniecit, Iam Græci Persæq; eundem timent, iam etiā à Dario liberæ nationes iugum accipiunt: idē tamen ultra Oceanum solemq; indignatur ab Herculis Liberiq; uestigijs uictoriam flectere. Ipsi naturæ uim parat. Non ille ire uult, sed non potest stare: non aliter, quàm in præceps deiecta pondera quibus eundi finis est, iacuisse. Nec Cneo quidē Pōpeio externa inire bella aut domestica, uirtus aut ratio suadebat: sed insanus amore magnitudinis falsæ, modo in Hispaniam & Sertoriana arma, modo ad colligendos piratas ac maria pacāda uadebat. Hæ prætexebantur causæ, ad continuandam potentiam. Quid illum in Africam? quid in septentrionē? quid in Mithridatē & Armeniam, & omnes Asiæ angulos traxit? Infinita scilicet cupidō crescendi, cum sibi uni parū magnus uideretur. Quid C. Cæsarem in sua fāta pariter ac publica immisit? gloria & ambitio, & nullus supra cæteros eminendi modus. Vnum ante se ferre non potuit, cum R. P. supra se duos ferret. Quid tu C. Marium semel consulem (unum enim consulatū accepit, cæteros rapuit) cum Theutonōs Cimbrosq; cōcideret, cum Iugurtham per Africæ deserta sequeretur, tot pericula putas appetisse, uirtutis instinctu? Marius exercitum, Marius ducebat ambitio. Isti cum omnia cōciterent, concutiebantur turbinum more, qui rapta conuoluunt, sed ipsi ante uoluuntur, & ob hoc maiore impetu incurrūt, quia nullū illis sui* regnum est. Ideoq; cum multis fuerint malo, pestiferam illam uim, qua plerisq; nocuerunt, ipsi quoq; sentiunt. Non est quod credas quenquā fieri aliena infelicitate felicem. Omnia ista exempla quæ oculis atq;

*regimen

auribus

auribus nostris ingeruntur, retexenda sunt, & plenum malis sermonibus pectus exhauriendum. Inducenda est in occupatū locum uirtus, quæ mendacia contra uerum placentia extirpet, quæ nos à populo cui nimis credimus separet, ac synceris opinionibus reddat. Hæc est enim sapientia, in naturam conuerti, & eò resitui unde publicus error expulerit. Magna pars sanitate est, hortatores insanie reliquisse, & ex isto cœtu inuicē noxio procul abiisse. Hoc ut esse uerum scias, aspice, quanto aliter unusquisq; populo uiuat, aliter sibi. Non est per se magistra solitudo innocentie, nec frugalitatem docent rura: sed ubi testis ac spectator abscessit, uitia subsidunt, quorum monstrari & conspici, fructus est. Quis eam quæ nulli ostenderet, induit purpuram? Quis posuit secretam in auro dapem? Quis sub alienius rusticæ arboris proiectus umbra, luxuriæ suæ pompam solus explicuit? Nemo oculis suis lautus est, nec paucorum quidem & familiarium, sed apparatus uitiorum suorum pro modo turbæ spectantis expandit. Itaq; iritamentum est omnium in quæ insanimus, admirator & conscius. Ne cōcupiscamus efficies, si ne offendamus effeceris. Ambitio, & luxuria, & impotentia scenam desiderant. Sanabis ista, si absconderis. Itaq; si in medio urbium fremitu collocati sumus, stet ad latus monitor, & contra laudatores ingentium patrimoniorum laudet paruo diuitem, & usu opes metientem. Contra illos qui gratiā ac potentiam attollunt, ocium ipse suspiciat traditum literis, & animum ab externis ad sua reuersum. Ostendat ex constitutione uulgi beatos, in isto inuidioso fastigio suo tremētes & attonitos, longeq; aliam de se opinionem habentes, quàm ab alijs habetur. Nam quæ alijs uidentur excelsa, ipsis prærupta sunt. Itaq; examinantur, & trepidant, quoties despexerunt in illud magnitudinis suæ præceps. Cogitant enim uarios casus, & in sublimi maxime lubricos: tunc appetita formidant, &

que

lep.
op. h. n. d. a
mus.

quæ illos graues alijs reddit, grauior ipsis felicitas incumbit. Tunc laudant ocium lene & sui iuris, odio est fulgor, & fugam à rebus adhuc stantibus, queritur: tunc demum uideas philosophantis metus, & egræ fortunæ sana consilia. Nam quasi ista inter se contraria sint, bona fortuna, & mens bona, ita melius in malis sapimus, secunda rectum auferunt. Vale.

ANNOTAT. IN LIB. XIII.

EPISTOLA XC.

1 Arma agetis introrsus. Sic habebat prior æditio, consentientibus plerisque exemplaribus. Vnus codex manu descriptus habebat, marinam, unde conicio legendum, maria introrsus agetis, ut conueniat cum illo Maronis, Iulia qua ponto longe sonat unda refluxo. Item cum illo Flacci, Marisque; Baiis obstrepentis urges Summouere littora, Parum locuples continente ripa. Alioqui legi poterat, arua. Sic enim ædificabant in littore, ut ætuorum spacium redderent angustius amplitudine ædificiorum. Nam mox sequitur apud Horatium: Quid quod usque proximos Reuellis agri terminos? &c. Lib. 2. Odæ 18.

2 Artaui & Alluci leges, choronidæque. Mire uariabant in his nominibus exemplaria, pro artauus quidam habebant, octauum, ut referas ad septem Græcæ sapietes: Alius accessisset octauus, pro accessisset. Nec dubitandum quin pro Alluci legendum sit Zaleucimam hunc coniungit cum Charonda Valerius Maximus lib. 6. cap. 5.

3 Illa, inquit, sparsos è casis, aut aliqua rupe, &c. Ita prior editio. In aliis pro casis erat caucasis, in quodam causalis: Conicio fuisse scriptum casulis, & tectos pro lectos. Illa, inquit, sparsos, & casulis tectos, aut aliqua rupe, &c. Hoc tantisper tibicinis uice suppositum esto, donec germana lectio comperiat.

4 Quid in secundam nominum formam animæ perpetuæ. Sic magno consensu habebant exemplaria. Si pro nominum legamus hominum, tolerabilior fuerit lectio, ut intelligas animas perpetuas in secundam hominum formam. Perit enim forma corporis, sed manet ea quæ potior est, aut alia datur priore melior. Sed uero propius est, fuisse scriptum, numinum formam: Numinum enim est immortalitas, animæ secundam habent formam, quod esse quidam ceperunt, sed non desinunt esse. Mollior erit sermo, si sublata præpositione legas, secundam numinum formam perpetuæ id est, more numinum.

EPIST. XCIII.

5 Quam dosinam uocant Græci. Ex uestigiis nihil certi potuit deprehendi, nisi quod *σχελίη*, aut *παισιδίη* scriptum arbitror.

6 Magno uitam facit. Videtur deesse uerbum, magno pusillum. Vitam, &c. Tamen erit lectio tolerabilis, si magno recipias pro sapiente, & addas interrogationis notulam.

7 Quia animum habet mobilem, at praua illa agit arēs malitia, & ea agitata abest. De bono, &c. Sic habebat prior editio. Quidam codices pro at, habebant ad, & pro agitata cogitata. Ex diuinatione reposuimus, huic, malitiæ uis quædam inest, quia, siue qua, animū habet mobilem ad praua. Illa agit carens malitia, & ea agitatio abest à bono. Non est adhuc, & cætera.

EPIST. XCIIII.

8 Tamusii. Quidā habebant Tamasii. Catullus iocatur in quemdam Volusium, Annales Volusi cacata charta, hinc illud, & qui uocentur. Quam non decori sint, & qui uocentur. Quidam codex sic habebat, Annales Tamusii scis quam non desidero, etsi sint qui uocentur. Tolerabilis erat lectio, si pro uocentur legas iocetur: ut accipiamus aliquos iocos sparsisse, quod his Seneca delectaretur.

LVCII ANNAEI SENECÆ EPISTOLARVM AD LVCILIVM LIB. XV.

EPIST. XCVI. Non esse petendum quod impetrare nolueris. De differentia inter Decreta & Præcepta. Et quod ad consummandam sapientiam neutra ualent sine altero: & secundum Posidonium alia quædam addit necessaria, & aliqua contra medicos.



ETIS à me, ut id quod in diē suum dixerā debere differri, representem & scribam tibi, an hæc pars philosophiæ, quā Græci *παλαιωτικὴ* uocant, nos præceptiuam dicimus, satis sit ad cōsummandā sapientiā. Scio te in bonam partē accepturum, si negauero, Eo magis promitto, & uerbum

uerbum publicum perire nō patior, Postea noli rogare, quod
 impetrare nolueris. Inter dū enim obnixē petimus id quod re-
 cusaremus, si quis offerret. Hæc siue leuitas est, siue uernilitas,
 puniēda est promittēdi facilitate. Multa uideri uolumus uelle,
 sed nolumus. Recitator historiā ingentem attulit, minutissime
 scriptā, arctissime plicatā, & magna parte perlecta: desinam,
 inquit, si uultis. Acclamatur, recita, recita, ab his qui illū obmu-
 tescere ilico cupiūt. Sæpe aliud uolumus, aliud optamus, & ue-
 rum ne dijs quidem dicimus, sed dijs, aut non exaudiūt, aut mi-
 serentur. Ego me omīssa misericordia, uindicare, & tibi in-
 gentem epistolā impingam, quā tu si inuitus leges, dicito, Ego
 mihi hoc contraxi. Teq; inter illos numera, quos uxor magno
 ducta ambitu torquet, inter illos quos diuitiæ per summū ac-
 quisitæ sudorē, male habent, inter illos quos honores, nulla non
 arte atq; opera petiti discrutiant, & cæteros malorū suorū
 compotes. Sed ut omīssō principio, rem ipsam aggrediar. Bea-
 ta, inquit, uita constat ex actionibus rectis ad actiones re-
 ctas præcepta perducunt. Ergo ad beatā uitā præcepta suffi-
 ciunt. Non tamen semper ad actiones rectas præcepta perdu-
 cunt, sed cum obsequens ingenium est. Aliquando frustra admo-
 uentur, si animū opinionones obsident præuæ. Deinde etiā si re-
 ctè faciunt, nesciunt facere se rectè. Non potest enim quisquam
 nisi ab initio formatus, & tota ratione compositus, omnes ex-
 equi numeros, ut sciat quando oporteat, & in quantum, & cum
 quo, & quemadmodū. Quare non potest toto animo ad hone-
 sta conari, ne constanter quidē, aut libenter, sed respiciet, sed
 hæsitabit. Si honesta, inquit, actio ex præceptis uenit, ad bea-
 tam uitam præcepta abunde sunt. Atqui est illud, ergo & hoc.
 His respondemus, Actiones honestas ex decretis fieri, nō tan-
 tum præceptis. Si aliæ, inquit, artes contentæ sunt præceptis,
 contenta erit & sapientia. Nam et hæc ars uitæ est, Atqui gu-
 bernatorem

bernatorem facit ille qui præcipit, sic moue gubernaculum, sic uela submittle, sic secundo uento utere, sic aduerso resiste, sic dubium cõmunemq; tibi uēdica. Alios quoq; artifices præcepta confirmant. Ergo ne hoc idem poterunt artifices uiuendi? Oēs istæ artes circa instrumenta uitæ occupatæ sunt, non circa totam uitã. Itaq; multa illas inhihent extrinsecus, & impediunt, spes, cupiditas, timor. Atq; hæc quæ artē uitæ professæ est, nulla re, quo minus se exerceat, uctari potest. Discutit enim impedimēta, & tractat obstantia. Vis scire quàm dissimilis sit aliarum artium conditio, & huius? In illis excusatius est uoluntate peccare, quàm casu, in hac maxime culpa est sponte delinquere. Quod dico tale est. Grāmaticus non erubescit solocismum si sciens facit, erubescit si nesciens. Medicus si deficere ægrum non intelligit, quantū ad artem magis peccat, quàm si se intelligere dissimulat. At in hac arte uiuēdi, turpior uolentiū culpa est. Adijce nunc quod artes quoq; pleræq; imò ex omnibus liberalissimæ habent decreta sua, non tantū præcepta, sicut medicina. Itaq; alia est Hippocratis secta, alia Asclepiadis, alia Themisonis. Præterea nulla ars contemplatiua sine decretis suis est, quæ Græci uocant δόγματα, nobis uel Decreta licet appellare, uel Scita, uel Placita, quæ in geometria & in astronomia inuenies, Philosophia autem & contemplatiua est & actiua. Spectat, simulq; agit. Erras enim si illam putas tantum terrestres operas promittere, altius spirat. Totū, inquit, mūdū serutor, nec me intra cõtuberniū mortale cõtineo, suadere uobis, ac dissuadere cõtēta. Magna me uocāt, supraq; uos posita.

Nam tibi de summa cæli ratione deūmq;

Differere incipiam, & rerum primordia pandam

Vnde omnis natura creat res, *haurit, alitq;

Quæq; eadem rursus natura perempta resoluat,

Ut ait Lucretius. Sequitur ergo, ut cū cõtēplatiua sit, habeat

*in omnem
uitam.

*rationum.

decreta sua. Quid quod facienda quoq; nemo rite obibit, nisi is, cui ratio erit tradita, quæ in quaq; re oēs officiorū numeros exequi possit? Quos nō seruabit, qui in re præcepta acceperit, nō *in omne. Imbecilla sunt per se, & ut ita dicā, sine radice, quæ partibus dantur. Decreta sunt quæ muniant, quæ securitate nostrā, tranquillitatemq; tueantur, quæ totā uitā, totāq; rerū naturā simul contineant. Hoc interest inter decreta philosophiæ & præcepta, quod inter elementa & membra. Hæc ex illis dependent, illa & horū causæ sunt & *omniū. Antiqua inquit, sapientia nihil aliud quàm facienda & uitanda præcepit. Et tunc longe meliores erāt uiri. Postquā docti prodierūt, boni defunt. Simplex enim illa & aperta uirtus in obscurā & solertē scientiā uersa est, docemurq; disputare, nō uiuere. Fuit sine dubio, ut dicitis, uetus illa sapientia, cū maxime nascens rudis, non minus quàm cæteræ artes, quarū in processu subtilitas creuit. Sed ne opus quidem adhuc erat remedijs diligentibus. Nondū intantū nequitia surrexerat, ne tam late se sparserat. Poterant uitij simplicibus, obstare remedia simplicia. Nunc necesse est tanto operosiora esse munimenta, quāto ualentiora sunt quibus petimur. Medicina quondā paucarum fuit scientia herbarū, quibus sisteretur fluens sanguis, uulnera coirent paulatim. Deinde in hanc peruenit tam multiplicē uarietatem. Nec est mirū, tūc illā minus negotij habuisse. firmis adhuc, solidisq; corporibus, & facili cibo, nec per artē, uoluptatēq; corrupto. Qui postquā cœpit, non ad tollendā, sed ad iritandam famem queri, & inuentæ sunt mille condituræ, quibus auiditas excitaretur, quæ desideratibus alimēta erāt, onera sunt plenis. Inde pallor, & neruorū uino madētū tremor, et miserabilior ex cruditatibus quā ex fame macies. Inde incerti labentiū pedes, & semper qualis in ipsa ebrietate titubatio. Inde in totā cutem humor admissus, distentusq; uenter, dū male assuescit plus capere,

pere, quàm poterat. Inde suffusio luridæ bilis, & decolor uultus, tabesq; in se putrescentiū, & retorti digiti articulis obriegescentibus, neruorū sine sensu iacentiū torpor, aut palpitatio corporū sine intermissione uibrantiū: Quid capitis uertigines dicā? Quid oculorū auriumq; tormenta, & cerebri æstuantis uerminations, & oīa per quæ exoneramur, internis ulceribus affecta: Innumerabilia præterea febrū genera, aliarū impetu* subeuntiū, aliarū tenui peste repentiū, aliarū cū horrore *seuientū,

& multa membrorū quassatione uenientiū: Quid alios referā innumerabiles morbos, supplicia luxuriæ? Immunes erant ab istis malis, qui nondū se delitijs soluerant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant. Corpora opere ac uero labore durabant, aut cursu defatigata, aut uenatu, aut tellurem uersantia: excipiebat illos cibos, qui nisi esurientibus placere non poterat. Itaq; nihil opus erat, tam magna medicorū supellestite, nec tot ferramentis atque pixidibus. Simplex erat ex simplici causa ualetudo, multos morbos, multa secula fecerunt. Vide quantū rerū per unam gulā transiturarū pernisceat luxuria, terrarū marisq; uastatrix. Neesse est itaq; inter se tam diuersa dissideant, & hausta male digerantur, alijs aliò nitentibus. Nec mirū, quod incōstans uariūq; ex discordi cibo morbus est, et illa ex contrarijs naturæ partibus in eundē cōpulsā redundāt. Inde tam nullo egrotamus genere, quàm uiuimus. Maximus ille medicorū & huius scientiæ conditor, foeminis nec capillos desfluere dixit, nec pedes laborare. Atqui hæc iam capillis desituuntur, & pedibus agræ sunt. Non mutata foeminarū natura, sed uita est. Nā cū uirorū licentiā æquauerint, corporū quoq; uiriliū uitia æquauerunt. Non minus* peruigilant, non minus potant, & oleo & mero uiros prouocant. Aequè inuitis ingesta uisceribus per os reddunt, & uinū omne uomitu* remittunt: *remctiūtur:

æque niuem rodunt, solatiū stomachi æstuantis. Libidine uerò,

nec maribus quidē cedunt, pati natæ. Dij illas de æq; male per-
dāt, adeo peruersum cōmentæ genus impudicitæ uiros incūt.
Quid ergo mirandū est, maximū medicorū ac naturæ peritissimū,
in mendacio prehēdi, cū tot fœminæ podagricæ caluæq;
sint? Beneficiū sexus sui uitijs perdiderūt, & quia fœminā ex-
uerūt, dānatæ sunt morbis uirilibus. Antiqui medici nesciebāt
dāre* cibum sæpius, & uino fulcire uenas cadentes, nesciebant
*scyphum sanguinē emittere, & diutinam ægrotationem balneo sudori-
busq; laxare, nesciebant crurū uinculo, brachiorumq; latētem
uim, & in medio sedentem, ad extrema reuocare, Nō erat ne-
cesse circūspicere multa auxiliorū genera, cū essent periculo-
rum paucissima. Nunc uerō quā longē processerunt mala us-
letudinis? Has usuras uoluptatū pendimus, ultra modum fasq;
concupitarū. Innumerabiles esse morbos nō miraberis, coquos
numera. Cessat omne studiū, & liberalia professi, sine ulla fre-
quentia, desertis angulis præsidēt. In rhetorum ac philoso-
phorum scholis solitudo est. At quā celebres culinæ sunt,
quanta circa nepotum focos iuuentus premitur. Transeo pue-
rorum infeliciū greges, quos post transacta conuiuia, aliæ cu-
bili contumeliæ expectant. Transeo agmina exoletorum, per
nationes coloresq; descripta, ut eadem omnibus leuitas sit, ea-
dem primæ mensura lanuginis, eadem species capillorum, ne
quis cui rector est coma, crispulis misceatur. Transeo pi-
storum turbam, transeo ministratorum, per quos signo da-
to ad inferendam cœnam discurretur. Dij boni quantum
hominum unus uenter exercet. Quid tu illos boletos, uo-
luptarium uenenum, nihil occulti operis iudicas facere, e-
tiam si præsentanei non fuerant? Quid tu illam æstiuam niuem
non putas callum iccinoribus obducere? Quid illa ostrea
inertissimam carnem, cœno saginatam, nihil existimas limo-
sociozum se grauitatis inferre? Quid illud Sosiorum garum, preciosam
malorum

malorum piscium sanicem, non credis urere salsa tabe præcordia? Quid illa purulenta, & quæ tantum non ab ipso igne in os transferuntur, iudicis sine noxa, in ipsis uisceribus extinguitur? Quam sædi atque pestilentes ructus sunt, quantum fastidium sui exhalantibus crapulam ueterum. Scias putrescere sumpta, non concoqui. Memini fuisse quondam Aesopi nobilem patinam, in qua quicquid apud lautos solet diduci in diuersas patinas, propterans in damnum suum, popina congesserat: ueneriæ spondyliq; & ostrea è testis circumcisa, quæ dentium interuentu distinguebantur. Echmi torti * distracti sine ullis osibus nulli: contraxerint pituitam singula: congeruntur in unum: sapor is in coenam fit, qui fieri debet saturo in uentre. Expecto iam ut maducata ponantur. Quantulo autem hoc minus est, testas excerpere atque ossa, et dentium opera coquum fungi. Graue est luxuriari per singula, omnia semel & in eundem saporè uersa ponantur. Quare ego ad unam rem manum porrigam? Plura ueniunt simul. Multorum ferulorum ornamenta coeant & cohereant. Sciant protinus hi qui iactatione ex istis peti et gloria aiebant, non ostendi ista, sed conscientiae dari. Pariter sint quæ disponi solent, iure uno persusa. Nihil intersit, Ostrea echinis, spondyli perturbati nullis concoctiq; ponantur. Non esset confusior uomentium cibis. Quomodo ista perplexa sunt, sic ex istis non singulares morbi nascuntur, sed inexplicabiles, diuersi, multiformes, aduersus quos & medicina armare se coepit, multis generibus, multis obseruationibus. Idem de Philosophia dico, Fuit aliquando simplicior, inter minora peccantes, & leui quoque cura medicabiles. Aduersus tantam morum euerisionem, omnia conanda. Et utinam sic denique lues ista uinceretur. Non priuatim solum, sed publice furimus. Homicidia comespescimus, & singulas cædes. Quid bella, & occisarum gentium gloriosum scelus? Non auaritia, non crudelitas modum nouit, & ista quandiu furtim

* districti: a: s
distincti

& à singulis fiunt, minusq; noxia, minusq; monstrosa sunt. Ex
 senatusconsultis plebisq; scitis sæua exercentur, & publicè iu-
 bentur uicta priuatim: quæ comissa capite lucrent: tamen quia
 *palam *paludati fecere, laudamus. Non pudet hoies mitissimum genus
 gaudere sanguine alterno, bella gerere, gerendaq; liberis tra-
 dere, cum inter se etiam mutis ac feris pax sit. Aduersus tam
 potentem explicitumq; late furorem, operosior Philosophia
 facta est, & tantum sibi uirium sumpsit, quantum his, aduersus
 quæ parabatur, accesserat. Expeditum erat, obiurgare indul-
 gentes mero, & petentes delicatiorè cibum: nõ erat animus ad
 frugalitatè magna ui reducendus, à quo paululum discesserat,
 Nunc manibus rapidis opus est, nunc arte magistra.

Voluptas ab omni parte queritur. Nullum intra se manet ui-
 tium. In auaritiam præceptis luxuria est, honesti obliuio inuasit.
 Nihil turpe est, cuius placet pretium. Homo, sacra res, homini
 iam per lusum & iocū occiditur: & quæ erudiri ad inferenda
 accipiendaq; uulnera nefas erat, is iam nudus inermis producti-
 tur, satisq; spectaculi, & ex hoie mors est. In hac ergo morum
 peruersitate, desideratur solito uehementius aliquid, quod mala
 inueterata discutiat: decretis agendum est, ut reuellatur penitus
 falsorū recepta persuasio. His si adiunxerimus præcepta, con-
 solatiões, adhortationes, poterūt ualere, per se inefficaces sunt.
 Si uolumus habere obligatos, et malis quibus iā tenentur auel-
 lere, discant quid malum, quid bonū sit. Sciant oīa præter uir-
 tutem mutare nomen, modo mala fieri, modo bona. Quemad-
 modum primū militiæ uinculum est religio, & signorū amor,
 & deserendi nefas: tunc deinde facile cætera exiguntur man-
 danturq; ad iusiurandū adactus: ita in his quos uelis ad beatam
 uitam perducere, prima fundamenta iacienda sunt, et insinuan-
 da uirtus. Huius quadam superstitione teneantur, hanc ament,
 cum hac uiuere uelint, sine hac nolint. Quid ergo? Nõ quidam
 sine

sine *instructiōe subtili euaserunt probi, magnosq; profectus *institutiōe
 affecuti sunt, dum nudis tantū praeceptis obsequuntur? Fateor,
 sed felix ingenium illis fuit, et salutaria in transitu rapuit. Nam
 ut dii immortales nullam didicere uirtutem, cū omni editi, &
 pars naturae eorū est esse bonos: ita quidā ex hominibus egre-
 giam sortiti indolem, in ea quae tradi solent perueniūt sine lon-
 go magisterio, & honesta complexi sunt cum primum audie-
 runt. Vnde ista tam rapacia uirtutis ingenua, uel ex se fertilia?
 At illis aut hebetibus & obtusis, aut mala consuetudine obfes-
 sis diu, rubigo animorū effricanda est. Ceterū ut illos in bo-
 num pronos, citius educit ad summa, & hos imbecilliores
 adiuuabit, malisq; opinionibus extrahet, qui illis Philosophiae
 placida tradiderit, quae quā sunt necessaria seculo uideas. Quae-
 dam insident nobis, quae nos ad alia pigros, ad alia temerarios
 faciunt. Nec haec audacia reprimi potest, nec illa inertia susci-
 tari, nisi causae eorum eximantur, falsa admiratio, falsa formi-
 do. Haec nos quamdiu possident, dicas licet, hoc patri praestare
 debes, hoc liberis, hoc amicis, hoc hospitibus, tentantem auari-
 tia retinebit. Sciet pro patria pugnandum esse, dissuadebit tim-
 or. Sciet pro amicis desudandum esse ad extremū usq; sudo-
 rem, sed delitiae uetabunt. Sciet in uxorem grauisimū esse genus
 iniuriae pellicem, sed illum libido in contraria impinget. Nihil
 ergo proderit dare praecepta, nisi prius amoueris obstantia
 praeceptis: non magis, quā proderit arma in conspectu posuisse,
 propiusq; admouisse, nisi usurae manus expediūtur: ut ad prae-
 cepta quae damus, possit animus ire, soluendus est. Putemus ali-
 quem facere quod oportet, non faciet assidue, non faciet aequa-
 liter, nescit enim quare faciat. Aliqua uel casu uel exercitatione
 exhibunt recta: sed non erit in manu regula, ad quam exigan-
 tur, cui credat recta esse quae fecit. Non promittet se talem in
 perpetuum, qui casu bonus est. Deinde praestabunt tibi fortasse

præcepta, ut quod oportet facias, non præstabit, quemadmodum oportet, et si hoc non præstant, ad uirtutem non perducit. Facit quod oportet monitus. Concedo, Sed id parum est, quoniam quidem non in facto laus est, sed in eo quemadmodum fiat. Quid est cœna sumptuosa flagitiosius, & equestrem censum consumente? Quid tam dignum censoria nota, si quis (ut isti ganeones loquuntur) sibi hæc & genio suo præstet? & toties tamen sestertio adijciales cœnæ frugalissimus uiris constiterunt. Eadem res si gulæ datur, turpis est: si honori, reprehensionem effugit. Non enim luxuria, sed impensa solennis est. Mullum ingentis formæ (quare autem non pondus adijcio & aliorum gulam iritot quatuor pondo & ad selibrâ fuisse aiebant) Tyberius Cæsar missum sibi, cum in macellum deferri & uenire iussisset: Amici, inquit, omina fallunt, nisi istum mullum, aut Apitium emerit, aut Publius Octavius. Ultra spem illi coniectura processit. Licitati sunt. Vicit Octavius, et ingentem consecutus est inter suos gloriam, cum quinque sestertijs emisset piscem quem Cæsar uediderat, ne Apitius quidem emerat. Numcrare tantum Octauio fuit turpe, non illi qui emerat, ut Tyberio mitteretur: quanquam illum quoque reprehenderim. Admiratus est rem, qua putauit Cæsarem dignum. Amico ægro aliquis asidet, probamus. At hoc si hereditatis causa facit, Vultur est, cadauer expectat. Eadem aut turpia sunt, aut honesta. Refert quare, aut quemadmodum fiant. Omnia autem honeste fient, si honesto nos addixerimus, idque unum in rebus humanis bonum iudicauerimus, quæque ex eo sunt, cetera in diem bona sunt. Ergo infigi debet persuasio ad totam pertinens uitam. Hoc est quod decretum uoco. Qualis hæc persuasio fuerit, talia erunt quæ agentur, quæ cogitabuntur. Qualia autem hæc fuerint, talis uita erit. In particulas suasisse, totum ordinanti parum est. Marcus Brutus in eo libro, quem

id est, de
officio.

Περὶ καθήκοντος & inscripsit, dat multa præcepta & parenti-

buis

bus & libris & fratribus, hæc nemo faciet quemadmodum debet nisi habuerit, quo perferat. Proponamus oportet finem summi boni, ad quem nitamur, ad quem omne factum nostrum dictumq; respiciat, ueluti nauigantibus ad aliquod sydus dirigendus est cursus. Vita sine proposito uaga est. Quod si utique proponendum est, incipiunt necessaria esse decreta. Illud puto concedes, nihil esse turpius dubio, & incerto ac timido, pedem modò referente, modò producente. Hoc in omnibus rebus accidet nobis, nisi eximantur quæ *reprendunt animos ac detinent, & *præconari totos uetant. Quomodo sunt dii colendi, solet præcipi. Accendere aliquem lucernas sabbatis prohibeamus, quoniam nec lumine dii egent, & ne homines quidem delectantur fuligine. Vetemus salutationibus matutinis fungi, & foribus asidere templorum: humana ambitio, istis officijs capitur, Deum colit, qui nouit. Vetemus lintea & strigiles Ioui ferri, & speculum tenere Iunoni. Non querit ministros Deus. Quid nisi ipse humano generi ministrat. Ubique & omnibus præsto est. Audiatur licet, quemadmodum seruire in sacrificijs debeat, quàm procul resilire à molestis superstitionibus, nunquam satis *perfectum erit, nisi qualem debet Deum mente conceperit, omnia habentem, omnia tribuentem, beneficia gratis dantem. Quæ causa est dijs benefaciendi? natura. Errat, si quis putat illos nocere uelle. Non possunt. Nec accipere iniuriam queunt, nec facere. Lædere etenim lædiq; coniunctum est, Summa illa ac pulcherrima omnium natura, quos periculo exemit, nec periculosos quidè fecit. Primus est deorū cultus, deos credere, Deinde reddere illis maiestatem suam, reddere bonitatem, sine qua nulla maiestas est. Scire illos esse qui præsidet mundo, qui uniuersa ut sua temperant, qui humani generis tutelam gerunt, interdum curiosi singulorum. Hi nec dant malum, nec habent. Ceterum castigant quosdam & coërcent,

3 4
*repellunt
*percontari

*perfectum:
aliàs, per
fectum

& irrogant poenas, & aliquādo specie boni puniunt. Vis deos propitiare? Bonus esto. Satis illos coluit, quisquis imitatus est. Ecce altera quæstio, quomodo hominibus sit utendū. Quid agimus? quæ damus præcepta? Ut par catur sanguini humano? Quantulum est ei non nocere, cui debeas prodesse? Magna scilicet laus est, si homo māsuetus homini est. Præcipimus ut naufrago manū porrigat, erranti uia monstret, cum esuriēte panē suum diuidat? Quando omnia quæ præstanda sunt ac uitanda, dicam, cum possim breuiter, hanc illi formulā humani officij tradere? Omne hoc quod uides, quo diuina atq; humana cōclusa sunt, unū est, membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos ædidit, cum ex iisdem & in eadē gigneret. Hæc nobis amorem indidit mutuū, & sociabiles fecit. Illa æquum iustumq; composuit. Ex illius constitutione miserius est nocere quàm lædi. Ex illius imperio paratæ sunt iuuantis manus. Iste uersus & in pectore & ore sit, Homo sum, humani nihil à me alienum puto. *Habeamus, in cōmune nati sumus. Societas nostra lapidū fornicij simillima est, quæ casura nisi inuicem obstant, hoc ipso sustinetur. Post deos hominesq; dispiciamus quomodo rebus sit utendum. In superuacuum præcepta iactauimus, nisi illud præcesserit, qualem de quaq; re habere debeamus opinionē, de paupertate, de diuitijs, de gloria, de ignominia, de patria, de exilio. Aestimemus singula, fama remota, & queramus quid sint, non quid uocetur. Ad uirtutes transeamus: præcipiet aliquis, ut prudentiā magni æstimemus, ut fortitudinem cōplectamur, temperantiā amemus, iustitiā, si fieri potest, propius etiā quàm cæteras nobis applicemus, Sed nihil agetur, si ignoramus, quid sit uirtus, Vna sit, an plures, separatæ, an annexæ. An qui unā habet, & cæteras habeat, quomodo inter se differant. Non est necesse fabro de fabrica querere, quod eius initium, quis usus sit, non magis quàm pantomimo de arte sal-

*iuuādis: als
 ad iuuādum

*Coeamus,

tandū.

tandi. Omnes istæ artes se sciunt, nihil deest. Nō enim ad totam pertinent uitam. Virtus & aliorum scientia est, & sui, discendum de ipsa est, ut in ipsa uoluntas discatur. Actio recta non erit, nisi recta fuerit uoluntas. Ab hac enim est actio. Rursus uoluntas nō erit recta, nisi habitus animi rectus fuerit. Ab hoc enim est uoluntas. Habitus porrò animi non erit in optimo, nisi totius uitæ leges perceperit, & quid de quoq; iudicandum sit, exegerit, nisi res ad uerum redegerit. Non contingit tranquillitas, nisi immutabile certumq; iudiciū adeptis. Cæteri decidūt subinde, & reponuntur, & inter omiſſa appetitaq; alternis fluctuantur. Causa uisq; iactationis est, quod nihil liquet, in certissimo regimine utentibus, fama. Si uis eadē semper uelle, uera oportet uelis. Ad uerū sine decretis non peruenitur, continent uitam. Bona & mala, honesta & turpia, iusta & iniusta, pia & impia. Virtutes ususq; uirtutū, rerum cōmodarum possessio, existimatio ac dignitas, ualetudo, uires, forma, sagacitas sensuum, hæc omnia æstimationem desiderant, scilicet *quantū * quanti cuiq; in censum deferendū sit. Falleris enim, & pluris quædam quicq; quam sunt, putas, Adeoq; falleris, ut quæ maxima inter nos habentur, diuitiæ, gratia, potentia, sestertio nummo æstimanda sint. Hoc nescies, nisi constitutionē ipsam, qua ista inter se æstimantur, inspexeris. Quemadmodū folia uirere per se nō possunt, ramum desiderant, cui inhaereant, ex quo trahant succum sic ista præcepta si sola sunt, marcent, inſigui uolunt sectæ. Præterea non intelligunt hi qui decreta tollunt, eo ipso confirmari illa quo tolluntur. Quid enim dicūt, præceptis satis uitam explicari, superflua esse decreta sapientiæ, id est, dogmata? Atqui hoc ipsum quod dicunt decretum est, tam hercule, quam si nūc ego dicerem recedendū esse à præceptis superuacuis sine decretis: in hæc sola studium cōferendum, hoc ipso quo negarem curanda esse præcepta, præciperem. Quædam admonitionem

phil

philosophiæ desiderant, quædam probationem: & quidē multa, quia inuoluta sunt, uix summa diligētia ac summa subtilitate aperiuntur. Si probationes necessariae sunt, & decreta, quæ ueritatē argumentis colligunt. Quædam aperta sunt, quædam obscura. Aperta, quæ sensu comprehenduntur, quæ memoria: Obscura, quæ extra hæc sunt. Ratio autē non impletur manifestis. Maior eius pars pulchriorq; in occultis est. Occulta probationem exigunt, probatio nō sine decretis est, necessaria ergo decreta sunt. Quæ res cōmunem sensum facit, eadē perfectum, certarum rerum persuasio, sine qua omnia in animo nantant. Necessaria ergo sunt decreta, quæ dant animis inflexibile iudicium. Deniq; cū monemus aliquē, ut amicum eodē habeat loco quo se, ut ex inimico cogitet posse fieri amicum, in illo amorem incitet, in hoc moderetur odiū, adiicimus iustum & honestum. Iustum autē honestumq; decretorū nostrorum cōtinet ratio. Ergo hæc necessaria est, sine qua nec illa sunt. Sed utraq; iungamus. Namq; & sine radice inutiles rami sunt, & ipsæ radices his quæ genuere adiuuantur. Quantum utilitatis manus habeat, nescire nulli licet, apertē iuuant. Cor illud quo manus uiuunt, ex quo impetū sumunt, quo mouētur, latet. Idem dicere de præceptis possum, aperta sunt, decreta uerò sapientiæ in abdito. Sicut sanctiora sacrorū tantum initiati sciunt, ita in philosophia, arcana illa admissis receptisq; in sacra ostenduntur. At præcepta & alia huiusmodi, prophanis quoq; nota sunt. Posidonius non tantum præceptionē (nihil enim nos hoc uerbo uti prohibet) sed etiam suasionem, & consolationem, & exhortationē necessariam iudicat. His adiicit Aetologiam, quæ citur ita dicere non audeamus, cū Grammatici custodes Latini sermonis suo iure ita appellent, nō uideo. Ait utilem futuram esse descriptionem cuiusq; uirtutis. Hanc Posidonius Aetologiam uocat: quidam $\chi\rho\rho\alpha\kappa\tau\eta\rho\iota\mu\epsilon\upsilon$ appellant, signa cuiusq; uirtutis

Et uilij ac notas reddentē, quibus inter se similia discriminentur. Hęc res eandem uim habet quā præcipere. Nam qui præcipit, dicit. Illa facies, si uoles tēperans esse. Qui describit, ait, tēperans est, qui facit illa, qui illis abstinet. Queris quid intersit? Alter præcepta uirtutis dat, alter exēplar. Descriptiones has, & (ut publicanorū utar uerbo) ἐκ νομῶν, ex usu esse cōfiteor. Proponamus laudanda, inuenietur imitator. Putas utile tibi dari argumēta, per quæ intelligas nobile equum, ne fallaris empturus, ne operā perdas in ignaui. Quāto hoc utiliusest, excellentis animi notas nosse, quas ex alio in se trāsferre pmittitur.

Continuò pecoris generosi pullus in aruis

Altius ingreditur, & mollia crura reponit.

Primus inire uiam, & fluuios tentare minaces

Audet, & ignoto sese committere ponto:

Nec uanos horret strepitus, illi ardua ceruix,

Argutumq; caput, breuis aluus, obesaq; terga.

Luxuriatq; toris animosum pectus honesti

Spadices, glauciq; color deterrimus albis

Et giluo: tum siqua sonum procul arma dedere,

Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus,

Collectumq; premens uoluit sub naribus ignem.

Dum aliud agit, Vergilius noster describit uirum fortem. Ego certē non aliam imaginē magno uiro dederim, si mihi Caeto exprimendus inter fragores bellorum ciuiliū impaudus, & primus incessens, admotos iam exercitus alpibus, ciuiliq; se bello ferens obuium, non alium illi assignauerim uultum, non alium habitum: altius certē nemo ingredi potuit, quā qui simul contra Cæsarem Pompeiumq; se sustulit, & alijs Cæsarianas opes, alijs Pompeianas fouentibus, utrumq; prouocauit, ostenditq; aliquas esse R. P. partes. Nam parum est in Catone dicere, nec uanos horret strepitus. Quid mi, cū ueros uicinosq;

non

non horreat? Cum cōtra decem legiones & Gallica auxilia, & muxta Barbarica arma ciuilibus, uocē liberā mittat, & Remp. hortetur, ne pro libertate decidat, sed omnia experiatur, hone stius in seruitutem casura, quā itura? Quātum in illo uigoris ac spiritus, quantum in publica trepidatione fiducia est? Scit se unum esse, de cuius statu non agatur. Non enim quæri, an liber Cato, sed an inter liberos sit. Inde periculorum gladiatorumq; contemptus. Libet admirantem inuictam constantiam uiri, inter publicas ruinas nō labantis, dicere, Luxuriatq; toris animosum pectus. Proderit non tantum quales esse soleant boni uiri dicere, formamq; eorum & lineamenta deducere, sed quales fuerint, narrare, & exponere Catonis illud ultimum ac fortissimum uulnus, per quod libertas amisit animā. Lelii sapientiam, & cū suo Scipione concordia, Alterius Catonis domi forisq; egregia facta, Tiberonis ligneos lectulos cū in publicū sternerentur, hædinasq; pro stragulis pelles, & ante ipsius Iouis cellam proposita conuiujs uasa fictilia: quid aliud? paupertatem in capitolio consecrare, Vt nullum aliud factum eius habeam, quo illum Catonibus inseram, hoc parum credimus? Censura fuit illa, non cœna. O quā ignorant homines cupidi gloriæ quid illa sit, aut quemadmodum petenda. Illo die populus Romanus multorum suppellectilem spectauit, unius miratus est. Omnium illorum aurum argentumq; fractum est, * & in milites conflatum, At omnibus seculis Tiberonis fictilia durabunt. Vale.

*et in uile es
conflatum,

ANNOTAT. IN LIB. XV.
EPISTOLA XCVI.

I Veneriæ spondyliq;. Quid sibi uelit illa uox ueneriæ, nondum quiuu depræhendere, non suffragantibus exemplaribus, quæ ferè consentiunt. Viueras in delitiis fuisse non legi, & hic piscium tantum fit mentio. An murenæ legendum sit nescio. Aristoteles inter gene-

ra piscium refert sphyraenam. Theodorus uertit malleolum, fieri potest, ut hæc uox ignota deprauata fuerit in ueneriam, aut aliam huic similem. Nam uarie habetur.

2 Echinis totam distracti; sine ullis ossibus nulli constrauerunt. Piget esse picta, singula coquuntur in urna saporis. Sic habebat æditio prior. Aliud exemplar habebat, Echini torti distracti; sine ullis ossibus multis contraxerunt pituitam. Aliud consentiebat, nisi quod pro multis habebat nulli. In aliis alia atq; alia erat lectio, sed nulla quam totam probares. Itaq; diuinandum est, quod in eruditis autoribus, nimium crebro accidit. Vide num sic legendum, Spondylique & ostrea, eatenus circūcisa qua eduntur, interuenientibus distinguebantur echinis. Totam distracti sine ullis ossibus nulli constrauerant. Piget esse singula, coguntur in unum saporis, ut piget esse, sit pro piget comedere. Vox, picta, uidetur superesse. Enarrator quispiã supra singula adiecerat dicta, id alius uertit in picta, aut si quid ad rem facit, elixa legendum arbitror. Existimo me propemodum totam lectionem diuinasse.

3 Quæ rependunt. Alii, quæ impediunt: rependunt pro reuocant legendum censeo.

4 Et præconari totos uentent. Arbitror legendum, perconari pro perficere siue pertendere.

LVCII ANNAEI

SENECAE EPISTOLARVM AD

LVCILIVM LIB. XVI.

EPIST. XCVII. Assentiendum esse fatorum decretis.



LANTVM tu indignaris aliquid, aut queris, & non intelligis nihil esse in istis mali, nisi in hoc unum, quod indignaris & queris? Si me interrogas, nihil puto uiro miserum nisi aliquid esse in rerum natura, quod putet miserum. Non serã me, quo die aliquid ferre non potero. Male ualeo, pars fati est. Familia decubuit, foenus offendit, domus crepuit. Damna, uulnera: labores, metus incurrerunt. Solet fieri,

K hoc

hoc parum est, debuit fieri, decernuntur ista, non accidunt. Siquid credis mihi, intimos affectus meos tibi cū maxime de-
tego, in omnibus quæ aduersa uidentur & dura, sic formatus
sum. Non pareo deo, sed assentior: ex animo illū, non quia ne-
cesse est, sequor. Nihil unquā mihi incidet quod tristis excipia,
quod malo uultu, nullū tributū inuitus conferā. Omnia autē ad
quæ gemimus, quæ expauescimus, tributa uitæ sunt. Horū mi
Lucili, nec speraueris immunitatem, nec petieris. Vesicæ te do-
lor inquietauit, Epulæ uero erunt parū dulces, detrimenta cō-
tinua, propius accedam, de capite timuisti. Quid tu nesciebas
hæc te optare, cū optares senectutē? Omnia ista in longa uita
sunt, quomodo in longa uia & puluis, & lutū, & pluuia. Sed
uolebā uiuere, carere tamē incōmodis omnibus. Tam effœmi-
nata uox uirū dedecet. Videris quemadmodū hoc uotū meum
excipias. Ego illud magno animo, non tantū bono facio. Neque
dij, neq; deæ faciunt, ut te fortuna in delitijs habeat. Ipse te in-
terroga, si quis potestātē tibi Deus faciat, utrū uelis uiuere in
macello, an in castris. Atqui uiuere mi Lucili militare est. Itaq;
hi qui iactantur, & per operosa atq; ardua sursum atq; de-
orsum eunt, & expeditiones periculosissimas obeūt, fortes uiri
sunt, primoresq; castrorum. Isti quos publica quies, alijs labo-
rantibus molliter habet, * turturillæ sunt, tuti contumeliæ cau-
sa. Vale.

*Tutilinæ

EPIST. XCVIII. Vitia hominum esse, non temporū.
Et quod praua consuetudo lætam inuerecundiam induxerit
criminibus, quæ secundum naturam conscientiæ tuta esse non
possunt.

ERras mi Lucili, si existimas nostri seculi esse uitium, lu-
xuriā & negligentia boni moris, & alia quæ obijcit suis
quisq; temporibus. Hominiū sunt ista, non temporū. Nulla ætas
uacauit à culpa. Et si æstimare licentiā cuiusq; seculi incipias,
pudet dicere, Nunquā apertius quàm corā Catone peccatum
est.

est. Credat aliquis pecuniam esse uersatam in eo iudicio, in quo reus erat Clodius, ob id adulteriū, quod cū Caesaris uxore in *aperto cōmiserat, uiolata religione eius sacrificij, quod pro populo fieri dicitur, sic submotis extra * conspectū omnibus uiris, ut picturæ quoq; masculorū animalū contegantur. Atqui dati iudicibus nummi sunt, & quod hac etiā nū pactioe turpius est, supra insuper matronarū & adolescentulorū nobiliū salarij loco exacta sunt. Minus crimine, quā absolutioe, peccatum est. Adulterij reus adulteria diuisit, nec ante fuit de salute securus quā similes sui iudices suos reddidit. Hæc in eo iudicio facta sunt, in quo (si nihil aliud) Cato testimoniū dixerat: ipsa ponam uerba Ciceronis, quia res fidē excedit. Accersuit ad se, promissit, intercessit, dedit, Iam uerò ò dii boni rem perditā, etiā noctes * scortorū mulierū atq; adolescentulorū nobilium introductiones, nōnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Non uacat de precio quæri, plus in accessionibus fuit. Vis seueri illius uxore? Dabo illā. Vis diuitis? huius quoq; tibi præstabo concubitū. Adulterium ubi feceris, damna. Illa formosa quā desideras ueniet, illius tibi noctem promitto, nec differo. * Intra comparandi rationē fides promissi mei stabit. Plus est distribuere adulteria, quā facere. Illud est matribus familiæ denuntiare, hoc illudere. Hi iudices Clodiani à senatu petierant præsidium, quod nō erat nisi dānaturis necessariū, & impetrauerant, Itaq; elegāter illis Catulus, absoluto reo, quid uos, inquit, præsidium à nobis petebatis? An ne nummū uobis eriperētur? Inter hos tamē iocos impune tulit ante iudiciū adulter, in iudicio leno, qui damnationē peius effugit, quā meruit. Quicquā fuisse corruptius illis moribus credis, quibus libido non sacris inhiberi, nō iudicijs poterat? quibus in ea ipsa quæstione quæ extra ordinē senatuscōsulto exercebatur, plus quā quærebatur admissum est? Quærebatur an post adulteriū ali-

*operto
*conseptura

*senatoria-
rum: aliās,
certarum.

*citra cōpe-
rēdinationē

*nudarum
mulierum.

quis posset tutus esse, apparuit sine adulterio tutū esse nō posse. Hoc inter Pompeiū & Cæsarē, inter Ciceronē Catonēq; commissum est. Catonē inquā illum, quo sedente negatur populus permisisse sibi postulare florales iocos, *nudandarū meretricum. Si credis spectasse tunc seuerius homines quā iudicasse. Et sient, & facta ista sunt. Et licentia urbiū, aliquando disciplina metuq; nunquā sponte confidet. Non est itaq; quod credas, nunc plurimū libidini permissum esse, legibus minimum. Longe enim frugalior hęc iuuentus, quā illa est, cū reus adulteriū apud iudices negaret, iudices apud reū confiterētur, cū stuprū cōmitteretur rei iudicandi causa, cū Clodius isidē uitij gratiosus quibus nocens, conciliaturus exerceret in ipsa causę dictione: credat hoc quisquā? qui damnabatur uno adulterio, absolutus est multis. Omne tēpus Clodios, non omne Catoēs feret. Ad deteriora faciles sumus, quia nec dux potest, nec comes deesse, & res etiā ipsa sine duce, sine comite procedit, non pronū iter est tantum ad uitia, sed præceps. Et, quod plerosq; inemendabiles facit, omniū aliarū artiū peccata, artificibus pudori sunt, offenduntq; deerrantem. Vitæ peccata deletant. Nō gaudet nauigio gubernator euerso, nō gaudet ægro medicus elato, non gaudet orator, si patroni culpa reus cecidit, At cōtra omnibus crimen suum uoluptati est. Letatur ille adulterio, in quod iritatus est ipsa difficultate: Letatur ille circumscriptioe furtoq; nec antē illi culpa, quā culpæ fortuna displicuit, id praua consuetudine euenit. Alioqui ut scias subesse animis, etiā in pessima abductis, boni sensum: nec ignorari turpe, sed negligi: omnes peccata dissimulant, & quāuis feliciter cefferint, fructu illorū utuntur, ipsa subducunt. At bona conscientia prodire uult & cōspici, ipsas nequitia tenebras timet. Eleganter itaq; ab Epicuro dictum puto, Potest nocenti cōtingere ut lateat, latendi fiducia non potest. Aut si hoc modo melius

lius hunc explicari posse iudicas sensum, Ideo non prodest latere peccantibus, quia latendi etiam si ^{*}facultatem habet, fiduciam non habent. Ita est, tuta scelera esse, secuta non possunt. Hoc ego repugnare sectæ nostræ, si sic expediatur, non iudico. Quare? quia prima illa & maxima peccatiū est poena peccasse. Nec ullū scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac uindictæ, impunitū est, quoniā sceleris in scelere supplicium est. Sed nihilominus & hæc et illa secundæ poenæ premunt ac sequuntur, timere semper & expauescere, & securitati diffidere. Quare ego hoc supplicio nequitiam liberet? Quare non semper illam in suspensio relinquam? Illic dissentiamus cum Epicuro, ubi dicit nihil iustū esse natura, & crimina uitanda esse, quia uitari metus non possit. Hic consentiamus, mala facinora conscientia flagellari, & plurimū illi tormētōrū esse, eo quod perpetua illā sollicitudo urget, ac uerberat, quod spōsoribus securitatis suæ non potest credere. Hoc enim ipsum argumentū Epicuri est, natura nos à scelere abhorrere, quod nulli non etiā inter tuta timor est. Multos fortuna liberat poena, metu neminē. Quare? quia infixæ nobis eius rei auersatio est, quam natura damnauit. Ideo nunquā fides latendi fit etiam latentibus, quia coarguit illos conscientia, & ipsos sibi ostendit. Proprium autē est nocentiū trepidare. Male de nobis actum erat, quod multa scelera legem ^{*}& iudicem effugiunt, & scripta supplicia, nisi illa naturalia & grauiā de presentibus soluerent, & in locum ^{*}patientiæ timor cederet. Vale.

*felicitem

* & iudicē

*poenitentia

EPIST. XCIX. Qualiter aduersus fortunæ duritiam componendus est animus.

Nunquam credideris felicem quenquam esse ea felicitate suspensum quæ fragilibus innotuit, qui aduentitio letus est. Exhibet gaudium quod intrauit. At illud ex se ortū, fidele, firmūq; est, et crescit, et ad extremū usq; prosequitur. Cætera

quorū admiratio est uulgo, in diem bona sunt. Quid ergo? non
 usui ac uoluptati esse possunt? Quis negat? Sed ita, si illa ex
 nobis pendent, non ex illis nos. Omnia quæ fortuna intuentur,
 ita fructifera ac iucunda fiunt, si quis habens illa, se quoq; ha-
 bet, nec in rerum suarū potestate est. Errant enim mi Lucili,
 qui aut boni aliquid nobis, aut mali iudicant tribuere fortunā.
 Materiam dat bonorū ac malorū, & initia rerum apud nos in
 malum bonum uel exitur arū. Valentior enim omni fortuna ani-
 mus est, in utranq; partē ipse res suas ducit, beatæq; ac miseræ
 uitæ sibi causa est. Malus animus oīa in malū uertit, etiam quæ
 cum specie optimi uenerāt. Rectus atq; integer corrigit praua
 fortunæ, & dura atq; aspera, ferendi scientia mollit, idemq; &
 secunda grate excipit modesteq;, & aduersa constanter atq;
 fortiter. Qui licet prudens sit, licet exacto faciat cūcta iudicio,
 licet nihil supra uires suas tentet, nō contingit illi bonum inte-
 grum illud, & extra minas fortunæ positū, nisi certus aduersus
 incerta est. Siue alios obseruare uolueris (liberius enim inter
 aliena iudiciū est) siue teipsum fauore seposito, & senties hoc
 & cōfiteberis, nil ex his optabilibus & charis, utile esse, nisi te
 contra leuitatem casus, rerumq; casum sequentiū, instruxeris,
 nisi illud frequenter & sine querela inter singula damna dixe-
 ris, Dijs aliter uisum est. Imò mehercule (ut carmen fortius ac
 iustius *repetam) quō aīm tuum magis fulcias, hoc dicito quo-
 ties aliquid aliter quā cogitabas euenerit, Dij melius. Sic com-
 posito nihil accidet: sic autem cōponetur, si quid humanarū re-
 rum uarietas possit, cogitauerit, antequam senserit. Si & libe-
 ros, coniugem atq; patrimoniū, sic habuerit, tanquam non utiq;
 semper habiturus, et tanquā nō futurus ob hoc miserior, si ha-
 bere desierit. Calamitosus est animus futuri anxius, et ante mi-
 serias miser, qui sollicitus est, ut ea quibus delectatur, ad extre-
 mum usq; permaneant. Nullo enim tēpore conquesct, & ex-
 pectā

*amputem

pectatione futuri, presentia, quibus frui poterat, amittet. In æquo est autē dolor amissæ rei, & timor amittendæ. Nec ideo precipio tibi negligentiam. Tu uerò metuenda declina, & quicquid consilio prospici potest, prospice. Quodcumq; lesurū est, multo antequā accidat, specularē & auerte. In hoc ipsum tibi plurimū conferet fiducia, & ad tolerandū omnino obfirmata mens. Potest fortunā cauere, qui potest ferre. Certe in ranquillo nō tumultuatur. Nil est nec miscrius nec stultius, quā semper timere. Quæ ista dementia est malum suū antecedere? Deniq; ut breuiter includā, quod sentio, & istos *sacagios, ac sibi molestos describam tibi, tam intemperātes in ipsis miserijs sunt, quā ante illas. Plus dolet quā necesse est, qui ante dolet quā necesse sit. Eadē enim infirmitate dolorē nō æstimat, quā nō expectat. Eadē intemperātia fingit sibi perpetuā felicitatē suā, fingit sibi crescere debere quæciq; contigerunt, nō tantū durare: et oblitus *fati quo humana iactantur, sibi uni fortuitorū constātiā spondet. Egregie itaq; uidetur mihi Metrodorus dixisse in ea epistola, qua sororem, amisso optimæ indolis filio, alloquitur. Mortale est oē mortaliū bonū: de his loquitur bonis, ad quæ cōcurritur. Nā illud uerum bonū nō moritur, certū est sempiternūq; sapiētia & uirtus, hoc unū cōtingit immortale mortalibus. Cæterū tam improbi sunt, tamq; oblitū quod eant, quod illos singuli dies *turbēt, ut mirētur aliquid ipsos amittere, amissuri uno die oīa. Quicquid est, cui dominus inscriberis, apud te est, tuū non est. Nihil firmū infirmo, nihil fragili æternū & inuictū est, tam necesse est perire quā perdere: et hoc ipsum si intelligimus, solatiū est, æquo aīo perdere, quod perdēdū est. Quid ergo aduersus has amissiones auxiliij inuenimus? Hoc, ut memoria teneamus amissa, nec cum ipsis fructū excidere patiamur, quæ ex illis percepimus. Habere eripitur, habuisse nunquā. Peringratus est, qui cū amiserit, pro accepto nihil debet. Rem nobis

*Satageos, & satagendo: sicut abigeos.

*huius petatūri quo humana

*trudant: alētrahant,

eripit casus, usum fructumq; apud nos relinquit, quem nos iniquitate desiderij perdidimus. Dic tibi, ex istis quæ terribilia videntur, nihil est inuictū. Singula uicere iam multi, ignem Mutius, crucē Regulus, uenenū Socrates, exiliū Rutilius, mortem ferro adactam Cato. Et nos uincamus aliquid. Rursus ista, quæ ut speciosa & felicia trahūt uulgū, à multis & sæpe contempta sunt. Fabricius diuitias imperator reiecit, cæsor notauit, Tubero paupertatē & se dignam et capitolio iudicauit, cū fictilibus in publica cœna usus, ostendit debere his hoīem esse contentū, quibus dii etiannū uterentur. Honores repulit pater Sextius, qui ita natus ut R. P. deberet capeffere, latum clauum diuo Iulio dante, non recipit. Intelligebat enim quod dari posset, & cripi posse. Nos quoq; aliquid ex his faciamus animose. Sumus inter exēpla, quare deficiamus? Quare desperamus? Quicquid fieri potuit, potest. Nos modo purgemus aīm, sequamurq; naturam, à qua aberranti cupiēdum timendumq; est, & fortuitis seruiendū. Licet reuerti in uiam, licet in integrū resitui. Restituamur, ut possimus dolores, quocūq; modo corpus inuaserint, perferre, & fortunæ dicere, Cum utro tibi negotiū est, Quere quem uincas. His sermonibus, & his similibus, lenitur illa uis ulceris, quā opto mehercule mitigari, & aut sanari, aut stare, & cū ipso senescere. Sed securus de ipso sum, de nostro damno agitur, quibus senex egregius eripitur, Nā ipse uitæ plenus est, cui adijci nihil desiderat sua causa, sed eorum, quibus utilis est. Liberaliter facit quod uiuit. Alius iā hos cruciatus finisset: hic tam turpe putat mortē fugere, quā ad mortē confugere, Quid ergo? non si suadebit, exhibit? Quid ni exeat? si nemo iā eo uti poterit? si nihil aliud quā dolori operā dabit? Hoc est mi Lucili, philosophiā * in opere discere, & ad uerū exerceri, Videre quid homo prudens animi habeat contra mortē, contra dolorem, cū illa accedat, hic premat. Quid faciendū sit, à faciente

*in opus
ducere,

discend

discendum est. Adhuc argumētis actū est, an possit aliquid dolori resistere, an mors, magnos quoq; animos admota submittere. Quid opus est uerbis? In rem presentem eamus, nec mors illum contra dolorem facit fortiorem, nec dolor cōtra mortem. Contra utrunq; sibi fidit: nec spe mortis patienter dolet, nec tedio doloris, libenter moritur: hunc fert, illā expectat. Vale.

EPIST. C. Consolatio amici, de filii morte. Et quod luctus non uoluptate, sed ratione sanandus est.

E Pistolam quam scripsi Marullo, cū filium paruulum amisisset, & diceretur molliter ferre, misi tibi. In qua non sum morem solitū secutus, nec putavi leuiter illum debere tractari, cū obiurgatione esset, quā cōsolatione dignior. Afflicto enim & magnū uulnus male ferenti, paulisper cedendū est. Exatiet se aut certe primū impetum effundat. Hi qui sibi lugere sumpserunt, protinus, castigentur, & discant quasdam etiā lachrymarum ineptias esse. Solatia expectas, conuitia accipe. Tā molliter tu fers mortem filij, quid faceres, si amicum prodidisses? Decessit filius incertæ spei paruulus, pusillum temporis perijt, causas doloris conquirimus, & de futura etiā inique queri uolumus, quasi non sit iustas querendi causas præbitura. At mehercule, satis mihi iam uidebaris animi habere, etiam aduersus solida mala, nedum ad istas umbras malorum, quibus ingemiscunt hoīes * amoris causa, quod damnorū omnium maximum * moris est. Si amicū perdidisses, danda opera erat, ut magis gauderes, quod habueras, quam mœreres, quod amiseras. Sed pleriq; non computant quanta perceperint, quantum gauisi sint. Hoc habet inter reliqua mala dolor, quod non superuacuum, tantū, sed ingratus est. Ergo quod habuisti talem amicum, perit opera. Tot annis, tanta coniunctione uitæ, tam familiari studiorum societate nihil actum est. Cum amico effers amicitiam, & quid doleres amisisse, si habuisses non prodest? Mihi crede, magna

pars ex illis quos amauimus, licet ipsos casus abstulerit, apud nos manet. Nostrum est quod præterijt tempus, nec quicquam est loco tutiore, quàm quod fuit. Ingrati aduersus percepta spe futuri sumus, quasi non quod futurum est, si modo successerit nobis, cito in præterita transiturū sit. Angustè fructus rerum determinat, qui tantū præsentibus letus est. Et futura & præterita delectant. Hæc expectatione, illa memoria: sed alterum pendet, & non fieri potest, alterum non potest non fuisse. Quis ergo furor est certissimo excidere? Acquiescamus his, quæ iam hausimus, si modo nõ perforato animo hauriebamus, & transmittente quicquid acceperat. Innumerabilia sunt exempla eorum, qui liberos iuuenes sine lachrymis extulerint: qui in senatum, aut in aliquod publicum officium à rogo redierint, & statim aliud egerint, nec inmerito. Nam primū superuacuum est dolere, si nihil dolendo proficias. Deinde iniuum est queri de eo, quod uni accidit, & omnibus restat. Deinde desiderij stulta conquestio est, ubi minimum interest, inter amissum & desiderantem. Eo ita æquiore animo esse debemus, quod quos amisimus, sequimur. Respice celeritatem rapidissimi temporis, cogita breuitatem huius spatij, per quod citatissimi currimus. Obserua hunc comitatum generis humani, eodem tendentis, minimis interuallis distinctum, etiam ubi maxima uidentur. Quem putas periisse, præmissus est. Quid autem dementius, quàm cum idem tibi iter emetiendum sit, flere eum, qui antecessit? Flet aliquis factū quod non ignorauit futurum: at si mortem in homine non cogitauit, sibi imposuit. Flet aliquis factum, quod aiebat non posse non fieri. Quisquis aliquem queritur mortuum esse, queritur hominem fuisse. Omnes eadem conditio deuinxit, cui nasci contigit, mori restat. Interuallis distinguimur, exitu æquamur. Hoc quod inter primum diem & ultimum iacet, uarium & incertum est.

æstimas, etiam puero longum, si uelocitatem, etiam seni angu-
 stum. Nil non lubricū & fallax, & omni tempestate mobilis.
 lactantur cuncta, & in contrariū transeunt, iubente fortuna,
 & in tanta uoluntatione rerum humanarū, nil cuiquā nisi mors,
 certum. Tamen de eo queruntur omnes, in quo uno nemo de-
 cipitur. Sed puer decepsit. Nondū dico melius agi cum eo, qui
 uita defungitur. Ad cū transeamus qui cōsenuit, quantulo uin-
 cit infāte? Propone profundi tēporis uasitātē, & uniuersum
 cōplectere: deinde hoc quod etatē uocamus humanam, cōpara
 *immenso, uidebis quā exiguū sit quod optamus, quod exten-
 dimus. Ex hoc quantū lachrymæ, quantum sollicitudines occu-
 pant, quantū mors, antequā ueniat optata, quantum ualetudo,
 quantū timor, quantum teneri aut rudes aut inutiles anni. Di-
 midium ex hoc edormitur. Adijce labores, luctus, pericula, &
 intelliges etiā in longissima uita, minimū esse quod uiuitur. Sed
 quis tibi concedat, non melius se habere eū, cui cito reuerti li-
 cet, cui ante lassitudinē peractū est iter? Vita nec bonū nec ma-
 lum est, boni ac mali locus est. Ita nihil perdidit ille, nisi aleam
 in damnū *certius. Potuit euadere modestus ac prudens, potuit
 sub cura tua in meliora formari, sed (quod iustius timetur) po-
 tuit fieri pluribus similis. Aspice illos iuuenes, quos ex nobilif-
 simis domibus in arenā luxuria proiecit, aspice illos, qui suam
 alienamq; libidinē exercent mutuo impudici, quorū nullus si-
 ne ebrietate, nullus sine aliquo insigni flagitio dies exit, plus
 timeri quā sperari potuisse manifestum erit. Non debes itaq;
 causas doloris accersere, nec leuia incōmoda indignando cu-
 mulare. Non hortor, ut nitaris & urgeas. Nō tam male de te
 iudico, ut tibi aduersus hęc totam putem uirtutē aduocandam.
 Non est dolor iste, sed morsus, tu illum dolorē facis. Sine dubio
 multum philosophia proficit, si puerū nutrici adhuc quā patri
 notiozem animo forti desideras. Quid? nunc ego duriciam
 suadeo,

*uniuerso;

*certioram;

suadco, & in funere ipso erigere uultum uolo, & animum ne contrahi quidem patior? Minime. Inhumanitas est ista, nō uirtus, funera suorum hisdem oculis, quibus ipsos uidere, nec commoueri ad primam familiarium diuisionem. Puta autē me uetare. Quædam sunt sui uris. Excidunt etiam retinētibus lachrymæ, & animum profusæ leuant. Quid ergo est? Permittamus illis cadere, nō imperemus. Fluant quantum affectus eiecerit, non quantum poscet imitatio. Nihil uerò mœrori adijciamus, nec illum ad alienum augeamus exēplum. Plus ostentatio doloris exigat, quàm dolor. Quotus quisq; sibi tristis est? Clarius cum auaiuntur gemunt, & taciti quietiq; dum secretum est, cū aliquos uiderint, in fletus novos excitatur. Tum capiti suo manus ingerunt, quod potuerant facere nullo prohibente liberius, tūc mortem cōprecantur sibi, tunc lectulo deuoluūtur. Sine spectatore cessat dolor. Sequitur nos ut in alijs rebus, ita in hac quoq; hoc uitium, ad plurium exempla componi, nec quid oporteat, sed quid soleat aspiciere. A natura discedimus, populo nos damus, nullius rei bono auctori, & in hac re, sicut in omnibus inconstantissimo. Videt aliquem fortem in luctu suo, impium uocat & effœratum. Videt aliquem collabentem, & corpori affusum, effœminatam ait & eneruam. Omnia itaq; ad rationē reuocanda sunt. Stultius uerò nihil est, quàm famam captare tristitiæ, & lachrymas approbare, quas iudico sapiētī uiro, alias permissas cadere, alias ui sua latis. Dicam quid intersit: cum

2 primum nos nuncius acerbi funeris perculit, cum tenemus corpus è complexu nostro in ignē transiturum, lachrymas naturalis necessitas exprimit: & spiritus ictu doloris impulsus, quemadmodū totum corpus quatit, ita oculos, quibus adiacentem humorem premit & expellit. Hæ lachrymæ per elisionē cadunt, nolentibus nobis. Aliæ sunt quibus exitum damus, cum memoria eorum, quos amisimus, tractatur, & inest quiddam dulce

dulce tristitiæ, cum occurrunt sermones eorum iucundi, conuersatio hilaris, officiosa pietas, tunc oculi uelut in gaudio relaxantur. His indulgemus, illis uincimur. Non est itaq; quod lachrymas propter circūstantes asidentesq; aut cōtineas, aut exprimas: nec cessant, nec fluunt unquam tam turpiter, quam cum fingūtur. Eant sua sponte. Ire autem possunt placidis atq; cōpositis. Sæpe salua sapientis autoritate fluxerunt, tanto temperamento, ut illis nec humanitas, nec dignitas deesset. Licet, inquam, naturæ obsequi grauitate seruata. Vidi ego in funere suorum uerendos, in quorum ore amor eminebat, remota omni lugentium scena, Nihil erat, nisi quod ueris dabatur affectibus, Est aliquis & dolendi decor, hic sapienti seruandus est, & quemadmodum in cæteris rebus, ita & in lachrymis aliquid sat est. Imprudentium ut gaudia, sic dolores exundauere. Aequo animo excipe necessaria. Quid incredibile, quid nouum euenit? Quàm multi cum maximè funus locatur, quàm multi uitalia eruuntur, quàm multi post luctum tuum lugent? Quoties cogitaeris puerum fuisse, cogita & hominem, cui nihil certi promittatur, quem fortuna non utiq; perducit ad senectutem, unde uisum est dimittit. Cæterum de illo frequenter loquere, & memoriam eius quantum potes, celebra, quæ ad te sæpius reuertetur, si erit sine acerbitate uentura. Nemo enim libenter tristi conuersatur, nedū tristitiæ. Si quos sermones eius, si quos quamuis paruuli iocos cum uoluptate audieras, sæpius repete: potuisse illum implere spes tuas, quas paterna mente conceperas, audacter affirma. Obluisci quidē suorum, ac memoriam cum corporibus efferre, & effusissimè flere, meminisse parcissime, inhumani animi est. Sic aues, sic feræ suos diligunt foetus, quarum concitatus est amor, & penè rapidus, sed cum amissis totus extinguitur. Hoc prudentē uirum non decet. Meminisse perseueret, lugere desinat. Illud nullo modo probo, quod*

3
 *emittunt,

quod ait Metrodorus, esse aliquam cognatā tristitiæ uoluptatem, hanc ipsam captandam in eiusmodi tempore. Ipsa Metrodori uerba subscripsi, de quibus non dubito, quid sis sensurus. Quid enim turpius, quā captare in ipso luctu uoluptatē, imò per luctum, & inter lachrymas quoq; quod iuuet querere? Hi sunt qui nobis obijciunt nimium rigorē, & infamant præcepta nostra duritia, quod dicamus dolorem aut admittendū in animum non esse, aut citò expellendum. Vtrum tandem est, aut incredibilius, aut inhumanius, non sentire amisso amico dolorē an uoluptatem in ipso dolore aucupari? Nos quod præcipimus honestum est. Cum aliquid lachrymarum affectus effuderit, & (ut ita dicam) despumauerit, non esse tradendum animum dolori. Quid tu dicis, miscendam ipsi dolori uoluptatem? Sic consolamur crustulo pueros, sic infantium sletum infuso lacte cōpescimus. Ne illo quidem tempore quo filius ardet, aut amicus expirat, cessare pateris uoluptatem, sed ipsum uis titillare mororem. Vtrum honestius dolor animo submouetur, an uoluptas ad dolorem quoq; admittitur? Admittitur dico, captatur, & quidem ex ipso. Est aliqua, inquit, uoluptas cognata tristitiæ. Illud nobis licet dicere, uobis quidem non licet. Vnum bonum nostis uoluptatem, unum malum dolorem. Quæ potest inter bonū & malum esse cognatio? Sed puta esse, nunc potissimum eruitur, & ipsum dolorem scrutamur, an aliquid habeat iucundum circa se & uoluptarium. Quædam remedia alijs partibus corporis salutaria, uelut fœda & indecora adhiberi alijs nequeunt, & quod alibi prodesset sine damno uerecundiæ, id fit inhonestū loco uulneris. Non te pudet luctū uoluptate sanaret

* curanda. Seuerius ista plaga * sananda est. Illud potius admone, nullum mali sensum ad eum qui perit, peruenire. Nam si peruenit, non perijt. Nulla, inquit, eum res lædit, qui nullus est, uiuit, si læditur. Vtrū putas illi male esse, quod nullus est, an quod est adhuc aliquis?

aliquis? Atqui nec ex eo potest ei tormentū esse, quod non est. Quis enim nullius sensus est? Nec ex eo, quod est. Effugit enim maximū mortis incōmodū, non esse. Illud quoq; dicamus ei qui deslet ac desiderat in ætate prima raptum, Omnes quātum ad breuitatem æui, si uniuerso compares, & iuuenes & senes in æquo sumus. Minus enim ad nos ex omni ætate uenit, quā quod minimum esse quis dixerit, quoniamquidem minimum aliqua pars est. Hoc quod uiuimus proximum nihilo est, & tamen ob dementiam nostram late disponitur. Hæc tibi scripsi, non tanquam expectaturus esses remedium à me tam serum: liquet enim mihi e locutum tecum, quicquid lecturus es: sed ut castigarem illam exiguam moram, quæ à te recessisti, & in reliquum exhortare: contra fortunam tolleres animos, & omnia eius tela non tanquam possent uenire, sed tanquam utiq; essent uentura, prospiceris. Vale.

EPIST. CI. Quod philosophi oratio magis debet esse simplex, plana, quā composita, uel sollicita.

Fabiani Papyrij libros qui inscribuntur artium ciuiliū, legisse te cupidissimè scribis, sed nō respondisse expectationi tue. Deinde oblitus de philosopho agi, cōpositionem eius accusas. Puta esse quod dicis, & effundi uerba, non figi. Primū habet ista res suam gratiam, & est decor proprius orationis leniter lapsæ. Multū enim interesse existimo, utrum exciderit, an fluxerit. Nunc in hoc quoq; quod dicturus sum, ingēs differentia est. Fabianus mihi non fundere uidetur orationē, sed effundere. Ad eò larga est, & sine perturbatione, non sine cursu tamen ueniens: illud planè fatetur & præfert, non esse tractatam, nec diu tortam, sed ita, ut eius esse credamus. Mores ille nō uerba cōposuit, & animis scripsit ista, non auribus. Præterea ipso dicente nō uacasset tibi partes intueri. Ad eò te summa rapuisset, & ferè quæ impetu placent, minus præstant ad
manum

manum relata. Sed illud quoq; multū est, primo effectu oculos occupasse, etiam si contēplatio diligens inuentura est, quod arguat. Si me interrogas, maior ille est qui iudiciū abstulit, quam qui meruit. Et scio hunc tutiorem esse, scio audacius sibi de futuro promittere. Oratio sollicita philosophum non decet. Vbi tandem erit fortis & constans, ubi periculum sui faciet, qui timet uerba? Fabianus non erat negligens in oratione, sed securus. Itaq; nihil inuenies sordidum. Electa uerba sunt, nō captata, nec huius seculi more cōtra naturam suam posita & inuersa, splendida tamen: quamuis sumantur ē meo, sensus honestos & magnificos habent, non coactos in sententia, sed* alius ductos. Videbimus quid parum recisum sit, quid parum* strictum, quod non huius recentis polituræ. Cum circumspexeris omnia, nullas uidebis angustias inaneis. Desit sane uarietas marmorum, & concisura aquarū à cuniculis interfuentiū, & pauperis cella, & quicquid aliud luxuria, nō contenta decore simplici miscet, quod dici solet, domus recta est. Adijce nunc quod de cōpositione non constat. Quidam illam uolunt esse ex horrido cōptam, quidam usq; eò aspera gaudent, ut etiam quæ mollius casus explicuit, ex industria dissipent, & clausulas ab-rumpant, ne ad expectatum respondeant. Lege Ciceronem. Cōpositio eius una est, pedem seruat, curata, lenta & sine infamia mollis. At contra Pollionis Asinij salebrosa & exiliens, & ubi minimè expectes, relictura. Deniq; apud Ciceronem omnia desinunt, apud Pollionē cadunt, exceptis paucissimis, quæ ad certū modum, & ad unum exemplar astricta sunt. Humilia præterea tibi uideri dicis omnia, & parū erecta, quo uittio carere eum iudico. Non sunt humilia illa, sed placida, & ad animi tenorē quietum, cōpositumq; formata: nec depressa, sed plana. Deest illis oratorius uigor. Stimuli quoq; quos queris, & subiti ictus sententiarii. Sed totū corpus uide, quamuis non

*latius
*strictum,

fit

sit comptum, honestum est. Nō habet oratio eius, sed debet dis-
 gnitatem. Affer quem Fabiano possis præponere. Dic Cicero-
 nem, cuius libri ad philosophiā pertinentes, penē totidē sunt,
 quot Fabiani. Cedam, sed non statim pusillū est, siquid maximo
 minus est. Dic Asinium Pollionē, Cedā, * & respōdeamus, in
 re tanta eminere est, & post duos esse. Nomina adhuc Liuiū.
 Scripsit enim et dialogos, quos magis philosophiæ annumera-
 re possis, quā historię, & ex professo philosophiam continē-
 tes libros. Huic quoq; dabo locū. Vide tamē quā multos an-
 tecedat, qui à tribus uincitur, & tribus eloquentissimis. Sed nō
 præstat omnia. Non est fortis oratio eius, quāuis * elata sit, non
 est uioleta nec torrens, quāuis effusa sit, non est perspicua, sed
 pura. Desideres, inquit, contra uitia aliquid asperē dici, contra
 pericula animose, contra fortunam superbe, contra ambitionē
 contumeliose. Volo luxuriā obiurgari, libidinē traduci, impo-
 tentiā frāgi. Sit aliquid oratoriæ acre, tragicæ grāde, comicæ
 exile. Vis illū asidere pusillæ rei, uerbis? Ille rerū se magnitu-
 dinī addixit, eloquentiam uelut umbrā, non hoc agens, trahit.
 Non erunt sine dubio singula * circūspecta, nec in se collecta,
 nec omne uerbū excitabit ac punget. Fateor, exhibunt multa,
 nec frient, & interdū otiosa præterlabetur oratio. Sed multū
 erit in omnibus lucis: sed ingens sine tedio spatiū. Deniq; illud
 præstabit, ut liqueat tibi, illum sensisse, quæ scripsit. Intelliges
 actū hoc, ut tu scires quid illi placeret, non ut ille placeret tibi.
 Ad profectū omnia tendunt, & ad bonā mentē, non queritur
 plausus. Talia esse scripta eius non dubito, etiā si magis remi-
 niscor quā teneo, hæretq; mihi color eorum, non ex recenti
 cōuersatione familiariter, sed summatim, ut solet ex uetere no-
 titia. Cum audirē certe illū, talia mihi uidebantur, non solida,
 sed plena, quæ adolescentē indolis bonæ attollerēt, & ad imi-
 tationem sui uocarent, sine desperatione uincendi. Quæ mihi

* sed ut re-
spondeam.

* cctā

* circūspecta,

L adhort

adhortatio uidetur efficacissima. Deterret enim qui imitandi cupiditatem fecit, spem abstulit. Ceterum uerbis abundabat sine commendatione partium singularum, in uniuersum magnificus, Vale.

ANNOT. IN LIB. XVI.

EPIST. XCVIII.

1 Seuerius homines spectasse iudicasse, etsi fieri facta ista ex licentia urbium, aliquando disciplina metuq; nunquam sponte confidet. Sic prior aeditio. Alius sic iudicasse, & fient, & facta sunt, & licentia urbium, Alius & facta ista sibi ex licentia. Ex his uestigijs conicio legendum. Si credis seuerius spectasse tunc homines quam iudicasse, & fient quæ facta sunt. Si ex licentia urbium, aliquando disciplina metuq; nunquam sponte confident, siue concident. Mox pro permissis legendum, permissum esse.

EPIST. C.

2 Alias permissas cadere, alias uisu allatas. Alibi pro uisu erat usu. Non dubium quin legendum sit, ui sua latas: quod in quodâ exemplari reperi, licet mendose scriptum.

3 Quam multis uitalia emuntur. Sic prior, in aliis erat emittunt; eruntur opinor legendum. Sensit enim de cadaueribus, quibus eximuntur uitalia, ut possint condiri.

4 Metrodori uerba subscribam, In duobus exemplaribus cõperi uestigia Græcorum elementorum, sed adeo depranata, ut ex his nihil potuerit conici dignum memoratu.

EPIST. CI.

5 Concisura aquarum à cuniculis interfluentium, & pauperis cella. Quidam habebant à cubiculis, quod erat tolerabile, si tollas à præpositionem: Sed pauperis constat uocem esse supposititiam, nec adhuc queo diuinare, quid sit reponendum.

LVCII ANNAEI SE-

NECAE EPISTOLARVM

AD LVCILIVM LIB. XVII.

EPIST. CII. De inopinato fati termino, Vbi notat eos, qui longiorem uitam supplicio uel turpitudine paciscuntur.

OMNIS



MANIS dies, omnis hora, quàm nihil sinus ostendit, & aliquo argumento recenti admonet fragilitatis oblitus, tum æterna meditato respicere cogit ad mortē. Quid sibi istud principium uelit, queris?

Senecionem Cornelium equitem Romanum splendidū & officiosum noueras: ex tenui principio seipse promouerat, et iam illi decliuus erat cursus ad cætera. Facilius enim crescit dignitas, quàm incipit. Pecunia quoq; circa paupertatē plurimū * amorē habet, dum ex illa ereptat. Hic etiā Senecio diuitiis imminēbat, ad quas illum due res ducebant efficacissimæ, & querendi, & custodiendæ scientiæ, quarū uel altera locupletē facere potuisset. Hic homo summæ frugalitatis, non minus patrimonij quàm corporis diligens, cum me ex consuetudine mane uidisset, cum per totum diem amico grauius affecto, & sine spe iacenti, usq; in noctem assedisset, cū hilaris coenasset, genere ualitudinis præcipiti arreptus, angina, uix cōpressum artatis faucibus spirītū traxit in lucem. Intra paucissimas ergo horas postquā omnibus erat sani ac ualentis officijs functus, decessit. Ille quē & mari et terra pecunia agitabat, qui ad * publicā quoq; nullū relinquēs expertū genus quæstus, accesserat, in ipso * actu bene cedentiū rerum, in ipso procurrentis pecuniæ impetu, raptus est.

Insepe nunc Melibœæ pyros, pone ordine uites,

Quàm stultum est etatē disponere, nec crastino quidē dominamur. O quanta dementia est spes longas inchoantiū. Emā, ædificabo, credā, exigā, honores gerā, tum demum lassam & plenā senectutē in otiiū referā. Oīa mihi crede, etiā felicibus diuisa sunt. Nihil sibi quisquā de futuro debet promittere. Id quoque quod tenetur, per manus exit, & ipsam quā premimus horam casus incidit. Voluitur tēpus rata quidē lege, sed per obscurū. Quid autē ad me, an naturæ certū sit, quod mihi incertū

* moræ: aliās
molem

* publicanos
* ictu

est: Navigationes longas, & pererratis littoribus alienis, seros in patriâ reditus proponimus, militiam, & castrensiû laborum tarda manu pretia, procurationes, officiorumq; per officia processus, cû interim ad latus mors est, quæ quoniã nunquam cogitatur, nisi aliena, subinde nobis ingerantur mortalitatis exempla, non diutius, quàm dum miramur hæsurâ. Quid autem est stultius, quàm mirari id ullo die factû, quod omni potest fieri? Stat quidẽ terminus nobis ubi illum inexorabilis factorum necessitas fixit, sed nemo scit nostrû, quàm propè uersetur terminus. Sic itaq; formemus animû, tanquam ad extrema uentum sit. Nihil differamus. Quotidie cum uita paria faciamus. Maximû uitæ uitiû est, quod imperfecta semper est, quod in aliud ex alio differtur. Qui quotidie uitæ suæ summam manuum imposuit, non indiget tempore. Ex hac autem indigentia timor nascitur, & cupiditas futuri exedens animum. Nihil est miserius dubitatione uoluantium, quorsum euadant. Quantum sit illud quod restat, aut quale. Incollecta mens inexplicabili formidine agitur. Quomodo effugiemus hanc uolutionem? Vno, si uita nostra non prominebit, si in se colligetur. Ille enim ex futuro suspenditur, cui irritum est præsens. Vbi uerò, quicquid mihi debui redditum est, ubi stabilita mens scit, nihil interesse inter diem & seculum, quicquid deinceps dierum rerumq; uenturum est, ex alto prospicit, et cum multo risu seriem temporum cogitat. Quid enim uarietas mobilitasq; casuum perturbabit, si certus sit aduersus incertâ? Ideo mi Lucili propera uiuere, & singulos dies, singulas uitas puta. Qui hoc modo se aptabit, cui uita sua quoti die fuit tota, securus est. In spe uiuentibus, proximû quodq; tẽpus elabitur, subitq; auditas temporis, & miserrimus, atq; miserrima omnia efficiens, metus mortis. Inde illud Mecœnatis turpissimû uotû, quod & debilitatẽ non recusat, & deformitatẽ, & nouissime acutam

crucem,

crucem, dummodo inter hæc mala spiritus prorogetur. Debi-
 lem facito manu, debilem pede, debile coxa, tuber astruc gib-
 berum, lubricos quate dentes, uita dum superest, bene est. Hæc
 mihi, mel acutam si subdas crucē, sustineo. Quod miserimum
 erat, si incidisset, optatur, & tanquā uita petitur, supplicij mo-
 ra. Contemptissimum putarem, si uiuere uellet usq; ad crucem.
 Tu uerò, inquit, me debiles licet, dum spiritus in corpore fra-
 cto & inutili maneat: depraues licet, dum monstruoso & di-
 storto, temporis aliquid accedat: suffigas licet, & acutam sen-
 suro crucē subdas, est tanti uulnus suum premere, & patibulo
 pendere destrictū, dum differat id quod est in malis optimum,
 supplicij finem, est tanti habere animam, ut agam. Quid huic
 optes, nisi dcos faciles? quid sibi uult ista carminis effœminati
 turpitudos? quid timoris dementissimi pactio? quid tam fœda ui-
 tæ medicatio? Cui putas unquā recitasse Vergiliū, vsque adeo
 ne mori miserū est? Optat ultima malorū, & que pati grauif-
 simum est extendi ac sustineri cupit, qua mercede? scilicet uitæ
 longioris. Quid autē huius uiuere est? Diu mori. Inuenitur ali-
 quis, qui malit inter supplicia tabescere & perire mēbratim,
 & toties per stillicidia amittere animam, quam semel exhala-
 re. Inuenitur qui uelit adactus ad illud infelix lignum iam de-
 bilis, iam prauus, & in fœdum scapularum ac pectoris tuber
 elisus, cui multa moriendi causæ etiam citra crucem fuerant,
 trahere animam tot tormenta tracturam. Nega nunc magnum
 beneficium esse naturæ, quod necesse est mori. Multi peiora pa-
 cisci adhuc parati sunt, etiam amicum prodere, ut diutius ui-
 uant, & liberos ad stuprū manu sua tradere, ut contingat lucē
 uidere, tot consciam scelerū. Excutiēda uita cupido est, discen-
 dumq; nihil interesse, quando patiaris, quod quandoq; patien-
 dum est, Quam bene uiuas referre, non quamdiu, Sæpe autem
 in hoc esse bene, ne diu. Vale.

*cōmēdatio?

EPIST. CIII. Caullatoriam ponit de claritate post mortem disputationem. Deinde Philosophice de eadem differit claritate.

Quomodo molestus est iucundum somniū uidenti qui excitat: aufert enim uoluptatem etiā si falsam, affectum tamen meræ habentem: sic epistola tua mihi fecit iniuriam. Reuocauit enim me cogitationi aptæ traditū: & iturum (si licuisset) ulterius iuuabat de æternitate animarū querere, imò mehercule credere. Credebam enim facile opinionibus magnorū uirorū, rem gratissimam promittentū magis quā probantū. Dabam me spei tantæ. Iam eram fastidio mihi, iam reliquias ætatis infractæ cōtemnebā, in immensum illud tēpus, & in possessionem omnis æui transiturū: cum subito experrectus sum, epistola tua accepta, et tam bellum somniū perdidī, quod repetam, si te dimiserō, & redimam. Negas me epistola prima, totam quæstionem explicuisse, in qua probare conabar id, quod nostris placet, claritatē, quæ post mortem contingit, bonū esse. Id enim me nō soluisse, quod opponitur nobis. Nullum, inquit, bonum ex distantibus. Hoc autem ex distantibus constat. Quod interrogas mihi Lucili, eiusdem quæstionis est, loci alterius, & ideò non hoc tantū, sed alia quoq; eodem pertinentia distuleram. Quædā enim, ut scis, moralibus rationalia immixta sunt. Itaq; illam partem rectam & ad mores pertinentem tractaui, Nunquid stultum sit ac superuacū, ultra extremū diem curas transmittere. An cadant bona nostra nobiscū, nihilq; sit eius, qui nullus est. An ex eo, quod cum erit sensuri non sumus, aliquis fructus percipi, aut peti possit. Hæc autem omnia ad mores spectant. Itaq; suo loco sita sunt. At quæ à dialecticis contra hanc opinionem dicuntur, segreganda fuerunt, & ideò seposita sunt. Nunc quia omnia exigis, omnia quæ dicunt persequar, deinde singulis occurrā. Sed nisi aliquid prædixero, intelligi non poterunt

quæ

que resellentur. Quid est etiam nunc quod prædicere uelim?
 Quædã continua esse corpora, ut hoïem: quædam cõposita, ut
 nauem, domũ, oïa deniq; quorũ diuersæ partes iunctura in unũ
 sunt coactæ: quædam ex distantibus, quorũ adhuc mēbra sepa-
 rata sunt, tanquã exercitus, populus, senatus. Illi enim per quos
 ista corpora efficiuntur, iure aut officio cohærēt, natura didu-
 cti & singuli sunt. Quid est, quod etiã nunc præcidere uelim?
 Nullum bonũ putamus esse, quod ex distantibus constat. Vno
 enim spiritu unũ bonum *cõtineri ac regi debet, unũ esse unius
 boni principale. Hoc si quando desideraueris, per se probatur.
 Interim ponendũ fuit quia in nos tela mittitur. Dicitis, inquit,
 nullum bonũ ex dist. antibus esse. Claritas autē ista, bonorũ ui-
 rorum opinio est. Nam quomodo fama nõ est unius sermo, nec
 infamia unius mala existimatio, sic nec claritas uni bono pla-
 cuisse. Consentire in hoc plures insignes et præstantes uiri de-
 bent, ut claritas sit. Hæc autē ex iudicijs pluriũ efficitur, id est,
 distantium, ergo non est bonum. Claritas, inquit, laus est, à bo-
 nis bono reddita, laus oratio, oratio uox est aliquid significans.
 * Vox est autem, licet uirorũ sit bonorũ, Neq; enim quicquid
 uir bonus facit bonum est. Nam & plaudt & sibilat, sed nec
 plausum quisquã, nec sibilum, licet oïa eius admiretur & lau-
 det, bonũ dicit, nõ magis quã sternutamentũ aut tussim. Ergo
 claritas bonũ non est. Ad summã, dicite nobis, utrum laudãtis,
 an laudati bonum sit? Si laudantis bonum esse dicitis, tam ri-
 diculam rem facitis, quã si affirmetis meum esse, quod alius
 bene ualeat. Sed laudare dignos honesta actio est, ita laudan-
 tis bonum est, cuius actio est, non nostrum qui laudamur. At
 qui hoc querebatur, Respondebo nunc singulis cursim. Pri-
 mum, an sit aliquid ex distantibus bonum, etiam nunc quæri-
 tur, & pars utraq; sententias habet. Deinde claritas desiderat
 multa suffragia, potest & unius boni uiri iudicio esse conten-

*continua

* Vox autē,
 licet bonorũ
 sit uirorũ, bo-
 num non est.
 Nã et plaud.

ta. Nam oēs bonos bonus unus iudicat. Quid ergo, inquit, & fama erit unius hominis existimatio, & infamia unius malignus sermo? Gloriam quoq; inquit, latius fusam intelligo. Consensum enim multorū exigit. Diuersa horum conditio et illius est. Quare? Quia si de me bene uir bonus sentit, eodem loco sum, quo, si oēs boni idem sentirent. Omnes enim si me cognouerint, idem sentient. Pars illis idemq; iudicium est: æque uerò

*inspicitur

*insistitur

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*si interrogentur,

*alterius: a lias, à literis

Et cum æque antiquus Poëta ait, Laus *alit artes, non laudationem dicit, quæ corrumpit artes. Nihil enim æque, & elo-

quent

quentiam, & omne aliud studium auribus debitum uitiauit, quam popularis assensio. Fama utiq; uocem desiderat, claritas non potest enim citra uocem contingere, contenta iudicio: plena est, non tantum inter tacentes, sed etiam inter reclamantes. Quid intersit inter claritatem & gloriam, dicam, Gloria multorum iudicij constat, claritas bonorum. Cuius, inquit, bonum est claritas, id est, laus bono à bonis reddita, utrum laudati an laudantis? Vtriusq; mecum qui laudor, quia natura me amantem omnium genuit, & benefecisse gaudeo, & gratos me inuenisse uirtutum interpretes letor. Hoc plurimum bonum est, quod grati sunt, sed & meum. Ita enim animo compositus sum, ut aliorum bonum, meum iudicem, utique eorum quibus istius sum boni causa. Est illud *laudantium bonum. *Laudatio-
 Virtute enim geritur. Omnis autem uirtutis actio bonum est. num
 Hoc contingere illis non potuisset, nisi ego talis essem. Itaque utriusque bonum est, merito laudari: tam mehercule, quam bene iudicasse, iudicantis bonum est, & eius, secundum quem iudicatum est. Nunquid dubitas quin iustitia, & habentis bonum sit, & sit item eius, cui debitum soluit? Merentem laudare iustitia est, igitur utriusque bonum est. Cauillatoribus istis abunde responderimus. Sed non debuit hoc nobis esse propositum *arguta differere, & Philosophiam in has angustias *argutias
 ex sua maiestate detrahere. Quanto satius est ire aperta uia ferere
 & recta, quam sibi ipsi flexus disponere, quos cum magna molestia debeas relegere. Neque enim quicquam aliud istæ disputationes sunt, quam *inter se perite captantium lus. Dic *inuicem se
 potius, quam naturale sit in immensum mentem suam extendere. Magna & generosa res est humanus animus, nullos sibi puerorum
 ponit nisi communes, & cum deo terminos patitur. Primum *uectis: alias
 humilem non accipit patriam, Ephesum aut Alexandriam, aut uectoribus:
 si quod est etiam nū frequentius accolis. Latius nautis *solum, alias, aduenis

Illi patria est, quacumq; Sol meat, & uniuersa circuitu suo cin-
 git. Hoc omne conuexum intra quod iacent maria cum terris,
 intra quod aer humanis diuina secernens etiam coniungit,
 intra quod disposita tot numina in actus suos excubant, inde
 certam aetatem sibi dari non sinit. Omnes, inquit, anni mei sunt,
 Nullum seculum magnis ingenijs clusum est, nullum non co-
 gitationi peruium tempus. Cum uenerit dies ille, qui mixtum
 hoc diuini humaniq; secernat. Corpus hoc ubi inueni, relin-
 quam: ipse me dijs reddam, nec nunc sine illis sum, sed graui
 terrenoq; detineor per has mortalis aevi moras. Illi meliori ui-
 ta, longiori q; praeluditur. Quemadmodum nouem mensibus
 nos tenet maternus uterus, & praeparat non sibi, sed illi loco,
 in quem uidemur emitti iam idonei. Spiritum trahere, & in
 aperto durare: sic per hoc spacium, quod ab infantia patet
 in senectutem, in aluum naturae sumimur, et tanquam partum
 alia origo nos expectat, alius rerum status. Nondum coelum
 nisi ex interuallo pati possumus. Proinde intrepidus horam
 illam decretoriam prospice. Non est animo suprema, sed cor-
 pori. Quicquid circa te iacet rerum, tanquam hospitalis loci
 sareinas specta. Transendum est. Excitit redeuntem natura,
 sicut intrantem. Non licet plus afferre, quam intuleris. Imò
 etiam ex eo, quod uitam attulisti, pars magna ponenda est.
 Detrahentur tibi haec circumiecta, nouissimum uelamentum
 tui cutis, detrahentur caro & suffusus sanguis, discurrensq;
 per totum, detrahentur ossa neruiq; firmamenta fluidorum ac
 labentium. Dies iste quem tanquam extremum reformidas,
 aeterni natalis est. Depone onus. Quid cunctaris, tanquam nò
 prius quoq; relicto, in quo latebas corpore, extiteris? Haeres
 & reluctaris, tum quoque magno nisu matris expulsus es.
 Gemis, ploras, & hoc ipsum flere, nascentis est. Sed tunc
 debebat ignosci, rudis & imperitus omnium ueneras, ex

maternorum uiscerum calido molliq; fomento emissum, affla-
 uit aura liberior. Deinde offendit duræ manus tactus tenerq;
 adhuc & nullius rei gnarus obstupuisti inter ignota. Nunc ti-
 bi non est nouum separari ab eo, cuius ante pars fueris: æquo
 animo membra iam superuacua dimitte, & istud corpus inha-
 bitatum diu, pone. Scindetur, obruetur, abolebitur. Quid con-
 tristaris? Ita solet fieri. Percunt * sæpe uelamenta nascentium.
 Quid ista sic diligis, quasi tua? Istis opertus es. Veniet qui te
 reuelat dies, & ex contubernio scædi, atq; olidi uentris educat.
 Hinc nunc quoq; tu quantum potes subuola: ab alijs, nisi quæ
 necessariò cohærebunt, alienus. Iam hinc altius aliquid, subli-
 miusq; cogita intra te, quando naturæ tibi arcana reteguntur,
 discutietur ista caligo & lux undiq; clara percutiat. Imagi-
 nare tecum, quantus ille sit fulgor, tot syderibus inter se lumen
 miscentibus. Nulla serenæ umbra turbabit, equaliter splêdebit
 omni coeli latus. Dies & nox, æris infimi uices sunt. Tunc in
 tenebris uixisse dices, cum totam lucem totus aspexeris, quam
 nunc per angustissimas oculorum uias obscure intueris, & ta-
 mē admiraris iam procul. Quid tibi uidebitur diuina lux, cum
 illam suo loco uideris? Hæc cogitatio nihil sordidum aîo sub-
 sidere sinit, nihil humile, nihil crudele. Deos omnium rerum esse
 testes ait. Illis nos approbari, illis in futurum parari iubet, &
 æternitatem proponere: quam qui mente concepit, nullos hor-
 ret exercitus, non terretur tuba, nullis ad timorem minis agi-
 tur. Quæ qui mēte teneat quid mori expaueat. Sed & ille quoq;
 qui tam diu aîm iudicat manere, quam diu retinetur corporis
 uinculo, solutū totum spargi, id agit, ut etiam post mortē utilis
 esse possit: Quæuis enim ipse ereptus sit oculis, tamē Multa uiri
 uirtus animo, multusq; recursat Gentis honos. Cogita quātum
 nobis exempla bona profint, scies magnorū uirorum non mi-
 nus memoriam quàm præsentiam esse utilem. Vale.

*semper

EPIST. CIII. De pernitie insidiarum quæ sunt ex homine, de hominis officio, Et quomodo philosophia utendum sit.

Quid ista circumspicis, quæ tibi possunt fortasse euenire, sed possunt & non euenire? incendium dico, ruinam. Alia quæ nobis incidunt, non insidiantur. Illa potius uide, illa deuita, quæ nos obseruant, quæ captant. Rari sunt casus, etiam si graues, naufragium facere, uehiculo euertere. Ab homine homini quotidianum periculum. Aduersus hoc te expedi, hoc intentis oculis intueri. Nullum enim malum frequentius, nullum pertinacius, nullum blandius. Tēpestas minatur, antequam surgat. Crepant ædificia antequam corruant, prænunciat fumus incendium. Subita est ex homine perniciēs, & eo diligētius tegitur, quo propius accedit. Erras si istorū tibi qui occurrunt, nullibus credis: hominum effigies habent, animos ferarum: nisi quod illarū perniciosior est primus incursus, quos transire non queunt. Nunquā enim illas ad nocendum nisi necessitas * misit. Hæ autem fame, aut timore coguntur ad pugnam. Homini pericūlum sit, ut cogites, quid sit hominis officium. Alterum intueri ne le daris, alterum ne le das. Cōmodis omnium leteris, mouearis incommodis, & memineris quæ præstare debeas, quæ cauere. Sic uiuendo quid consequeris? Non, ne noceant, sed ne fallant. Quantum autem potes in philosophiam secede, illa te sinu suo proteget. In huius sacrario eris, aut tutus, aut tutior. Non arietant inter se, nisi in eodem ambulantes. Quid autem ipsam philosophiam non debebis iactare. Multis fuit periculi causa insolenter * tractata, & cōtumaciter uitia tibi detrahat, non alij exprobrat, non abhorreat à publicis moribus, nec hoc agat, ut quicquid non facit, damnare uideatur. Licet sapere sine pompa, sine inuidia.

* inijcit

3

* iactata

ANNOT. IN LIB. XVII.

EPISTOLA. CIII.

1 Nisi aliud prædixero. Reclamantibus licet exemplaribus lego præcidero, quæ admodum & in his quæ sequuntur. Alludit enim ad re inuolutam, quæ interdum non licet explicare, nisi quædam prius amputaris.

2 In nostra tela mittuntur, Non suffragabantur exemplaria, non dubito tamen quin legendum sit, cui nostra tela innatur. Sentit enim assumendum aliquid per se notum, ad fulturam argumentationis, quemadmodum telæ substernitur stamen.

3 Aut si quod est etiam nunc frequentius oculis lætius uectis. Solum illi patria est, quodcuq; suprema & uniuersa circuitu suo cingitur. Non multum suffragabantur exemplaria: propemodum tamen conuictio legendum, aut si quod est etiam nunc frequentius oculis lætius uectis solum. Illi patria est, quodcuq; superne uniuersa circuitu suo cingit, hoc omne conuexum intra quod iacent maria cum terris, intra quod aër, &c. Hoc tantisper ualeat, donec aliquid certius dabunt uetusti codices. Videntur admixta hemistichia iambicorum.

4 Et in aperto durare, super hoc spatium, quod ab infantia patet in senectutem, in alium maturæ sumimus partem. Sic prior æditio. In nonnullis subuenerunt exemplaria, super & maturæ, nos felici ut opinor, coniectura, mutauimus, legentes hunc in modum. Sic per hoc spacium quod ab infantia, &c. in alium naturæ sumimur partem. Sic peruerterant insuper: sic respondet ad quemadmodum quod præcessit.

EPIST. CIII.

5 Laus alterius in aliis laus à literis. Ipse sermonis tenor docet legendum. Laus alit artes. Est enim clausula carminis heroici. Id imitatus Cicer. honos alit artes, Item Ouidius. Laudataq; uirtus Crescit.

EPISTOLA CIIII.

6 Illa te uisu suo proteget. In aliis erat, nisi legendum opinor in sinu suo, siue sinu suo.

LVCII ANNAEI SE-

NECAE EPISTOLARVM AD

LVCILIVM LIB. XVIII.

EPIST. CV. Qualiter secessio in ocium uel peregrinatio non proffit, sed noceat sine curatione animi. Et de magnanimitate & excellentia humani spiritus, quem non laborem uel mortem timere exemplo Socratis & Catonis insinuat.

IN



NON Nomētanam meum fugi, quid putas: ur-
 bem: imò febrē, & quidem surrepentem. Iam
 manum mihi iniecerat, protinus itaq; parari
 uehiculum iussi, Paulina mea retinente. Me-
 dicus initia esse dicebat motis uenis, sed in-
 certis & naturalem turbantibus modū. Exire perseueraui. Il-
 lud mihi in ore erat domini mei Gallionis, qui cum in Achaia
 febrē habere coepisset, protinus nauem ascendit, clamitans nō
 corporis esse, sed loci morbū. Hoc ego Paulinae meae dixi, quae
 mihi ualitudinem meam commendat. Nam* cū scias spiritum
 illius in meo uerti, incipio ut illi consulam mihi consulere. Et
 quum me fortiorem senectus ad multa reddiderit, hoc benefi-
 cium etatis amitto. Venit mihi in mentem in hoc senē & adu-
 lescentem esse, cui parcitur. Itaq; quoniam ego ab illa non im-
 petro ut se fortius amet, impetrat illa, ut me diligentius amem.
 Indulgendum est enim honestis affectibus, & interdum etiam
 si premunt causae, spiritus in honorē suorum uel cum tormēto
 reuocandus, & in ipso ore retinendus est, cum bono uiro uiuē-
 dum sit, non quamdiu iuuat, sed quamdiu oportet. Ille qui non
 uxorem, non amicum tanti putat, ut diutius in uita cōmoretur,
 qui perseuerat mori, delicatus est. Hoc quoq; imperet sibi ani-
 mus, ubi utilitas suorum exigit, nec tantum sibi uelit mori: sed
 si cōperit intermittat, & suis se* cōmodet. Ingentis animi est,
 aliena causa ad uitam reuerti, quod magni uiri saepe fecerunt,
 Sed hoc quoq; summāe humanitatis existimo, senectutem suam
 cuius maximus fructus est, securior sui tutelā, & uitae usum ani-
 mosior, attentius conseruare, si scias alicui tuorum esse dulce,
 utile, optabile. Habet praeterea in se non mediocre ista res gau-
 dium, & mercedem. Quid enim iucundius quā uxori tam
 charum esse, ut propter hoc tibi charior fias? Potest itaq; Pau-
 lina mea non tantum suum mihi timorem imputare, sed etiam

* Nam con-
 sciū spir.

* concedat.

meum. *Quæris ergo quomodo mihi consilium profectio-
 cesserit? Ut primum grauitatē urbis exceſſi, & illum nidorem
 culinarum fumigantiū, quæ motæ quicquid pestiferi uaporis
 obruerāt, cum puluere effundunt, protinus mutatam ualetudi-
 nem ſenſi. Quantum deinde adiectum putas uiribus, poſtquam
 uineas attigis in paſcuum emiſſus, cibum meū inuaſi, Repetiui
 ergo iam me, nō permansit marcor ille corporis dubij, & ma-
 le cogitantis. Incipio toto animo ſtudere. Non multum ad hoc
 locus confert, niſi ſe ſibi præſtet animus, qui ſecretum & in oc-
 cupationibus medijs ſi uolet habebit. At ille qui regiones eligit
 & otium captat, ubiq; quo diſtingatur inueniet. Nam Socra-
 tem querētī cuidā, quod nihil ſibi peregrinationes profuiſſent,
 reſponſiſſe ferunt, Non immerito hoc tibi euenit, Tecum enim
 peregrinabar. O quā bene cum quibuſdam ageretur, ſi à ſe
 aberrarent. Nunc primum ſeiſpoſ ſollicitant, corrumpunt, ter-
 ritant. Quid prodeſt mare traicere, & urbes mutare? Si uis
 iſta quibus urgeris effugere non alibi ſis oportet, ſed alius. Pu-
 ta ueniſſe te Athenas, puta Rhodon. Elige arbitrio tuo ciuita-
 tem. Quid ad rem pertinet quos illa mores habeat? Tuos affe-
 res, Diuitias iudicabis bonū? Torquebit te paupertas, & (quod
 eſt miſerrimū) falſa. Quamuis enim multum poſſideas, tamen
 quia aliquis plus habet, tanto tibi uideris deficere, quanto uin-
 ceris. Honores iudicabis bonum? Male te habebit ille conſul ſa-
 ſtus, ille etiā reſectus, *ringeris, quoties aliquem in ſaſtis ſe-
 pius legeris. Tantus erit ambitionis furor, ut nemo tibi poſt te
 uideatur, ſi aliquis ante te fuerit. Maximum malum iudicabis
 mortem, cū illa nihil ſit mali, niſi quod ante ipſam eſt timeri?
 Exterrebunt te non tantum pericula, ſed ſuſpicionibus iuanis
 ſemper agitaaberis. Quid enim proderit euafiſſe tot urbes ar-
 golicas, mediosq; fugam tenuiſſe per hoſtes? Ipſa pax timores
 ſubminiſtrabit. Ne tutis quidē habebitur fides, cōſternata ſe-
 mel*

* inuidebis,

mel mente, quæ tibi cōsuetudinem pauoris improvidi fecit; etiā
 ad tutelā salutis tuæ inhabilis es. Non enim uitat, sed fugit, ma-
 gis autē periculis patemur auersi. Grauisimū iudicabis malum
 aliquem ex his quos amabis amittere, cum interim hoc tam
 ineptum erit quam flere, quod arboribus amœnis & donum
 tuam ornantibus decidant folia? Quicquid te delectat æque
 uiuet. Viuunt dum uiuent. Vtiq; alium alio die casus excuuet.
 Sed quemadmodū frondium iactura facilis est, quia renascuntur,
 sic istorum quos amas, quosq; oblectamenta uitæ putas esse
 se damnatum, quia reparantur, etiam si non renascuntur. Sed nō
 erunt ijdem. Ne tu quidem idem eris. Omnis dies, omnis hora
 te mutat, sed in alijs rapina facilius apparet, hic latet, quia nō
 ex aperto fit. Alij auferuntur, at ipsi nobis furto subducimur.
 Horum nihil cogitabis, nec remedia uulneribus appones, sed
 ipse tibi se res sollicitudinum causas, alia sperando, alia despe-
 rando? Si sapias alterum alteri misceas, nec speraueris sine de-
 speratione, nec desperaueris sine spe. Quid per se prodesse
 peregrinatio cuiquam potuit? Non uoluptates illa temperauit,
 non cupiditates refrenauit, non iras repressit, non indomitos
 amoris impetus fregit, nulla deniq; animo mala eduxit, non iu-
 dicium dedit, non excusit errorem, sed ut puerum ignota mi-
 rantem, ad breue tempus rerum aliqua nouitate detinuit. Cæ-
 terum inconstantiam mentis, quæ maximè ægra est, lacepsitam,
 mobiliorem, leuioremq; reddidit ipsa iactatio. Itaq; qui petie-
 rant cupidissimè loca, cupidius deserunt, & auium modo
 transuolant, citiusq; quam uenerant abeunt. Peregrinatio no-
 ticiam dabit gentium, nouas tibi montium formas ostendet, inusi-
 tata spacia camporum, & irriguas perrennibus aquis ualles,
 & alicuius fluminis sub obseruatione naturam, siue ut Nilus
 æstiuo incremento tumet, siue ut Tigris eripitur ex oculis, &
 acto per occulta cursu integræ magnitudini redditur, siue ut

Meander

Mæander poetarū omnium exercitatio & ludus, implicatur cre-
 bris anfractibus, & sepe in uicinū alueo suo admotus, antequā
 sibi influat flebitur: ceterū neq; meliorē faciet, neq; sanio-
 rem. Inter studia uersandum est, & inter autores sapiētiae, ut quæ-
 sita discamus, nondū inuenta queramus. Sic eximēdus animus,
 ex miserrima seruitute in libertatē asseritur. Quamdiu quidē
 nescieris, quid fugiendū, quid petendū, quid necessariū, quid su-
 peruacuum, quid iustū, quid honestū sit, non erit hoc peregrini-
 nari, sed errare. Nullam tibi opē feret iste discursus. Peregrini-
 naris enim cum affectibus tuis, & mala te tua sequuntur. Vti-
 nam quidē sequerentur, longius abessent: nunc fers illa, uon-
 ducis. Itaq; ubiq; te premūt, & paribus incōmodis urunt. Me-
 dicina ægro, non regio querenda est. Fregit aliquis crus, aut
 extorsit articulū, non uehiculū nauemq; conscendit, sed aduo-
 cat medicum ut fracta pars iūgatur, ut luxata in locū repona-
 tur. Quid ergo animū tot locis fractū & extortum credis lo-
 corum mutatione posse sanari? Maius est istud malū, quān-
 gestatione curetur. Peregrinatio non facit medicū, nō oratorē.
 Nulla ars loco discitur. Quid ergo? Sapiaentia res omnium ma-
 xima non itinere colligitur. Nullum enim mihi crede iter est,
 quod te extra cupiditates, extra iras, extra metus sistat. Aut si
 quod esset, agmine factō, gens illuc humana pergeret. Tandiu
 ista urgebunt mala, macerabuntq; per terras ac maria uagū,
 quamdiu malorū gestaris causas. Fugam tibi nō prodesse mi-
 raris: tecum sunt quæ fugis. Te igitur emenda, onera tibi de-
 trahē. & *emenda desideria, aut intra modum saltem contine.
 Omnem ex animo erade nequitiam. Si uis peregrinationes ha-
 bere iucundas, tuū comitem sana. Hærebit tibi auaritia, quam-
 diu auaro sordidoq; conuixeris. Hærebit tumor, quamdiu cū
 superbo conuersaberis. Nunquam seuitiam in tortoris contu-
 bernio pones. Incendent libidines tuas adulterorū sodalitia. Si

*amanda, id
 est, abige,
 expelle.

uelis uitij exui, longe à uitiorum exemplis recedendum est. Auarus, corruptor, scelus, fraudulētus, multū nocituri si prope te fuissent, intra te sunt. Ad meliores transi. Cum Catonibus uiue, cū Lælio, cū Tuberone: quod si conuiuere etiā Græcis iuuat, cū Socrate, cum Zenone uersare. Alter te docebit mori si necesse erit, alter, antequā necesse erit. Viue cū Chrysiippo, cū Posidonio. Hi tibi tradent diuinorū humanorūq; notitiā. Hi iubebunt in opere esse, nec tantū scitē eloqui, & in oblectationem audientū uerba iactare, sed animū indurare, et aduersus minas erigere. Vnus est enim huius uitæ fluctuantis & turbidæ portus, euentura contemnere. Stare fidenter, apertē, tela fortune aduerso pectore excipere, non latitantē, nec tergiuersantem. Magnanimes nos natura produxit, & ut quibusdam animalibus serū dedit, quibusdam subdoli, quibusdam pauidi, ita nobis gloriosum & excelsum spiritū, quærentē ubi honestissime, non ubi tutissime uiuat, simillimū mundo, quē quantū mortalibus passibus licet, sequitur æmulaturq;. Proferat se, laudari et aspici gesit. Dominus omnium est, supra oia est. Itaq; nulli se rei submittit, nihil illi uidetur graue, nihil quod incuruet.

Terribiles uisu formæ, lethumq; labosq;.

Minime quidē si quis rectis oculis intueri illa possit, et tenebras perirūpere. Multa p̄ noctē habita terrori, dies uertit ad risum.

Terribiles uisu formæ lethumq; labosq;.

Egregiē Virgilius noster nō re dixit terribiles esse, sed uisu id est, uideri, non esse. Quid, inquam, in istis est tam formidabile, quā fama uulgauit? Quid est obsecro te Lucilli cur timeat laborē uir, mortē homo? Totiēs mihi occurrunt isti qui non putant fieri posse, quicquid facere non possunt, & aiunt nos loqui maiora quā quæ natura humana sustineat. At quāto ego de illis melius existimo, ipsi quoq; hæc possunt facere, sed nolunt. Deniq; quæ unquā ista destituere tentantē, cui non

facillora

faciliora apparere in actus Non quia difficilia sunt, non aude-
 mus, sed quia non audemus, difficilia sunt. Si tamen exemplum
 desideratus, accipite Socratem* perpetitū senem, per oīa aspe-
 ra iactatum, inuictū fame & paupertate, quam grauiorem illi
 domestica onera faciebant, & laboribus, quos militares quoq;
 pertulit, quibus ille domi exercitus, siue uxorem eius moribus
 feram, lingua petulantē, siue liberos indociles, & matri quam
 patri similiores. Sic ferē, aut in bello fuit, aut in tyrannide, aut
 in libertate, bellis ac tyrannis seuiore. Viginti & septem an-
 nis pugnatū est, post finita arma triginta tyrannis noxæ dedi-
 ta est ciuitas, ex quibus pleriq; inimici erant. Nouissima dāna-
 tio est sub grauissimis hominibus impleta, obiecta est & reli-
 gionum uolatio, & iuuentutis corruptela, quam immittere in
 deos, in patres, in remp. dictus est. Post hæc carcer, & uenenū.
 Hæc usq; eo animū Socratis non mouerunt, ut ne uultū quidē
 mouerint. Illam mirabilē laudē, & singularē, usq; ad extremū
 seruauit: nec hilariorē quisquā, nec tristiorē Socratem uidit:
 æqualis fuit in tanta inæqualitate fortunæ. Vis alterū exemplū?
 Accipe hunc Marcū Catonem recentiorē, cū quo & infestius
 fortuna egit, et pertinacius. Cui cum omnibus locis obstitisset,
 nouissime & in morte, ostendit tamen uirum fortē posse inuita
 fortuna uiuere, inuita mori. Tota illi ætas, aut in armis est ex-
 acta ciuilibus, aut in ætate concipiente, iam ciuile bellum. Et
 hunc licet dicas non minus quam Socratē in seruitute uixisse,
 nisi forte Cn. Pompeiū & Cæsarem & Crassum putas liber-
 tatis socios fuisse. Nemo mutatū Catonē, toties mutata Rep.
 uidit, eundē se in omni statu præstitit. In prætura, in repulsa, in
 accusatione, in prouincia, in cōcione, in exercitu, in morte, de-
 niq; in illa Reipub. trepidatione: cū illinc Cæsar esset decem
 legionibus pugnacissimis subnixus, hinc Cn. Pompeius totis ex-
 ternarum gentium præsidijs, satis unus aduersus omnes. Cū

*perpeſitiū

alij ad Cæsarem inclinarent, alij ad Pompeium, solus Cato fecit aliquas sui & Reip. partes. Si animo complecti uolueris illius imaginē temporis, uidebis illinc plebem, & omnē erectum ad res nouas uulgū: hinc optimates et equestrem ordinē, quicquid erat in ciuitate sancti & *docti: lecti: duos in medio relictos, R. P. & Catonem. Miraberis, inquam, cum animaduuerteris

Atridem, Priamumq; & sæuum ambobus Achillem.

Vtrumque enim improbat utrumque exarmat. Hanc fert de utroq; sententiā. Ait se, si Cæsar uicerit moriturū, si Pompeius exulaturum. Quid habebat quod timeret, qui ea sibi & uicto & uictori constituerat, quæ constituta esse ab hostibus iratissimis poterant? Perijt itaq; ex decreto suo. Vides posse homines labores pati, per medias Aphricæ solitudines pedes duxit exercitū. Vides posse tolerare sitim, & in collibus arenibus, sine ullis impedimentis uicti exercitus reliquias trahens, inopiam humoris loricatus tulit, & quoties aquæ fuerat occasio, nouissimus bibit. Vides honorē & notam posse contemni. Eodem quo repulsus est die, in comitio pila lusit. Vides posse non timeri potentiā superiorū, & Pompeium & Cæsarem, quorū nemo alterum offendere audebat, nisi ut alterū demeretur, simul prouocauit. Vides tam mortem posse cōtemni quàm exilium, & exilium sibi indixit, & mortem, & interim bellum. Possumus itaq; aduersus ista tantum habere animi, libeat modo subducere iugo collum. In primis autem respuendæ sunt uoluptates, enervant, & effæminant, et multum petunt, multum autem à fortuna petendum est, Deinde spernendæ opes, auctoramenta sunt seruitutum, Aurum & argentum, & quicquid aliud felices domos onerat, relinquatur. Non potest gratis constare libertas. Hanc si magno æstimas, omnia paruo æstimanda sunt. Vale.

EPIST. CVI. Quatuor esse quæ hominem in perniciem hominis instigant, & quomodo singulorum eorum uitetur incommodum. Et quod magna pars securitatis est nihil inique facere.

Quæ obseruanda tibi sint, ut tutior uiuas, dicam. Tu tamē sic audias cēseo ista præcepta, quomodo si tibi præciperem, qua ratione bonam ualitudinem in Ardeatino tuere-
ris. Considera, quæ sint quæ hominem in perniciē hominis in-
surgent, inuenies spem, inuidiā, odium, metum, contemptum, Ex
omnibus istis, adeo leuissimum est contemptus, ut multi in illo
remedij causa delituerint. Quem quis contemnit, non calcat
sine dubio, sed transit, Nemo homini contempto, pertinaciter,
nemo diligenter nocet. Etiam in acie iacens præteritur, cū stan-
te pugnatur. Spem improborū uitabis, si nihil habueris, quod
cupiditatem alienā & * improbam iritet, si nihil insigne pos-
sederis. Concupiscuntur enim insignia, etiam si parū nota sunt.
Sic uerò inuidiā effugies, si te non ingesseris oculis, si bona tua
nō iactaueris, si scieris, in sinu gaudere. Odium autē ex offen-
sa sic uitabis, neminem laceffendo gratuitò, à quo te sensus cō-
munis tuebitur, fuit enim hoc multis periculosum. Quidā odiū
habuerunt nec inimicū. Illud ue timearis, præstabit tibi & for-
tunæ mediocritas, & ingenij lenitas, cū te esse homines scient,
quem offendere sine periculo possint. Reconciliatio tua & fa-
cilis sit & certa. Timeri autē tam domi molestum est, quàm fo-
ris, tam à seruis, quàm à liberis. Nulli non ad nocendum satis
uirium est, Adijce nunc, quod qui timetur, timet. Nemo potuit
terribilis esse secure. Contemptus superest, cuius modum in sua
potestate habet, qui illum sibi adiunxit, qui contemnitur, quia
uoluit, non quia debuit. Huius incommodum, & artes bonæ
discutiunt, & amicitie eorum, qui apud aliquem impotentem
potentes sunt, quibus applicari expediet, non implicari, ne plu-
ris remedium quàm periculum constet. Nihil tamen æquè pro-
derit,

*intemperie



derit, quàm quiescere, & minimum cum alijs loqui, plurimum secum, Est quædam dulcedo sermonis quæ irrepit & eblanditur, & non aliter quàm ebrietas, aut amor, secreta prodit. Nemo quod audierit tacebit, nemo quantum audierit loquetur. Qui rem non tacuerit, non tacebit autorem. Habet unusquisq; aliquem cui tantum credidit, quantum ipsi creditum est: ut garrulitatem suam custodiat, & contentus sit unius auribus, poculum faciet. Sic quod modo secretum erat, rumor est. Securitatis magna portio est, nihil iniqui facere. Confusam vitam & perturbatam impotentes agunt, tantum metuunt, quantum nocent, nec ullo tempore uacant. Trepidant enim cum fecerunt: hærent: conscientia aliud agere non patitur, ac subinde respicere ad se cogit. Dat pœnas, quisquis expectat: quisquis autem meruit, expectat. Tutum aliqua res in mala conscientia præstat, nulla securum. Putat enim se etiam si non deprehenditur posse deprehendi: & inter somnos mouetur, & quoties alicuius scelus loquitur, de suo cogitat. Non satis illi
 *oblitteratum uidetur, non satis tecum, Nocens habuit
 aliquando latendi fortunam, nunquam fiduciam. Vale.

*solute ob-
litteratum

EPIST. CVII. Quod affectus animi sint corpora captiose disputat, quam disputationem è uestigio damnat.

Tardius rescribo ad epistolas tuas, non quia districtus occupationibus sum, hanc excusationem caue audias. Vaco, & omnes qui uolunt uacant. Neminè res sequuntur, ipsi illas amplexantur, & argumentū esse felicitatis occupationem putant. Quid ergo fiat, quare nō protinus rescribere tibi de qua querebas? Veniebat in contextū operis mei, scis enim me morale philosophiam uelle complecti, & oēs ad eā pertinentes quæstiones explicare. Itaq; dubitavi utrum differrè te, an donec suus isti rei ueniret locus, ius tibi extra ordinem dicerem:

Humanus

Humanus uisum est tam longe uenientē, non detinere. Itaq; & hoc ex illa serie rerum coherentū excerptam, & si qua erunt huiusmodi, nō querenti tibi ultro mitam. Quæ sint hæc interrogas? Quæ scire magis iuuat, quàm prodest, sicut hoc de quo quæris, an corpus bonū sit. Bonum prodest, Facit enim. Quod facit corpus est. Bonū, agit aī, & quodammodo format, & continet. Quæ ergo propria sunt corporis, ea corporis bona sunt, corpora ergo sunt, & quæ animi sunt. Nam & hic corpus est. Bonum hoīs necesse est corpus sit, cum ipse sit corporalis: mentior, nisi & quæ alunt illud, & quæ ualitudinē eius uel custodiunt uel restituunt corpora sunt. Ergo et bonū eius corpus est. Non puto te dubitaturum an affectus corpora sint, ut aliud quoq; de quo non quæris infulciam: tanquā ira, amor, tristitia: si dubitas, uide an uultū nobis mutant, an frōtem astringant, an faciē diffundant, an ruborem euocent, an fugent sanguinem. Quid ergo tam manifestas corporis notas credis imprimi nisi à corpore? Si affectus corpora sunt & morbi aīorum, & auaritia, crudelitas, indurata uitia, & in statum inemendabilem adducta, ergo & malitia, & species eius oēs, malignitatis, inuidia, superbia. Ergo & bona, primū quia contraria istis sunt. Deinde quia eadē tibi iudicia præstabunt. An non uides quantum oculis det uigorem fortitudo? Quantam intentionem prudentia? Quantam modestiam & quietē reuerentia? Quantam serenitatem lætitia? Quātum rigorem seueritas? Quantam remissionem ueritas? Corpora ergo sunt, quæ colorem habitumq; corporum mutant, quæ in illis regnum suum exercent. Omnes autem quas retuli uirtutes, bonæ sunt, & quicquid ex illis est. Nunquid est dubium an id quo quid tangi potest, corpus sit? Tangere enim & tangi, nisi corpus nulla potest res, ut ait Lucretius. Omnia autem ista quæ dixi, non mutarent corpus, nisi tangerent, ergo corpora sunt. Etiamnum cui tanta uis est, ut

*concitet

impellat & cogat et retineat & iubeat, corpus est. Quid ergo? non timor retinet? Non audacia impellit? Non fortitudo immittit, & impetū dat? Non moderatio refrenat ac reuocat? Non gaudium extollit? Non tristitia obducit? Denique quicquid facimus, aut malitiæ, aut uirtutis gerimus imperio. Quod imperat corpori, corpus sit. Quod uim corpori affert corpus, bonum corporis corporale, bonum hominis, & corporis bonum est, itaq; corporale est. Quoniam ut uolūsi morem gesti tibi, nunc ipse dicam mihi, quod dicturū esse te uideo. Latruculis ludimus, in superuacuis subtilitas teritur. Non faciunt bonos ista, sed doctos. Apertior res est sapere, imò simplicior est. Paucis opus est ad mentem bonam uti literis, Sed nos ut cetera in superuacuum diffundimus, ita Philosophiam ipsam. Quemadmodum omnium rerum, sic literarum quoq; intemperantia laboramus. Non uitæ, sed scholæ discimus. Vale.

EPIST. CVIII. Quæ patienda sunt ambulanti, per huius uitæ uiam. Et præmeditatio leuissima facit esse grauiora. Et qualiter uarietas mortalitatis & fatum, æquanimiter ferenda sunt.

*Quid si

Vbi illa prudentia tua? Vbi in despiciendis rebus subtilitas? Vbi magnitudo? Tam pusilla te res angit: serui occupationes tuas, occasionem fugæ putauerunt? * Si amici deciperent. Habeant enim sane nomen, quod illis Epicurus nosser imposuit: ita uocentur. Quota pars nō est si omnibus rebus tuis defunt illi qui & operā tuam conterebant, & te omnibus molestum reddēbant. Nihil horum insolitum, nihil inexpectatum est. Offendi rebus istis tam ridiculū est, quā queri, quod spargaris in publico aut inquineris in luto. Eadem uitæ conditio est, quæ balnei, turbæ, itineris. Quædam intermittentur, quædam incident. Non est delicata res uiuere. Longam uiam ingressus es, & labaris oportet, & erigaris, & cadas, & lass-

ris,

ris, & exclames: O mors, idem *mentiaris, Alio loco comitem *metiaris: a-
 relinques, alio efferes, alio timebis. Per eiusmodi offensus eme-
 tiendum est confragosum hoc iter. Mori uult, pręparetur ani-
 mus contra oĩa. Sciat se uenisse, ubi patiatul fulmen. Sciat se
 uenisse, ubi luctus & ultrices posuere cubilia curę, Pallentesq;
 habitant morbi tristisq; senectus. In hoc contubernio uita de-
 genda est. Effugere ista nõ potes, contēnere potes. Contemnes
 autem, si sepe cogitaueris & futura pręsumpseris, Nemo non
 fortius ad id cui se diu composuerat, accessit, & duris quoq; si
 pręmeditata erant, obstitit. At contra imparatus, etiam leuissi-
 ma expauit. Id agendum est ne quid nobis inopinatum sit. Et
 quia oĩa nouitate grauiora sunt, hæc cogitatio assidua præsta-
 bit, ut nulli sis malo tyro. Serui te reliquerunt, Alium compi-
 lauerunt, alium accusauerunt, alium occiderunt, aliũ prodide-
 runt, alium calcauerunt, alium ueneno, alium criminatione pe-
 tierunt. Quicquid dixeris, multis accidit. Deinde quum multa
 et uaria sint quę in nos diriguntur. Quędam in nos fixa sunt,
 quędam uibrant, & cum maxime ueniunt, quędam in alios
 peruentura nos stringunt. Nihil miremur eorum ad quę nati
 sumus, Quę ideo nulli querenda, quia paria sunt omnibus. Ita
 dico, paria sunt. nam etiam quod effugit aliquis, pati potuit.
 Acquum autem ius est, non quo oēs usi sunt, sed quod omnibus
 latum est. Imperetur æquitas aĩo, & sine querela mortalitatis
 tributa pendamus. Hyems frigora adducit, algendũ est, Aestas
 calores refert, æstuandum est, Intēperies cœli ualitudinem ter-
 rat, ægrotandum est, Et fera nobis loco occurret, et homo per-
 niciosior feris omnibus. Aliud aqua, aliud ignis eripiet. Hanc
 rerum conditionem mutare non possumus. Id possumus, ma-
 gnum sumere animũ, & uiro bono dignũ, quo fortiter fortuita
 patiamur, & nature consentiamus. Natura autē hoc quod ui-
 des regnum mutationibus temperat. Nubilo serena succedunt.

*deseramus

Turbantur maria cū quieuerunt. Flant inuicem uenti. Noctem dies sequitur. Pars cœli consurgit, pars mergitur. Contrarijs rerum æternitas constat. Ad hanc legem animus noster aptandus est, hanc sequatur, huic pareat, & quæcunq; fiunt, debuisse fieri putet, nec uelit oburgare naturam. Optimū est pati, quod emendare non possis, & deum quo auctore cuncta proueniūt, sine murmuratione comitari. Malus miles est, qui imperatorē gemēs sequitur. Quare impigri atq; alacres excipiamus imperia, nec *desinamus hunc operis pulcherrimi cursum, cui quicquid patimur intextū est: & sic alloquamur Iouem, cuius gubernaculo moles ista dirigitur, quomodo Cleāthes noster uersibus disertissimis alloquitur, quos mihi in nostrum sermonem mutare permittitur Ciceronis uiri disertissimi exēplo, Si placuerint, boni consules. Si displicuerint, scies me in hoc secutum Ciceronis exēplum. Duc me parēs celsiq; domitor poli, Quocunq; placuit, nulla parēdi mora est, Assum impiger, Fac nolle, comitabor gemens Malusq; patiar quod pati licuit bono. Ducunt uolentem fata, nolētem trahunt. Sic uiuanus, sic loquamur, paratos nos inueniat atq; impigros fatū, Hic est magnus animus, qui se deo tradidit. At contra ille pusillus ac degener, qui oblectatur & de ordine mundi male existimat, & emendare mauult deos, quā se. Vale.

IN LIB. XVIII. EPIST. CV.

1. Quicquid te delectat æquē uidet, ut uideris, dum uiueret, Alii aliud habebant, sed in totum non placuit. Vide num sic legendum, Quicquid te delectat, æquē uiget, ut uideras, dum uireret. Vtinam uidetur adiectum. Sentit enim nobis uirere quicquid delectat. At delectat etiam memoria rerum bonarum.

EPIST. CVI.

2. Bona ualetudo motu erroris. Quidam habebāt sine metu, unus habebat, quomodo bonam ualetudinem tuearis sine metu erroris. Sed apparebat à studioso quopiam mutatam scripturam. Forte legendum, inardeat sine metu horroris.

L. ANN



Illud t
discen
Nec p
partes
plus o
sed qua
capies
laxat.
obfiden
Ambul
non tan
docenti
hic pro
secum a
bilor. I
lum stua
nit, licet
taberna

LVCII ANNAEI

SENECAE EPISTOLARVM AD

LVCILIVM LIB. XIX.

EPIST. CIX. De moderanda cupiditate discendi, & quanti profectus sit sapientem sapius audire, & quod maiori impetu iuuenes ad Philosophiam quam senes accedimus, ubi notat eos qui dicunt decus Philosophiae esse disputare non uiuere.



DE quo quæris, ex his est quæ scire, tantum eò, ut scias pertinet. Sed nihilominus, quia
 *pertinet properas nec uis expectare libros, quos cum maximè ordine continentes totam
 *pertinaciter
 moralem Philosophiæ partem statim expediã.

Illud tamen prius scribam, quemadmodum tibi ista cupiditas discendi qua flagrare te uideo, digerenda sit ne ipsa se impediãt. Nec passim carpenda sunt, nec auide inuadenda uniuersa, per partes peruenitur ad totum. Aptari onus uiribus debet, nec plus occupari, quam cui sufficere possumus. Non quantum uis, sed quantum capis hauriendum est: bonum tantum habe aim, capies: quantum uoles. Quo plus recipit animus, hoc se magis laxat. Hæc nobis præcipere Attalum memini cū scholam eius obsideremus, & primi ueniremus, & nouissimi exiremus, Ambulanti quoque illum ad aliquas disputationes euocaremus, non tantum paratum discantibus, sed obuium. Idem, inquit, & docenti & discenti debet esse propositum, ut ille prodesse uelit, hic proficere. Qui ad Philosophorum scholas uenit, quotidie secum aliquid boni ferat, aut sanior domum redeat, aut sanabilior. Redibit autem. Ea enim Philosophiæ uis est, ut non solum studentes, sed etiam conuersantes iuuet. Qui in Solem uenit, licet non in hoc uenerit, colorabitur. Qui in unguentaria taberna resederunt & paulo diutius commorari sunt, odorem secum

secum loci ferunt. Et qui apud philosophum fuerunt, traxerint aliquid necesse est, quod prodesset etiā negligentibus. Attende quid dicā, negligentibus, non repugnantibus. Quid ergo? Non nouimus quosdam qui multis apud philosophiam annis persequerunt, & ne colorem quidē duxerūt? Quid ni nouerim? Pertinacissimos quidē & assiduos, quos ego non discipulos philosophorum, sed inquilinos uoco. Quidā ueniunt ut audiant, non ut discant, sicut in theatrū uoluptatis causa ad delectandas aures, oratione uel uoce uel fabulis ducimur. Magnam hanc auditorum partē uidebis, cui philosophi schola diuersorium oculi sit. Non id agunt ut aliqua illō uitia deponant, ut aliquam legē uitæ accipiant, ad quam mores suos exigant, sed ut oblectamento aurium perfruantur. Aliqui tamen & cum pugillaribus ueniunt, non ut res excipiant, sed uerba, quæ tam sine profectu alieno discant, quàm sine suo audiunt. Quidam ad magnificas uoces excitantur, & transeunt in affectum dicentium, alacres, uultu & animo, nec aliter concitantur quàm Phrygiæ solent tibicinis sono semiuiri & ex imperio furentes. Rapiunt illos instigatq; rerum pulchritudo, non uerborum inanium sonitus. Si quid acriter contra mortem dictum est, si quid contra fortunā contumaciter iuuat, protinus quæ audias facere. Afficiuntur illi, & sunt quales iubentur, si illa animo forma permaneat, si non impetum insignem protinus populus honesti dissuasor excipiat. Pauci illam quam conceperant mentem domum perferre potuerunt. Facile est auditorem concitare, ad cupiditatem rekti, Omnibus enim natura fundamenta dedit semēq; uirtutis, omnes ad omnia ista nati sumus. Cum iritator accessit, tunc ad illa animi bona uelut solita excitantur. Non uides quemadmodum theatra consonent, quoties aliqua dicta sunt, quæ publice agnoscimus, & consensu uera esse testamur,

Desunt inopiæ multa, auaritiæ omnia.

* illic

In nullum auxrus bonus est, in se pessimus.

Ad hos uersus ille sordidissimus plaudit, & uicijis suis fieri conuitium gaudet. Quanto magis hoc iudicas euenire, cum à philosopho ista dicuntur cum salutaribus præceptis uersus inseruntur, efficacius eadem illa demissuri in animum imperitorum? Nam (ut dicebat Cleanthes) quemadmodum spiritus noster clariorem sonum reddit, cum illum tuba per longi canalis angustias patientiore nouissime exitu effundit: sic sensus nostros clariore carminis arcta necessitas efficit, Eadem negligētius audiuntur, minusq; percutiunt, quamdiu soluta oratione dicuntur ubi accessere numeri, & egregium sensum astrinxere certi pedes, eadem illa sententia uelut lacerto excussa torquetur. De contemptu pecuniæ multa dicuntur, & longissimis orationibus hoc præcipitur, ut homines in animo non in patrimonio putent esse diuitias. Eum esse locupletem, qui paupertati suæ aptatus est, & paruo se diuitem fecit. Magis tamen feriuntur animi, cum carmine eiusmodi dicta sunt,

Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.

Quod uult habet, qui uelle quod satis est potest.

Cum hæc atq; eiusmodi audimus, ad confessionem ueritatis adducimur. Illi enim quibus nihil satis est, admiratur, acclamant, odium pecuniæ indicunt. Hunc illorum affectum ubi uideris urge, hoc preme, hoc onera, relictis ambiguitatibus, & syllogismis, & cauillationibus, & cæteris acuminis irriti ludicris. Dic in auaritiã, dic in luxuriam. Cum profecisse te uideris, & animos audientium affeceris, instã uehementius. Verisimile non est quantum proficiat talis oratio remedio intenta, & tota in bonum audientium uersa. Facillime enim tenera conciliantur ingenia ad honesti rectiq; amorem. Adhuc docilibus leuiterq; corruptis, inijcit manum ueritas, si aduocatum idoneum nacta est. Ego certe cum Attalum audire, in uitia, in errores, in mala uitæ perorantem,

orātem, sepe misertus sum generis humani, & illum sublimem
 altioremq; humano fastigio credidi. Ipse regē se esse dicebat,
 sed plus quā regnare mihi uidebatur, cui liceret censuram
 agere regnātium. Cum uerō cōmendare paupertatē coeperat,
 & ostendere, quod quicquid usum excederet, pondus esset su-
 peruacū & graue ferenti, sepe exire ē schola pauperi libuit.
 Cum coeperat uoluptates nostras traducere, laudare castum
 corpus, sobriā mensam, purā mentē, non tantū ab illicitis uolu-
 ptatibus, sed etiam superuacuis, libebat circumscribere gulam
 & uentrē. Inde mihi quaedam permansere Lucili. Magno enim
 in omnia impetu uenerā, deinde ad ciuitatis uitam reductus, ex
 bene coeptis pauca seruauī. Inde ostrcis boletisq; in omnē uitā
 renunciatū est. Hæc enim non cibi, sed oblectamenta sunt ad
 edendū saturos cogentia, quod gratissimum est edacibus, & se
 ultra quā capiunt sarcientibus, facile descensura, facile redi-
 tura. Inde in omnē uitam unguento abstinemus, quē obtinemus
 odor in corpore est. Nullo inde uino calet stomachus. Inde in
 omnē uitam balneū fugimus. Decoquere corpus atq; exinanire
 sudoribus, inutile simul delicatumq; credimus. Cætera proie-
 cta redierūt. Ita tamē, ut quorum abstinentiā interrumpi, modo
 seruem, & quidā abstinentiæ proximiorē, nescio an difficilio-
 rem, quoniā quaedam absconduntur facilius animo quā tempe-
 rantur. Quoniā coepi tibi exponere quā tum maiori impetu
 ad philosophiā iuuenis accesserim, quā senex pergam, non pu-
 debit fateri, quē mihi amorē Pythagoræ iniecerit Socion. Dis-
 serebat, quare ille animalibus abstinuisset, quare postea Sex-
 tius. Dissimilis utriq; causa erat, sed utriq; magnifica. Hic ho-
 mini satis alimentorū citra sanguinē esse credebat, & crudeli-
 tatis consuetudinē fieri, ubi in uoluptatem esset adducta lace-
 ratio. Adijciebat contrahendā materiā esse luxuriæ. Collige-
 bat bonæ ualitudini contraria esse alimenta uaria, & nostris
 aliena

aliena corporibus. At Pythagoras omnium inter omnia cognatione esse dicebat, & aliorum commercium in alias atque alias formas transcurrentium. Nulla (si illi credas) anima interit, nec cessat quidem, nisi tempore exiguo dum in aliud corpus transfunditur. Videbimus per quas temporum uices, & quando pererratis pluribus domicilijs, in hominem reuertatur. interim sceleris hominibus ac paricidij metum fecit, cum possint in parentis animam inscium incurere, & ferro morsum uel uiolare, in quo cognatus aliquis spiritus hospitaretur. Hec cum exposuisset Socion, & impleisset 3 argumentis suis, Non credis, inquit, animas in alia corpora atque alia describere? & migrationem esse, quam dicimus esse mortem? Non credis in his pecudibus feris uel aut aqua mersis illum quodam hominis animam morari? Non credis nihil perire in hoc mundo, sed mutare regionem? Nec tantum caelestia per certos circuitus uerti sed animalia quoque per uices ire, & animos per orbem agere? Magni ista crediderunt uiri. Itaque iudicium quidem tuum sustine. Ceterum omnia tibi in integro serua. Si uera sunt ista, abstinuisse animalibus innocentia est: si falsa, frugalitas est, Quod istic crudelitatis tuis damnum est? Alimenta tibi leonum & uulturum eripio. His instinctus, abstinere animalibus coepi, & anno peracto non tantum facilis erat mihi consuetudo, sed dulcis. Agitatio enim mihi animam esse credebam, nec tibi hodie affirmauerim an fuerit. Queris quomodo desierim. In Tyberij Caesaris principatum iuuentae tempus inciderat, alienigenarum sacramouebatur. Sed inter argumenta superstitionis ponebatur quorundam animalium abstinencia. Patre itaque meo rogante, qui non calumniam timebat, sed philosophiam oderat, ad pristinam consuetudinem rediij, nec difficulter mihi ut inciperem melius coenare persuasit. Laudare solebat Attalus culcitram, quae resisteret corpori. Tali uitor etiam senex, in qua uestigium apparere non possit. Hec retuli, ut probare tibi quam uehementes haberent tyruncull

*impelleret

culi impetus primos ad optima quæq; , si quis exhortaretur illos, si quis impederet. Sed aliquid præipientium vitio peccatur, qui nos docet disputare non uiuere: aliquid discentium, qui propositum adferunt ad præceptores suos, non animum excolendi, sed ingenium. Itaque quæ philosophia fuit, facta philologia est. Multum autem ad rem pertinet: quo proposito ad quam rem accedas. Qui grammaticus futurus, Vergilium scrutatur, non hoc animo legit illud egregium, Fugit irreparabile tempus. Vigilandum est, nisi properamus, relinquimur. Agit nos agiturque uelox dies, inscium rapimur. Omnia in futurum disponimus, & inter præcipitia lenti sumus, Sed ut obseruet, quoties Vergilius de celeritate temporum dicit, hoc uti uerbo illum, fugit,

Optima quæq; dies miseris mortalibus æui
Prima fugit, subeunt morbi tristisq; senectus,
Et labor & dura rapit inclementia mortis.

Ille qui ad philosophiam spectat, hæc eadem quò debet, adducit. Nunquam Vergilius, inquit, dies dicit ire, sed fugere, quod currendi genus concitatissimum est, & optimos quosque primos rapi. Quid ergo cessamus nos ipsi concitare, ut uelocitate rapidissime rei possimus æquare? Meliora præteruolant, deteriora succedunt. Quemadmodum ex amphora primum quod est sincerissimum effluit, grauissimum quodque turbidumque subsidit: sic in ætate nostra, quod est optimum primum est. Id exauriri in alijs potius patimur, ut nobis fecem reseruemus. Inheret istud animo, & tanquam missum oraculo placeat,

Optima quæq; dies miseris mortalibus æui
Prima fugit. Quare optima? quia restat quod incertum est. Quare optima? Quia iuuenes possumus discere, possumus facilem animum, & adhuc tractabilem ad meliora conuertere: quia hoc tempus idoneum est laboribus, idoneum agitando per studia ingenijs, & exercendis per opera corporibus.

bus. Quod superest segnius, & languidius est, & propius à
 fine. Itaq; toto hoc agamus animo, & obmissis ad quæ diuertimus,
 in rem unam laboremus, nec hanc temporis perniciossimam
 celeritatē, quam retinere non possumus, relictī demū intelligamus.
 Primus quisq; tanquā optimus dies placeat, & redigatur
 in nostrum. Quod fugit occupandum est: hoc non cogitat ille,
 qui Grāmaticis oculis carmen istud legit. Ideò optimū quemq;
 primū esse diē, quia subeūt morbi, quia senectus premit, & ad-
 huc adolescētia cogitantibus supra caput est: sed ait, Vergiliū
 semper unā ponere morbos & senectutē, non mehercule inme-
 rito. Senectus enim insanibilis morbus est. Præterea, inquit,
 hoc senectuti cognomen imposuit, tristē illam uocat. Subeunt
 morbi tristisq; senectus. Non est quod mireris, ex eadē mate-
 ria suis quēq; studijs apta colligere. In eodē prato bos herbā
 querit, canis leporem, ciconia lacertū. Cum Ciceronis librum
 de Rep. prehendit hinc philologus aliquis, hinc Grāmaticus,
 hinc philosophiæ deditus, alius alio curā suam mittit. Philoso-
 phus admiratur contra iustitiā dici tam multa potuisse. Cum
 ad hanc eandem lectionem philologus accessit, hoc subnotat,
 duos Romanos reges esse, quorū alter patrem non habet, alter
 matrē. Nam de Seruij matre dubitatur. Anci pater Marcius
 Numæ nepos dicitur. Præterea notat eū quē nos Dictatorem
 dicimus, & in historijs ita nominari legimus, apud antiquos
 Magistrū populi uocatū. Hodieq; id extat in auguralibus li-
 bris, & testimoniū est, quod qui ab illo nominatur, Magister
 equitū est. Acquē notat Romulū perisse solis defectione. Pro-
 uocationē ad populū etiam à regibus fuisse. Id ita in pontifi-
 calibus libris & alij putant, et Fene Stella. Eosdem libros cum
 Grammaticis explicuit. Primum uerbum priscū reapse, dici à
 Cicerone, id est re ipsa, in commentariū refert: nec minus sese,
 id est se ipse. Deinde transit ad ea quæ consuetudo seculi mu-
 N tavit,

tauit, tanquam quod ait Cicero, quoniam sumus ab ipsa calce, eius interpellatione reuocati, hanc quam nunc in circo * Cretā uocamus, Calcem antiqui dicebant. Deinde Ennianos colligit uersus, & in prinis illos de Africano scriptos: cui nemo ciuis neque hostis, quibus pro factis reddere operæpretium. Ex eo se ait intelligere: apud antiquos non tantum auxilium significasse operam, sed alicuius operæ: ait enim neminē potuisse Scipioni neq; ciuē, neq; hostē reddere operæpretiū. Felicem deinde se putat, quod inuenerit, unde uisum sit Vergilio dicere, Quem super ingens porta tonat cœli. Enniū hoc ait Homero surripuisse, Ennio Vergiliū. Est Ennij apud Cicronem in his ipsis de R. P. hoc Epigramma:

Si fas est plagas cœlestum ascendere cuiquam,
Mi soli cœli maxima porta patet.

Sed ne & ipse, dum aliud ago, in philologū aut Grammaticū delabar, illud admono, auditionē philosophorum, lectionemq; ad propositū beatæ uitæ trahendam, non ut uerba prisca aut ficta captemus, & translationes improbas figuræq; dicendi, sed ut profutura præcepta, & magnificas uoces, & animosas, quæ mox in rem transferantur. Sic ista discamus, ut quæ fuerunt uerba, sint opera. Nullos autem peius mereri de omnibus mortalibus iudico, quàm qui philosophiā uelut aliquod artificium uenale * didicerunt, qui aliter uiuunt, quàm uiendū esse præcipiunt. Exempla enim seipsos inutilis disciplinæ circūserunt, nulli non uitio quod insequuntur obnoxij. Non magis mihi potest quisquam talis prodesse præceptor, quàm gubernator in tēpestate nauis abundus. Tenendum est, rapiente fluctu, gubernaculum, luctandū cum ipso mari, eripiendæ sunt uento uela. Quid me potest adiuuare rector nauigij attonitus & uolitans? Quanto maiore putas uitā tēpestate iactari, quàm uellam ratem? Non est loquendum, sed gubernandum. Omnia quæ dicunt,

* docuerunt.

diciunt, quæ turba audiente iactant, aliena sunt. Dixit illa Plato, dixit Zenon, dixit Chrysippus, & Posidonius, & ingens agmen, non tantum Attalus. Quomodo probare possint sua esse, monstrabo. Faciant quæ dixerint. Quomiam quæ uolueram ad te perferri iam dixi, nunc desiderio tuo satisfaciam, et in alteram epistolam integrum quod exegeras transferam, ne ad rem spinosam & auribus erectis curiosisq; audiendam, lassus accedas. Vale.

EPIST. CX. Multis argumentis ostendit sapientem sapienti prodesse.

AN sapiens sapienti prosit, scire desideras. Dicimus plenum omni bono esse sapientem, & summa adeptum. Quomodo prodesse aliquis possit summum bonum habenti, queritur. Profunt inter se boni, exercent enim uirtutes, & sapientiam in suo statu continent, desiderat uterq; aliquem, cum quo conferat, cum quo querat. Peritos luctandi, usus exercet. Musicum, qui paria didicit, monet. Opus est & sapienti, agitatione uirtutum. Ita quemadmodum ipse se mouet, sic mouetur ab alio sapiente. Quid sapiens sapienti proderit? Impetum illi dabit, occasiones actionum honestarum comonstrabit. Præter hæc, aliquas suas cogitationes exprimet, docebit quæ inuenerit. Semper enim etiam sapienti restabit quod inueniat, & quo animus eius excurrat. Malus malo nocet, facit quoque peiorem iram, metum incitando, tristitia affligendo, uoluptates laudando. Et tunc maxime laborant mali, ubi plurimum uitia miscuere, & in unum collata nequitia est. Ergo ex contrario bonus bono proderit. Quomodo inquis? Gaudium illi afferet, fiduciam confirmabit, ex conspectu mutue tranquillitatis crescet utriusque letitia. Præterea quarundam illi rerum notitiam tradet. Non enim omnia sapiens scit, etiam si sciret, breuiores uias rerum aliquis excogitare possit, & has indicare, per quas facilius totum opus circumsertur. Proderit sapienti sapiens, non scilicet tantum suis uiribus, sed ipsius quem adiuuat. Po-

test quidem ille etiã relictus sibi, explicare partes suas. Utetur propria uelocitate, sed nihilominus adiuuat, etiam qui currentem hortatur. Non prodest tantũ sapiens sapienti, sed sibi ipsi. Hoc scias, Detrahe illi uim propriã, & ille nihil agit. Isto modo dicas licet, non esse in melle dulcedinẽ. Nam ipse ille qui esse debet, ita aptatus lingua palatoq; est ad huiusmodi gustum, ut ille tali sapore non capiat sed offendatur. Sunt enim quidã, quibus morbi uitio mel amarũ esse uideatur. Oportet utrunq; talẽ esse ut & ille prodesse possit, & huic profecturo idonea materia sit. In summũ, inquit, per ducto calorẽ calefieri superuacuum est, & in summũ per ducto bonũ superuacuum est, quod proficit. Nunquid instructus omnibus rebus agricola, ab alio instrui querit? Nunquid armatus miles quantũ in aciem exituro satis est, uti amplius armis desiderat? Ergo nec sapiens. Satis enim uitæ instructus, satis armatus est. Ad hæc respõdeo. Qui in summo est calore, ei non opus est adiecto, ut summũ teneat, Sed ipse se, inquit, calor continet. Primũ multum interest inter ista quæ cõparas. Calor enim unus est, prodesse uariũ est. Deinde calor non adiuuatur adiectione caloris ut caleat, Sapiens non potest in habitu suæ mentis stare, nisi amicos aliquos similes sui admisit, cũ quibus uirtutes suas cõmunicet. Adijce nũc, quod omnibus inter se uirtutibus amicitia est. Itaq; prodest, qui uirtutes alicuius * partes sui amat, amandasq; inuicẽ præstat, Similia delectant, utiq; ubi honesta sunt, & probare, ac probari sciunt. Etiamnũ sapientis animũ peritẽ mouere nemo alius potest, quàm sapiens: sicut hominẽ mouere rationaliter non potest nisi homo. Quomodo ergo ad rationẽ mouendam ratione opus est, sicut moueatur ratio perfecta, opus est ratione perfecta. Prodesse dicuntur, & qui media nobis largiuntur, pecuniã, gratiã, incolumitatẽ, alia in usus uitæ chara aut necessaria. In his dicitur etiam stultus sapienti prodesse. Prodesse autem est,

animũ

*pares suis

animum secundū naturam mouere uirtute sua, aut eius qui mo-
 uebitur. Hoc non sine ipsius quoq; qui proderit bono fiet. Ne-
 cesse est enim alienā uirtutē exercendo, exerceat & suā. Sed
 ut remoueas ista, quæ aut summa bona sunt, aut summorū effi-
 cientia, nihilominus prodesse inter se sapientes possunt. Inue-
 nire enim sapientē sapienti per se res petenda est, quia natura
 bonū omne charū est bono, & sic quāsq; conciliatur bono, quæ-
 admodū sibi. Necesse est ex hac quæstione, argumenti causa in
 alterā transeā. Queritur enim, an deliberaturus sapiēs sit ali-
 quem in consiliū aduocaturus: quod facere illi necessariū est, cū
 ad hæc ciuilia & domestica uenitur, & (ut ita dicā) mortalia.
 In his sic illi opus est alieno consilio, quomodo medico, quo-
 modo gubernatori, quomodo aduocato, & litis ordinatori.
 Proderit ergo sapiēs aliquādo sapiēti. Suadebit enim, sed in il-
 lis quoq; magnis ac diuinis, ut diximus, cōmuniter honesta tra-
 ctando, & animos cogitationēsq; miscēdo, utilis erit. Præterea
 secundū naturā est & amicos cōplecti, & amicorum actu, ut
 suo proprioq; letari. Nā si hoc fecerimus ne uirtus quidē no-
 bis permanebit, quæ in exercēdo* sensu ualeat. Virtus autē sua-
 det præsentia bene collocare, in futurū cōsulere, deliberare, et
 intendere animū. Facilius intēdet explicabitq;, qui aliquē sibi
 assumpserit. Querit itaq; aut perfectū uirū aut proficientem,
 uicinūq; perfectō. Proderit autē ille perfectus, si cōsiliū cōmu-
 ni prudētia iuuerit. Aut homines plus in alieno negotio uide-
 re quā in suo. Hoc illis euenit, quos amor sui excæcat, quibusq;
 dispectū utilitatis, timor in periculis excutit. Incipiet sapere se-
 curior, et extra metū positus. Sed nihilominus quædā sunt quæ
 etiā sapiētes in alio, q̄ in se diligētius uident. Præterea illud quod
 dulcissimū honestissimūq; est, idē uelle atq; idē nolle, sapiēs sa-
 pienti præstabit. Egregiū opus pari iugo ducet. Persolui quod
 exegeras, quāquā i ordine rerū erat quas moralis philosophiæ

*se usuo

*acumen
 uoluminibus complectimur. Cogita, quod soleo frequenter tibi dicere, in istis nos nihil aliud quã anim exercere. Toties enim illò reuertor. Quid ista me res iuuat? Fortiorẽ faciet, iustiorẽ, temperatiorẽ? Nondum exerceri uacat. Adhuc medico mihi opus est. Quid me doces scientiã inutilem? Magna promissisti, exigua uideo. Dicebas intrepidum fore, etiã si circa me gladij micarent, etiam si mucro tangeret iugulum, Dicebas securum fore, etiã si circa me flagrarẽt incendia, etiam si subitus turbo toto nasẽ meam mari raperet, Hanc mihi præsta interim uoluptatem, ut gloriam contemnam, postea docebis implicita soluere, ambigua distinguere, obscura perspicere. Nũc doce, quod necesse est. Vale.

EPIST. CXI. Non optandos esse deos infestos malis. Et quomodo per retractatam sapius Philosophiã, noticiã boni & mali, necessarii & superuacui possit haberi. Et quod turpe est etiam in aqua & polenta ponere beatam uitam.

EX Nomentano meo te saluto, & iubeo te habere mentem bonam, hoc est propitios deos omnes, quos habet placatos & fauentes, quisquis sibi se propitiãuit. Sepone in præsentia, que quibusdam placent. Vnicuiq; nostrum pædagogum dari Deum, nõ quidem ordinariũ, sed hunc inferioris notæ, ex horum numero quos Ouidius ait, de plebe deos. Ita tamẽ hoc seponas uolo, ut memineris maiores nostros, qui crediderũt hoc, Stoicos fuisse. Singulis enim & Genium & Iunonẽ dederunt. Postea uidebimus an tantum dijs uacet, ut priuatorũ negotia procurarẽt. Interim illud scito, siue assignati sumus, siue neglecti & fortune dati, nulli te posse imprecari quicquã grauius, quã si imprecatus fueris, ut se habeat iratũ. Sed non est, quare cuiquã quem dignũ pœna putaueris, optes, ut infestos deos habeat: Habet, inquam, etiam si uidetur eorum fauore produci. Adhibe diligentiam tuam, & intueri, quid sint res nostræ, non

quid

quid uocetur, & scies plura mala cōtingere nobis, quàm acci-
dere. Quoties enim felicitatis causa & inuitū fuit, quod calami-
tas uocabatur. Quoties magna gratulatione excepta res gra-
dum sibi struxit in præceptis, et aliquē iam eminentē alicuius,
etiamnum tanquā ibi adhuc staret, unde tuto eaderet, sed ipsum
illud cadere non habet in se mali quicquā, si exitū spectes, ultra
quē natura neminē deicit. Prope est rerū oīm terminus, pro-
pe est, inquam, & illud, unde felix eicitur, & illud unde felix
emittitur. Nos utraq; extendimus, & longa spe ac metu faci-
mus. Sed si sapias, oīa humana cōditione metire, simul & quod
gaudēs, et quod times contrahe. Est autē tantū, nihil diu gaudē-
re, ne quid diu timeas. Sed quare istuc malum astringo? Non
est quod quicquā timendum putes. Vana sunt ista quæ nos mo-
uent, quæ attonitos habent. Nemo nostrum quid ueri esset, ex-
cusit, sed metū alter alteri tradidit. Nemo ausus est ad id quo
perturbatur accedere, & naturam ac bonum timoris sui nosse.
Itaq; res falsa & inanis habet adhuc fidē, quia nō coarguitur,
Tanti putemus oculos intendere, iam apparebit quàm breuius,
quàm incerta, quàm tuta timeantur. Talis est aīorum nostrorū
confusio, qualis Lucretio uisa est. Nam ueluti pueri trepidant,
atq; omnia cæcis, in tenebris metuunt, ita nos in luce time-
mus. Quid ergo? Nō omni puero stultiores sumus, qui in luce time-
mus? Sed falsum est Lucreti, non timeamus in luce, oīa nobis fe-
cimur tenebras, nihil uidemus, nec quid noceat, nec quid expe-
diat, tota uita incursumus, nec ob hoc resistimus, aut circun-
spectius pedem ponimus. Vides autē quàm sit furiosa res, in te-
nebris impetus. At mehercule id agimus, ut longius reuocandū
simus, & cū ignoremus quō seramur, uelociter tamen illō quō
intendimus ire perseueramus. Sed lucefcere, si uelimus, potest.
Vno autē modo potest, si quis hanc humanorū diuinorūq; no-
titiā acceperit, si illa se non perfuderit, sed infecerit, si eadem

*quomodo

*diuis

*regio

quamuis sciat, retractauerit, & ad se saepe retulerit, si quaesierit quae sint bona, quae sint mala, quibus hoc sit falso nomen ascriptum: si quaesierit de honestis, de turpibus, de prouidentia: nec intra haec humani ingenij sagacitas sistitur, Prospicere & ultra mundum libet, *quod feratur, unde surrexerit, in quem exitum tanta rerum uelocitas properet. Ab hac diuina contemplatione abductum animam in sordida & humilia pertraximus, ut auaritia seruiret, ut relicto mundo terminisque eius & *dominis cuncta uersantibus, terram rimaretur, & quaereret quid ex illa mali effoderet, non contentus oblati. Quicquid nobis bono futurum erat, deus & parens noster in proximo posuit. Non expectauit inquisitionem nostram, & ultro dedit, nocitura altissime praesit. Nihil nisi de nobis queri possumus. Ea quibus periremus, nolente rerum natura & abscondente, protulimus. Ad diximus animam uoluptati, cui indulgere initium omnium malorum est. Tradidimus ambitioni & fame, ceteris aequae uanis & inanibus. Quid ergo nunc te hortor ut facias? Nihil noui, nec enim nouis malis remedia quaeruntur. Sed hoc primum, ut tecum ipse dispicias, quid sit necessarium, quid superuacuum. Necessaria tibi ubique occurrent, superuacua & semper, & toto anno quaerenda sunt. Non est autem quod te nimis laudes, si contempseris aureos lectos, & gemmeam suppellectilem. Quae est enim uirtus superuacua continere? Tunc te admirare, cum contempseris necessaria. Non magnam rem facis, quod uiuere sine *recto apparatu potes, quod non desideras miliarios apros, nec linguas phoenicopteriorum et alia portenta luxuriae, iam tota animalia fastidientis, & certa membra ex singulis eligentis. Tunc te admirabor, si non contempseris etiam sordidum panem, si tibi persuaseris herbas, ubi necesse est, non pecori tantum, sed homini nasci, si scieris cacumina arborum explementum esse uentris, in quem sic pretiosa congerimus, tanquam recepta seruante, sine fastidio im-

plena

plendus est. Quid enim ad rem pertinet, quid accipiat, perditurus quicquid acceperit? Delectant te disposita, quæ terra marique capiuntur? Alia eò gratiora, si recetia perferuntur ad mensam, alia diu *pasta & coacta pinguescere fluunt, ac uix saginam continent suã. Delectat te *ntor horu arte quesitus. At mehercule ista sollicitè scrutata, uarièq; condita, cum subierint uentrè, una atq; eadè foetiditas occupauit. Vis ciboru uoluptatem contemnere? Exitum specta. Atalum memini cum magna admiratione oim hæc dicere, Diu mihi, inquit, imposuere diuitie. Stupebã ubi aliquid ex illis alio atq; alio loco fulserat. Existimabam similia esse quæ laterent, his quæ ostenderentur: sed in quodam apparatu uidi totas opes urbis cælatas ex auro & argento, & his quæ pretiũ auri argentiq; uicerunt, exquisitos colores, et uestes ultra non tantũ nostrum, sed ultra finem hostium aduectas. Hinc pueroru perspicuos cultu atq; forma greges, hinc foeminarũ, & alia quæ res suas recognoscens summæ imperij fortuna protulerat. Quid hoc est, inquam, aliud quàm iritare cupiditates hoim per se incitatas? Quid sibi uult ista pecuniæ pompa? Ad discendam auaritiã couenimus. At mehercules minus cupiditatis istinc effero, quàm attulerã. Cõtempti diuitias, non quia superuacue, sed quia pusillæ sunt. Vidisti ne, quàm intra paucas horas, ille ordo quamuis lentus dispositusq; transierit? Hoc totam uitam nostrã occupauit, quod totũ diem occupare non potuit? Accessit illud quoq;. Tã superuacue mihi uisæ sunt habentibus, quàm fuerunt spectantibus. Hoc itaq; ipse mihi dico, quoties tale aliquid præstrinxerit oculos meos, quoties occurrit domus splendida, cohors culta seruoru, leætica formosis imposita *coloribus. Quid miraris? quid stupes? Pompa est. Ostenduntur istæ res, nõ possidentur, & dum placent, transeunt. Ad ueras potius te couerte diuitias, disce paruo esse contentus, & illam uocẽ magnus atq; animosus exclama. Habemus

*repasta
*nidor

*calonibus

beamus aquam, habeamus polentam, Ioui ipsi de felicitate con-
trouersia faciamus. Faciamus oro te, etiã si ista defuerint. Tur-
pe est beatam uitam in auro & argento reponere, æquẽ turpe
est in aqua & polenta. Quid ergo faciam, si ista non fuerint?
Queris quod sit remediũ inopiæ? Famem fames finit. Alioqui
quid interest magna sint an exigua, quæ seruire te cogunt?
Quid refert quantum sit, quod tibi possit negare fortuna? Hæc
ipsa aqua & polenta in alienũ cadit arbitriũ. Liber est autem,
non in quem parum licet fortunæ, sed in quem nihil. Ita est,
nihil desideres, oportet, si uis Iouem prouocare, nihil dese-
derantem. Hæc nobis Attalus dixit: natura omnibus dixit. Quæ
si uoles frequenter cogitare, id ages, ut sis felix, non ut uidear-
is, & ut tibi uidearis, non alijs.

EPIST. CXII. De uera Philosophi magnitudi-
ne, quam sophismata, id est, cauillationes præstare non
possunt.

Quid uocetur latine sophismata quæstisti à me. Multi ten-
tauerunt illis nomen imponere, nullũ hæsit: uidelicet quia
res ipsa non recipiebatur à nobis, nec in usu erat, nomini quoq;
repugnatiũ est. Aptissimum tamẽ uidetur mihi, quo Cicero usus
est. Cauillationes uocat, quibus *quisq; se tradidit, quæ stiuculat
quidem uas. Cæterum ad uitã nihil proficit, neq; fortior fit,
neque temperantior, neq; elatior. At ille qui Philosophiam in
remedium suum exercuit, ingens fit animo, plenus fiducia, in-
exuperabilis, & maior adeunti. Quod in magnis euenit mon-
tibus, quorum proceritas minus apparet longe intuentibus.
Cum accesseris, tunc manifestum fit, quod in arduo summa
sint. Talis est mihi Lucili uerus, & rebus, non artificijs Philo-
sophus. In æditi stat admirabilis, celsus, magnitudinis ueræ.
Non exurgit in plãtas, nec summis ambulat digitis, corũ more
qui mædacio staturam adiuuant, longioresq; quam sunt uideri

*quisquis

uoluit

uolunt. Contentus est magnitudine sua. Quid ni contentus sit eo usq; creuisse, quò manum fortuna non porrigit? Ergo & supra humana est. Par sibi in omni statu rerum, siue secundo cursu uita procedit, siue fluctuatur per aduersa ac difficilia. Hanc constantiã cauillationes istæ, de quibus paulò ante loquebar, præstare non possunt. Ludit istis animus, non proficit, & philosophiam à fastigio deducit in planũ. Nec te prohibuerim aliquãdo ista agere, sed tunc, cum uoles nihil agere. Hoc tamen habent in se pessimum, dulcedinem quandam sui faciunt, & animum specie subtilitatis inductum tenet ac remorantur, cum tanta rerum moles uocet, cum uix tota uita sufficiat, ut hoc unum discas, uitam cõtemnere. Quid regere inquis? Secundũ opus est. Nam nemo illam bene rexit, nisi qui contempserat. Vale.

EPIST. CXIII. Utens exesæ uitis exemplo ostendit inueterati ingenii prauitatem fore inemendabilem.

Cypio mehercule amicũ tuum formari, ut desideras, & institui, sed ualde durus capitur, imò potius, quod est molestius ualde mollis capitur, & consuetudine mala ac diutina fractus: Volo tibi ex nostro artificio exemplum referre. Non quelibet insitionem uitis patitur, si uetus & exesa est, si infirma gracilisq; aut non recipiet surculum aut non alet, nec applicabit sibi, nec in qualitatem eius * naturamq; transibit. Itaq; * uitamq; solemus supra terram præcidere, ut si non responderit, tentari possit secunda fortuna, & iterum repetita infra terram inseratur. Hic de quo scribis & mandas, non habet uires. Indulsit uitis, simul & emarcuit, & induruit. Non potest recipere rationem, non potest nutrire. At cupit ipse. Noli credere. Non dico illum mentiri tibi, putat se cupere. Stomachum illi fecit luxuria, citò tamen cum illa redibit in gratiam. Sed dicit se offendi uitam suam. Non negauerim. Quis enim non offenditur? Homines uitam suam & amant simul & oderunt. Tunc itaq; de illo feramus

ramus sententiam, cum fidem nobis fecerit, inuisam iam sibi esse luxuriam. Nunc illis male conuenit. Vale.

ANNOTAT. IN LIB. XIX.
EPISTOLA CIX.

1 Nouissime exitu effudit. Opinor fuisse scriptum extudit, id aliquis interpretatus est, effudit, mox pro extudit remansit, exitu.

2 Nullo inde uitio caremus stomachi. Ita prior æditio. In aliis erat, non luxum dat uino carens stomachus: in aliis non lufum dat. Arbitror legendum, nullo inde uino calet stomachus.

3 Sed in quo cognatus aliquid spiritus hostis paratur. Sic prior æditio. Variabant codices, sed nusquam aberat aliquid mendi. Non dubium est quin legendū sit, Cognatus aliquid spiritus hospitaretur: pro sed, fortasse legēdum scilicet, nisi mauiſ eam uocem expungere.

4 Cum Ciceronis librum. Videtur deesse legunt, aut simile uerbum, præter ea quæ mutauimus. Ni faciendo plagas cœlestium &c. Sic habebat superior æditio, reposuimus ex diuinatione, si fas est plagas cœlestium ascendere cuiquam. Forte legendum, si fas cædendo cœlum conscendere cuiquam est, ut ex faciendo fiat, fas cædendo.

EPISTOLA CX.

5 Exige uide. Quidam habebant, exigua uideo. Forte legendum exhibe, uide. Exhibentur enim promissa.

LVCII ANNAEI SENECÆ EPISTOLARVM AD
LVCILIVM LIB. XX.

EPIST. CXIII. Dialecticè disputat per multa inconuenientia uirtutes non esse animalia. Moralem de fortitudine & iustitia doctrinam subinferens.



ESIDERAS tibi scribi à me, quid sententiam de hac quæstione iactata apud nostros. An iustitia, an fortitudo, prudentia, cæteræque uirtutes animalia sint. Hac subtilitate efficiamus Lucili charissime, ut exercere ingenium

* intra * inter irrita uideamur, & disputationibus nihil profuturis

octiam

ocium terere. Faciam quod desideras, & quid nostris uideatur exponā. Sed me in alia sentētia profiteor esse. Puto quædā esse, quæ decent phecaſiatū, palliatumq;. Quæ sint ergo quæ antiquos mouerint, dicam. Animū constat animal esse, cū ipse efficiat, ut simus animalia, & cū ab illo animalia nomē hoc traxerint. Virtus autē nihil aliud est quàm animus, quodammodo se habēs, ergo animal est. Deinde uirtus agit aliquid. Agi autem nihil sine impetu potest. Si impetū habet qui nulli est, nisi animal, animal est. Si animal est, inquit, uirtus, habet ipsam uirtutem. Quid nichabet seipsam. Quomodo sapiēs omnia per uirtutem gerit, sic uirtus per se. Ergo, inquit, & omnes artes animalia sunt, & omnia quæ cogitamus, quæq; mente cōplectimur. Sequitur, ut multa animalū milia habitent in his angustijs pectoris, & singuli multa simus animalia, aut multa habeamus animalia. Queris, quid aduersus ista respōdeatur? Vnaquæq; res ex istis animal erit, multa animalia nō erunt. Quare? Dicam, si mihi accommodaueris subtilitatē & intentionē tuā. Singula animalia, singulas debent habere substantias. Ista omnia unū animum habent. Itaq; singula esse possunt, multa esse nō possunt. Ego & animal sum & homo, nō tamē duos esse dices: quia separati esse debēt. Ita dico, alter ab altero debet esse diductus, ut duo sint. Quicquid in unum multiplex est, sub unam cadit naturam, itaq; unū est. Et animus meus animal est, & ego animal sum, duo tamē nō sumus. Quare? quia animus mei pars est. Tūc aliquid per se numerabitur, cū per se stabit. Vbi uerò alterius membrū erit, nō poterit uideri aliud. Quare? Dicā, quia quod aliud est, suum oportet esse, & propriū, & totū, & intra se absolutum. Ego in alia esse me sententia professus sum. Non enim tantū uirtutes animalia erunt, si hoc recipitur. Sed opposita quoq; illis uitia & affectus, tanquā ira, timor, luctus, suspitio. Vltra res ista procedet, omnes sentētiæ, omnes cogitationes

animalia erūt, quod nullo modo recipiendū est. Non enim quicquid ab homine fit, homo est. Iustitia quid est, inquit? Animus quodāmodo se habēs. Itaq; si animus animal est, & iustitia. Minime. Hæc enim habitus animi est, & quædā uis. Idē animus in uarias figuras cōuertitur, & nō toties animal aliud est, quoties aliud facit, nec illud quod fit ab animo animal est. Iustitia animal est, fortitudo, sic cæteræ uirtutes. Vtrū desinunt animalia esse subinde, ut rursus incipiant, an semper sunt? Desinere uirtutes nō possunt, ergo multa animalia, imō innumerabilia in hoc animo uersantur. Non sunt, inquit, multa, quia ex uno religata sunt, & partes unius ac mēbra sunt. Talē ergo faciē animi nobis proponimus, qualis est Hydræ, multa habentis capita, quorū unumquodq; per se pugnet, per se noceat. Atqui nullum ex illis capitibus animal est, sed animalis caput. Cæterū ipsa unū animal est. Nemo in Chimæra leonē esse animal dixit, aut draconē. Hæ partes erāt eius, partes eius nō sunt animalia. Quid est quo colligas iustitiam animal esse? Agit, inquit, aliquid & prodest: quod autē agit aliquid & prodest, impetū habet, animal est. Verū est, si suū impetū habet, suum autē non habet, sed animi. Omne animal donec moriatur id est quod cœpit: homo donec moriatur homo est: Equus equus, canis canis: transire in aliud nō possunt. Iustitia, id est, animus quodā modo se habens, animal est. Credamus, deinde animal est fortitudo, id est, animus quodam modo se habēs. Quis animus? Ille qui modo in iustitia erat, tenetur in priore animali, in aliud animal ei transire non licet. In eo illi, in quo primū esse cœpit, perseverandū est. Præterea unus animus duorū animalium esse nō potest, multo minus plurium. Si iustitia, fortitudo tēperantia, cæteræq; uirtutes animalia sunt, quomodo unū animum habebūt? Singulos habeant oportet, aut nō sunt animalia. Non potest unū corpus plurimum animalium esse, hoc & ipsi fatētur. Iustitiæ quod est corpus? An-

mus. Fortitudinis quod est corpus? Idē animus. Atqui unū cor-
 pus esse duorū anim. lū nō potest. Sed idē animus, inquit, iusti-
 cie habitū induit, & fortitudinis & tēperantia. Hoc fieri pos-
 set, si quo tēpore iustitia esset, fortitudo nō esset, quo tempore
 fortitudo esset, tēperantia non esset. Nūc uero omnes uirtutes
 simul sunt. Itaq; quomodo erunt singula animalia, cū unus ani-
 mus sit, qui plus quā unū animal nō potest facere? Demq; nul-
 lū animal pars est alterius animalis. Iustitia autē pars est ani-
 mi, nō est ergo animal. Videor mihi in re confessa perdere ope-
 ram. Magis enim indignandū de isto, quā disputandum est.
 Nullū animal alterius pars est. Circumspice omnium corpora,
 nulli nō & color proprius est, & figura sua, & magnitudo.
 Inter cetera, propter quæ mirabile diuini artificis ingenium
 est, hoc quoq; existimo esse quod in tanta copia rerum, nunquā
 in idē incidit, etiā quæ similia uidentur, cū cōtuleris, diuersa
 sunt. Tot fecit genera foliorū, nullū nō sua proprietate signa-
 tum: tot animalia, nullius magnitudo cū altero conuenit. Vtiq;
 aliquid interest. Exegit à se, ut quæ alia erant, & dissimilia es-
 sent & imparia. Virtutes, ut dicitis, omnes pares sunt, ergo nō
 sunt animalia. Nullū nō animal per se aliquid agit. Virtus autē
 per se nihil agit, sed cū homīne. Omnia animalia aut rationalia
 sunt, ut homīnes, ut dij: aut irrationalia, ut fere, ut pecora. Vir-
 tutes utiq; rationales sunt: atqui nec homīnes sunt, nec dij: er-
 go nō sunt animalia. Omne rationale animal nihil agit, nisi pri-
 mū specie alicuius rei *irritatū est, deinde impetum cepit, deinde
 assensio cōfirmat hūc impetū. Quid sit assensio dicā. Oportet
 me ambulare, tūc demū ambulo, cū hoc mihi dixi, & approba-
 ui hanc opinionē meā: oportet me sedere, tūc demū sedeo: hæc
 assensio in uirtute nō est. Pura animal prudentiā esse, quomodo
 assentietur? Oportet me ambulare, hoc natura nō recipit: pru-
 dentia enim ei, cuius est prospicit, nō sibi. Nā nec ambulare po-
 test,

*incitatum

test, nec sedere, ergo assensionē nō habet. Quod assensionē non
 habet, rationale animal non est. Virtus si animal est, rationale
 est: rationale autē nō est, ergo nec animal. Si uirtus animal est,
 uirtus autem bonum est, omne bonū animal est. Hoc nostri fa-
 tentur: Patrem seruare bonum est, & sententiam prudenter in
 senatu dicere bonū est, & iuste decernere bonū est, Ergo &
 patrem seruare animal est, & prudenter dicere animal est.
 Eousq; res excedet, ut risum tenere nō possis, Prudenter tacere
 bonū est: cœnare bonū est: ita & tacere & cœnare animal est.
 Ego mehercule titillare nō desinā, & ludos mihi ex istis subti-
 libus ineptijs facere. Iustitia & fortitudo si animalia sunt, cer-
 te terrestria sunt. Omne animal terrestre alget, esurit, sitit. Er-
 go iustitia alget, fortitudo esurit, clementia sitit. Quid porro,
 nō interrogabo illos, quā figurā habeant ista animalia, homi-
 nis, an equi, an feræ? Si rotundā illis, qualē Deo, dederint for-
 mā, queram, an & auaritia, & luxuria, & demētia eque ro-
 tundæ sunt: sunt enim & ipsæ animalia. Si has quoq; cor rotun-
 dauerint, etiā nū interrogabo, an prudēs ambulatio animal sit,
 nec ne. confiteantur necesse est. Deinde dicant ambulationē esse
 animal, & quidē rotundū. Ne putes autē me primū ex nostris,
 nō ex scripto loqui, sed meæ sententiæ esse, inter Cleanthem &
 discipulum eius Chrysippum, nō conuenit quid sit ambulatio.
 Cleanthes ait, spiritū esse à principali usq; in pedes permissum
 Chrysippus ipsum principale quod est. Cur ergo non ipsius
 Chrysippi exēplo sibi quisq; se uindictet, & ista tot animalia,
 quot mūdus ipse non potest capere derideat? Non sunt, inquit,
 uirtutes multa animalia, & tamē animalia sunt. Nam quemad-
 modū aliquis & poëta est & orator, & tamen unus: sic uirtu-
 tes istæ animalia sunt, sed multa nō sunt. Idē est animus: & ani-
 mus iustus, & prudens, & fortis, ad singula uirtutes quodā-
 modo se habens. Sublata est quæstio, conuenit nobis. Nam &

ego interim fateor animum animal esse, postea uisurus quam de ista re sententiam ferā, Actiones eius animalia esse nego. Alioquin & omnia uerba erunt animalia, & omnes uersus. Nam si sermo prudens bonū est, bonum autem omne animal est, sermo ergo animal est. Prudens uersus bonū est, bonum autem omne animal est, uersus ergo animal est. Itaq; Arma uirumq; cano, animal est, quod non possunt rotundum dicere, cum sex pedes habeat. Textorium, inquis, totū mehercule istud est, quod cum maxime agitur, disilio risu: cū mihi propono solæcisimum animal esse, & barbarismum, & syllogismū, & aptas illis facies, tanquam pictor assigno. Hæc disputamus, attractis supercilijs, fronte rugosa. Non possum hoc loco dicere illud Cæcilianum, O tristes ineptias. ridiculæ sunt. Quin itaq; potius aliquid utile nobis ac salutare tractamus, & querimus quomodo ad uirtutes uenire possimus, quæ nos ad illas uia adducat. Doce me non an fortitudo animal sit, sed nullū animal felix esse sine fortitudine, nisi contra fortuita cōualuit, & omnes casus antequā exciperet meditando prædomuit. Quid est fortitudo? Munimentū humanæ imbecillitatis inexpugnabile. Quod qui circumdedit sibi, securus in hac uitæ obsidione perdurat. Utitur enim suis uiribus, suis telis. Hoc loco tibi Posidonij nostri sententiā referre uolo. Non est quod unquā fortune armis putes esse tutū. Tuis pugna: contra ipsam fortunā non armant, illa quæ cōtra hostes. Instructi contra illā incermes sunt. Alexander quidē Persas, & Hyrcanos, & Indos, & quicquid gentium usq; in Oceanū extēdit oriens, uastabat, fugabatq; Sed ipse modo occiso amico, modo amisso iacebat in tenebris, aliās scelus, aliās desiderū suū mœrens, uictor tot regū atq; populorū, iræ tristitiæq; succubuit. Id enim egerat, ut oīa potius haberet in potestate quā affectus. O quā magnis homines erroribus tenentur, qui ius dominandi trans maria cupiunt permittere, fe-

O licissimosq;

licissimosq; se iudicant, si multas per milites provincias obtinent, & nouas ueteribus adiungunt, ignari quod sit illud ingens* paruumq; regnū. Imperare sibi, maximū imperium est. Doceat me quam sacra res sit iustitia, alienū bonum spectans, nihil ex se petens, nisi usum sui. Nihil sit illi, cum ambitione famaq;, sibi placeat. Hæc ante omnia sibi quisq; persuadeat, Me iustū esse gratis oportet. Parū est, adhuc illud persuadeat sibi, ut in hanc pulcherrimā uirtutē ulro etiam impendere iuuat, ut tota cogitatio à priuatis cōmodis, quā longissimē auersa sit. Non est quod expectes, quod sit iustæ rei præmiū maius quā iustam esse. Illud adhuc tibi affige, quod paulo ante dicebam: nihil ad rem pertinet, quam multi æquitatem tuā nouerint. Qui uirtutem suam publicari uult, non uirtuti laborat, sed gloria. Non uis esse iustus sine gloria. At mehercules sæpe iustus esse debebis cum infamia. Et tunc si sapias, mala opinio bene parat delectat. Vale.

EPIST. CXV. De multiplici uarietate uitiosæ orationis. Et pro qualitate animi dicentis, eius informatur oratio. Vbi contra luxuriam succincte declamat.

Quare quibusdam temporibus prouenerit corrupti generis oratio, queris, & quomodo in quædam uitia inclinatio ingeniorū facta sit, ut aliquando inflata explicatio uigeret, aliquando infracta, & in morē cantici ducta? Quare aliis sensus audaces, & fidem egressi placuerint, aliis abruptæ sententiæ, & suspiciosæ, in quibus plus intelligendū est, quā audiendū? Quare aliqua ætas fuerit, quæ translationis ipse ueretur inuerecunde? Hoc quod audire uulgo soles, quod apud Græcos in prouerbiū cecidit, talis hominibus fuit oratio, qualis uita. Quemadmodū autē uniuscuiusq; actio dicenti similis est, sic genus dicendi aliquando imitatur publicos mores. Si disciplina ciuitatis laborauit, & se in delicias dedit, argumentum

est lu
in al
esse in
uis, te
hoc q
bra, e
cessu
dum.
esse co
dere i
fingit
rit not
lauerit
tia sua
est, q̄ i
cultus,
fuerat,
etiā in
minis i
cultu su
ut alue
si quis p
suspirat
diabillis
sæpe me
cerei fi
stunt. N
qui solu
fentis pa
batur. I
cæta sic

est luxuriæ publicæ, orationis lasciuiâ, si modo non in uno, aut in altero fuit, sed approbata est & recepta. Non potest alius esse ingenio, alius animo color. Si ille sanus est, si cõpositus, grauis, temperans, ingenium quoque ficcum ac sobriũ est. Illo uitiato, hoc quoque afflatur. Non uides si animus languet, trahi membra, & pigre moueri pedes? si ille effœminatus est, in ipso incessu apparere mollitiẽ, si ille acer est* & uelox, concitari gra-
 dum. Si furit, aut (quod furori simile est) irascitur, turbatum esse corporis motũ, nec ire, sed ferri. Quanto hoc magis accidere ingenio putas, quod totũ animo pexmixtum est? Ab illo fingitur, illi paret, inde legem petit. Quomodo Meccenas uixit notius est, quàm ut narrari nunc debeat. Quomodo ambulauerit, quàm delicatus fuerit, quàm cupierit uideri, quàm uitia sua latere noluerit. Quid ergo? Nõ oratio eius æque soluta est, quàm ipse discinctus? Non tam insignita illius uerba sunt, quàm cultus, quàm comitatus, quàm domus, quàm uxor, Magni ingenij uir fuerat, si illud egisset uia rectiore, si non uitasset intelligi, si nõ etiã in oratione difflueret. Videbis itaque eloquentiã ebrij hominis inuolutã, & errantẽ, & licentiæ plenam. Meccenas de cultu suo. Quid turpius anne, syluisque ripa comantibus? Vide ut aluei lyntribus arent, uersosque uado remittat hortos. Quid si quis fœminæ* cirro crispatae labris columbatur. Incipitque
 *cinno
 *sua ui-
 uatur,
 *laganaque
 suspirans, ut ceruice* lassa sanantur, ne mori tyranni, irremediabilis factio rimantur, epulis, *laganaque tentant domos, & sepe mortem exigunt. Genium festo uix suo testem, tenuis uereceri filia & crepacem molam. Focum mater aut uxor inuestiunt. Non statim hæc cum legeris hoc tibi occurret, hunc esse qui solutis tunicis in urbe semper incesserit? Nam etiam cũ absentis partibus Cæsaris sungeretur, signum à discincto petebatur. Hunc esse qui in tribunali, in rostris, in omni publico actu sic apparuerit, ut pallio uelaretur caput, exclusis utrinque
 O x auribus,

mimo auribus, nō aliter quā in nummo diuites fugitiui solent? Hūc
 esse, cui tunc maxime ciuilibus bellis strepentibus & sollicita
 urbe & armata, comitatus hic fuerit in publico, spadones duo,
 magis tamen uiri quā ipse? Hunc esse, qui uxorem milies duxit,
 cum unam habuerit? Hec uerba tam improbe structa, tam
 extra negligenter abiecta, tam contra consuetudinē omnium posita,
 ostendunt mores quoq; non minus nouos & prauos & singu-
 lares fuisse. Maxima laus illi tribuitur mansuetudinis, peperit
 gladio, sanguine abstinuit, nec ulla alia re, quid posset, quam
 licentia ostendit. Hanc ipsam laudem suam corripit, istis ora-
 tionis portentuosissimæ delitijs. Apparet enim mollem fuisse nō
 mitem. Hoc istæ ambages cōpositionis, hoc uerba transuersa,
 hoc sensus mihi magni quidem sepe, sed eneruati dum exēti,
 cuius manifestum facient, motū illi felicitate nimia caput, quod
 uitū hominis esse interdū, interdū temporis solet. Vbi luxuria
 late felicitas fuit, luxus primū corporum esse diligentior in-
 cepit. Deinde supellectili laboratur, deinde in ipsas domos im-
 penditur cura, ut in laxitatem ruris excurrant, ut parietes ad-
 uectis trans maria marmoribus fulgeant, ut tecta uariantur a
 ro, & lacunaribus pauimentoru respondeat nitor: deinde ad
 cœnas lautitia transfertur, & illic commendatio ex nouitate,
 & solui ordinis commutatione captatur, ut ea quæ includere
 cœnam solent prima ponantur: ut quæ aduenientibus dabantur,
 exeuntibus dentur. Cum assuecit animus fastidire, quæ et
 more sunt, & illi pro sordidis solita sunt: etiā in oratione quod
 nouum est querit, & modò antiqua uerba, atq; exoleta reuoc-
 cat, & profert: modò fingit ignota & desleat: modò id quod
 nuper increbuit, pro cultu habetur, audax translatio, ac fre-
 quens. Sunt qui sensus præcidant, & hinc gratiam sperent, si
 sententia pependerit, & audienti suspicionem sui fecerit. Sunt
 qui illos detineant, & porrigant. Sunt qui non usque ad uitium
 accedant,

accedant
 sed quæ
 corrup
 erit d
 stium,
 freque
 proci
 tantum
 Togis
 ri pote
 illud se
 Da mil
 atas su
 enim d
 fuerint
 positos
 unmixt
 oratio c
 tis, qua
 leno sec
 cus illis
 Ad App
 trā, du
 cidunt.
 bercules
 poëticis
 care, qu
 negligit
 nem trā
 Quidam
 siquid p

accedant, Neceſſe eſt enim hoc facere, aliquid grande tentanti,
 ſed qui ipſum uitium ament. Itaque ubicunq; uideris orationē
 corruptam placere, ibi mores quoque à recto deſciuſſe, non
 erit dubium. Quomodo conuiuorum luxuria, quomodo ue-
 ſtium, ægræ ciuitatis indicia ſunt: ſic orationis licentia (ſi modo
 frequens eſt) oſtendit animos quoq; , à quibus uerba exeunt
 prociſiſſe. Mirari quidem non debes, corrupta excipi, non
 tantum à corona ſordidiorē, ſed ab hac turba quoq; cultiore.
 Togis enim inter ſe iſti, non iudicijs diſtant. Hoc magis mira-
 ri potes, quod non tantum uitioſa, ſed & uitia laudātur. Nam
 illud ſemper factum eſt. Nullum ſine uenia placuit ingenium.
 Da mihi quemcunq; uis magni nominis uirum, dicam quid illi
 ætas ſua ignouerit, quid in illo ſciens diſſimulauerit. Multos
 enim dabo, quibus uitia non nocuerint, quosdam, quibus pro-
 fuerint. Dabo, inquam, maximæ famæ, & inter miranda pro-
 poſitos, quos ſiquis corrigit, delet. Sic enim uitia uirtutibus
 immixta ſunt, ut illas ſecum tractura ſint. Adijce nunc, quod
 oratio certam regulam non habet. Conſuetudo illam ciuita-
 tis, quæ nunquam in eodem diu ſtetit, uerſat. Multi ex a-
 lieno ſeculo petunt uerba. Duodecim tabulas loquuntur. Græ-
 cus illis & Cratſus & Curio nimis culti & recentes ſunt.
 Ad Appium uſque & Coruncanum redeunt. Quidam con-
 trā, dum nihil niſi tritum & uſitatum uolunt, in ſordes in-
 cidunt. Vtrumque diuerſo genere corruptum eſt, tam me-
 bercules, quā ſi * nollent ſplendidis uti, ac ſonantibus, & * uellent
 poetiſis, neceſſaria atq; in uſu poſita uitare, tã hunc dicā pec-
 care, quā illum. Alter ſe iuſto plus colit, alter ſe iuſto plus
 negligit: ille & crura, hic nec alas quidē uelut. Ad cōpoſitio-
 nem trāſeamus, quot genera tibi dabo in hac, quibus peccetur.
 Quidam præfractā et aſperā probāt, diſturbant de industria,
 ſiquid placidius effluxit, nolunt ſine ſalebra eſſe iuncturam,

*blanditur.

uirilem putant & fortem, quæ aurem inæqualitate percutiat. Quorundam non est cõpositio, modulatio est, ad eò *plauditur. Quid de illa loquar, in qua uerba differuntur? et diu expectantur ad clausulas redeunt? Quid de illa in exitu lenta, qualis Ciceronis est, deuexa, et molliter desinens, nec aliter quam solet, ad morem suũ pedemq; respondens. Non tantũ in genere sententiarum uitium est, si aut pusillæ sunt, & pueriles, aut improba, & plus aulse quàm pudore saluo licet, si floridæ sunt, & nimis dulces, si in uanum exeunt, & sine affectu, nihil amplius quàm sonant. Hæc uitia unus aliquis inducit, sub quo tũc eloquẽtia est. Ceteri imitantur, & alter alteri, tradũt. Sic Salustio uigente, amputatæ sententiæ, & uerba ante expectatũ cadentia, et obscura breuitas fuisse pro cultu. Aruntius uir raræ frugalitatis, qui historias belli Punici scripsit, fuit Salustianus, & in illud genus nitens. Est apud Salustium, exercitũ argento fecit, id est, pecunia parauit. Hoc Aruntius amare coepit. Posuit illud omnibus paginis. Dicit quodam loco, fugam nostris fecere. Alio loco Hiero rex Syracusanorũ, bellum fecit. Et alio loco, quæ auditis Panormitanos dedere Romanis fecere. Gustũ tibi dare uolui. Totus his contextitur liber. Quæ apud Salustium rara fuerunt, apud hunc crebra sunt, et penè cõtinua, nec sine causa: ille enim in hæc incidebat, at hic illa quærebat. Vides autem quid sequatur, ubi alicui uitium pro exẽplo est. Dixit Salustius aquis hiemantibus. Aruntius in primo libro belli Punici ait, Repente hyemauit tẽpestas. Et alio loco, cum dicere uellet frigidum annum fuisse, ait, Totus hyemauit annus. Et alio loco, Inde sexaginta onerarias leues, præter militem & necessarios nauarũ, hyemante Aquilone misit. Non desinit omnibus locis hoc uerbum infulcire. Quodam loco Salustius dicit, Inter arma ciuilia, equi boni famas petit. Aruntius non tẽperauit, quominus primo statim libro poneret, ingentes esse famas de Regulo. Hæc

ergo
indic
& e
di ho
tenc
bam,
serua
bi sur
quod
Volu
natis
tesq;
ante l
dita e
est, n
uerba
no ac
cubuit
bus un
incolu
Cum i
lupati
do *fl
perseu
Rex, e
rat, &
cupi d
& fit t
stantq;
nocitur
Cum u

ergo & huiusmodi uitia, quæ alicui impressit imitatio, non sunt indicia luxuriæ, nec animi corrupti. Propria enim esse debent, & ex ipso nata, ex quibus tu æstimes alicuius affectus. Iracundi hominis, iracunda oratio est. Cômoti nimis incitata, delicati tenera & fluxa. Quod uides istos sequi, qui aut uellunt barbam, aut interuellunt: qui labra pressius tondent & abradunt, seruata & submissa cætera parte: qui lacernas coloris improbi sumunt, qui perlucetem togam, qui nolunt facere quicquam, quod hoim oculis transilire liceat. Iritant illos, et in se auertunt. Volunt uel reprehendi, dum conspici. Talis est oratio Mecænatius omniumq; aliorum, qui non casu errant, sed scientes, uolentesq;. Hoc à magno animi malo oritur. Quomodo in uino non ante lingua titubat, quã mens cessit oneri, & inclinata uel prodita est: ita ista oratio, quid aliud quàm ebrietas? Nulli molestæ est, nisi animus labat. Ideo ille curetur, ab illo sensus, ab illo uerba exeunt, ab illo nobis est habitus, uultus, incessus. Illo sano ac ualente, oratio quoq; robusta, fortis, uirilis est. Si ille procubuit, & cætera sequuntur ruinã. Rege incolumi, mens omnibus una est, Amisso rupere fidem. Rex noster est animus, Hoc incolumi, cætera manent in officio, parent & obtemperant. Cum ille paulum uacillauit, simul nutant. Cum uerò cessit uoluptati, artes quoq; eius, actusq; marcent, & omnis ex languido fluxusq; conatus est. Quoniam hac similitudine usus sum, * fluidoq;

perseuerabo. Animus noster modo rex est, modo tyrannus. Rex, cum honesta intuetur, salutem sibi commisi corporis curat, & nihil imperat turpe, nihil sordidum. Vbi uerò impotès, cupidus, delicatus est, transit in nomen detestabile ac dirum, & fit tyrannus. Tunc illum excipiunt affectus impotentès, inflantq;, qui initio quidem gaudent, ut solet populus largitione nocitura frustra plenus, & quæ non potest haurire, cõtrectat. Cum uerò magis ac magis uires morbus exedit, et in medullas

neruosq; descēdere delitiæ, cōspectū eorū, quibus se nimia au-
 ditate inutilem reddidit, letus pro suis uoluptatibus habet spe-
 ctaculum alienarum, subministrator libidinū, testisq; quarum
 sibi usum ingerēdo abstulit: nec illi tam gratū est abundare iu-
 cundis, quā acerbū quod nō oēm illum apparatū per gulam
 uentremq; transmittit, quod non cū omni exoletorum foemina-
 rumq; turba cōuolutatur, moeretq; quod magna pars suæ fel-
 citatis exclusa corporis angustijs, cessat. Nūquid enim mi Lu-
 cili in hoc furor nō est, quod nemo nostrū mortalem se cogitat?
 quod nemo imbecillum? imō in illo quod nemo nostrum unum
 esse se cogitat? Aspice culinas nostras, & cōcursantes inter tot
 ignes coquos nostros. Vnum uideri putas uentrem, cui tanto-
 rum tumultu comparatur cibus? Aspice *ueteraria nostra, &
 plena multorū seculorum uindemijs horrea. Vnū putas uideri
 uentrem, cui tot *consulum, regionumq; uina cluduntur? Aspi-
 ce quot locis uertatur terra, quot milia colonorū arent, sōānt.
 Vnum putas uideri uentrem, cui & in Sicilia, & in Africa se-
 ritur? Sani erimus, & modica concupiscemus, si unusquisque se
 numeret, metiatur simul corpus, sciatq; nec multum capere,
 nec diu posse. Nihil tamen æquē tibi profuerit ad tēperantiam
 omnium rerum, quā frequens cogitatio breuis eui, & huius
 incerti. Quicquid facies, respice ad mortem. Vale.

*ueterana: a-
 liās, uinaria
 *climatum,
 regionumq;

ANNOTAT. IN LIBRVM XX,

EPIST. CXIIII.

1. Ingens parumq; regnum. Sic æditio superior. In alijs erat, par
 cœlis regnū, quod ab eruditulo quodam submissum apparet, In alijs
 parq; regi regnum. In alijs aliud, & ap. i. y. is. Tolerabilis erit lectio,
 Ingens parumq; regnum. Paruum quia unius in unum, ingens quia
 difficile ac præclarum.

2. Persuadeat sibi me in hęc pulcherrimā uirtutē ultro etiā impen-
 dere iubentur. In alijs erat iubet, Si me uertas in ut, ac mōx ur in ut,
 erit cōmoda lectio. A dhuc illud persuadeat sibi ut in hanc pulcher-
 rimum uirtutem, ultro etiā impendere iuuet, ut tota cogitatio &c.

EPIST.

EPIST. CXV.

3 Quid si foeminae cirro crispas. Hic locus absq; codicum auxilio restitui non potest, Itaq; nolui me torquere sudore infrugifero, quandoquidem parum opis adferebant exemplaria.

LVCII ANNAEI

SENECAE EPISTOLARVM AD

LVCILIVM LIB. XXI.

EPIST. CXVI. Quod sapientem non decet orationis sollicita cōcinnitas. De pulchritudine animi. Et quod omnium hic eminentium non solida, sed bracteata & ficta felicitas est.



N I M I S anxium esse te circa uerba & cōpositionē mi Lucili nolo. Habeo maiora quae cures. Quare quid scribas, nō quemadmodū: & hoc ipsum, non ut scribas, sed ut sentias, ut illa quae senseris, magis applies tibi, & uelut signes. Cuiuscunq; orationem uideris sollicitam & politam, scito aī quoq; non minus esse pusillis occupatū. Magnus ille, remissius loquitur, & securius, Quaecunq; dicit, plus habent fiduciae, quā curae. Nosti cōplures iuuenes, barba & coma nitidos, de capsula *tortos, nihil ab illis speraueris forte, nihil solidam. Oratio cultus animi est, si circumtonsa est, & fucata, & manufacta, ostendit illum quoq; non esse syncerum, & habere aliquid fracti. Non est ornamentum uirile cōcinnitas. Si nobis aī boni uiri liceret inspicere, O quā pulchram faciem, quā sanctam, quā ex magnifico placidoq; fulgentem, uideremus, hinc Iustitia, illinc Fortitudine, hinc Temperātia, Prudentiaq; lucentibus. Præter has frugalitas, & cōtinentia, et tolerantia, & libertas, comitasq; & *quod credas in hoīe rarum humanitatis bonū, splendorē illi suū affunderent. Tum prouidentia, cū elegātia, et ex istis magnanimitas eminentissima, quantū dii

*totos,

* (quis credat)

O s boni

boni decoris illi, quantū ponderis, grauitatisq; adderet, quanta
 esset cū gratia autoritas? Nemo illam amabilem, qui non simul
 uenerabilem diceret, Siquis uiderit hanc faciē altiore fulgen-
 tiorēq; quā cerni inter humana cōsueit, non ne uelut numi-
 nis occurſu obstupefactus resistat, & ut fas sit uidisse, tacitus
 *tunc precetur? *Tamen euocante ipsum uultus benignitate produ-
 ctus, adoret ac supplicet: & diu cōtemplatus multū extantem,
 supraq; mensuram solitorū inter nos aspici, elatam oculis, mite
 quiddā, sed nihilominus uiuido igni flagratibus, Tunc demum
 illam Vergilij nostri uocem uerens atq; attonitus emittat,

O quā te memorem uirgo, namq; haud tibi uultus
 Mortalis, nec uox hominem sonat.

Sis felix nostrumq; leues quaecunq; laborem.

Aderit, leuabitq; si colere eam uoluerimus. Colitur autem non
 taurorū opimis corporibus contrucidatis, nec auro argentoq;
 suspenso, nec in thesauros stipe infusa, sed pia & recta uolun-
 tate. Nemo, inquam, nō amore eius arderet, si nobis illā uidere
 *obstrigillāt contingeret. Nūc enim multa *obstrigillāt, & aciem nostram,
 aut splendore nimio reperiunt, aut obscuritate retinent. Sed
 quemadmodū uisus oculorum quibusdam medicamētis acui so-
 let & repurgari, sic et nos, si aciem animi liberare impedimē-
 tis uoluerimus, poterimus perspicere uirtutem, etiam obrutam
 corpore, etiam paupertate opposita, & humilitate, & infamia
 obiacentibus. Cernemus, inquam, pulchritudinē illam, quamuis
 sordido obiectam. Rursus aequē malitiam & erumnosi animi
 ueternū perspiciemus, quamuis multus circa diuitiarū radiantium
 splendor impendeat, & intuentem, hinc honorum, illinc
 magnarum potestatiū falsa lux uerberet. Tūc intelligere nobis
 licebit, quā contemnenda miremur, simillimi pueris, quibus
 omne ludicrū in pretio est. Parentibus quippe, nec minus frā-
 tribus praeferunt paruo aere emptā monilia. Quid ergo inter

nos & illos interest, ut Ariston ait, nisi quod nos circa tabulas
 & statuas insanimus, charius inepti. Illos reperti in litore cal-
 culi leues, & aliquid habentes uarietatis delectant: nos ingen-
 tium maculæ columnarum: siue ex Aegyptijs *arenis, siue ex
 Africa solitudinibus aduectæ, porticum aliquã uel capacẽ po-
 puli cœnationẽ ferunt. Miramur parietes tenui marmore *in-
 ductos, cum sciamus quale sit, quod absconditur, oculis nostris
 imponimus. Et cū auro te cta perfundimus, quid aliud quã men-
 dacio gaudemus? Scimus enim sub illo fœda ligna latitare.
 Nec tantum parietibus, aut lacunaribus ornamentũ tenue præ-
 tenditur, oim istorum quos incendere altos uides, bracteata fe-
 licitas est. Inspice, & disces sub ista tenui mēbrana dignitatis,
 quantũ mali lateat. Hæc ipsa res quæ tot magistratus, tot iudi-
 ces detinet, quæ magistratus, & iudices facit. Pecunia ex quo
 in honore esse coepit, uerus rerũ honor cecidit: mercatoresq; et
 uenales inuicẽ facti querimus, non quale sit quidq;, sed quanti.
 Ad mercedẽ pij sumus, ad misericordiã impij. Et honesta quã-
 diu aliqua illis spes inest, sequimur, in cōtrariũ trāsituri, si plus
 scelera promitterent. Admirationem nobis parentes auri ar-
 gentiq; fecerūt, & teneris infusa cupiditas, altius sedit, creuitq;
 nobiscū. Deinde totus populus in alia discors, in hoc conuenit:
 hoc suspiciunt, hoc suis optant, hoc dijs uelut rerũ humanarum
 maximũ, cum grati uideri uolunt, consecrāt. Demq; cō mores
 redacti sunt, ut paupertas maledicto probroq; sit, contempta
 diuitibus, inuisa pauperibus. Accedunt deinde carmina poëta-
 rum, quæ affectibus nostris facem subdāt, quibus diuitiæ uelut
 unicum uitæ decus ornamentumq; laudantur. Nihil illis melius
 nec dare uidentur Dijs immortales posse, nec habere. Regia so-
 lis erat sublimibus alta columnis, Clara micante auro, Eiusdem
 currũ aspice. Aureus axis erat, temo aureus, aurca summæ Cur-
 uatur a rotæ, radiorũ argenteus ordo. Deniq; quod optimum

*cremis;

*indatos;

nideri

uideri uolunt, seculum aureū appellat. Nec apud tragicos de-
sunt, qui lucro innocētiam, salutem, opinionem bonam mutant.

Sine me uocari pessimum simul ut diues uocer:

An diues sit omnes quærimus: nemo an bonus.

Non quare, & unde, quid habeas tantum rogant.

Vbiq; tanti quisq; quantum habuit, fuit.

Quid habere nobis turpe sit, quæris? nihil.

Aut diues opto uiuere, aut pauper mori.

Bene moritur, quisquis moritur, dum lucrum facit.

Pecunia ingens generis humani bonum,

Cui non uoluptas matris, aut blandæ potest

Par esse prolis, non facer meritis parens.

Tam dulce siquid Veneris in uultu micat,

Merito illa amores caelitem, atq; hominum mouet.

Cum hi nouissimi uersus in Tragœdia Euripidis pronuntiat
essent, totus populus ad eijciendum, & actorem, & carmen
cōsurrexit uno impetu, donec Euripides in mediū ipse profiliuit
petens, ut spectarent, uiderentq; quem admirator auri exitum
faceret. Dabat in illa fabula pœnas Bellorophontes, quas in sua
quisq; dat. Nulla enim auaritia sine pœna est, quamuis satis sit
ipsa pœnarum. O' quantū lachrymarū, o' quantū laborū exi-
git, quam misera desideratis, quam misera partis est. Adijce
quotidianas sollicitudines, quæ pro modo habendi quemq; di-
scruciant. Maiore tormento pecunia possidetur, quam quæri-
tur. Quantū damnis ingemiscunt, quæ & magna incidunt, &
maiora uidētur. Deniq; ut nihil illis fortuna detrahat, quicquid
non acquiritur, damnū est. At felicē illum homines & diuitem
uocant, & consequi optant, quantū ille possidet. Fateor. Quis
ergo? Tu ullos esse conditionis peioris existimas, quam qui ha-
bet & miseriam & inuidiam? Utinam qui diuitias appetituri es-
sent, cum diuitibus deliberarent. Utinā honores petituri cum

Quoniā Ho-
merus uocat,
χρυσὸν ἀππο-
δίτυ.

ambū

ambitiosis summū adeptis dignitatis statum, profectō uota mutassent, cū interim illi noua suspiciūt, qui priora damnauerāt. Nemo enim est cui felicitas sua, etiam si cursu uenit, satis faciāt. Queruntur & de consilijs, & de processibus suis, maluntq; semper, quæ reliquerunt. Itaq; hoc tibi philosophia præstabit, quo equidē nihil maius existimo, Nunquā te poenitebit tui. Ad hanc tam solidā felicitatē, quam tempestas nulla cōcutiat, non perducent te apte uerba cōtexta, & oratio fluēs leniter. Eant ut uolent, dum animo cōpositio sua constet, dum sit magnus, & opinionum securus, & ob ipsa quæ alijs displicent, sibi placēs: qui profectum suum uita æstimet, & tantum scire se iudicet, quantum non cupit, quantum non timet. Vale.

EPIST. CXVII. Potius esse nullos quāmodos modicos habere affectus, contra Peripateticos disputat.

Vtrum satius sit modicos habere affectus, an nullos, sepe quaesitum est. Nostri illos expellunt, Peripatetici temperant. Ego nō uideo quomodo salubris esse, aut utilis possit ulla mediocritas morbi. Noli timere, nihil eorum quæ tibi non uis negari eripio, facilem me, indulgentemq; præbebo rebus, ad quas tendis, & quas aut uitæ necessarias, aut utiles, aut iucundas putes. Detraham uitium. Nam cum tibi cupere interdixero, uelle permittam, ut eadem illa intrepidus faciās, ut certiore consilio, ut uoluptates illas magis sentias. Quid ni? Ad te magis peruenturæ sunt, si illis imperabis, quā si seruias. Sed naturale est, inquis, ut desiderio amici torquear datus lachrymis tam iuste cadentibus, naturale est opinionibus hominum tangi & aduersis cōtristari. Quare nō permittas mihi hunc tam honestum malæ opinionis metum? Nullum est uitū sine patrocinio: nulli non *initium est uerecundū & exorabile, sed ob hoc latius funditur. Non obtinebis ut desinat, si incipere permiseris: Imbecillisq; primò omnis affectus, deinde ipse se cōcitāt, & uires

*uitium

res dum procedit parat, excluditur facilius, quàm expellitur. Quis negat omnes affectus à quodā quasi naturali fluere principio? Curam nobis nostri natura mandauit. Sed huic ubi nimium indulseris, uitium est. Voluptatē natura necessarijs rebus admiscuit, ut non illam peteremus, sed ut ea sine quibus non possumus uiuere, gratiora nobis illius faceret accessio. Si suo ueniat iure, luxuria est. Ergo intransibilibus resistamus, quia facilius, ut dixi, non recipiuntur quàm exeunt. Aliquatenus, inquis, dolere, aliquatenus timere permitte, sed illud aliquatenus longe producit, nec ubi uis, accipit finem. Sapienti non sollicitè custodire se tutū est, & lacrymas suas & uoluptates ubi uolet, sistet. Nobis quia non est regredi facile, optimū est omnino non progredi. Eleganter mihi uidetur Panætius respondisse adulescentulo cuidam quærenti, An sapiens amaturus esset. De sapientē, inquit, uidebimus, mihi & tibi, qui adhuc à sapiente longe absumus, non est cōmittendum ut incidamus in rem cōmotam, impotentē, alteri emancipatam, uilem sibi. Siue enim nos respexit, humanitate eius irritamur, siue contēpsit, superbia accendimur. Aequè facilitas amoris, quàm difficultas nocet. Facilitate capimur, cū difficultate certamus. Itaq; conscij nobis imbecillitatis nostræ quiescamus. Nec^o uino infirmū animū cōmittamus, nec formæ, nec adulationi, nec ullis rebus blande trahētibus. Quod Panætius de amore quærenti respōdit, hoc ego de omnibus dico. Quantum possumus nos à lubrico recedamus. In sicco quoq; parum foriiter stamus. Occurres hoc loco mihi illa publica contra Stoicos uoce, Nimis magna promittitis, nimis dura præcipitis. Nos homūtionēs sumus, omnia nobis negare non possumus. Dolebimus, sed parum. Concupiscemus, sed tēperate. Irascemur, sed placabimur. Scis quare non possumus ista? Quia nos posse non credimus. Imò mehercules, aliud est in re. Vitia nostra, quia amamus, defendimus, & malumus excu-

^o uitio

fare

sare illa, quàm excutere. Satis natura homini dedit roboris, si illo utamur, si vires nostras colligamus, ac totas pro nobis, certe non contra nos concitemus. Nolle in causa est, non posse prætenditur. Vale.

EPIST. CXVIII. Argumentatur contra quosdam professores suos sapere bonum esse. Deinde huius disputationis uelut pœnitens docet instrumenta uirtutum non talia argumenta tractanda.

Multum mihi negotij concinnabis, & dum nescis, in magnam me litem ac molestiam impinges: qui mihi tales questiuinculas ponis, in quibus ego nec dissentire à nostris salua gratia, nec consentire salua conscientia possum. Queris an uerum sit, quod Stoicis placet, Sapientiam bonum esse, sapere bonum non esse? Primum exponam, quid Stoicis uideatur: tunc dicere sententiã audebo. Placet nostris, quod bonũ est, esse corpus, quia quod bonũ est facit. Quicquid facit, corpus est, quod bonũ est, prodest, faciat autẽ aliquid oportet, ut prosit, si facit, corpus est. Sapientiã bonum esse dicunt. Sequitur, ut necesse sit illam corporalẽ quoq; dicere. At sapere non putant eiusdem conditionis esse. Incorporale est & accidens alteri, id est, sapientiã, itaq; nec facit quicquam, nec prodest. Quid ergo, inquit, cum dicimus bonũ esse sapere: sapere dicimus, referentes ad id, ex quo pendet: id est, ad ipsam sapientiam. Aduersus hoc quid ab alijs respondeatur, audi antequam ego incipio secedere, & in alia parte considerare. Isto modo, inquit, nec beate uiuere bonũ est. Velint nolint, respondendum est beatam uitam bonum esse, & beate uiuere bonum non esse. Etiamnum quoq; nostris illud opponitur. Vultis sapere? Ergo expetenda res est sapere: si expetenda res est, bona est. Coguntur nostri uerba torquere, & unam syllabam expetendo interponere, quam sermo noster inseri non sinit. Ergo illam si patẽris adiungam. Expetendũ est, inquit,

inquit, quod bonum est, expetibile quod nobis contingit. Cum bonum consecuti sumus, non petitur tanquam bonum, sed petito bono accedit. Ego non idem sentio, & nostros iudico in hoc descendere, quia iam primo uinculo tenentur, & mutare illis formulā non licet. Multum dare solemus præsumptioni omnium hominum. Apud nos ueritatis argumentū est, aliquid omnibus uideri: tāquam deos esse, inter alia hinc colligimus, quod omnibus de dijs opinio insita est, nec ulla gens usquā est adeo extra leges, moresq; proiecta, ut non aliquos deos credat. Cum de animarum aeternitate differimus, non leue momētum apud nos habet consensus hominum, aut timentium inferos, aut colētium aethera. Vt hac publica persuasione. Neminem inuenies, qui non putet & sapientiam bonum, & sapere. Non faciam quod uicti solēt, ut prouocem ad populum. Nostris incipiemus armis configere. Quod accidit alicui, utrum extra id cui accidit est, an in eo cui accidit? Si in eo est cui accidit, tā corpus est, quam illud cui accidit. Nihil enim accidere sine tactu potest. Quod tangit corpus est. Si extra est, postquam acciderat recessit. Quod recessit, motum habet, quod motum habet, corpus est. Speres me dicturum, non esse aliud cursum, aliud currere, nec aliud calorem, aliud calere, nec aliud lucem, aliud lucere. Concedo ista alia esse, sed non sortis alterius. Si ualetudo indifferens est, & ualere indifferens. Si forma indifferens est, & formosum esse indifferens est. Si iustitia bonum est, & iustum esse bonum est. Si turpitudine malum est, & turpem esse malum est. Tam me hercules quā si lippitudo malum est, & lippire malum est. Hoc scias, neutrum esse sine altero potest. Quod sapit, sapiens est: quod sapiens est, sapit. Adeo non potest dubitari, an quale illud sit, tale hoc sit, ut quibusdam utrunq; unū uideatur atq; idem. Sed illud libenter quaesierim, Cum omnia aut bona sint, aut mala, aut indifferentia, sapere in quo

numero

numero sit. Bonum negant esse, malum utiq; non est, sequitur medium sit. Id autem mediū atq; indifferēs uocamus, quod tam malo contingere quā bono potest, tanquā pecunia, forma, nobilitas. Hoc ut sapiat, contingere nisi bono non potest, ergo indifferens non est. Atqui ne malū quidem est, quod contingere malo non potest, ergo bonum est. Quod nisi bonus non habet, bonum est, sapere non nisi bonus habet, ergo bonū est. Accidens est, inquit, sapientiæ. Hoc ergo quod uocas sapere, utrū facit sapientiā, an patitur? siue facit illud, siue patitur, utroque modo corpus est. Nam & quod sit, & quod facit, corpus est: si corpus est, bonum est. Vnum ergo deerat illi, quo minus bonū esset, quod incorporale erat. Peripateticis placet, nihil interesse inter sapientiā & sapere, cū in utrolibet eorū & alterum sit. Nunquid enim quenuquā existimas sapere, nisi qui sapientiam habet? Nunquid quenuquā qui sapiat, non putas habere sapientiam? Dialectici ueteres ista distinguunt, ab illis diuisio usq; ad Stoicos uenit. Qualis sit hæc, dicā. Aliud est ager, aliud est agrū habere. Quid ni? Cum habere agrū ad habentē, non ad agrū pertineat. Sic aliud est sapientia, aliud sapere. Puto cōcedes duo esse hæc, id quod habetur, et eū qui habet. Habetur sapientia: habet qui sapit. Sapientia est mens perfecta, uel ad summum optimumq; perducta. Ars enim uitæ est. Sapere quid est? Non possum dicere mens perfecta, sed id quod contingit perfectam mentem habenti. Ita alterū est mens bona, alterum quasi habere mentem bonā. Sunt, inquit, naturæ corporū, tanquam hic homo est, hic equus: has deinde sequuntur motus animorū enunciatium corporū. Hi habēt propriū quiddā, et à corporibus seductū: tanquam, uideo Catonem ambulantē, hoc sensus ostendit, animus credit. Corpus est quod uideo, cui & oculos & animū intendi. Dico deinde, Cato ambulat: non corpus est quidem quod nunc loquor, sed enūciatiuum quiddā de cor-

pore, quod alij Effatum uocant, alij Enunciatum, alij Edictū. Sic cum dicimus sapientiā, incorporale quiddam intelligimus. Cum dicimus sapit, de corpore loquimur. Plurimū autem interest, utrū illū dicas, an de illo. Putemus in præsentia ista duo esse, nondum enim quid mihi uideatur, pronuntio: quid prohibet, quo minus alia quidem sint nihilominus bona? Dicebas paulo ante aliud esse agrū, aliud habere agrum. Quid niē in alia enim natura est qui habet, in alia quod habetur. Illa terra est, hic homo est. At in hoc de quo agitur eiusdē naturæ sunt utraque, & qui habet sapientiā, & ipsa quæ habetur. Præterea illic aliud est quod habetur, alius qui habet, hic in eodem est, & quod habetur, & qui habet. Ager iure possidetur, sapientia natura: ille abalienari potest, & alteri tradi, hæc non discedit à domino. Non est itaq; quod cōpares inter se dissimilia. Cœperam dicere, posse ista duo esse, & tamen utraq; bona, Et tanquam sapientia & sapiens duo sint, & utrumq; bonū esse concedis. Quomodo nihil obstat, quominus & sapientia bonū sit, & habens sapientiā: sic nihil obstat quominus & sapientia bonum sit, & habere sapientiā, id est, sapere. Ego in hoc uolo sapiens esse, ut sapiam. Quid ergo? Non est id bonū, sine quo nec illud bonū est? Vos certe dicitis sapientiā si sine usu datur, accipiendam non esse. Quis est usus sapientiæ? Sapere, hoc est in illa preciosissimū, quo detracto superuacua fit. Si tormenta mala sunt, torqueri malū est, adeo quidem ut illa non sint mala, si quod sequitur, detraxeris. Sapientia habitus perfectæ mentis est, sapere usus perfectæ mentis. Quomodo potest usus eius bonum non esse, quæ sine usu bonum non est? Interrogo te, an sapientia sit expetenda? Fateris. Interrogo, an usus sapientiæ sit expetendus? Fateris. Negas enim te illam recepturum, si uti ea prohibearis. Quod expetendū est, bonum est. Sapere sapientiæ usus est, quomodo eloquentiæ loqui, quomodo oculorū uidere.

Ergo

Ergo sapere sapientiæ usus est, vsus autem sapientiæ expeten-
 dus est. Sapere ergo expetendū est. Si expetendū est, bonū est.
 Olim ipse me damno, qui illos imitor dum accuso, & uerba
 apertæ rei impendo. Cui enim dubiū potest esse, quin si æstus
 malum est, & æstuarè malū sit? Si algor malū est, malū sit al-
 gere. Si uita bonū est, & uiuere bonū est. Omnia ista circa sa-
 pientiam, non in ipsa sunt. At nobis in ipsa commorandum est,
 etiā siquid euagari libet, amplos habet illa spaciososq; recessus.
 De deorum natura quæramus, de syderū alimento, de his tam
 uarijs stellarum discursibus: an ad illarum motus nostra mo-
 ueantur corpora, an corporibus omnium, animisq; illinc impetus
 ueniat. An & hæc quæ fortuita dicuntur, certa lege constricta
 sint, nihilq; in hoc mundo repentinū, aut expers ordinis uolu-
 tetur. Ista iam à formatione morū recesserunt, sed leuant ani-
 mum, & ad ipsarum quas tractant rerum magnitudinē attol-
 lunt. Hæc uero de quibus paulo ante dicebam, minuunt & de-
 primunt, nec ut putas exacuunt, sed extenuant. Obsecro uos,
 cur tam necessariam curam maioribus melioribusq; debitā, in-
 re nescio an falsa, certe inutili terimus? Quid mihi profuturū
 est scire, an aliud sit sapientia, aliud sapere? Quid mihi profu-
 turum est scire, *aliud bonum esse? Tcmerè me geram, subibo
 huius uoti aleam. Tibi sapientia, mihi sapere contingat, Pares
 erimus. Potius id age, ut mihi uiam monstres, qua ad ista per-
 ueniam. Dic mihi quid uitare debeā, quid appetere, quibus ani-
 mum labantē studijs firmem, quemadmodum quæ me ex trans-
 uerso feruent aguntq; procul à me repellam. Quomodo par-
 esse tot malis possum, quomodo istas calamitates remoueam,
 quæ ad me irruerunt, quomodo illas ad quas ego irrupi. Do-
 ce, quomodo feram crumnam sine gemitu meo, felicitatem sine
 alieno: quomodo ultimum & necessarium uitæ terminum non
 expectem, sed ipse me cum uisum erit profugiam. Nihil mihi

*illud

uidetur turpius, quàm optare mortem. Nam si uis uiuere, quid optas mori? si uiuere non uis, quid deos rogas, quod tibi nascèti dederunt? Nam ut quandoq; moriaris, etiam inuito positum est: ut cum uoles, in tua manu est. Alterum tibi necesse est, alterum licet. Turpissimum his diebus principium diserti mehercules uiri legi. Ita inquit, quàm primum moriar. Homo demes, optas rem tuam, ita quàm primum moriar. Fortasse inter has uoces senex factus es. Alioqui quid in mora est? Nemo te tenet, euade quàm usum est. Elige quamlibet rerum naturæ partem, qua tibi præberi exitum iubeas. Hæc nempe sunt elementa, quibus hic mundus administratur. Aqua, terra, spiritus. Omnia ista tam causa uiuendi sunt, quàm uie mortis. Itaq; quàm primum moriar. Quàm primum istud quod esse uis: quem illi diem ponis? Citius fieri quàm optas potest. Imbecillæ mentis ista sunt uerba, & * hac detestatione miseriam deprecantis. Non uult mori, qui optat. Deos uitam roga & salutem. Si mori placuit, hic mortis est fructus, optare desinere: Hæc mi Lucili tractemus, his formemus animum. Hæc est sapientia, hoc est sapere, non disputatunculis inanibus subtilitatem uanissimam agitare. Tot quæstiones tibi fortuna posuit, nondum illas solusisti. Iam cauillaris. Quàm stultum est, cum signum pugnae accepseris uentilare. Remoue ista * luxurie arma, decretorijs opus est. Dic, qua ratione nulla animum tristitia, nulla formido perturbet: qua ratione hoc secretarum cupiditatum pondus effundam: qua ratione agatur aliquid. Sapientia bonum est, sapere non est bonum. Sic fit. Negemus sapere, ut hoc totum studium derideatur, tanquam operatum superuacuis. Quid si scires etiam illud queri, an bonum sit futura sapientia? Quid enim dubij est oro te, an nec messes futuram iam sentiat horrea, nec futuram adulescentiam pueritia uiribus aut ullo robore intelligat? Aegro interim nihil uentura sanitas prodest, non

* hac destinatione misericordiam captantis.

* luxuria

magis quam currentem luctantemq; , post multos secuturum
 sensus otium reficit. Quis nescit hoc ipso non esse bonum id
 quod futurum est, quia futurum est? Nam quod bonum est, utiq;
 prodest, nisi presentia prodesse non possunt. Si non prodest,
 bonum non est utiq;, si prodest, iam est. Futurus sum sapiens,
 hoc bonum erit cum fuero, interim non est. Prius aliquid esse
 debet, deinde quale est. Quomodo oro te quod adhuc nihil est,
 iam bonum est? Quomodo autem tibi magis uis probari, non
 esse aliquid quam si dixero, futurum est? Nondum enim uenisse
 apparet, quod uenit. Ver secuturum est. Scio nunc hyemē esse.
 Aestas secutura est, scio æstatem non esse. Maximū argumen-
 tum habeo nondum presentis, futurum esse. Vt sapiam spero,
 sed interim non sapio. Si illud bonum haberem, iam hoc carerē
 malo. Futurum est, ut sapiam, ex hoc licet nondum me sapere
 intelligas. Non possum simul & in illo bono, & in hoc malo
 esse. Duo ista non coeunt, nec apud eundem sunt unā bonū &
 malum. Transcurramus solertissimas nugas, & ad illa que no-
 bis aliquam opem sunt latura, properemus. Nemo qui obste-
 tricem parturienti filix sollicitus accersit, edictum & ludorum
 ordinem perlegit. Nemo qui ad incendii domus sue currit,
 tabulam latrunculariam perspicit, ut sciat quomodo alligatus
 exeat calculus. At mehercules omnia tibi undiq; nunciantur,
 & incendium domus, & periculum liberorum, & obsidium
 patriæ, & bonorum direptio. Adijce istis naufragiū, motusq;
 terrarum, et quicquid aliud timeri potest. Inter ista districtus
 rebus nihil aliud quam animum oblectantibus uacas. Quid in-
 ter sapientiam & sapere interfit inquiris? Nodos nectis ac sol-
 uis, tanta mole impendente capiti tuo? Non tam benignum ac
 liberale tēpus natura nobis dedit, ut aliquid ex illo uacet per-
 dere, & uide quam multa etiam diligentissimis pereant. Aliud
 ualido sua cuiq; abstulit, aliud suorū, aliud necessaria ne-

gotia, aliud publica occupauerunt. Vitam nobiscum diuidit somnus: ex hoc tempore tam angusto, & rapido, & nos auferente, quid iuuat maiorem partem mittere in uanum? Adijce nunc, quod assuescit animus delectare se potius quam sanare, & philosophiam oblectamētum facere cum remedium sit. Inter sapientiam & sapere quid intersit nescio. Scio mea nō interesse sciam ista, an nesciam. Dic mihi cum quid inter sapientiam & sapere intersit didicero, sapiam: Cur ergo potius inter uocabula me sapientiæ detines, quam inter opera. Fac me fortio-
 fecero Possum autē superior esse, si dixero omne quod disco. Vale.

EPIST. CXIX. Præmittens de mundanorum sollicitudine, & sapientis securitate: quid sit bonum, & quæ honesti ac boni sit differentia demonstrat.

EXigis à me frequentiores epistolas. Rationes conferamus, soluendo non eris. Conuenerat quidē, ut tua priora essent: tu scriberes, ego rescriberē. Sed non ero difficilis, bene credi tibi scio, itaq; in antecessum dabo. Nec faciā quod Cicero uir disertissimus facere Atticū iubet, ut etiam si rem nullā habebit, quod in buccam uenerit scribat. Nunquam potest deesse quod scribam, ut omnia illa quæ Ciceronis implent epistolas transeam: quis candidatus laboret, quis alienis, quis suis uiribus pugnet: quis consulatū fiducia Cæsaris, quis Pompei, quis
 *arte *apertē petat: quā durus sit foenerator Cæcilius, à quo minoris centesimis propinqui nummus moueri non possunt. Sua satius est mala quā aliena tractare, se excutere & uidere, quā multarū rerū candidatus sit, & nō suffragari. Hoc est mihi Lucili egregiū, hoc securū ac liberū, nihil petere, & tota fortunæ comitia trāsire. Quā putas esse iucūdū tribubus uocatis, cū cādidati in templis suis pendeāt, & alius nūmos pronūtiat, alius per sequestre agat, alius eorū manus osculis conterat, quibus
 designatus

designatus cōtingēdam manū negaturus est, oēs attoniti uocem
 præconis expectant, stare otiosum, & spectare illas nudinas
 nec eminentem quicquam, nec uendentē. Quanto hic maiore gau-
 dio fruitur, qui nō prætoriam, aut cōsularia comitia securus in-
 tuetur, sed magna illa, in quibus alij honores anniuersarios pe-
 tunt, alij perpetuas potestates, alij bellorum euentus prosperos
 triūphosq; alij diuitias, alij matrimonia ac liberos, alij salutem
 suam suorumq;. Quanti animi res est, solum nihil petere, nulli
 supplicare, & dicere, nihil mihi tecū fortuna, non facio mei tibi
 copiā. Scio apud te Catones repelli, Vatinius fieri. Nihil rogo.
 Hoc est priuatam facere fortunā. Libet ergo hæc inuicem scri-
 bere, & hanc integrā semper egerere materiam, circumspiciē-
 tibus tot milia hoim inquieti, qui ut aliquid pestiferi per mala
 cōsequantur, nituntur in malum, petūq; mox fugiēda, aut etiā
 fastidienda. Cui enim affecuto satis fuit, quod optanti nimium
 uidebatur? Non est, ut æstimat hoies, auida felicitas, sed pusilla.
 Itaq; neminem satiat. Tu ista credis excelsa, quia longe ab illis
 iaces. Ei uero qui ad illa peruenit, humilia sunt. Mentior, nisi
 adhuc querit ascēdere. Istud quod tu summū putas, gradus est.
 Omnes autē male habet ignorantia ueri, tanquā ad bona ferun-
 tur decepti rumoribus. Deinde mala esse, aut inania, aut mino-
 ra quā sperauerint, adepti ac multa passi uident, maiorq; pars
 miratur ex interuallo fallētia, & uulgo bona pro magnis sunt.
 Hoc ne nobis quoq; eueniat, queramus quid sit bonum. Varia
 eius interpretatio fuit. Finiuit hoc alius alio modo. Alius illud
 aliter expressit. Quidam ita finiunt, Bonū est quod inuitat ani-
 mos, quod ad se uocat. Huic statim opponitur. Quid si inuitat
 quidem, sed in perniciem? Scis quā multa mala blanda sunt.
 Verum & uerisimile, inter se differunt ita. Quod bonū est, ue-
 ro iungitur: non est enim bonū, nisi uerum est. At quod inuitat
 ad se, & allicit facie, uerisimile est. Subrepat, sollicitat, attrahit.

Quidam ita finierunt. Bonum est, quod ad petitionē sui mouet, uel quod impetū animi tendentis ad se mouet. Et huic idem opponitur. Multa enim impetum animi mouent, quæ petantur petentium malo. Melius illi, qui sic finierunt, Bonū est quod ad se impetum animi secundum naturā mouet: & ita demū petendum est, cum cœpit esse expetendum. Nam et honestum est, hoc enim perfectē est petendum. Locus ipse me admonet, ut quid intersit inter Bonū Honestumq; dicā. Aliquid inter se habet mixtū & inseparabile, nec potest bonū esse, nisi cui aliquid honesti inest, et honestum utiq; bonū est. Quid ergo inter duo interest? Honestum est perfectū bonum, quo beata uita cōpletur, cuius contactu alia quoque bona fiunt. Quod dico tale est. Sunt quædam neq; bona, neq; mala, tanquam militiæ, legatio, iurisdictio. Hæc cum honeste administrata sunt, bona esse incipiunt, & ex dubio in bonum transeunt. Bonum societate honesti fit, honestum per se bonum est. Bonum ex honesto fluit, honestum ex se est. Quod bonū est, malum esse potuit. Quod honestum est, nisi bonum esse non potuit, Hanc quidam finitionem reddiderunt. Bonum est quod secundum naturam est. Attende quid dicam, quod bonū est, & secundum naturā est: non protinus quod secundum naturā est, & bonum est. Multa quidem naturæ consentiunt, sed tam pusilla sunt, ut non conueniat illis boni nomen. Leuia enim sunt, & cōtemnenda. Nullum etiam minimum contemniendum bonum. Nam quamdiu exiguum est, bonum non est. Cum bonum esse cœpit, nō exiguum est. Vnde aliquid cognoscitur bonum: Si perfectē secundum naturam est. Fateris, inquis, quod bonum est secundum naturam esse. Hæc eius proprietates est. Fateris: & alia secundum naturam quidem esse, sed bona nō esse. Quomodo ergo illud bonum est, cum hæc nō sint: quomodo ad aliam proprietatem peruenit, cum utiq; præcipuum illud cōmune sit, secundum naturā esse: ipsa scilicet magnitudine. Nec hoc nouū est,

est, q
eius
Qua
No
impl
melli
exem
nent.
duran
ctio, e
primi
uit. &
cit, uel
rem ex
protui
cœpit
uidere
gitaui
tum est
mus ad
fuit, ho
bonum

E
cis lu
Q
num lax
rime po
mas te d
tore, ut
intercess

est, quaedam crescendo mutari. Infans fuit, factus est pubes, alia eius proprietates fit. Ille enim irrationalis est, hic rationalis. Quedam incremento non tantum in maius exeunt, sed in aliud. Non fit, inquit, aliud quod maius fit. Vtrum lagenam an dolium impleas uino, nihil refert, in utroque proprietates uini est. Exiguum mellis pondus, & magnum, sapore non differt. Diuersa ponis exempla. In istis enim eadem qualitas est, quamuis augeantur, manent. Quedam amplificata in suo genere, in sua proprietate perdurant: quedam post multa incrementa, ultima demum uertit adiectio, & noua illis, aliamque quam in qua fuerunt conditionem imprimit. Vnus lapis facit fornix. Ille qui latera inclinata cuneauit, & interuentu suo uinxit. Summa adiectio quare plurimum facit, uel exigua? quia non auget, sed implet. Quedam processu priorem exuunt formam, & in nouam transcut. Vbi humus aliquid diu protulit, qui in magnitudine eius secundo lassatus est, infinitum cepit uocare quod longe aliud factum est quam fuit, cum magnam uideretur, sed finitum. Eodem modo aliquid difficulter secari cogitauimus, nouissime crescente hac difficultate, insecabile inuentum est. Sic ab eodem quod uix et aegre mouebatur, processimus ad immobile. Eadem ratione aliquid secundum naturam fuit, hoc in aliam proprietatem magnitudo sua transtulit, & bonum fecit.

Vale.

EPIST. CXX. De parsimonia uictus & tormeto infelicis luxuriae, & quod nunquam parum est, quod sat est.

Quoties aliquid inueni, non expecto donec dicas, in communi, ipse mihi dico. Quid sit quod inuenerim queris? Si num laxa, merum lucrum est. Docebo quomodo fieri diues celerime possis, quod ualde cupis audire. Nec immerito, ad maximas te diuitias compendiarie ducam. Opus erit tamen tibi creditore, ut negotiari possis. Aes alienum facias oportet, sed nolo per intercessorem mutueris, nolo proxenetae nomen tuum iactentur.

P 5 Parat

*Hecatonianum Paratū tibi creditorem dabo, *Catonianū illud, à te mutuum sumes. Quantulūcunq; est, satis erit, si quicquid deerit, id à nobis petierimus. Nihil enim mi Lucili interest, utrū non desideres, an habeas. Sūma rei in utroq; eadem est. Non torqueberis: nec illud precipio, ut aliquid naturæ neges, Contumax est, non potest uinci, suum poscit: sed ut quicquid naturā excedit, scias precariū esse non necessariū, Esurio, edendū est. Vtrum hic panis sit plebeius, an siliginus, ad naturā nihil pertinet. Illa uentrem nō delectari uult, sed impleri. Sitio, Vtrū hæc aqua sit quæ ex lacu proximo excepero: an ea quæ multa niue elsero, ut rigore refrigeretur alieno, ad naturā nihil pertinet. Illa hoc unū iubet, sitim extingui. Vtrum sit aureū poculum an chrysellinum, an *uitreum, an tyburtinus calix, an manus cōcaua, nihil refert. Finem oīm rerū specta, & superuacua dimittes. Fames me appellat, ad proxima quæq; porrigatur manus. En ipsa mihi cōmendauit, quodcunq; cōprehendero. Nihil contemnit esuriens. Quid sit ergo, quod me delectauerit, quæris? Videtur mihi egregie dictū, Sapiēs diuitiarū naturalium est *quæstor acerrimus. Inani me, inq; lance muneris. Quid est illud inane? Nā ego iam parauerā fiscos, Circumspiciebā in quod me mare negotiaturus immitterē, quod publicū agitarē, quas accersere merces? Decipere est istud, docere paupertatē, cū diuitias promiseris. Ita tu pauperē iudicas, cui nihil deest? Suo, inquis, et patriæ sue beneficio, nō fortunæ. Ideo ergo illum nō iudicas diuitē, quia diuitiæ eius desinere nō possunt? Vtrū malis habere multum an satis? Qui multū habet, plus cupit, quod est argumentū, nōdum illum satis habere: qui satis habet, cōsecutus est, quod nunquam diuiti contingit, finem. An has ideo non putas esse diuitias, quia propter illas nemo proscriptus est? Quia propter illas nulli uenenū filius, nulli uxor impedit? Quia in bello tutæ sunt? Quia in pace otiosæ? Quia nec habere illas periculo-

losum

Iosum est, nec operosum disponere? An parum habet, qui tantū
 non alget, non esurit, non sitit? Plus Iupiter nō habet. Nunquā
 parum est quod satis est. * Nunquam satis est, quod multum.
 Post Darium & Indos pauper est Alexander Macedo: que-
 rit quod suum faciat, scrutatur maria ignota, in Oceanum clas-
 ses mittit nouas, & (ut ita dicam) mundi claustra perrum-
 pit. Quod natura satis est, homini non est. Inuentus est qui con-
 cupisceret aliquid post omnia. Tanta est cæcitas mentium, &
 tanta inuitorum suorum unicuique, cum processit, obliuio. Ille
 modo ignobilis anguli non sine controuersia dominus, de tan-
 to sine terrarum per suum rediturus orbem tristis. Neminem
 pecunia diuitem fecit, unō contra, nulli non maiorem sui cupi-
 ditatem incussit. Queris quæ sit huius rei causa? Plus incipit
 habere posse, qui plus habet. Ad summam, quem uoles mihi
 ex his, quorum nomina cum * Cræso Licinioq; numeratur, in
 mediū licet protrahas: afferat censum, & quicquid habet, &
 quicquid sperat, simul cōputet. Iste mihi crede pauper est si po-
 test esse. At hic qui se ad id quod natura exigit, composuit, non
 tantū extra sensum est paupertatis, sed extra metū. Sed ut scias
 quam difficile sit res suas ad naturalem modum coartare, hic
 esse de quo circa naturam diximus, quem tu uocas pauperem,
 habet aliquid & superuacui. At excecant populum, & in se
 cōuertunt opes, si numerati multum ex aliqua domo effertur,
 si multum auri tecto quoq; eius illinitur, si familia aut corpo-
 ribus electa, aut spectabilis cultu est. Omnium istorum felicitas
 in publicum spectat, ille quem nos & populo & fortune sub-
 duximus, beatus introrsum est. Nam quod ad illos pertinet,
 apud quos falso diuitiarum nomen inuasit occupata paupertas,
 sic diuitias habent, quomodo habere dicimur febrem, cum illa
 nos habeat. E cōtrario dicere debemus, febris illum tenet. Eo-
 dem modo dicendum est, diuitiæ illū tenent. Nihil ergo monuisse
 te mal

*nunquam
 multum est,
 quod satis nō
 est.

*Crasso

te malim, quàm hoc quod nemo monetur satis, ut omnia natura-
libus desiderijs metiaris, quibus aut gratis satis fiat, aut paruo.
Tantum miscere vitia desiderijs noli. Quæris quali mens,
quali argento, quàm paribus ministris & leuibus affertur ci-
bus? Nihil præter cibum natura desiderat.

Num tibi cum fauces irit sitis, aurea quæris

Pocula? num esuriens fastidis omnia, præter

Pauonem rhombumq;? Ambitiosa non est fames, cõtenti
desinere est. Quò desinat, nõ nimis curat. Infelicitis luxuriæ ista
tormenta sunt. Quærit quemadmodũ post saturitatẽ quoq; esu-
riat, quemadmodum non impleat uentrẽ, sed farciat, quemad-
modum sitim prima potione sedatam reuocet. Egregie inq;
Horatius negat ad sitim pertinere, quo poculo aqua, aut quàm
eleganti manu ministraretur. Nam si pertinere ad te iudicas, quæ
crinitus puer, & quàm perlucidum tibi poculum porrigat, nõ
sitis. Inter reliqua, hoc nobis natura præstitit præcipuu, quod

*necessitati *necessitas fastidium excussit. Recipiunt superuacua delectã.

Hoc parũ decens, illud parũ laudatũ, oculos hoc meos lædit. Id

* pactum *actum est ab illo mundi cõditore, qui nobis uiuendi iura de-
scripsit, ut salui essemus, nõ delicati. Ad salutem omnia parua

*cõparatur. sunt & in præptu, delitijs omnia misere ac solícite *operatur.
Utamur ergo hoc naturæ beneficio inter magna numerãdo, et
cogitemus nullo nomine melius illã meruisse de nobis, quã quã
quicquid ex necessitate desideratur, sine fastidio sumitur. Val.

ANNOTAT. IN LIB. XXI.
EPISTOLA CXVIII.

I Quid mihi profuturum est scire aliud bonum esse? Temere me
geram, subito huius uoti aleam, tibi sapientiam mihi sapere contem-
gat. Si circumflectas penultimam in subito, & pro sapientiam legas
sapientia, ut erat in quibusdam, probè habet lectio: quanquam malum
subito quàm subito, quia præcessit, temerè me geram.

605
LVCII ANNAEI SE-
NECAE EPISTOLARVM AD
LVCILIVM LIB. XXII.

EPIST. CXXI. Quomodo ad nos boni honestiq;
notitia peruenerit: ubi notat eos, qui assidue suum statum
variant.



PISTOLA tua per plures quaestiuculas
uagata est, sed in una consistit, & hac expe-
diri desiderat, Quomodo ad nos boni hone-
stiq; prima notitia peruenerit. Haec duo apud
alios diuersa sunt, apud nos tantum diuisa.

Quid sit hoc dicam. Bonum putant esse aliqui, quod utile est.
Itaq; hoc & diuitijs, & equo & uino, & calceo nomen impo-
nunt. Tanta fit apud illos boni uilitas, & adeo usq; ad sordida
descendit. Honestum putant, cui ratio recti officij constat, tan-
quam pie curatam patris senectutem, adiutam amici paupertate-
tem, fortem expeditionem, prudentem moderatamq; sententia.
Ista duo quidem facimus, sed ex uno. Nihil est bonum, nisi quod
honestum est: quod honestum est, utiq; bonum. Superuacuum
iudico adijcere, quid inter ista discriminis sit, cum saepe dixe-
rim: hoc unum dicam, Nihil nobis bonum uideri, quo quis &
male uti potest. Vides autem diuitijs nobilitate, uiribus, quam
multi male utantur. Nunc ergo ad id reuertor, de quo deside-
ras dici, Quomodo ad nos prima boni honestiq; notitia peru-
nerit. Hoc nos docere natura non potuit. Semina nobis scientiae
dedit, scientiam non dedit. Quidam aiunt nos in noticiam inci-
disse: quod est incredibile, uirtutis alicui specie casu occurrisse.
Nobis uidetur obseruatio collegisse, & rerum saepe factarum
inter se collatio. Per analogiam nostro intellectu & honestum
& bonum iudicante. Hoc uerbum cum Latini Grammatici ci-
uitate

uitate donauerint, ego damnandum non puto, nec in ciuitatem suam redigendum. Vt ergo illo non tantum tanquã recepto, sed tanquã usitato. Quæ sit hæc analogia dicã. Noueramus corporis sanitatem, ex hac collegimus esse aliquã & animi. Noueramus corporis uires, ex his collegimus esse, & animi robur. Aliqua benigna facta, aliqua humana, aliqua fortia, nos obstupescerat, hæc cœpimus tanquam perfecta mirari. Suberant illis multa uitia, quæ species alicuius conspicui facti fulgoris celabat. Hæc dissimulauimus. Natura iubet augere laudanda. Nemo non gloriam ultra * rectum tulit. Ex his ergo speciem ingentis boni traximus. Fabricius Pyrrhi regis aurum reppulit, maiusq; regno iudicauit, regias opes posse cõtemnere. Ille medico Pyrrhi promittente uenenũ se regi daturum, monuit Pyrrhũ, caueret insidias: eiusdem animi fuit, auro nõ uinci, ueneno non uincere. Admirati sumus ingentem uirum, quem non regis, non contra regem promissa flexissent, boni exempli tenacem: quod difficilimum est, in bello innocentẽ, qui aliquod esse crederet, etiã in hostes nefas, qui in summa paupertate quæ sibi decus fecerat, nõ aliter refugit diuitias quã uenenum. *Virue*, inquit, beneficio meo Pyrrhe, & gaude, quod adhuc dolebas, Fabricium nõ posse corrumpi. Oratius Cocles solus impleuit pontis angustias, adimiq; à tergo sibi reditum, dummodo iter hosti auferretur iussit, & tam diu restitit prementibus, donec reuulsa ingenti ruina tigna sonuerũt. Postquã respexit, & extra periculũ esse patriam periculo suo, sensit, ueniat siquis uult, inquit, sic euntẽ sequi, deditq; se in præceps: & nõ minus sollicitus in illo rapido alueo fluminis, ut armatus, quã ut saluus exiret, retento armorũ uetriciũ decore, tam tutus rediit, quam si * sponte uenisset. Hæc & huiusmodi facta imaginem nobis ostendere uirtutis. Adijciam quod mirũ fortasse uideatur. *Mulla* interdũ speciem honesti obtulerũt, & optimũ ex contrariis

* uerum

* e ponte

nitu:
quog
bera
nesci
No
gẽtia
git at
rimun
egregi
genero
dimus
ferente
uirum.
inimico
se admi
patient
buendũ
& obno
Prætere
consilio
cere poss
perfectan
piditates
denda dis
prudẽtia
ergo uirt
decor, &
& magnit
la beata ui
do ergo ho
perfectus a

nituit. Sunt enim, ut scis, uirtutibus uitia confinia, & perditis
 quoq; ac turpibus recti similitudo est. Sic mētitur prodigus li-
 beralem, cum plurimū intersit, utrū quis dare sciat, an seruare
 nesciat. Multi, inquit, sunt Lucili, qui nō donāt, sed proijciunt.
 Non uoco ego liberalem, pecuniæ suæ iratum. Imitatur negli-
 gētia facilitatē, temeritas, fortitudinē. Hæc nos similitudo cō-
 git attendere, & distinguere specie quidem uicina, re autē plu-
 rimum inter se dissidentia: dum obseruamus eos quos insignes
 egregium opus fecerat, cœpimus annotare quis rem aliquam
 generoso animo fecisset, & magno impetu, sed semel. Hunc ui-
 dimus in bello fortem, in foro timidum, animose paupertatem
 ferentem, humiliter infamiam: factum laudauimus, contēpsimus
 uirum. Alium uidimus aduersus amicos benignum, aduersus
 inimicos temperatum, & publica & priuata sancte ac religio-
 se administrantem, nō deesse ei & in his quæ toleranda erant
 patientiā, & in his quæ agenda, prudentiam. Vidimus ubi tri-
 buendū esset, plena manu dantem, ubi laborandum, pertinacē
 & obnoxium, & lassitudinem corporis animo subleuantem.
 Præterea idem erat semper & in omni actu par sibi, iam non
 consilio bonus, sed more eò perductus, ut non tantum recte fa-
 cere posset, sed nisi recte facere non posset. Intelleximus in illo
 perfectam esse uirtutē, hanc in partes diuisimus. Oportebat cu-
 piditates refrenari, metus comprimī, faciēda prouideri, red-
 dēda distribui. Comprehendimus temperantiā, fortitudinē,
 prudentiā, iustitiā, & suum cuiq; dedimus officium. Ex quo
 ergo uirtutem intelleximus? Ostendit illam nobis ordo eius, &
 decor, & constantia, & omnium inter se actionum cōcordia,
 & magnitudo super omnia efferens sese. Hinc intellecta est il-
 la beata uita, secundo defluens cursu, arbitrij sui tota. Quomo-
 do ergo hoc ipsum nobis apparuit? dicam. Nunquam uir ille
 perfectus adeptusq; uirtutem, fortune male dixit. Nūquam ac-
 cidētia

cidentia tristis exceptit, ciuem esse se uniuersi & militem cre-
 dens, labores uelut imperatos subiit. Quicquid inciderat, non
 tanquam malum aspernatus est, & in se casu delatum: sed quasi
 delegatum sibi hoc qualecunq; est, inquit, meum est, asperum
 est, durum est, in ipso nauemus operam. Necessario itaq; ma-
 gnus apparuit, qui nunquam malis ingemuit, nunquam de fato
 suo questus est, fecit multis intellectum sui, & nō aliter quam
 in tenebris lumē effulsit, auertitq; in se omnium animos, cum es-
 set placidus & lenis, & humanis diuinisq; rebus pariter
 æquus. Habebat perfectum animū, ad summā suā ad ductus; su-
 pra quā nihil est nisi mens dei, ex qua pars & in hoc peccatū
 mortale defluxit: quod nunquam magis diuinum est, quam ubi
 mortalitatem suam cogitat, & scit in hoc natū hominem, ut ni-
 ta defungeretur: nec domū esse hoc corpus, sed hospitium, &
 quidem breue hospitium, quod relinquendum est, ubi te graue
 esse hospitii uideas. Maximū inquam mi Lucili argumentū est,
 animi ab altiori uenientis sede, si hæc in quibus uersatur humi-
 lia iudicat, & angusta, si exire non metuit. Scit enim quō ex-
 turus sit, qui unde uenerit, meminit. Non uidemus quā multo
 nos incommoda exagitant, quā male nobis conueniat hoc cor-
 pus. Nunc de uentre, nunc de capite, nunc de pectore ac faucibus
 querimur. Aliās nerui nos, aliās pedes uexant. Nunc de-
 iectio, nunc distillatio. Aliquando superest sanguis, aliquando
 deest. Hinc atq; illinc tentamur, & expellimur. Hoc euenire
 solet in alieno habitantibus. At nos corpus tam putre sortiti,
 nihilominus æterna proponimus: & in quantum potest ætas
 humana protendi, tantum spe occupamus, nulla contenti pecu-
 nia, nulla potentia. Quid hac re fieri impudentius, quid stulti-
 tius potest? Nihil satis est morituris, imō morientibus. Quot
 die enim propius ab ultimo stamus, & illō unde nobis cadere
 dam hora nos omnis impellit. Vide in quanta cæcitate mens
 nostra

nost
 eius
 quo e
 diem
 lastu
 dies e
 ripit.
 quiden
 indust
 iudica
 aliquen
 cies no
 ram ess
 durant
 do par
 rum fr
 diuitijs
 mum in
 nem iur
 pe ducer
 Omnia n
 salis pur
 cies cent
 bus, Nil
 bit Hora
 Adeo in
 sunt. Nem
 uxorem u
 id agit, ne
 uiciam, m
 centium: n

nostra sit. Hoc quod futurum dico, cum maximè fit, & pars eius magna iam facta est. Nam quod uiximus tēpus eo loco est, quo erat antequā uiximus. Erramus autē, qui ultimū timemus diem, cū tantundē in mortē singuli conferant. Non ille gradus laetitudinē facit, in quo deficiamus, sed ille proficitur. Ad mortē dies extremus peruenit, accedit omnis. Carpit nos illa, nō corripit. Ideo magnus animus conscius sibi melioris naturæ, dat quidem operā, ut in hac statione, qua positus est, honeste se atq; industrie gerat. Cæterū nihil horū quæ circa ipsum sunt suum iudicat, sed ut cōmodatis utitur, peregrinus & properans. Cū aliquem huius uideremus constantiæ, quid ni subiret nos speram esse ostendebat. Qualitatis ueræ tenor permanet, falsa nō durant. Quidā alternis Vatinij, alternis Catones sunt. Et modo parum illis seuerus est Curius, parū pauper Fabricius, parum frugi & contētus uili Tubero. Modò *Lucium Crassum

*Licinium
diuitijs,

diuitijs, Apiciū cœnis, Mecœnatem delitijs prouocant. Maximum indicium est malæ mentis, fluctuatio, & intra simulationem uirtutū amoremq; uitiorū assidua iactatio. Is habebat sæpe ducentos, sæpe decem seruos: modò reges atq; tetrarchas. Omnia magna loquens: modò sit mihi mensa tripes, & Cōchalis puri, toga quæ defendere frigus, quāuis crassa, queat: decies centena dedisses. Huic parco paucis contento, quinque diebus, Nil erat in oculis. Omnes isti tales sunt, qualē hunc describit Horatius Flaccus, nunquā eundē, nec similem quidem sibi. Adeò in diuersum aberrat. Multos dixi, propè est ut omnes sint. Nemo non quotidie, & consilium mutat, & uotum: modò uxorem uult habere, modò amicā: modò regnare uult, modò id agit, ne quis sit officiosior seruus: modo dilatat se usq; ad inuidiam, modo subsidit & contrahitur infra humilitatē uerè iacentium: nunc pecuniam spargit, nunc rapit. Sic maximè coar-

Q

guitur

**impudens,* gūtur animus* imprudens, alius prodit atq; alius, & (quo turpius nihil iudico) impar sibi est. Magnam rem puta unū hominem agere. Præter sapientem autem nemo unum agit. Cæteri multiformes sumus, modo frugi tibi uidebinur & graues, modo prodigi & uani. Mutamus subinde personam, & cōtrariā ei sumimus, quam exuimus. Hoc ergo à te exige, ut qualem institueris præstare te, talem usq; ad exitū serues. Effice ut t'es sis laudari, si minus, ut agnosci. De aliquo, quem uidisti heri, merito dici potest, hic quis est? Tanta mutatio est. Vale.

EPIST. CXXII. Quomodo omnibus animalibus sit constitutionis suæ tempus: & quod omnibus constitutionis suæ sensus est: & quid sit constitutio.

Litigabis ego uideo, cū tibi hodiernam quæstiunculā, in qua satis diu hæsimus, exposuero. Interim enim exclamabis, Hoc quid ad mores? Sed exclamanti tibi primū alios opponam, cum quibus litiges, Posidonium & Archidemum. Hi iudicium accipient, deinde dicam. Non quicquid morale est, bonos mores facit. Aliud ad hominem alendum pertinet, aliud ad exercendum, aliud ad uestiendum, aliud ad docendū, aliud ad delectandum. Omnia tamen ad hominē pertinent, etiam si non omnia meliorem eū faciunt. Mores alia aliter attingunt. Quidā illos corrigunt & ordinant, quidam naturam eorū & originem scrutantur: cū quæritur, quare hominē natura produxerit, quare prætulerit animalibus cæteris, longe me iudicas mores reliquisse: falsum est. Quomodo enim scies, qui habēdi sint, nisi quid homini sit optimum inueneris? nisi naturā eius inspexeris? Tunc demum intelliges, quid faciendum tibi, quid uitandum sit, cum didiceris quid nature tuæ debeas. Ego, inquis, uolo discere, quomodo minus cupiā, minus timeam. Super sitionem mihi excute, doce leue esse uanumq; , hoc quod felicitas dicitur, unam illi syllabam facillime accedere. Desiderio tuo

tis faciam, ad uirtutes exhortabor, & uitia conuerberabo, li-
 cet aliquis nimium inmoderatumque in hac parte me iudicet, non
 desistant persequi nequitiam & affectus * effrenatissimos inhibe-
 re, & uoluptates itur as in dolorem compescere, & uotis ob-
 strepere. Quid nunc? Cum maxima malorum optauerimus, & ex-
 gratulatione natum sit, quicquid obloquimur? Interim permit-
 te mihi ea, quae paulo remotiora uidentur, excutere. Quere-
 bamus an esset omnibus animalibus constitutionis suae sensus.
 Sensus autem esse ex eo maxime apparet, quod membra apte,
 & expedite mouent, non aliter quam in hoc erudita. Nulli non
 partium suarum agilitas est. Artifex instrumenta sua tractat
 ex facili. Rector nauis scit gubernaculum flectere. Pictor co-
 lores quos ad reddendam similitudinem multos uariosque ante
 se posuit, celerrime denotat, & inter ceram opusque facili uultu
 ac manu commutat. Sic animal in omnem usum sui mobile. Mi-
 rari solemus scenae peritos, quod in omnem significationem re-
 rum & affectuum parata illorum est manus, & uerborum ue-
 locitatem gestus assequitur. Quod illis ars praestat, his natu-
 ra. Nemo egregie molitur * actus suos, nemo in usu sui haesit. Ad
 hoc edita protinus faciunt. Cum hac scientia procedunt, institu-
 ta nascuntur. Ideo, inquit, partes suas animalia apte mouebunt,
 quia si aliter mouerint, dolorem sensura sint. Ita ut uos dicitis,
 coguntur, metusque illa in rectum, non uoluntas mouet, quod est
 falsum. Tarda enim sunt quae necessitate impelluntur. Agilitas
 spontaneus motus est. A deo autem non adigit illa ad hoc dolo-
 ris timor, ut in naturali motum etiam dolore prohibente ni-
 tantur. Sic infans qui stare meditatur, & ferre se assuescit, si-
 mul tentare uires suas coepit, cadit, & cum fletu toties resur-
 git, donec se per dolorem ad id quod natura poscit exercuit.
 Animalia quaedam tergi durioris inuersa tamdiu se torquent,
 ac pedes exerunt, & obliquant, donec ad locum reponantur.

*effrenatissimos

*artus

Nullum tormentum sentit supinata testudo. Inquieta est tamen desiderio naturalis status, nec ante desinit niti, quater se, quã in pedes constitit. Ergo omnibus constitutionis suæ sensus est, & inde membrorum tam expedita tractatio: nec ullum manus indicium habemus, cum hac illa ad uiuendum uenire notitia, quã quod nullum animal ad usum sui rude est. Cõstitutio est, inquit, ut uos dicitis principale animi, quodam modo se habens erga corpus. Hoc tam perplexum & subtile, & nobis quoq; uix enarrabile, quomodo infans intelligit? Omnia animalia dialectica nasci oporteret, ut istam finitionem magnæ parti hominum togatorum obscuram intelligãt. Verum erat quod opponis, si ego ab animalibus constitutionis finitionem intelligi dicerem. Nam ipsa constitutio facilius natura intelligitur, quã enarratur. Itaque infans ille quid sit constitutio, non nouit, constitutionem suam nouit: & quid sit animal nescit, animal esse se sentit. Præterea ipsam constitutionem suam crasse intelligit, et summam, et obscure. Nos quoq; animum habere nos scimus, quid sit animus, ubi sit, qualis sit, et unde, nescimus. Qualis ad nos peruenit animi nostri sensus, quãuis naturã eius ignoremus ac sedem: talis ad oĩa animalia constitutionis suæ sensus. Necessè est enim id fieri sentiat, per quod animalia quoq; sentiuntur. Necessè est sensum eius habeant, cui parent à quo reguntur. Nemo non ex nobis intelligit esse aliquid, quod impetus suus moueat, quid sit illud, ignorat. Et conatum sibi esse scit: quid sit, aut unde sit, nescit. Sicut infantibus sic quoque animalibus principalis partis suæ sensus est, non satis dilucidus, non expressus. Dicitis, inquit, omne animal primum constitutioni suæ conciliari, hominis autem constitutionem rationalem esse, & idè conciliari hominem sibi, non tanquam animali, sed tanquam rationali. Ea enim parte sibi charus est homo, quia homo est. Quomodo ergo infans conciliari constitutioni rationali potest?

test, et
est. Ad
concil
tution
conclu
tura ef
sulco:
rat om
stat &
nit, eam
adulesc
puer, &
tio sit, e
rum ma
Ergo in
no que
transeat
est. Prim
ad quod
mei cura
curam a
mei cura
scitur. Pr
certissim
prioribus
ro uel qu
runt, &
formidat
ad uitam
editum a
re rei po

test, cum rationalis nondum sit? Vnicuique ætati sua constitutio
 est. Alia infanti, alia puero, alia seni. Omnes enim constitutioni
 conciliantur in qua sunt. Infans sine dentibus est. Huic consti-
 tutioni suæ conciliatur. * Enati sunt dentes, huic constitutioni
 conciliatur. Nam & illa herba quæ in segetem frugemque uen-
 tura est, aliam constitutionem habet tenera & uix eminent
 sulco: aliam cum conualuit & molli quidem culmo, sed qui se-
 rat onus suum constitit: aliam cum flauescit, & ad aream spe-
 ctat & spica eius induruit, in quamcumque constitutionem ue-
 nit, eam tuetur, in eam componitur. Alia est ætas infantis, pueri,
 adolescentis, senis. Ego tamen idem sum, qui & infans fui, &
 puer, & adolescens. Sic quamuis alia atque alia cuique constitu-
 tio sit, conciliatio constitutionis suæ eadem est. Non enim pue-
 rum mihi aut iuuenem, aut senem, sed me natura commendat.
 Ergo infans ei constitutioni suæ conciliatur, quæ tunc infanti est,
 non quæ futura iuueni est. Neque enim si aliquid illi maius in quod
 transeat restat, non hoc quoque in quo nascitur secundum naturam
 est. Primum sibi ipsi conciliatur animal, debet enim aliquid esse,
 ad quod alia referantur. Voluptatem peto, Cui? Mihi. Ergo
 mei curam ago. Dolorem refugio. Pro quo? Pro me: ergo mei
 curam ago. Si omnia propter curam mei facio, ante omnia est
 mei cura. Hæc animalibus inest cunctis, nec inseritur, sed innas-
 citur. Producit fetus suos natura, non abijcit. Et quia tutela
 certissima ex proximo est, sibi quisque commissus est. Itaque ut in
 prioribus epistolis dixi, tenera quoque animalia è materno ute-
 ro uel quoquo modo effusa, quid sit infestum ipsis, protinus no-
 runt, & mortifera deuitant: umbram quoque transuolantium re-
 formidant, obnoxia a uibus raptu uiuentibus. Nullum animal
 ad uitam prodit sine metu mortis. Quemadmodum, inquit,
 editum animal intellectum habere, aut salutaris, aut mortife-
 re rei potest? Primum queritur, an intelligat, non quemad-

*Ei nati
sunt

modum intelligat. Esse autē illis intellectu ex eo apparet, quōd nihil amplius si intellexerint, faciēt. Quid est quare pauonem, quare anserem gallina nō refugiat, quum tanto minorē & ne notum quidē sibi accipitrē? Quare pulli selem timeant, canem non timeant? Apparet illis inesse scientiā nocituri, non experimento collectam. Nam antequā possint experiri, cauent. Deinde ne hoc casu existimes fieri, nec metuunt alia quā debent, nec unquā obliuiscuntur. Huius tutelæ & diligentiae æqualis est illis à pernicioso fuga. Præterea non sunt timidiōra uiuendo. Ex quo quidem apparet, non usu illa ad hoc peruenire, sed naturali amore salutis suæ. Et tardum est & uariū, quod usus docet. Quicquid natura tradit, & æquale est omnibus, & statim. Si tamen exigis, dicam, quomodo oē animal perniciose intelligere conatur. Sentit se carne consistere. Itaq; sentit, quid sit, quo secari caro, quo uri quo obteri possit. Quæ sunt animalia armata ad nocendum, horū speciem trahit inimicā & hostilem. Inter se ista cōiuncta sunt. Simul enim cōciliatur saluti suæ, quæcunq; iuuant, illa petit, læsura formidat. Naturales à cōtrarijs aspernationes sunt, sine ulla cogitatione, quæ hoc dicit. Sine cōsilio fit, quicquid natura præcipit. Non uides, quanta subtilitas sit apibus ad fingēda domicilia? Quanta diurni laboris obendi concordia? Non uides quā nulli mortaliū imitabilis sit illa araneæ textura? Quanti operis sit fila disponere? alia in rectū immissa firmamenti loco, alia in orbem currentia ex denso raris, quæ minora animalia in quorum *pretium illa tenduntur, uelut retibus implicata teneant. Nascitur ars ista, non discitur. Itaq; nullum est aīal altero doctius. Videbis aranearum pares telas, par in fauis angulorum oīm foramen, Incertum est et inæquale, quicquid ars tradit, ex æquo uenit quod natura distribuit. Hæc nihil magis quā tutelam sui, & eius peritiā tradidit. Ideoq; etiam simul incipiunt, & discere & uiuere. Nec est

*perniciem

mirum

mirum
hoc in
ciliati
Nec h
Sed th
Taciti
dum se
deesse.

E
fa
D
m
(ut ita
expecta
iacet, cu
lucanum
deducun
cepit. Q
gilus) se
Nos
Illis
Talis hor
dam in e
tem unqu
scire, que
mortem t
nis, quā
bras suas
*discocis
mirantur,

mirum cum eo nasci illa, sine quo frustra nasceretur. Primum hoc instrumentū illis natura contulit, ad permanendum in conciliatione & charitate sui. Non poterant salua esse, ni uellent. Nec hoc per se profuturū erat, sed sine hoc nulla res profuisset. Sed in nullo deprehendes uilitatem sui, ne negligētiam quidem. Tacitis nanq; et brutis quamuis in cætera torpeant, ad uiuendum solertia est. Videbis quæ alijs inutilia sunt, sibi ipsa non deesse. Vale.

EPIST. CXXIII. De his qui officia lucis noctisq; peruertunt. Et quod naturam sequentibus omnia facilia sunt & expedita.

Detrimentum iam dies sensit, resiliuit aliquantulum, ita tamen, ut liberale adhuc spatium supersit, si quis cum ipso (ut ita dicam) die surgat officiosior, meliorq; quam si quis illū expectat, ut luce prima exeat. Turpis qui alto sole semisomnis iacet, cuius uigilia medio die incipit, et adhuc multis hoc antelucanum est. Sunt qui officia lucis noctisq; peruertūt, nec ante diducunt oculos hesternæ graues crapula, quam appetere nox cepit. Quæ illorū conditio dicitur, quos natura (ut ait Vergilius) sedibus nostris subditos è contrario posuit.

Nosq; ubi primus equis oriens affluit anhelis,

Illis sera rubens accendit lumina uestper.

Talis horū contraria omnibus non regio sed uita est. Sunt quidam in eadē urbe antipodes, qui, ut Marcus Cato ait, nec orientem unquam solem uiderunt, nec occidentem. Hos tu existimas scire, quemadmodum uiuendum sit, qui nesciunt quando. Et hi mortem timent, in quam se uiui condiderunt, tam infæusti omnes, quam *nocturnæ aues sunt. Licet in uino unguentoq; tenebras suas exigant, licet epulis, & in multa quidem pericula

*nocturnæ

*districtis

*busta

*discoctis, totum peruersæ uigiliæ tempus diducant, non conuuantur, sed iusta sibi faciunt. Mortuis certè interdū parentur

Q 4 tantur

tantur. At mehercules nullus agenti dies lōgus est. Extendamus uitam. Huius & officium & argumentum actus est. Circumscribatur nox, & aliquid ex illa in diem transferatur. Aues quæ conuiujs comparantur, ut immotæ facillè pinguescant, in obscuro cōtinentur, Ita sine ulla exercitatione iacentibus, tumor pigrum corpus inuadit, & *superbam umbram iners segina *succrescit. Ita istorū corpora qui se tenebris dicauerunt, foecdea uisuntur. Quippe non speciosior illis, quam morbo palentibus color est, languidi, & *euanidi alben, & in uiuis caro morticina est. Hoc tamen minimū in illis malorum dixerim, quanto plus tenebrarum in animo est. Ille in se stupet, ille caligat, inuidet cæcis. Quis unquam oculos tenebrarum causa habuit? Interrogas quomodo hæc animo prauitas fiat, auersandi diem, & totam uitam in noctē transferendi? Omnia uitia contra naturam pugnant. Omnia debitum ordinē deserunt, hoc est luxuriæ propositum, gaudere peruersis, nec tantum discedere à recto, sed quam longissimè abire. Deinde etiā è contrario istū non uidentur tibi contra naturam uiuere qui ieiuni bibunt, qui unum recipiunt inanibus uenis, & ad cibum ebrij transeunt. Atqui frequens hoc adulescētium uitium est. Qui uires excolunt, in ipso penè balnei limine, inter nudos bibunt, imò potant, ut sudorem quem mouerunt potionibus crebris ac feruentibus, subinde dstringant. Post prandium aut cœnam bibere uulgare est. Hoc patresfamilie rustici faciūt, et ueræ uoluptatis ignari. Merum illud delectat, quod non innatat cibo, quod libere penetrat ad neruos. Illa ebrietas iuuat, quæ in uacuum uenit. Non uidentur tibi contra naturā uiuere, qui cōmutant cum sceminis uestem? Non uiuunt contra naturā, qui expectant, ut puercitia splendeat tempore alieno. Quid fieri crudelius, uel miserius potest? Nunquam uir erit, ut diu uirum pati possit, & cum illum contumeliæ sexus eripuisse debuerat, ne ætas quidem eripiat.

*superba
membra
*subrexit.
*marcidi

Non u
mento
lium, f
qui po
domor
cacum
therma
tur, n
stitueru
tum ab
exerce
pius ac
lus. Re
relinqu
uero de
& quid
egere e
lium Bu
Tyberu
Recitab
cittia Ty
infereba
taisse, &
rius ait,
audire a
Incip
Spar
Arg
Incip
Varus eq
affectator

NOT

Non uiuunt contra naturam, qui hyeme cōcupiscunt rosam? fo-
 mentoq; aquarū calentium, & calorū apta *imitatione bruma-
 lium, florem uernum exprimunt? Non uiuunt cōtra naturam,
 qui pomaria in summis turribus serunt, quorum syluæ in tectis
 domorum ac fastigijs nutant, inde ortis radicibus, quo improbe
 cacumina egissent? Non uiuunt contra naturā, qui fundamēta
 thermarum in mare iaciunt, nec delicate natate ipsi sibi uiden-
 tur, nisi calentia stagna fluctu ac tēpestate feriantur? Cū in-
 stituerunt oīa cōtra naturæ consuetudinē uelle, nouissimē in to-
 tum ab illa desciscunt. *Lucet, somni tempus est, quies est, nunc
 exerceamur, nūc gestemur, nunc *prandeamus. Iam lux pro-
 prius accedit, tēpus est cœnæ, Non oportet id facere, quod popu-
 lus. Res sordida est, trita ac uulgari uia uiuere. Dies publicus
 relinquatur *propius nobis, ac peculiare mane fiat. Isti mihi
 uerō defunctorū loco sunt. Quantulum enim à funere absunt,
 & quidem acerbo, qui ad faces & cereos uiuunt? Hanc uitam
 agere eodem tēpore multos meminimus. Inter quos & Aty-
 lium Butam prætorū, cui post patrimonii ingens consumptū,
 Tyberius paupertatem confitenti, sero, inquit, experrectus es.
 Recitabat Montanus Iulius carmen, tolerabilis poëta & amī-
 citia Tyberij notus, & frequēter ortus & occasus licentissimē
 inserebat. Itaq; cū indignaretur quidam illum tota die reci-
 tasse, & negaret accedendū ad recitationes eius, Natta Pina-
 rius ait, Nunquid liberalius possum agere? Paratus sum illum
 audire ab ortu ad occasum. Cum hos uersus recitasset:

Incipit ardentem Phœbus producere flammam,
 Spargere se rubicunda dies, iam tristis hirundo
 Argutis reditura cibos immittere nidis,
 Incipit, & molli partitos ore ministrat,

Varus eques Romanus L. Vinitij comes, cœnarum bonarum
 affectator, quas improbitate linguæ merebatur, exclamauit,

Q 5 Incip

*mutatione

*Focus lu-
cet,

*prandeamus

*proprium

Incipit Buta dormire. Deinde cum subinde recitasset,
 Iam sua pastores stabulis armenta locarunt,
 Iam dare sopitis nox nigra silentia terris Incipit,
 Idem Varus inquit: Quid dicit? Iam nox est, ibo, & Butam salu-
 tabo. Nihil erat notius hac eius uita in contrarium circumacta,
 quā ut dixi, multi eodem tēpore egerunt. Causa autē est ita ui-
 uendi quibusdā, nō quia aliquid existiment noctē ipsam habere
 iucundius, sed quia nihil iuuat obuiū, et grauis male cōscientie
 lux est. & oīa cōcupiscenti aut contemnti, prout magno aut
 paruo empta sunt, fastidio est lumen gratuitū. Præterea luxu-
 riosi uitā suam esse in sermonibus, dum uiuunt, uolunt. Nam si
 tacetur, perdere se putant operā. Itaq; male habent quoties non
 faciunt quod excitet famam. Multi bona comedunt, multi ami-
 cas habent. Vt inter istos nomen inuenias, opus est non tantum
 luxuriosam rem, sed notabilem facere. In tam occupata ciuitate
 fabulas uulgaris nequitia non inuenit. Pedonem Albinouanum
 narrantem audieramus, erat autē fabulator elegantissimus, ha-
 bitasse se supra domum *Spanij. Is erat ex hac turba lucifuga-
 rum. Audio, inquit, circa horam tertiam noctis flagellorum so-
 nos. Quæro quid faciat? Dicitur rationes accipere. Audio cir-
 ca horam sextam noctis clamorem *conciatum. Quæro quid
 sit? Dicitur uocem exercere. Quæro circa octauam horam no-
 ctis, quid sibi ille sonus rotarū uellet gestari dicitur. Circa lu-
 cem discurritur. Pueri uocantur, cellarij, coqui tumultuantur.
 *ab alueo Quæro quid sit? Dicitur mulsū et alicam poposcisse *à bal-
 neo exisse. Excedebat, inquit, eius in diē cœna? Minime. Valde
 enim frugaliter uiuebat, nihil cōsumebat nisi noctem. Itaq; cre-
 bro dicentibus illum quibusdā auarum & sordidū, Vos, inquit,
 illum & lichnobiū dicetis. Non debes admirari si tantas inue-
 nis uitiorū proprietates, uaria sunt, & innumerabiles habenti
 facies. Cōprehendi eorū genera nō possunt. Simplex recti cura

*Spu. Pa-
pinij.

*conci-
entium.

*ab alueo

est, mul-
 Idem m-
 sunt, ex-
 omnibu-
 detur i-
 se à cæte-
 diijs ue-
 stiones:
 familia est
 uunt. Ide-
 nec ab il-
 expedita
 contra a-

in
 elux
 qua

Tiner
 Incum
 Ita in lecti-
 ram boni
 sit graue.
 isse indig-
 bet uillicu-
 nem, inqu-
 fligineum
 imperet. E-
 nem habet
 est paruo
 porum eti-
 libentes o-
 potest, no-

est, multiplex prauus, & quantumuis nouas declinationes capit. Idem moribus euenit naturam sequentium. Faciles sunt, soluti sunt, exiguas differentias habent. His distorti plurimum, & omnibus & inter se dissident. Causa tamen precipua mihi uidetur huius morbi, uitae communis fastidium. Quomodo cultu se à cæteris distinguunt, quomodo elegantia coenarum, munditijs uehicularum, sic uolunt separare etiam temporum dispositiones: nolunt solita peccare, quibus peccandi præmium * infamia est. Hanc petunt omnes isti, qui ut ita dicam, * recto uiuunt. Ideo Lucili tenēda nobis uita est, quā natura præscripsit, nec ab illa declinandum. Illam sequentibus omnia facilia & expedita sunt: contra illam nitentibus non alia uita est, quam contra aquam remigantibus. Vale.

* famē
* retro

EPIST. CXXIII. De abstinentia & temperantia esus, & de adulatione uitanda & duobus rerum generibus, quæ nos inuitant aut fugant.

¶ Tinere confectus incōmodo magis, quā longo, in Albanum Mecum nocte multa perueni, Nihil habeo paratum nisi me. Ita in lectulo lassitudinem pono, hanc coqui, hanc pistoris moram boni consulo. Mecum enim de hoc ipso loquor, quā nihil sit graue, quod leuiter excipias, quā indignandum nihil, nisi ipse indignando astruas. Non habet panem meus pistor, sed habet uillicus, sed habet atriensis, sed habet colonus, Malum panem, inquis. Expecta, bonus fiet, etiam illum tenerum tibi & fuligineum fames reddet. Ideo non est ante edendum quā illa imperet. Expectabo ergo nec ante edam, quā aut bonum panem habere cœpero, aut malum fastidire desiero. Necessariū est paruo assuescere, Multæ difficultates locorum, multæ temporum etiam locupletibus & instructis aciebus optabam probibentes occurrent. Quicquid uult habere nemo potest, illud potest, nolle quod non habet, rebus oblati hilaris uti. Magna

pars

pars libertatis est, bene moratus uenter, & contumelie paties.
 Aestimari non potest, quantam uoluptatem capiam ex eo, quod
 lassitudo mea sibi ipsa acquiescit. Non unctioes, non balneum,
 non ullum aliud remedium quam temporis quero. Nam quod
 * Attali labor contraxit, quies tollit. haec qualiscunq; coena * Diali iu-
 cundior erit. Aliquando enim experimentum animi sumpsi
 subito. Hoc enim est simplicius & uerius. Nam ubi se prepara-
 uit & indixit sibi patientiam, non aequè apparet, quantum ha-
 bet uerè firmitatis. Illa sunt certissima argumèta quae ex tem-
 pore dedit, si nõ tantum aequus molesta, sed placidus aspexit,
 si non excanduit, non litigauit, si quod dari deberet, ipse sibi
 non desiderando suppleuit, & cogitauit, aliquid consuetudini
 suae, sibi nihil deesse. Multa quam superuacua essent non intel-
 leximus, nisi cum deesse coeperunt. Vtebamur enim illis, non
 quia debebamus, sed quia habebamus. Quam multa autè pe-
 ramus, quia alij parauerunt, quia apud plerosq; sunt. Inter cau-
 sas malorum nostrorum est quod uiuimus ad exèpla, nec ratio-
 ne cõponimur, sed consuetudine abducimur. Quod si pauci fi-
 cerent, nollemus imitari, cum plures facere coeperunt, quasi ho-
 nestius sit, quia frequentius, sequimur: & recti apud nos locum
 tenet error, ubi publicus factus est. Omnes iam sic peregrinã-
 tur, ut illos. Numidarum præcurrat equitatus, ut agmen cur-
 sorum antecedit. Turpe est nullos esse, qui occurrentes uia despiciant,
 qui honestum hominem uenire magno puluere ostendat.
 Omnes iam famulos habent, qui crystallina & murrina &
 celata magnorum artificum manu, portent. Turpe est uideri eos
 te habere sarcinas totas, quae tuto concuti possint. Omnium pa-
 dagia oblita facie uehuntur, ne sol, ne frigus teneram cutem le-
 dat. Turpe est neminem esse in comitatu puerorum, cuius san-
 facies medicamentum desideret. Horum hominum sermo inu-
 dus est. Hi sunt, qui uitia tradunt, & aliò aliunde transferunt.

Pessim
 rent. S
 cet. N
 sequi
 postea
 runt se
 tus, qu
 adulat
 quam a
 sequitur
 sunt aut
 fecerunt
 uerba.
 crepitu
 frui pat
 nisse. F
 quod iu
 interim
 mortè p
 dicere. N
 uidiam.
 ridem p
 te inter
 & sibi n
 heredite
 Istos tri
 publicos
 uitam, qu
 de sunt,
 luit. Idè p
 uirtutibu

Pessimum genus horum hominū uidebatur, qui uerba gesta-
 rent. Sunt quidam qui uitia gestant. Horum sermo multum no-
 cet. Nam etiam si nō statim proficit, semina in animo relinquit,
 sequiturq; nos etiam cum ab illis discesserimus, resurrecturum
 postea malum. Quemadmodū qui audierunt symphoniam fe-
 runt secum in auribus modulationem illam ac dulcedinem can-
 tus, quæ cogitationes impedit, nec ad seria patitur intendi. Sic
 adulatorum & praua laudantium sermo diutius hæret &
 quā auditur, nec facile est animo dulcem sonū excutere, pro-
 sequitur & durat, & ex interuallo recurrit. Ideo claudendæ
 sunt aures, maris uocibus, & quidem primis. Nam cū initium
 fecerunt, admissæq; sunt, plus audent. Inde ad hæc peruenitur
 uerba. Virtus, & philosophia & iustitia, uerborum inanium
 crepitus est. Vna felicitas est bonæ uitæ, * facere omnia liberè,
 frui patrimonio. Hoc est uiuere, hoc est se mortalem esse memi-
 nisse. Fluunt dies, & irreparabilis uita decurrit, Dubitamus
 quod iuuat facere: & ætati non semper uoluptates recepturæ,
 interim dum potest, dum poscit ingerere frugalitatem, ultrò
 mortē præcurrere, & quicquid illa ablatura est, iam sibi inter-
 dicere. Non amicam habes, non puerum, qui amicæ moueat in-
 uidiā. Quotidie sobrius prodis, sic cœnas, tanquam epheme-
 ridem patri approbaturus. Non est istud uiuere, sed alienæ ui-
 tæ interesse. Quanta dementia est hæredis sui res procurare,
 & sibi negare omnia, ut tibi ex amico inimicum magna faciat
 hereditas. Plus enim gaudebit tua morte quo plus acceperit.
 Istos tristes & superciliosos alienæ uitæ censores, suæ hostes,
 publicos pædagogos, assis ne feceris. Nec dubitaueris bonam
 uitam, quā opinionem bonam malle. Hæ uoces nō aliter fugiē-
 tæ sunt, quā illæ quas Vlysses nisi alligatus præteruehi no-
 luit. Idē possunt, abducunt à patria, à parentibus, ab amicis, à
 uirtutibus, & in turpē uitam miseros illidunt. Quāto satius est
 rectum

*facere, esse,
bibere,

3

rectū sequi limitem, & eò se peraucere, ut ea demum sint tibi iucunda, quæ honesta? Quod assequi poterimus, si fecerimus duo esse genera rerū, quæ nos aut inuitent, aut fugent. Inuicet, ut diuitiæ, uoluptates, forma, ambitio, cætera blanda & arridentia. Fugent, labor, mors, dolor, ignominia, uictus astrictior. Debemus itaq; exerceri, ne hæc timeamus, ne illa cupiamus. In contrariū pugnemus, & ab inuitantibus recedamus, aduersus

*potētia, als, *petentia concitemur. Non uides quā diuersus sit ascendentium habitus & descendentium? Qui per pronū eunt, resupinant corpora, qui in arduū, incumbunt. Nam si descendas, pondus suum in priorem partem dare, si ascendas, retro abducere, cū uitio Lucili consentire est. In uoluptates descenditur, in aspera & dura subeundum est. Hic impellamus, corpora illic refrenemus. Hoc nunc me existimas dicere, Eos tantum perniciosos esse auribus nostris, qui uoluptatem laudant, qui doloris metus per se formidabilis rei, incutunt. Illos quoq; nocere nobis existimo, qui nos sub specie Stoicæ sectæ hortantur ad uitia. Hoc enim iactant, solum sapientem & doctum esse amatorem, solus apte ad hanc artem æque combibendi & conuiuandi sapiens est peritissimus. Queramus ad quā usq; ætatem iuuenes amandi sint. Hæc græcæ consuetudini data sint. Nos ad illa potius aures dirigamus. Nemo est casu bonus, discenda uirtus est. Voluptas humilis res & pusilla est, & in nullo habenda pretio, communis cum brutis animalibus, ad quā minima & contemptissima aduolat. Gloria uanum & uolatile quiddam est, aurāq; mobilibus. Paupertas nulli malum est nisi repugnant.

*uolubile Mors malum non est. Quid queris? Sola *in æquo est generis humani. Superstitio error *insanus est, amandos timet, quos colit uiolat. Quid enim interest, utrum deos neges, an infames? Hæc discenda, imò ediscenda sunt, non debes excusationes uitio philosophiæ suggerere. Nullam habet spem salutis æger, quem

*potētia, als,
prementia

*uolubile

*uis æquum
*infantis

ad intemperantiam medicus hortatur. Vale.

EPIST. CXXV. Quod bonum non sensu, sed intellectu comprehenditur. Et quod bonū in nullo est, nisi in quo ratio.

Possum multa tibi ueterum praecepta referre, Ni refugis tenuisq; piget cognoscere curas. Non refugis autem, nec ulla te subtilitas abigit. Non est elegantiae tuae tantum magna sectari. Sicut illud probo, quod omnia ad aliquem profectum redigis, & tunc tantum offenderis, ubi summa subtilitate nihil agitur, quod ne nunc quidem fieri laborabo. Queritur, utrum sensu an intellectu comprehendatur bonum. Huic adiunctū est, in mutis animalibus & infantibus non esse. Quicumq; uoluptatem in summo ponunt, sensibile iudicant bonum, nos contra intelligibile, qui illud animo damus. Si de bono sensus iudicaret, nullam uoluntatem reijceremus. Nulla enim non inuitat, nulla non delectat. Et e contrario nullū dolorem uolentes subiremus, nullus enim non offendit sensum, Præterea non essent digni reprehensione, quibus nimium uoluptas placet, quibusq; summus est doloris timor. Atqui improbamus gulae ac libidini deditos & contemnimus illos qui nihil uiriliter ausuri sunt doloris metu. Quid autē peccant, si sensibus, id est iudicibus boni ac mali, parent? His enim tradidisti appetitionis & fugae arbitrium, Sed uidelicet ratio isti rei praeposita est, quæadmodum debeat de uita, quemadmodum de uirtute, de honesto, sic & de bono maloq; constitui. Nam apud istos uilissima parti datur de meliore sententia, ut de bono pronunciet sensus, obtusa res & hebes, & in homine quàm in alijs animalibus tardior. Quod si quis uellet non oculis, sed tactu minuta discernere, subtilior ad hoc nulla acies quàm oculorum & intentior deberet bonum malumq; dignoscere: uides in quanta ignorantia ueritatis uersetur, & quàm humi sublimia ac diuina proiecerit, apud quem de summo bono maloq; iudicat tactus. Quemadmodum, inquit,

omnis,

omnis scientia atq; ars aliquid debet habere manifestum sensuq; comprehensum, ex quo oriatur & crescat: sic beata uita fundamentum & initium à manifestis ducit, & eo quod sub sensum cadit. Nempe uos à manifestis beatam uitam sui initium capere dicitis. Dicimus beate esse, quæ secundum naturam sunt. Quid autem secundum naturam sit, palam & protinus apparet, sicut quid sit integrum, quod contingit protinus nato, non dico bonum, sed initium boni. Tu summum bonum uoluptatem infantia donas, ut inde incipiat nascens, quò consummatus homo peruenit. Cacumen radice loco ponis. Siquis diceret illum in materno utero * iacentem sexus quoq; incerti, tenerum, & imperfectum, & informe, iam in aliquo bono esse, aperte uideretur errare. Atqui quantum interest inter eum qui cum maxime uitam accipit, & illum qui maternorum uiscerum * latens omnis est: uterq; quantum ad intellectum boni ac mali æque maturus est, quia non magis infans adhuc boni capax est, quam arbor, aut mutuum aliquod animal. Quare autem bonum in arbore animaliq; muto non est? quia nec ratio, ob hoc in infante quoq; non est, nam & huic deest, tunc ad bonum perueniet, cum ad rationem peruenerit. Est aliquod irrationale animal. Est aliquod nondum rationale. Est rationale sed imperfectum. In nullo horum bonum: ratio illud secum affert. Quid ergo inter ista queretuli distat? Num quod erit bonum in eo quod irrationale est? In eo quod nondum rationale est, tunc esse bonum non potest: sed imperfectum iam potest esse bonum, sed non est. Ita dico Lucili, bonum non in quolibet corpore, non in qualibet ætate inuenitur, & tantum abest ab infantia, quantum à primo ultimo, quantum ab initio perfectum, ergo nec * in tenero modo coalescente corpusculo est. Quid ni non sit? Non magis quam in semine. Hoc si dicas, aliquod arboris, aut sati bonum nouimus, hoc non est in prima fronde, quæ emissa cum maxime

* Latentem
uixq; incoep-
tum
* Latens uer-
mis

* in utero

^asolam rumpit. Est aliquod bonum tritici, hoc nondum est in herba lactente, nec cū folliculo se exerit spica mollis, sed cum frumentum æstas & debita maturitas coxit. Quemadmodum omnis natura bonum suū nisi consummata non profert, ita hominis bonū non est in homine, nisi cū in illo ratio perfecta est. Quod autem hoc sit bonum, dicā. Liber animus est ac rectus, alia subiiciens sibi, se nulli. Hoc bonum adeo non recipit infantia, ut pueritia non speret, adulescentia improbe speret. Bene agitur cum senectute, ut illuc longo studio, intentoq; peruenit. Si hoc & bonum, & intelligibile est. Dixisti, inquit, aliquod bonū esse arboris, aliquod herbæ. Potest ergo esse aliquod & infantis. Verum bonū nec in arboribus, nec in mutis animalibus est, hoc quod in illis bonum est, * prædicatione bonum dicitur. Quod est, inquis? hoc quod secundum naturam cuiusque est. Bonum autem cadere in mutum animal nullo modo potest. Felicioris meliorisq; naturæ est, nisi ubi rationi locus est, bonum non est. Quatuor hæ naturæ sunt, arboris, animalis, hominis, & Dei. Hæc duo quæ irrationalia sunt, eandem naturā habent. Illa diuersa sunt, quod alterum immortale, alterū mortale est. Ex his ergo unius bonum natura perficit, Dei scilicet: alterius cura, hominis scilicet. Cætera in sua natura perfecta sunt, non uerè perfecta à quibus abest ratio. Hoc enim demum perfectum est, quod secundum uniuersam naturam perfectum est. Vniuersa autem natura rationalis est, cætera possunt in suo genere perfecta esse. In quo non potest beata uita esse, nec id potest quo beata uita efficitur, Beata autē uita bonis efficitur. In muto animali beata uita non efficitur, In muto ergo animali bonum non est. Mutū animal sensu comprehendit præsentia, præteritorum reminiscitur, cū id incidit quo sensus admonetur: tanquam equus reminiscitur uicæ cū ad intium eius admotus est. In stabulo quidem nulla illi uicæ, quāuis sæpe cal-

*semen

*precario

R cata,

cate, memoria est. Tertium uero tempus, id est futurum ad muta non pertinet. Quomodo ergo potest eorum uideri perfecta natura, quibus usus perfecti temporis non est? Tempus enim tribus partibus constat, praeterito, praesente, & futuro. Animalibus tantum quod breuissimum est in transcurso datum, praesens: praeteriti rara memoria est, nec unquam reuocatur, nisi praesentium occursum. Non potest ergo perfectae naturae bonum & imperfectae esse natura. Aut si natura habet, hoc habet, quod habent & sata. Nec illud nego ad ea quae uidentur secundum naturam, magnos esse mutis animalibus impetus & concitatos, sed inordinatos ac turbidos. Nunquam autem aut inordinatum est bonum, aut turbidum. Quid ergo, inquis, Muta animalia perturbate & indisposite mouentur? Dicerem illa perturbate & indisposite moueri, si natura illorum ordinem caperet. Nunc mouentur secundum naturam suam. Perturbatum enim id est, quod esse aliquando & non perturbatum potest. Sollicitum est, quod potest esse securum. Nulli uitium est, nisi cui uirtus potest esse. Mutis animalibus talis ex sua natura motus est. Sed ne te diu teneam, aliquod erit bonum in mutis animalibus, erit aliqua uirtus, erit aliquid perfectum: sed nec bonum absolute, nec uirtus, nec perfectum. Haec enim rationalibus solis contingunt, quibus datum est scire, quare, quatenus, quemadmodum. Ita bonum in nullo est, nisi in quo ratio. Quod nunc pertineat ista disputatio queris, & quid animo tuo profutura sit? dico. Et exercet illum & acuit, & utique aliquid acturum occupatione honesta tenet. Prodest autem & quod moratur ad praua properantem. Sed illud dico, nullo modo prodesse tibi possum magis, quam si tibi bonum tuum ostendo, si te a mutis animalibus separe, si cum Deo pono. Quid inquam, uires corporis alis & exerces? Pecudibus istas maiores ferisque natura concessit. Quid excolis firmam? Cum omnia feceris, a multis animalibus decore uinere-

ris. C
 fuder
 uel ut
 bitur
 ueloc
 quibus
 ti tuic
 lator o
 ration
 Hanc
 crescer
 omne n
 diunt, n
 uem tib
 iam sen
 simos e

F

1 Sati
 nis, & pr

2 A
 arbitror
 In aliis et

3 Dub
 decepta
 ut morte

Quam no
 placeat le
 lapates de
 laxem, ul

ris. Quid capillum ingenti diligentia comis? Cum illum uel confuderis more Parthorum, uel Germanorum nodo uinxeris, uel ut Scythæ solent, sparseris, in quolibet equo densior iactabitur iuba, horrebit in leonum ceruice formosior, Cum te ad uelocitatem paraueris, par lepusculo non eris. Vis tu rel. c. is in quibus uinci te necesse est, dum in aliena niteris, ad bonū reuertitur. Quod hoc est? animus scilicet emendatus ac purus, æmulator dei, super humana se extollens, nihil extra se sui ponens rationalis animalis. Quod ergo in te bonū est? Perfecta ratio. Hanc tu ad summum finem euoca, in quantum potest plurimum crescere. Tunc beatum esse te iudica, cum tibi ex te gaudium omne nascetur. Cum in his quæ homines eripiunt, optant, custodiunt, nihil inueneris, non dico quod malis, sed quod uelis. Breuem tibi formulam dabo, qua te metiaris, qua perfectum esse iam sentias. Bonum tunc habebis tuum, cum intelleges infelicissimos esse felices. Vale.

FINIS LIBRI XXII. ET VLTIMI
Epistolarum Senecæ ad Lucilium.

ANNOT. IN EVNDEM,
EPIST. CXXII.

1 Satiat peritos. In aliis erat satiat. Restituimus ordinem sermōnis, & præter exemplarium autoritatē, pro satiat, reposuimus scēnt.

EPIST. CXXIII.

2 A nobis optantem prohibent. in aliis erat à diebus, legendum arbitror à diis. Quanquā abesse uidetur pronomen quæ, quæ à diis. In aliis erat, instructis nobis optatum prohibent & occurrunt.

3 Dubitamus quod iuuat sapere, & ætati non semper uoluptates decepturæ, Interim dum potest, dum poscit ingerere frugalitatē, coarctat mortem præcurrere, & quicquid illi ablatura est, iam sibi interire. Quæ non suffragarentur exemplaria, diuinandū erat. Vide num hæc placeat lectio. Dubitamus. Quid iuuat sapere, & ætati nō semper uoluptates decepturæ, interim dum potest, dum poscit, ingerere frugalitatem, ultro mortem præcurrere, & quicquid illa ablatura est, sibi

R. 2 interd

interdicere?

EPIST. CXXV.

4 Sexus quoq; inceptū. Sic prior editio, ali^o habebat, Sexus quoq; incerti, alius, Sexuq; conceptum. legendū arbitror, uixq; inceptum.

APPENDIX ANNOTATIONVM
in Epistolas Senecæ.

ERASMVS ROT. LECTORI.

QUUM epistolarum opus iam aliqua ex parte esset excusum, allatum est exemplar e Brabantia, ex cuius collatione si qui prius sefellerant restituumus. Ea quomā in contextum inferi non poterant, hac appendice subiecinus: notauimus obiter & illa que operarum incuria comitti solent, praesertim si quid uideretur alicuius momenti.

IN LIB. I. EPIST.

EPISTOLA I.

Pag. 186. uers. 9. pro Erymachum & Polixenium, erat Hermachi & Polyenem. Hermachi & Polyæni, quibus Epicurus moriens suos hortos & scholæ successione delegauit, meminit Diogenes Laërtius in uita Epicuri.

Pag. 190. uers. 5. pro Epicurum complicamus, rectius erat complicamus. Sentit enim se suffurari ex Epicuro quæ tradit.

Pa. 196. uers. 17. comodus erat, Vbi se colligebat, uerecundiâ boni &c.

Pag. 197. uers. 28. pro qui non actus, erat, qui non præfens. Vtraque actio probabilis, argutior tamen uidetur hæc, ut cogitatus participium sit non nomen.

IN LIBRVM II.

Pag. 206. uers. 22. Non nostræ professionis uulgi fauores appetere. Hæc uerba non habebantur in exemplari quodâ. Et uidentur adiecta uel ab interprete, uel ab annotatore, quanquam inepte. Neque enim hoc sentit non esse expetendū uulgi fauore, sed philosopho dissimulandum, quod amore quietis fugiat principum commotum, quoniam si præ se ferat affectum suū, hoc ipso damnat principum consuetudinem, quod profitetur se fugere.

Pag. 206. uers. 30. quam oderint, aliàs oderunt. hoc ad sensum minimum refert, oderunt tamen comodus est. Sentit enim plures, impunitatis emolumentis accedere ad homicidiū, quam odio gratum. Ab hinc uers. 4. Rectius erat, ne in cōtemptum nos, inuidiæ timor

transfert

trāsfo
mus
inuid
Pag. 20
confi
Pag. 2
iunct
quare
luit a
Pag. 215
busda
Pag. 216
displi
ad mo
Pag. 217
riatur
fecerit
Versu ab
gution
tuti su

I
In cap.
aliquis
reposit
Ver. 17.
& uetu
cuntur
bant q
quidan
Pag. 2. ue
Certe
Cap. 2. ue
habebat
quod p
rustitisi
tus, uel
Cap. 4. ue
notat

trāserat. Sentit enim fieri, ut dñi præ nobis ferimus quod contēnimus inuidiā, incidam⁹ in aliud malū, ut cōtēnamur. Magnis enim inuidemus, abiectos contēnimus. Timere autē humilis est animi.

Pag. 208. uers. 11. Deniq; initiū omniū rerū. In quibusdā rectius erat, consilium omnium rerum quamquam utraq; lectio proba.

Pag. 211. uers. 3. distinctio mendosa est. Cōmodior erit, si deleta conjunctione et, ita legas. Quod futuri temporis incerta fors uoluit, quare potius à fortuna impetrem, ut det, quàm à me, ne petam? Voluit autem disyllabum est.

Pag. 215. uers. à principio epistolæ 3. non interfit. non, aberat in quibusdam, & redundat sententiæ.

Pag. 216. uers. 8. quod existimes me dicere, ut te admoueas, &c. non displicebat, quod quidam habebat, quod existimes me ducere te ad modicas cœnas, &c.

Pag. 217. uers. 5. Vitiata est distinctio, quam ita restitue. Et quidē gloriatur non toto esse pasci. Metrodorum qui nondum tantum profecerit, toto. In hoc, &c.

Verū ab hinc 3. Non enim iucunda res, Aliās horrida res. Prior argutior est lectio. Ipsa res per se non est iucunda, sed animi sic instituti summa uoluptas est.

IN LIBRVM DE BENEFICIIS

primum annotatiuncularum appendix.

In cap. 1. uers. 3. Nocentius non erat in uetustissimo codice, doctus aliquis supplese uidetur: sed non minus quadrabat, turpius, quod reposuerat Agricola noster.

Ver. 17. de quo queri. Rodolphus recte annotauit, decoquere. Nam & uetustissimus codex habebat decoquere. Siquidē decoxisse dicuntur, qui soluendo non sunt. Et paulò ante pro defertur, habebant quidam refertur. Ac paulò post, pro, gratiam corrumpimus, quidam codex habebat, ita gratiā corrumpimus, ut ita sit pro itaq;

Pag. 2. uers. 24. pro necessitate, Rodolphus annotarat, liberalitate. Certe uox necessitate, non congruit sensui.

Cap. 2. uers. 9. pro, aut timiditas, uetus codex habebat inuitatio; alius habebat tumultuatio, pro quo Rodolphus annotarat, cumulatio, quod probò, quamquam imitatio tolerabilis erat lectio. Nam uetustissimum habebat timidatio. Fit autem interdum aliquis gratus, uel ob hoc ipsum, quod beneficiis obruitur.

Cap. 4. uers. 18. putemus certe paruum ingerere sacril. Rodolphus annotasse uidetur, patratum ingens sacrilegium. Vetusissimus co-

dex habebat, parum se grate gerere, sacrilegium sit, quam arbitretur germanam esse scripturam.

Cap. 9. uer. 19. Pro, Indecentissimum sponsaliorum genus. Agricola recte notat, legendum: Decentissimum: loquitur enim, non de re, sed de peruersa hominum opinione.

Eodem superius uer. 7. ante hæc uerba, Non quanta quæque sunt. Agricola putat multa desiderari in omnibus exemplaribus. Item uer. 18. pro alienæ uxori anulum, ille legit æmulum: nec abhorrebat ab hac lectione uetustissimi codicis uestigia.

Pag. 10. uer. 2. iam raptam. Agros spargere, uetustissimus codex habebat locum hunc uetustam manu correctum in hunc modum. Iam rapta spargere, sparsa rapaci auaritia recolligere, ut iam sit initium nouæ sententiæ.

Cap. 11. uer. 6. Recipere non desidero, Rodolphus annotat, Recipe, non desidero. Vtraque lectio probe habet.

Cap. 12. uer. 9. Quod usus breuis delectat. Dederat habebat exemplar antiquissimum. Rodolphus recte notauit, dederat. Annotat de ordinem, tempus, locum, personas obseruet. Vetus habebat, de personas, sed a scripta supra uersum coniunctione.

Cap. 13. uer. 17. Rodolphus mea sententiâ, recte uertit ordinem duorum syllabarum, quàm hostium tam amicorum.

Cap. 14. uer. 7. Quis patitur sibi imputari? Sensus requirit aliquod uerbum, Rodolphus addiderat communia.

Ver. 16. Non eadem comitate. In editione quam habuit Rodolphus Agricola, bis erat, non eadem, unde coniecit legendum, non eadem fronte, non eadem comitate.

Ver. 18. Et liberorum orbitas, Vetus exemplar habebatur, libera orbitas. Sentit enim de libertate condendi testamenti, quæ non est parenti liberorum. Mox pro excogitat, erat, cogitet.

Cap. 15. uer. 2. quam uirtutum modus fecit. Rodolphus mauult uirtutem. Ac simile quiddam habebat annotatum uetustissimus codex. Mox nepotari, quod prius diuinaueramus repperimus expressè scriptum, in uetusto codice, manu descripto. Item uer. 6. quod ostentare libet, Rodolphus recte adiecit, sed quod.

Eodem uer. pro, quilibet casus. Vetus exemplar habebat annotatum, liber casus.

IN LIBRVM BENEFICIORVM II.

Cap. 1. uer. 7. si sibi raperet. Quidam habebat eriperetur. Rodolphus mauult præriperetur, ac mox, Nullamq; meretur gratiam, rectum erat in uetusto codice, nullamq; iniit gratiam.

Cap.7. uersu.1. scribe Verrucosus. Ac mox pro Aelio, uetustus codex habebat, Aellio, dictione tetrasyllaba.

Cap.10. Pag.23. uersu.5. Quid ni ego illi sum indicaturus. Ex uetusto codice ita rectius legi collegimus, Quid ni? Ego illi non sum &c.

Cap.13. uer.1. pro, & omne uetus habebat, ut meo iudicio rectius.

Cap.18. Pag.30. uersu.8. Nemo in id accipiendo. Rodolphus pro, in, recte mutauit enim.

Cap.20. Pag.31. uersu.8. non an seruirent seruitutem. Quidam pro seruitutem habebat seruituri: Alii seducti. Ex his uestigiis facile colligitur, pro seruitutem, legendum, sed utri: Atque ita notarat Rodolphus.

Cap.23. Pag.33. Versu.5. quibus iam ante dignitatem debent. Rodolphi codex habebat, quibus iam aut salutem aut dignitatem debet. Ac mox pro, clientium, uetustus codex melius habebat debetium. Prior tamen lectio uidetur argutior: officiis enim deuincti sunt clientes.

Cap.27. Pag.35. uersu.3. qua quondam fuit. Rodolphus recte legit, quæ quondam fuit.

IN LIBRVM BENEFICIORVM III.

Cap.4. uersu.3. non in memoriam reducamus. In uetustissimo codice aberant hæc uerba in memoriam. Videntur adiecta ab enarratore, Id ipsa sermonis structura satis arguit. Porro Seneca & aliis gaudet hoc uerbo uti, pro renouare, siue repetere, sine ulla adiectione. Mox quod præterierit melius in uetusto exemplari quod præterit, Rursus mox, Vitam suam transtulit. Agricola mauult, transiit. Mox, præsentium uel intuitus, at præteritorum memoria &c. habebat exemplar uetustissimum.

Cap.5. uer.10. Et si quod alius humiliter, aliud habet uetus.

Cap.5. uer.8. Non est in ulla, lege in ulla.

Cap.7. uersu.4. hoc enim speciosissimum est in illo aberat in uetusto codice.

Cap.10. uersu.4. lege, conscientiam latent.

Cap.17. Pag.53. uersu.13. pro de quo quare, Vetusissimus codex habebat, decoquat, nec dubium quin hæc sit germana scriptura. In fine huius capituli, existimat, pro, æstimat, operarum incuria positum est.

Cap.18. Pag.54. uersu.6. paria in illos licent. Melius habebat codex uetus, paria illis licent.

Cap.23. Pag.57. uersu.8. Attenus prætor, Rodolphus mauult, Atteius.

Cap.26. uersu.4. omnis seruiendi placebat occasio Melius Agricola seruiendi.

Cap. 28. uers. 11. ubicunq; fecit nomen illustre, Rodolphus pro fecit, non male diuinat, fulsit.

Cap. 29. uers. 6. eoq; illis meliores. Vetus codex habebat, æquè & illud, meliores.

Afpice rhenum uers. 16. uetus codex habebat, Henum.

Afpice trabes &c. uers. 20. pro altissimam, uetus codex rectius habebat, altissimas ut respondeat illi quod sequitur, latissime fufas.

Cap. 32. uers. 1. non tantum aluisse, Rectius Agricola ali se. Nec abhorrebant uestigia uetusti codicis, in quo erat alisse. alius addiderat u, ut fieret aluisse.

Pag. 63. uers. 17. Deinde non quæramus. melius in uetusto, non quærimus.

Cap. 33. uers. 3. eum maxime prementia. Vetus exemplar rectius habebat, cū maxime. Sic enim solet Seneca loqui, pro quàm maxime. Aliquanto post, pro continuet, Rodolphus mauult, concinnet.

Cap. 16. uers. 5. uolentibus legibusq;. Vetus habebat lætisq;.

Cap. 38. uers. 1. pro exempla sunt, Rodolphus maluit, subeunt.

IN LIBRVM BENEFICIORVM IIII.

Cap. 2. uers. 5. De ordine disputas. De re tota, & de potestate eius ambigitur. Tolerabilis erat hæc lectio. Ex uarietate scripturæ colligit Rodolphus ita legendum, De ordine puras disputationem esse. De re tota, &c.

Cap. 4. uers. 6. uota facientibus Rodolphus mauult facientis. commodius erat, facientium.

Cap. 5. uers. 11. Campos cingentia, uide num melius, tingentia, pro irrigantia.

Via uasta & nauigabili. Exemplar uetustissimum habebat, uasto & nauigabili cursu. Iam quoniam uia uidebatur otiosum, Rodolphus adiecit uoculam, longa uia. Opinor fuisse scriptum, Præbitura commertis uiam, uasto, &c.

Cap. 8. uers. 3. quod primum inuenta, quod ab eo primum inuenta, melius habebat uetustum exemplar.

Uers. 10. Nec distat officium, uetustus habebat, differt officium, sed non placet. Mox, Sic nunc naturam uoca. Rodolphus recte, Sic hunc. ut subaudias, deum.

Cap. 9. uers. 9. Præterea quæritis cui detis beneficium. Sic uetustus codex.

Cap. 13. uers. 7. facere crepusculum, In uetustissimo codice erat crepusculum, & pro facere, subnotatum erat, farcire. Mox pro sopitis, Rodolphus mauult soporis.

Capit.

Cap. 18. uers. 1. lege expetendam.

Vaga nascabantur, Melius in uetusto, nascuntur.

Cap. 21. Pag. 83. uers. 3. in cōtrariū tradidit. melius in uetusto, traducit.

Cap. 22. uers. 21. quæ sæpe tuto ac facili datur. Melius in uetusto, quæ sæpe è tuto ac facili aditur.

Cap. 23. uers. 25. cedunt redeuntq; Rectius in uetusto, eunt redeuntq;.

Cap. 29. uers. 12. quod potentissimum, rectius in eodem, potissimum.

Cap. 30. uers. 10. Cuius osculū etiā impediret uiri uota boni. Rodolphus diuinat, impenderet uiro notā bono. Hoc tolerabilius esset, si pro impēderet, haberetur, impingeret. Sed prior lectio mihi uidetur argutior. Ad uota enim diis facienda puri debebant accedere. Tamen si compositio uerborum durior est in utraq; lectione.

Cap. eodem Pag. 89. uers. 2. Quomodo ille. melius illi, & mox, ipsos rectius quā ipsas.

Cap. 34. uers. 22. cum exceptione uenit. Aliās, ueniet.

Cap. 36. uers. ult. qui præstat errori. Rodolphus legit, fidem præstat errori, atq; ita sanè scriptum habebat exemplar uetustissimum, manu descriptum. Ibidem. ut bono priori domino, bona legendum.

Cap. 39. uers. 6. pro portionem feram, Rodolphi codex habebat, portionem feram. At non satis probatur.

IN LIBRVM V.

Cap. 1. Pag. 99. uers. 1. Tibi autem hominum, lege, homini.

Cap. 2. uers. 5. & uictus quoq; uelis cedere. Melius, nolis.

Non magis uictus est, tanquam. si pro tanquam legas, quā, tolerabilis est lectio. atq; ea ferebatur in uetustissimo codice, licet aliud diuinauerit Agricola.

Cap. 7. Pag. 105. uers. 7. Natura sibi dedit. Rodolphus refragantibus exemplaribus, mutauit, Nemo sibi debet.

Cap. 16. uers. 26. ut saluus esse non posset, salua legit Agricola.

Cap. 22. uers. 9. lege peccare prohibebo.

Cap. 25. uers. 21. quos obsequentes. melius, quo obsequentes.

IN LIBRVM VI.

Cap. 6. uers. 6. Vtrum plus debeat nihil. pro nihil lege, mihi.

Cap. 8. Sæpe hostis. uers. 11. Rodolphus mauult, testis. Ac mox pro causā & gratia, in quibusdam melius erat, causā & gratiæ.

Cap. 14. uers. 1. statim initio. Si nomina uestra: nostra melius habebat uetus codex.

Cap. 17. uers. 1. artificiorū institutoribus. Rodul. mauult institoribus.

Cap. 18. uers. 1. Platon cum flumen. Codex Rodolphi habebat Platon, At non probatur.

- Cap. 20. uers. 13. lege, quia me instrumentum utilitatis suæ fecit.
 Cap. 23. Pag. 137. uers. 7. quum maxime. Alii quàm maxima. Maxima
 probò, cæterum Senecæ familiare est, superlatiuus præponere, cum
 siue quum.
 Cap. 25. Pag. 138. uers. 11. & uali trepidante. lege, uallum trepidante.
 Cap. 33. uers. 7. si illi stultam. Vtustiff. si illi semel stultam.
 Mox pro, ad summam. lege ad summa.
 Cap. 37. Pag. 147. uers. 2. in exilio meo. Melius omiffa præpositione
 exilio meo.
 Cap. 41. uers. 1. statim initio. lege, Soleo mi Liberalis. Mox cõtra sum-
 mam fiducia sui. Rodolphus mauult, contra summa fiducia sui. &
 consentiebat codex ille uetustus. Contra usurpauit pro imo.

IN LIBRVM VII.

- In primo statim uersu. Quidam habebant, habeas animum uolo.
 Cap. 2. uers. 6. Hæc regula uitæ. Melius in aliis, Hac regula uitæ. Item
 ambitus concurit. In aliis, ambitus non concurit. At non placet si-
 eur nec cætera quæ hic diuinat Agricola.
 Cap. 4. Pag. 157. uers. 7. Quæadmodum probemus. Rodolphus, Quin-
 age dum. Vide an placeat. Et aliquanto post. Is inquis cuius. Cõ-
 modius est in quibusdam, inquit.
 Cap. 7. uers. 1. Bion, aliàs, Dion.
 Cap. 10. uers. 12. Umbra quædam auariciæ. In aliis, umbra quadam.
 Cap. 15. uers. 4. sed non potes dicere. Alii efficere. Forte, potest legen-
 dum pro potes. imò sic habebat codex Agricolæ: Consentiebat
 & uetus ille, nisi quod quidam t, uirgula dispunxerat.
 Cap. 16. uers. 1. Quid tamen sentiam quæris. Commodior erat uetusti
 codicis lectio. Si tamè quid sentiam quæris, & uis signare respon-
 sum, hic beneficium, &c.
 Mox non habeo. In aliis, non debeo. Arbitror legendū non habes,
 siue non debes. In uetusto codice, rafor aliquis deletis prioribus,
 reposuerat, ille respondeat, habeo.
 Inferius, quia mutatus est ille, te mutat? In uetusto rectius, te mutat?
 Cap. 19. Pag. 168. uers. 1. Apollodorum & Phalarim. Codex Agricolæ
 habebat, pro halantum & Titanum. Ex priore fecerat, Halantum.
 nec abhorrebant uestigia uetusti codicis, etiam si quispiam fecerat
 ex phalanto Phalarim.
 Cap. 23. uers. 3. pro, itq; lege itaq;. Ac mox, hoc quidè se persuasurum
 putauit. Rodolphus addidit negãdi particulam, ne hoc quidè, &c.
 Cap. 27. uers. 13. pro inter rapientes reuerentem. In uetusto scriptum
 erat, referentem.

Cap. 31. uers. 7. ignorantibus dare. Rodolphus legit, ignorantibus, ut respondet ad id quod sequitur, gratis.

Cap. 32. uers. 5. Perit mihi beneficium. Rectius in uetusto perit.

L. ANNAEI SENE-
CAE DE MVNDI GVBERNA-
tione, Diuina prouidentia, & qualiter multa
mala bonis uiris accidunt, Liber unus.



QVAESISTI à me Lucili, quid ita si diuina prouidentia *mundus ageretur, multa *mundum bonis uiris acciderent mala. Hoc comodius in regeret. contextu operis redderetur, quo praesse uniuersis prouidentiam probarem, et interesse nobis deū. Sed quoniā à toto particulā reuelli placet, & unam cōtradictionē manente lite integra soluere, faciā rem nō difficilem *causam deorū agenti. Superuacū est in praesentia ostendere, non sine aliquo custode tantū opus stare, nec hunc syderū certū cursum & discursum fortuiti impetus esse, & quae casus incitat sepe turbari, & cito arietare, hāc inoffensam uelocitatē procedere aeternae legis imperio, tantū rerū terra mariq; gestantē, tantū clarissimorū luminū ex dispositione lucentium: nō esse materiae errātis hūc ordinē, neq; quae temerē coierūt, tanta arte pendere, ut terrarū grauissimū pondus sedeat immotū & circa se properantis coeli fugā spectet, ut infusa uallibus maria molliant terras, nec ullum incrementū fluminum sentiāt, ut ex minimis seminibus nascantur ingentia. Nec illa quidem quae uidentur confusa & incerta, pluias dico nubesq;, & elisorum fulminum ictus, & incendia ruptis montium uerticibus effusa, tremores labantis soli, & alia quae tumultuosa pars rerum circa terras mouet, sine ratione, quamuis subita sint, accidunt: sed suas et illa causas habent nō minus, quam quae alienis locis conspecta miraculo sunt, ut in medijs fluctibus calentes aquae,

*causam deorum agam.

&

& noua insularum in uasto exilientiu mari spacia. Iam uero si quis obseruauerit nudari litora pelago in se recedente, eademq; intra exiguum tempus operiri, credet ^{certa quadam uoluntate} modo contrahi undas, & introrsum agi, modo erumpere, & magno cursu repetere scae suam: cum illae interim portionibus crescunt, & ad horam ac diem subeunt ampliores minoresq;, prout illas lunare sydus elicit, ad cuius arbitriu oceanus exudat: suo ista tempore reseruetur. Eo quidem magis, quod tu non dubitas de prouidentia, sed quereris, in gratia te reduca cum dijs. Aduersus optimos optimus sis, neq; enim reru natura patitur, ut bona bonis noceant. Inter bonos uiros ac Deu amicitia est, conciliante uirtute. Amicitia dico, imo etiam necessitudo & similitudo, quandoquidem bonus, tempore tantu a Deo differt, discipulus eius aemulatorq; & uera progenies, quem parens ille magnificus, uirtutu non lenis exactor, sicut seueri patres, durius educat. Itaq; cum uideris bonos uiros acceptosq; dijs, laborare, sudare, per arduum conscendere, malos autem lasciuire, & uoluptatibus fluere: cogita filioru hos modestia delectari, uernularum licentia: illos disciplina tristiori contineri, horum ali audaciam. Idem tibi de Deo liqueat. Bonu uirum in delitijs non habet: Experitur, indurat, sibi illum prae parat.

De sustinendo impetum aduersitatis.

Quare multa bonis uiris aduersa eueniunt? Nihil accidere bono uiro mali potest. Non miscentur contraria, quemadmodum tot amnes, tantum supernae deiectorum imbrium, tanta mediterraneorum uis fontium non mutant saporem maris, neq; remittunt quide. Ita aduersarum impetus reru uiri fortis non uertit animum. Manet in statu, & quicquid euenit, in suum colorem trahit. Est enim omnibus ^{externis} potentior: nec hoc dico, non sentit illa, sed uincit, & alioquin quietus placidusq; contra incurrentia attollitur. Omnia aduersa, exercitatio

* casibus

citationes putat. Quis autē uir, modo erectus ad honesta, non
 est laboris appetens iusti, & ad officia cū periculo promptus?
 Cui non industrius ocium pœna est? Athletas uidemus, quibus
 uirū cura est, cū fortissimis quibuscunq; cōstigare, & exigere
 ab his, per quos certamen preparatur, ut totis contra ipsos
 uiribus utantur, cædi uexariq; patiantur, & si non inueniant
 singulos pares, pluribus simul obijciant. Marce sine aduersa-
 rio uirtus. Tunc apparet quanta sit, quantūq; ualeat, polleatq;
 cum quid possit patientia, ostendit. Scias licet idem uiris bonus
 esse faciendum, ut dura ac difficilia non formident, nec de fato
 querantur. Quicquid accidit, boni cōsulant, in bonum uertant.
 Non quid, sed quemadmodum feras, interest. Non uides quāto
 aliter patres, aliter matres indulgeāt? Illi exercitari iubēt libe-
 ros ad studia obeunda mature, feriatīs quoq; diebus non pa-
 tiuntur esse ociosos, & sudorē illis, & interdū lachrymas excu-
 tiunt. At matres fouere in sinu, continere in umbra uolunt.
 Nunquam flere, nunquam cōtristari, nunquā laborare. Pater-
 num Deus habet aduersus bonos uiros animū, & illos fortius
 amat, & operibus, doloribus, ac damnis exagitat, ut uerū col-
 ligant robur. Languent per inertiam saginata, nec labore tan-
 tu, sed mole, & ipso sui onere deficiunt. Non fert ullū ictum il-
 lesa felicitas. At ubi assidua fuit cū incōmodis suis rixa, callum
 per iniurias duxit, nec ulli malo cedit, sed etiam si succiderit,
 de genu pugnat. Miraris tu, si Deus ille bonorū amantiſsimus,
 qui illos quā optimos atq; excellentissimos uult, fortunā illis
 cū qua exerceantur assignat? Ego uerò non miror, si aliquando
 impetū capiunt spectandi magnos uiros colluctantes cū aliqua
 calamitate. Nobis interdū uoluptati est, si adolescens constantis
 animi irruentem feram uenabulo excepit, si leonis incursum in-
 territus pertulit, tantoq; spectaculū est gratius, quanto id *ho-
 nestius fecit. Non sunt ista quæ possunt deorū in se uultū con-
 uertere,

*honestior

uertere, sed puerilia & oblectamenta humanae leuitatis. Ecce
 spectaculū dignum, ad quod respiciat intentus operi suo deus.
 Ecce par deo dignū, uir fortis cū mala fortuna cōpositus, utiq;
 si & prouocauit. Nō uideo inquam quid habeat in terris Iup-
 piter pulchrius, si cōuertere animum uelit, quā ut spectet Ca-
 tonē, iam partibus non semel fractis stantem, nihilominus inter
 ruinas publicas * erectū. Licet, inquit, omnia in unius conditio-
 nē cōcesserint, custodiātur legionibus terrae, clasibus maris,
 & Caesarianus portas miles obsideat, Cato quā exeat habet.
 Vna manus latam libertatem nostram faciet. Ferrū istud etiam
 * rectum
 ciuili bello purum & innoxium, bonas tandem ac nobiles edet
 operas. Libertatē quam patriae non potuit dare, Catoni dabit.
 Aggredere anime diu meditatū opus, eripe te rebus huma-
 nis. Iam Petreius & Iuba concurrerunt, iacentq; alter alterius
 manu cāsi. Fortis & egregia fati cōuentio, sed quae non deceat
 magnitudinē nostram. Tam turpe est Catoni mortem ab illo
 petere, quā uitam. Liquet mihi, cū magno spectasse gaudio
 deos, quū iam ille uir acerrimus sui uindex, alienae saluti con-
 sultit, & instruit discedentium fugam, cū etiam studia nocte ul-
 tima tractat, cū gladiū sacro pectori infigit, cū uiscera spargit,
 & illam sanctissimam animam indignamq; quae ferro cōtami-
 naretur, manu educit. Inde crediderim fuisse parum certū &
 inefficax uulnus, non fuit dijs immortalibus satis spectare Ca-
 tonem semel, retenta ac * reuocata uirtus est, ut in difficiliori
 * renouata
 * inuitatur
 parte se ostenderet. Nō enim tam magno animo mors * inuitur,
 quā repetitur. Quid ni libenter spectarent alumnū suū
 tam claro ac memorabili exitu euadentem? Mors illos conse-
 crat, quorum exitum etiam qui timent, laudant.
 Sed iam procedente oratione ostendā, quā nō sint quae ui-
 dentur mala: nunc illud dico, ista quae tu uocas aspera, quae
 aduersa & abominanda, primū pro ipsis esse quibus accidunt,
 deinde

deinde
 lorum
 nolint
 qua su
 rearis
 omnib
 ista qu
 project
 affici
 dam fe
 taucris
 extrah
 pernici
 probar
 tam mei
 tra eos
 tatibus
 gnifica
 nat ad
 tur infe
 cuit eni
 ut ante
 est, a qu
 refugit,
 tim arm
 leui cōn
 Alius ci
 congre
 tor cum
 sine per
 querit,

deinde pro uniuersis, quorum maior dijs cura est, quàm singu-
 lorum. Post hæc uolentibus accidere, eos dignos malo esse, si
 nolint. His adijciã, fato ista sic esse, recte eadẽ lege his euenire
 qua sunt boni: persuadebo deinde tibi, ne unquã boni uiri mise-
 rearis. potest enim miser dici, nõ potest esse. Difficillimum ex
 omnibus quæ proposui uidetur, pro ipsis esse quibus eueniunt,
 ista quæ horremus ac tremimus. Pro ipsis est, inquit, in exiliũ
 projici, in egestatẽ deduci, liberos, coniugẽ efferre, ignominia
 affici, debilitari? Si miraris, hoc pro aliquo esse, miraberis quos-
 dam ferro & igne curari, nec minus fame ac siti. Sed si cogi-
 taueris tecũ, remedij causa quibusdã & radi ossa, & *ledi & *legi
 extrahi uenas, & quædam amputari membra, quæ sine totius
 perniciẽ corporis hæere non poterant, hoc utiq; patieris
 probari tibi, quædam incõmoda pro his esse, quibus accidunt:
 tam mehercules quã quædã quæ laudantur, atq; appetuntur cõ-
 tra eos esse, quos delectauerunt, simillima cruditatibus, ebrie-
 tatibusq; & cæteris quæ necãt per uoluptatẽ. Inter multa ma-
 gnifica Demetrii nostri & hæc uox est, à qua recẽs sum, so-
 nat adhuc & uibrat in auribus meis, Nihil, inquit, mihi uide-
 tur infelicius eo, cui nihil unquã aliquid euenit aduersi, Non li-
 cuit enim illi se experiri, ut ex uoto illi fluxerũt omnia, imo &
 ut ante uotũ: male tamen de illo dii iudicauerũt, Indignus uisus
 est, à quo uinceretur aliquãdo fortuna, quæ ignauissimũ quemq;
 refugit, quasi dicat: Quid ego istũ aduersariũ mihi assumã: sta-
 tim arma submittet. Non opus est in illum tota potentia mea,
 leui cõminatione pelletur. Non potest sustinere uultũ meum.
 Alius circumspectatur, cum quo cõferre possimus manum, pudet
 congregari cum homine uinci parato. Ignominia iudicat gladia-
 tor cum inferiore componi, & scit eum sine gloria uinci, qui
 sine periculo uincitur. Idem facit fortuna, fortissimos sibi pares
 querit, quosdam fastidio transiit, Contumacissimum queng; &
 recti

rectissimum aggreditur, aduersus quem suam uim intendat.
 Ignem experitur in Mutio, paupertatem in Fabricio, exilium
 in Rutilio, tormenta in Regulo, uenenum in Socrate, mortem
 * magna in Catone. Magnum exemplum, nisi * mala fortuna, non inuenit,
 Infelix est Mutius, quod dextera ignes hostium premit: et
 ipse à se exigit erroris sui pœnas? quod Regem quem armata
 manu non potuit, exusta fugat? Quid ergo, felicior esset, si in
 sinu amicæ foueret manum? Infelix est Fabricius, quod rus suam
 quantum à rep. uacauit, fodit? quod bellum tam cum Pyrrho,
 quàm cum diuitijs gerit? quod ad focum coenat illas ipsas radice
 ces, & herbas, quas in repurgando agro triumphalis sener
 euulsit? Quid ergo, felicior esset, si in uentrem suum longinquæ
 littoris pisces, & peregrina aucupia congereret? Si conchylijs
 superiatq; inferi maris, pigriciam stomachi nauseantis erige
 * augetur, ret? Si ingenti pomorum strue cingeret, primæ formæ seras cap
 ptas multa cæde uenatum deglutire. Infelix est Rutilius, quod
 qui illum damnauerunt, causam dicent omnibus seculis: quod
 æquiore animo passus est se patriæ eripi, quàm sibi exiliu:
 quod Syllæ dictatori solus aliquid negauit, & reuocatus non
 tantum retro cessit, sed longius fugit? Viderint, inquit, ista, quæ
 Romæ deprehendit felicitas tua. Videant largum in foro sangui
 nẽ, & supra Seruilianum lacum (Id enim proscriptionis Syllæ
 spoliariũ est) senatorum capita, & passim uagantes per urbem per
 cussorum greges, & multa milia ciuium Romanorum uno loco
 post fidem, imò per ipsam fidem trucidata. Videant ista, qui exulare
 non possunt. Quid ergo, filix est Lucius Sylla, quod illi de
 scendenti ad forum gladio submouetur, quod capita consularium
 uirorum patitur ostendi, & precium cædis per questorem ac
 tabulas publicas numerat. Et hæc omnia facit ille qui legem
 Corneliam tulit. Veniamus ad Regulum, quid illi fortuna
 nocuit? quod illum documentum fidei, documentum patientiæ
 ficit

fecit: Figunt cutem clavi, & quocunq; fatigatum corpus reclinauit, uulneri incumbit, & in perpetuam uigiliam suspēsa sunt lumina. Quanto plus tormenti, tanto plus erit glorię. Vis scire, quā non pœniteat hoc pretio æstimasse uirtutem? Reficet u illum, & mitte in senatū, eandem sententiā dicit. Feliciore ergo tu Meccenatē putas, cui amoribus anxio, & morose uxoris quotidiana repudia deslenti, somnus per symphoniārū cantum ex longinquo lene resonantiū quæritur? Mero se licet sopiat, & aquarū fragoribus auocet, & mille uoluptatibus mentem anxiam fallat, tam uigilaui in pluma, quā ille in cruce. Sed illi solatiū est pro honesto dura tolerare, & ad causam à patientia respicit: hunc uoluptatibus marcidū, & felicitate nimia laborantem, magis his quę patitur uexat causa patiendi. Non usq; eò in possessionē generis humani uitia uenerunt, ut dubiū sit, an electione fati data, plures Reguli nasci quā Meccenates uelint. Aut si quis fuerit, qui audeat dicere Meccenatem se quā Regulū nasci maluisse, idem iste, taceat licet, nasci se Terentiā maluit. * Male tu natū Socratem iudicas, quod illa potationem publicē mixtam non aliter quā medicamentū immortalitatis eduxit, & de morte disputauit usq; ad ipsam? Male cum illo actū est? * Congelatus est sanguis, ac paulatim frigore inducto uenarū uigor constitit. Quanto magis huic inuidendum est, quā illis quibus gemma ministratur, quibus exoletus omnia pati doctus, exetæ uirilitatis aut dubiæ, suspensam auro nuem diluit. Hi quicquid biberint uomitū remittūt tristes, & bilem suā reguſtantes. At ille uenenū letus & libens hauriet. Quod ad Catonem pertinet, satis dictum est, * suamq; illi felicitatem contigisse consensus hominū fatebitur. Quem sibi rerū natura delegit, cum quo metuenda collideret. Inimicitie potentū graues sunt. Opponatur simul Pōpeio, Cæsari & Crasso. Graue est à deterioribus honore anteciri, Vatinio

* Male tratatum

* quod gelatus

* remittūt

* summamq;

tinio possferatur. Graue est ciuilibus bellis interesse, toto terrarum orbe pro causa bona tam feliciter quam pertinaciter militet. Graue est sibi manus afferre, faciat. Quid per hoc consequatur? ut omnes sciant non esse hæc mala, quibus ego dignum Catonem putavi.

De Prosperitate.

Prospere in plebem ac uilia ingenia deueniunt. At calamitates terroresq; mortalium sub iugum mittere, proprium magni uiri est. Semper uerò esse felicem, & sine morsu animi melite transire uitam, ignorare est rerum naturæ alteram partem. Magnus es uir, sed unde scio, si tibi fortuna non dat facultatem exhibendam uirtutis? Descendisti ad olympia: si nemo præter te, coronam habes, uictoriã non habes. Non gratulor tanquam uiro forti, sed tanquam consulatum præturam uel adeptum, honore actus es. Ad id dicere & bono uiro possum, si illi nullam occasionem difficilior casus dedit, in qua una uim sui animi ostenderet. Miserum te iudico, quod non fuisti miser, transisti sine aduersario uitam. Nemo sciet, quid potueris, nec tu quidem ipse. Opus est enim ad notitiam sui experimeto, quid quisque possit, nisi tentando non didicit. Itaque quidam ultro se cessantibus malis obtulerunt, & uirtuti ituræ in obscurum occasionem per quam enitescerem, quaesierunt. Gaudent, inquam, magni uiri aliquando rebus aduersis, non aliter quam fortes milites belli triumpho. Ego Mirmillonem sub C. Caesare de raritate munerum audiui querentem. Quibus bellis, inquit, etas perit, Auida est periculi uirtus, & quod terdat, non qui passura sit, cogitat, quanquam & quod passura est, gloria pars est. Militares uiri gloriatur uulneribus, læti fluentem meliorem casu sanguinem ostentant. Idem licet fecerint, qui integri reuertuntur ex acie, magis spectatur, qui saucius redit. Ipsis inquam Deus consulit, quos esse quam honestissimos cupit, quoties illis materia præbet aliquid animose fortiterque faciendum. Ad quæ

rem opus est aliqua rerū difficultate. Gubernatorē in tempe-
 state, in acie militē intelligas. Vnde possum scire, quantum ad-
 uersus paupertatē tibi animi sit, si diuitijs diffusus? Vnde pos-
 sum scire, quantum aduersus ignominiam & infamiam, odiūq; po-
 pulare constātia habeas, si inter plausus senescis, si te inexpu-
 gnabilis, & inclinatione quadā mentium pronus, fauor sequitur?
 Vnde scio, quā aequo animo laturus sis orbitatē, si quoscunque
 sustulisti uides? Audiui te, cum alios consolareris: tunc conspe-
 xissem, si te ipse consolatus esses, si te ipse dolere uetuisset. No-
 lite obsecro uos expauescere ista, quæ dii immortales uelut sti-
 mulos admovent animis. Calamitas uirtutis occasio est. Illos
 merito quis dixerit miseros, qui nimia felicitate torpescunt,
 quos uelut in mari lento tranquillitas *itineris detinet. Quic-
 quid illis incidit, nouū ueniet. Magis urgent seua inexper-
 tos. Graue est non assuetis ferre ceruicibus iugū. Ad suspiciōnē
 uulneris tyro paleat, audacter ueteranus cruorē suū spectat,
 qui scit se sæpe uicisse post sanguinē. Hos itaq; Deus, quos pro-
 bat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet. Eos autē quibus
 indulgere uidetur, quibus parcere, molles uenturis malis ser-
 uat. Erratis enim si quē iudicatis exceptū. Veniet ad illum die
 felicem sua portio. Quisquis uidetur dimissus esse, dilatus est.
 Quare Deus optimum quemq; aut mala uoletudine, aut luctu,
 aut incōmodis afficit? Quia in castris quoq; periculosa fortis-
 simis imperat dux. Lectissimos mittit, qui nocturnis hostes ag-
 grediantur insidijs, aut explorent iter, aut praesidiū loco de-
 ficiant? Nemo eorum qui exeunt dicit, male de me imperator
 meruit, sed bene iudicauit. Idem dicant quicumq; iubētur pati,
 timidis ignauisq; flebilis: digni uisi sumus deo, in quibus expe-
 riretur, quantum humana natura posset pati. Fugite delicias, fu-
 gite eneruatam felicitatem, qua animi *marcescunt, & nisi ali-
 quid interuenit quod humane sortis admoneat, uelut perpe-

tua ebrietate sopiti. Quem specularia semper à statu uindice-
 runt, cuius pedes inter fomenta, subinde mutata tepuerunt, cu-
 ius coenationes subditus & parietibus circūfusus calor tempe-
 rauit, hunc leuis aura non sine periculo stringit. Cum omnia
 quæ excesserint modū noceant, periculosissima felicitatis inter-
 perantia est. Mouet cerebrū, in* uarias mentē imagines eno-
 cat, multū inter falsum ac uerū mediæ caliginis fundit. Quā-
 ni id satius sit, perpetuā infelicitatem* quæ aduocat ad uirtutē,
 sustinere, quā infinitis atq; immodicis bonis rumpi? Lenior
 ieiunio mors est, cruditate* dissiliunt. Hanc itaque rationē
 sequuntur in bonis uiris, quā in discipulis suis præceptorū,
 qui plus laboris ab his exigunt, in quibus certior spes est. Ni-
 quid tu inuisos esse Lacedæmonijs liberos suos credis, quorum
 experiuntur in dolē publicè uerberibus admotis? Ipsi illos pe-
 tres adhortantur, ut ictus flagellorū fortiter perferant, & la-
 ceros ac semianimes rogant, perseverēt uulnera præbere uul-
 neribus. Quid mirum, si durē generosos spiritus Deus tenet?
 Nunquā uirtutis molle documentū est. Verberat nos & lacerat
 fortuna. Patimur. Non est seuitia, certamen est, quo sepius
 adierimus, fortiores erimus. Solidissima pars est corporis, quā
 frequens usus exagitaui. Præbendi fortunæ sumus, ut contra
 ipsam ab ipsa duremur. Paulatim nos sibi pares faciat. Con-
 temptum periculorū assiduitas periclitandi dabit. Sic sunt mar-
 tis corpora ferendo mari dura. Agricolis manus extrite. Ad
 excutienda tela militares lacerti ualent. Agilia sunt membra
 cursoribus. Id in quoq; solidissimū est, quod exercuit. Ad con-
 temnendam malorum* potentiam, animus patientia peruenit,
 quæ quid in nobis efficere possit scies, si aspexeris quantum na-
 tionibus nudis & inopia fortioribus, labor præstet. Omnes con-
 sidera gentes, in quibus Romana pax desinit, Germanos dicis,
 & quicquid circa Istrum uagarum gentium occurrit. Perpe-

*uanas

*aduocante
uirtute,

*dissilit.

*patientia,

tua illos hyems, triste coelum premit, maligne solum sterile sus-
 tentat, imbrem culmo aut fronde defendunt, super durata gla-
 cie stagna persultant, in alimentū feras captant. Miseri tibi ui-
 dentur? Nihil miserū est, quod in naturā consuetudo perduxit.
 Paulatim enim uoluptati sunt, quæ necessitate coeperunt. Nulla
 illis domicilia, nullæq; sedes sunt, nisi quas lassitudo in diē po-
 suit. Vilis, & hic quærendus manu uictus, horrenda iniquitas
 coeli, intacta corpora, hoc quod tibi calamitas uidetur, tot geni-
 tium uita est. Quid miraris bonos uiros, ut confirmentur con-
 curre? Non est arbor solida nec fortis, nisi in quā frequēs uentus
 incurSAT, ipsa enim uexatione constringitur, & radices cer-
 tius figit. Fragiles sunt, quæ in aprica ualle creuerūt. Pro ipsi-
 ergo bonis uiris est, ut esse interriti possint, multum inter for-
 midolosa uersari, & æquo animo ferre quæ non sunt mala, nisi
 male sustinenti.

A Dijce nunc, quod pro omnibus est optimū, quemq; (ut ita
 Adicam) militare, & edere operas. Hoc est propositum
 Deo, sapienti uiro ostendere, hæc quæ uulgus appetit, quæ re-
 firmadat, nec bona esse nec mala. Apparebunt autē bona esse,
 si illa non nisi bonis uiris tribuerit, & mala esse, si malis tantū
 irrogauerit. Detestabilis erit cæcitas, si nemo oculos perdide-
 rit, nisi cui eruendi sunt. Itaq; careant luce Appius & Me-
 tellus. Non sunt diuitiæ bonū. Itaq; habeat illas & Ellius leno,
 ut homines pecuniam cū in templis consecrauerint, uideant &
 in fornice. Nullo modo magis potest Deus concupita traduce-
 re, quā si illa ad turpissimos defert, ab optimis abigit. At ini-
 quum est, bonum uirū debilitari, aut *confringi, aut alligari,
 malos integris corporibus solutos ac delicatos incedere. Quid
 porrò, non est iniquum, fortes uiros arma sumere, & in castris
 pernoctare, & pro uallo obligatis stare uulneribus: interim in
 arbe securos esse, præcisos & professos impudicitiam? Quid

*confringi,

*consultatur

porro, non est iniquum nobilissimas uirgines ad sacra facienda noctibus excitari, altissimo somno inquinatas frui? Labor optimos citat. Senatus per totum diem *consultat saepe, cū illo tempore uilissimus quisq; aut in campo otium suum oblectet, aut in popina lateat, aut tempus in aliquo circulo terat. Iac in hac magna republica sit, boni uiri laborant, impediuntur, uolentes quidem, non trahuntur a fortuna, sed sequitur illam, & eque gradus. Si scissent, antecessissent. Hanc quoque animosam Demetrii fortissimi uiri uocem audisse me meminisse. Hoc unum, inquit, dii immortales, de uobis, queri possum, quod non ante mihi uoluntatem uestram notam fecistis. Prior enim ad ista uenisssem, ad quae nunc uocatus assum. Vultis liberos sumere? Illos uobis sustuli. Vultis aliquam partem corporis? Sumite. Non magnam rem promitto, cito totum relinquam. Vultis spiritum? Quid mihi? nullam moram faciam, quo minus recipiatis quod dedistis. A uolente feretis, quicquid petieritis. Quid ergo esse maluisssem offerre quam tradere, Quid opus fuit auferret accipere potuistis, sed ne nunc quidem auferretis: quia nihil eripitur, nisi retinenti. Nihil cogor, nihil patior inuitus, nec seruiuo deo, sed assentio, Eo quidem magis, quod scio omnia certa, & in aeternum dicta lege decurrere. Fata nos ducunt, & quantum cuique temporis restet, prima nascentium hora disposuit. Causa pendet ex causa, priuata ac publica longue credo rerum trahit. Ideo fortiter omne ferendum est, quia non (ut putamus) incidunt cuncta, sed ueniunt. Olim constitutum est, quid gaudeas, quid fleas, & quāuis magna uideatur uarietate singulorum uita distingui, summa in unum uenit. Accepimus peritura perituri. Quid ita indignamur? quid querimur? Ad hoc periti sumus. Utatur ut uult, suis natura corporibus. Nos leti ad uia et fortes cogitemus, nihil perire de nostro. Quid est boni uiri praebere se fato. Grāde solatiū est cū uniuerso rapti: quicquid est

quod

D
quod no
alligat,
ille ipse
tur. Sen
in dis
acerba
riam. E
sunt, col
tura, a
mentis:
est. Non
structur
est cur
net ipse
se exte
Ar
Eni
Vn
F
Vlt
Tu
Ne
Hec cu
Ascēdo
territar
aduersi
ora leo
terreri
humilis
Q

quod nos sic uiuere, sic mori iussit? Eadem necessitas & deos
 alligat, irreuocabilis humana pariter ac diuina cursus uehit.
 Ille ipse omnium conditor ac rector scripsit quidem fata, sed sequi-
 tur. Semper paret, semel iussit. Quare tamen deus tam iniquus
 in distributione fati fuit, ut bonis uiris paupertatem, uulnera, et
 acerba funera ascriberet? Non potest artifex mutare mate-
 riam. Hæc passa est, Quædam separari à quibusdam non pos-
 sunt, coheret, indiuidua sunt. Languida ingenia, & in somnum
 iura, aut in uigiliam somno simillimam, inertibus neſtuntur ele-
 mentis: ut efficiatur uir, cum cura ducendus, fortiore fato opus
 est. Non erit illi planum iter, sursum oportet ac deorsum eat, flu-
 ctuetur, ac nauigium in turbido regat. Contra fortunam illi tenendus
 est cursus. Multa accidēt dura, aspera, sed quæ molliat et cōpla-
 net ipse. Ignis aurum probat, miseria fortes uiros. Vide quæ alte
 se extēdere debeat uirtus. Scies illi non per secura uadendum esse.

Ardua prima uia est, & qua uix mane recentes
 Enituntur equi, medio est altissima cælo,
 Vnde mare & terras ipsi mihi sæpe uidere
 Fit timor, & pauida trepidat formidine pectus.
 Vltima prona uia est, & eget moderamine certo.
 Tunc etiam quæ me subiectis excipit undis,
 Ne ferar in præceps Thetis solet ipsa uereri.

Hæc cum audisset ille generosus adolescens, Placet, inquit, uia,
 Ascēdo. Est tanti per ista ire casuro. Non desinit animum metu
 territare, ut quæ uiam teneas, nulloque errore traharis, Per tamen
 aduersi gradieris cornua tauri, Hæmoniosque arcus, uicenti-
 ora leonis. Post hæc ait, *Finge datos currus. His quibus de-
 terreri me putas, incitor, Libet illic stare, ubi ipse Sol trepidat,
 humilis & inertis est tuta secare, per alta uirtus it.

*Iunge

Quare tamen bonis uiris patitur aliquid mali Deus fieri
 Ille uero non patitur. Omnia mala ab illis remouit, scelera

& flagitia, & cogitationes improbas, & auida consilia, & li-
 bidinem cæcam, & alieno imminentem auaritiam. Ipsos tuetur
 ac uendicat. Nunquid hæc quoq; à Deo aliquis exigit, ut bono-
 rum uirorum etiam sarcinas seruet? Remittunt ipsi hanc Deo
 curam, externa contemnunt. Democritus diuitias proiecit, omnes
 illas bonæ mentis existimās. Quid ergo miraris, si id Deus bo-
 no accidere patitur, quod uir bonus aliquando uult sibi acci-
 dere? Filios amittunt uiri boni. Quid ni, cum aliquando & occi-
 dant? In exilium mittuntur. Quid ni, cum aliquando ipsi pa-
 triam nō repetituri relinquunt? Occiduntur. Quid ni, cum ali-
 quando ipsi sibi manus afferant. Quare quedam dura patiun-
 tur? Ut alios pati doceant? Nati sunt in exemplar. Puta itaq;
 Deū dicere, Quid habetis, quod de me queri possitis uos, qui-
 bus recta placuerunt? Alijs bona falsa circumdedit, & animos
 inanes, uelut longo fallaciq; somnio lusi. Auro illos argento, &
 ebore adornauit, intus boni nihil est. Isti quos pro felicibus aspi-
 citis, si nō qua *occurrunt, sed qua latent uideritis, miseri sunt,
 sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum extrinsecus
 culti. Non est ista solida & sincera felicitas, crusta est, & qui-
 dem tenuis. Itaque dum illis licet stare, & ad arbitrium suum
 ostendi, nitent et imponunt: cum aliquid inciderit, quod distur-
 bet ac detegat, tunc apparet quantum alta ac ueræ foeditatis
 alienus splendor absconderit. Vobis dedi bona certa mansura,
 quāto magis uersauerit aliquis, et undiq; inspexerit, tāto uide-
 bit meliora, maiora, quæ permisi uobis, metuēda cōtēnere, cu-
 pienda fastidire. Nō fulgetis extrinsecus, Bona uestra introrsus
 obuersa sunt. Sic mūdus exteriora cōtēpsit, spectaculo sui letus.
 Intus omne posuit bonū. Nō egere felicitate, felicitas uestra est.
 At multa inciūnt tristia, horrenda, dura toleratu, quia nō po-
 teram uos istis subducere, animos uestros aduersus oīa arma-
 ni. Ferte fortiter, hoc est, quo Deum anteceditis. Ille extra pa-
 tientiam

*cernuntur,

tientia
 perat
 dolore
 finit au
 quo ser
 uuitos
 ex omni
 felicitas
 dite mo
 expedit
 tibus m
 nisset,
 tempus
 turæ, &
 nes sacr
 corpora
 rum uir
 commiss
 put coll
 in alto l
 uulnere
 Non cer
 est ipsun
 re, breui
 nodus el
 lapsos su
 sum anni
 crubescit

tientiam malorum est, uos supra patientiam. Contemnite paupertatem. Nemo tam pauper uiuit, quàm natus est. Contemnite dolorem, quia aut soluetur, aut soluet. Contemnite mortem, aut finit aut transfert uos. Cōtemnite fortunam, Nullum illi telum quo feriret animū, dedi. Ante omnia curauī, ne quis uos teneret inuitos. Patet exitus. Si pugnare non uultis, licet fugere. Ideoq; ex omnibus rebus, quas esse uobis necessarias uolui nihil feci facilius, quàm mori. Prono animam loco posui, trahitur. Attendite modo, & uidebitis quàm breuis ad libertatem, & quàm expedita ducat uia. Non tā longas in exitu uobis quàm intransitibus moras posui, alioqui magnum in uos regnum fortuna tenuisset, si homo tam tarde moreretur, quàm nascitur. Omne tempus, omnis uos locus doceat, quàm facile sit renunciare naturæ, & munus suū illi impingere. Inter ipsa altaria & solennes sacrificantium ritus, dum optatur uita, mortem condiscite, corpora opima taurorū exiguo concidunt uulnere, & magnarum uirium animalia humane manus ictus impulit, tenui ferro commissura ceruicis abruptitur, et cum articulus ille, qui caput collumq; cōmittit, incisus est, tanta illa moles corrui. Non in alto latet spiritus, nec utique ferro eruendus est. Non sunt uulnere impresso scrutanda præcordia. In proximo mors est. Non certum ad hos ictus destinaui locum: quacunq; peruium est ipsum illud quod uocatur mori, quo anima discedit à corpore, breuius est, quàm ut sentiri tanta uelocitas possit, siue fauces nodus elisit, siue spiramentum aqua præclusit, siue in caput lapsos subiacentis soli duritia cōminuit, siue haustus ignis cursum animæ remeātis interseidit, quicquid est properat. Ecquid erubescitis? Quod tam cito fit, timetis diu?

LIBRI DE DIVINA PROVIDENTIA FINIS.

S 5 L. AN

L. ANNAEI SENE-
CAE AD LVCEIVM DE
PAVPERTATE LI-
BER VNVS.

Continens sententias è Senecæ scriptis con-
cinnatas in morem centonis,



O N E S T A, inquit Epicurus, res est
paupertas leta. illa uero iam paupertas est, si
est leta, Cui cum paupertate bene conuenit,
diues est. Non qui parum habet, sed qui plura
cupit, pauper est. Quid enim refert quantum
illi in arca, quantum in horreis lateat, quantum pascat aut ser-
neretur, si alieno imminet, si non acquisita, sed acquirenda con-
cupiscit? Quis sit modus diuitiarum, queris. Primo habere quod
neesse est, Secundo quod satis est. Nulli potest segura uita con-
tingere, qui de re producenda nimis cogitat. Nullum bonum in-
uat habentem, nisi ad cuius amissionem prae paratus est animus.
Magnae diuitiae sunt, lege naturae composita paupertas. Lex autem
naturae scis, quos terminos nobis statuit? Non esurire, non
sitire, non algere. Non est neesse superbis asidere liminibus,
non est neesse maria tentare, nec castra sequi, facile est quod
natura desiderat et appositum. Ad superuacua sudatur. Illa sunt
quae togam terunt, quae nos senescere cogunt, quae in aliena li-
tora impingunt. Ad manum est quod satis est. Cui cum pauper-
tate bene conuenit, diues est. Modus quidem honestae continen-
tiae, si alicui sua non uidentur amplissima, licet totius mundi do-
minus sit, miser est. Miser est, qui se beatissimum non iudicat, licet
toti mundo imperet. Nihil habet beatus quod cum magno emu-
lumeto eripi possit. Quam minimum in corpore tuo sit specta-
rum, Nemo ad humanum sanguinem uenit propter ipsum, ut

admo

L
admo
paup
indig
num
Si con
ultra
purp
morib
tias: a
awo
sideri
sinant
quid e
et cur
confid
quid le
dita est
aliquo
At cur
tatu in
ad quo
tilias,
rantes,
Pauper
diues e
bet. Q
more:
optes,
sine fru
pessi sur
dicibus,

admodum pauci. Nudum latro transmittit, etiam in obsessa uia pauperi pax est. Is maxime diuitijs affluit, qui minime diuitijs, indiget. Si ad naturā uiues, nunquā eris pauper: si ad opinionē, nunquam diues. Exiguū natura desiderat, immensū opinio. Si congeratur in te quicquid multi locupletes possederunt: si ultra priuatū pecuniæ modum fortuna te prouehat, aurō tegat, purpura uestiat, eō deliciarū opumq; perducatur, ut terrā marmoribus abscondas, non tantum liceat habere, sed calcare diuitias: accedant statuae & picturæ, & quicquid ars ulla luxuriæ, aurō & argento elaborauit, maiora cupere ab his disces. Desideria naturalia, finita sunt: ex falsa opinione nascētia, ubi desinant non habent: nullus enim terminus falso est. Via eunti aliquid extremū est, error immensus est. Retrahe te ergo à uanis, & cum uoles scire an naturalem, an uanam habeas cupiditatē, considera num alicubi consistat. Si longe progressæ semper aliquid longius restat, scito id naturale non esse. Paupertas expedita est, secūra est. Cum clasicum cecinit, scit non se peti: cum aliquò conclamatū est quomodo exeat, nō quid efferat, querit. At cum nauigandū est, non strepitu portus, non unius comitatu inquieta sunt littora. Non circum stat illum turba hominū, ad quos pascendos transmarinarum regionum optāda est fertilitas, Facile est pascere paucos uentres, & nihil aliud desiderantes, quā impleri. Paruo fames constat, magno fastidium. Paupertas contenta est desiderijs instantibus satisfacere. Sanus diues est, qui licet habeat diuitias, eas tamen ut *tangentes habet. Quid ergo est, quare recuses eam contubernalem, cuius mores sanus diues imitatur? Si uis uicere animo, ut pauper sis optes, aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura. Frugalitas paupertas uoluntaria est. Perpeſsi sunt *multi inopiā hominum, reges, uixerunt Barbari radibus, & dictu scēdam tulerunt famem. Hæc omnia passi sunt

*egentes
*multoties
exercitus in-
opiam omnium
rerum: uixerunt herba,
radicibus,

pro

pro regno, quo magis mireris alieno.

Rebus in aduersis facile est contemnere uitam.

Fortius ille facit, qui miser esse potest.

Dubitabit aliquis ferre paupertatē, ut animum à furoribus liberet? Multis diuitias parasse, non finis miseriarū fuit, sed mortatio. Non in rebus uitium, sed in animo ipso est. Istud quod paupertatem grauem nobis fecerat, & diuitias graues fecit.

Quemadmodū nihil refert utrum agrū in lecto ligneo, aut in aureo colloques, quocūq; illum transtuleris morbū suum secum

* transfert, * affert, sic nihil refert utrū aeger animus in diuitijs uel in paupertate sit. Malum suum illum sequitur. Ad securitatē non est

opus fortuna: quod enim necessitati sat est dabit, licet irata. Ne imparatos nos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus, si sciemus quā non sit graue

pauperes esse. Incipe cū paupertate habere cōmercium. Aude hospes contemnere opes, & te quoq; dignū finge Deo. Nemo

alius dignus Deo est, nisi qui opes cōtempnit. Quare possessiones tibi non interdico, sed efficere uolo, ut illas intrepide possideas. Quod uno cōsequeris modo, si te etiam sine illis bene uel

etirū speraueris, & id tibi persuaseris, si illas tanquam extrinsecas aspexeris. Discedat quisquis non te, sed aliū diuitē sequetur. Ad hoc unum est amanda paupertas, * quod à quibus am-

* quod animum, si intenderit, liberum reddit.

ris, ostendat. Multū est non corrumpi diuitiarū contuberniū. Magnus ille est, qui in diuitijs pauper est. Nemo nascitur diuites. Quisquis exit in lucem, iussus est pane & lacte esse contentus. Ab his initijs regna nos capiunt. Panem & aquam natura desiderat. Nemo ad hæc pauper est. Intra quæ si quis desiderium suum clausit, cū ipso Ioue de felicitate contendat. Diuitiæ sunt magnæ, ad legē naturæ cōposita paupertas. Res inquieta felicitas est, ipsa se exagitat, mouet cerebrū, nō uno modo grauat. Alios in alio irritat, alios impotētia: illos inflat, alios mollit. Si

nis se
peris
dine
qui se
pur
non l
tes, n
nores
preti
ma, se
gnific
rari i
tur, se
causa
pariu
cuniæ
cet: pu
quider
fiduci
dinem

L



uis scire quàm nihil mali sit in paupertate, cõpara uultum pau-
peris & diuitis. Sæpius pauper & fidelius ridet, nulla sollicitu-
dine cõcutitur, in alto est. Cura uelut nubes leuis transit. Horis
qui felices uocantur, hilaritas ficta est: hic enim grauis & sub
purpura lucet, non palam tristitia est, eo quidẽ grauior, quòd
non licet palã esse miseros, sed inter erumnas cor ipsum excedẽ
tes, necesse est* latere felicem. Abstrahunt à recto diuitiæ, ho-
nores, potentiæ. & cetera, quæ opinione hominũ chara sunt,
pretio suo uilia. Nescimus æstimare res, de quibus non cū fã-
ma, sed cum rerũ natura deliberandũ est. Nihil habent ista ma-
gnificũ, quod mentes nostras in se trahat, præter hoc quod mi-
rari illa cõsueuimus? Non enim quia cõcupiscenda illa laudan-
tur, sed quia laudanda sunt, cõcupiscuntur. Hanc præcedentem
causam habent diuitiæ. Instant animos, superbiã & arrogantia
pariunt, inuidiã contrahunt: eo usq; mentẽ alienant, ut fãma pe-
cuniæ nos etiã nocitura delectet. Bona omni culpa carere de-
cet: pura sunt, non corrumpunt animos, non sollicitant: extollũt
quidẽ animos & delectant, sed sine tumore. Quæ bona sunt,
fiduciam faciunt, diuitiæ audaciam. Quæ bona sunt, magnitu-
dinem animi dant, diuitiæ insolentiam.

FINIS.

LV CII ANNAEI SE-

NECAE AD GALLIONEM,

De remedijs fortuitarum.

Est oratio per dialogum sensus & rationis.



LICET cunctorum poëtarum carmina gre-
mium tuum semper illustrent, aliquando de-
liberã, hoc tibi opusculum pro accidentibus
casibus dirigere curauim, quod nõ præcedetes,
sed posteri* narrabunt. Vnde ergo incipien-
dum

*curabunt.

dum tibi uidetur? A morte. Ab ultimo, inquis, imò à maximo. Ad hoc præcipue gens humana contremit, nec immerito tibi uidetur hoc facere. Cæteri timores habet aliquè post se locum, mors omnia abcidit. Alia nos torquent, mors omnia deuorat. Omnium quæ horremus ad hanc exitus spectat aliorum quæ per circuitum. Etiam qui alioqui se nihil timere iudicant, hoc timent, Quicquid aliud extimescimus, habet aut remedium, aut solatium. Sic ergo forma, ut si quis tibi palam mortem minetur, omnes terriculas eius deludas.

Morieris, Ista hominis natura est nõ pœna. Morieris, Hæc conditione intraui ut exirem. Morieris, Gentium ius est, quod acceperis reddere. Morieris, Peregrinatio est uita. Cum multum deambulaueris, demũ redeundum est. Morieris, Putabam te aliquid noui dicere. Ad hoc ueni, hoc ago, huc me singuli dies adducunt. Nascenti mihi natura protinus hunc posuit terminum. Quid habeo quod indigner? In hæc uerba iurauit. Morieris, Stultum est timere, quod uitare non possis. Istud non effugit, etiam qui distulit. Morieris, Nec primus, nec ultimus, Multi me antecesserunt, omnes sequentur. Morieris, Hic est humani officij finis. Quis * senex exautorari molestè tulit? Quò transit orbis, ego transibo. Quid? Ego nescio me esse animal rationale mortale? Ad hanc cõditionem cuncta gignantur. Quod coepit, & desinit. Morieris. Quid graue est, quod semel? Aes alienum non meum noui. Hoc equidem cum eo creditore contraxi, de quo queri non possum. Morieris, Dij melius, quòd nemo mihi istud minari nisi mortalis potest.

Sed decollaberis. Quid interest utrum casum moriar, an punctim? Sed sepe ferieris: & multi in te gladij concurrent. Quid refert quàm multa sint uulnera? Non potest amplius quàm unum esse mortiferum.

Peregrè morieris, Vndequæ: ad inferos una uia est. Peregre morie

* sanus exa-
torem

morie
rator
mortu
mnus.
Seu
nis mo
pertine
Et ado
num ef
extrem
si homi
alici m
Iuuenis
ceperim
Insep
ronis, F
ad me ia
mentum
urnam.
pus ultim
est, sen
obrutus
strictus
Nulla es
lieris, Q
terminu
defuncto
pora &
alios sta
su, Non
Agre

moreris, Ego quod debeo, soluere paratus sum. Videat foenerator ubi me appellat. Peregre morieris, Nulla est aliena patria mortuo. Peregre morieris, Non est grauior foris quā domi somnus, Peregre morieris, Hoc est, in patriā sine uiatico puenire.

Sed iuuenis morieris, Optimū est antequā optes mori. Iuuenis morieris. Hoc unū est quod æque ad iuuenē quā ad senē pertinet. Nō citamur ex censu, nec exigitur numerus annorū. Et adolēcentes & impuberes eadē fātī necessitas ducit. Optimū est mori, cum iuuat uiuere. Iuuenis morieris. Quicūq; ad extremum fātī sui uenit, senex moritur. Non enim refert quæ sit hominis ætas, sed quæ sit meta. Iuuenis morieris, Fortasse alicui malo subducit me fortuna, si nulli alij, certe uel senectuti. Iuuenis morieris, Non refert quot annos habeam, sed quot acceperim: si plus uiuere non possum, hæc est senectus mea.

Insepultus iacebis. Quid aliud respondeam, quā illud Maronis, Facilis iactura sepulchri. Si nihil sentio, non pertinet ad me iactura corporis insepulti. Si sentio, omnis sepultura tormentum est. Insepultus iacebis. Cælo tegitur, qui non habet urnam. Quid interest ignis me an fera consumat, an *tempus ultima omnium sepultura. Istud non sentienti superuacuum est, sentienti onus. Insepultus iacebis, At tu combustus, at tu obrutus, at tu inclusus, at tu putridus, at tu euisceratus & constrictus: aut traditus lapidi, qui te paulatim edat & exiccet. Nulla est sepultura, non sepelimur, sed proijcimur. Non sepelieris, Quid *inter tutissima trepidas? Ultra poenarum omnium *in re terminum iste locus est. Vitæ multa debemus, morti nihil. Nō defunctorum causa, sed uiuorum inuenta est sepultura: ut corpora & uisu, & odore fœda amouerentur, alios terra obruit, alios flamma consumpsit, alios lapis ad ossa redactus inclusit, Non defunctis, sed nostris oculis parcimus.

Agroto, uenit tēpus quo experimentum mei caperem. Non

in

in mari tantum, aut in praelio uir fortis apparet. Exhibetur etiam in lectulo uirtus. Aegrotato. Non potest istud toto secundo fieri. Aut ego febrem relinquā, aut ipsa me. Semper una esse non possumus. Cum morbo mihi res est, aut uincetur, aut uincet.

* loquuntur

Male de te* opinantur homines, Sed mali. Moueretur, si de me Marcus Cato, si Lælius sapiens, si alter Cato, si duo Scipiones istaloquerentur. Nunc malis displicere laudari est. Non potest ullam autoritatē habere sententia, ubi qui dānandus est, dānat. Male de te loquuntur. Moueretur, si iudicio hoc facerent: nunc morbo faciūt, Non de me loquuntur, sed de se. Male de te loquuntur. Bene nesciunt loqui: faciunt, non quod mereor, sed quod solent. Quibusdam enim canibus sic innatum est, ut non pro feritate, sed pro consuetudine latent.

* projici

Exulabis, Erras, cū omnia fecerim, patriā meā transire non possum. Omnium una est. Extra hanc nemo* proficisci potest. Exulabis, Nō patria mihi interdicitur, sed locus. In quacūq; terrā uenio, in meā uenio. Nulla terra exiliū est, sed altera patria est. Nō eris in patria. Patria est, ubicūq; bene est. Illud autē per quod bene est, in homine, nō in loco est. In ipsius, inquam, potestate est, quid sit illud fortunij. Si enim sapiens est, peregriniatur. Si stultus, exulat. Exulabis. Hoc dicis, alterius loci caritate donaberis.

Dolor imminet. Si exiguus est, feramus: leuis est patientia. Si grauis est, feramus: non leuis est gloria. Dolor clamorē exprimit, dū secreta non exprimat. Non potest homo par dolori esse, nec rationi dolor. Dura res est dolor. imō tu mollis. Pauci dolorem ferre potuerunt. Simus ex paucis. Imbecilles natura sumus. Naturam infamare nolite, illa nos fortes genuit. Fugimus dolorem. Quid, quod ille sequitur fugientes?

Paupertas mihi grauis est. Imō tu grauior paupertati. Non in paupertate uiuū est, sed in paupere. Illa expedita est, hilaris,

tuta. Pauper sum. Nescis te opinione, non re laborare. Pauper es, quia uideris. Pauper sum. Nihil deest auidibus. Pecora in diē uiuunt, feris ad alimenta solitudo sua sufficit. Accepit ille grandem pecuniam: Ergo & superbiam.

Non sum potens. Gaude, impotens non eris. Iniuriam accipere potero. Gaude, facere non poteris. Magnam pecuniam habet, Hominem illum iudicas? arca est. Quis arario, quis plenis oculis inuidet? Et iste quē dominum pecuniæ æstimas pecuniæ locus est. Multum habet. Vtrum avarus, an prodigus est? Si avarus, non habet: si prodigus, non habebit. Iste quem beatum credis, sepe dolet, sepe suspirat. Multi illum comitantur. Mel muscæ sequuntur, cadauera lupi, frumenta formicæ. Prædam sequitur ista turba: non hominem.

Pecuniam perdidisti: fortasse te illa perdidisset. Pecuniā perdidisti: sed habuisti. Pecuniam perdidisti: sed habebis inde periculi minus. Pecuniā perdidisti: O te felicē, si cum illa auaritiā perdidisti. Sed si manet illa apud te, es tamen utcumq; felicior, quod tanto malo materia subducta est. Perdidisti pecuniā: & illa quidem quā multos. Eris nunc in uia expeditior, domi tutior. Non habebis, sed non timebis heredē. Exonerauit te fortuna si intelligis, & tutiore loco posuit. Damnū putas, remediū est. Desles, gemis, miserum te clamitas quod opibus excussus es. Tuo uitio ista tibi iactura tam tristis est: non tam molestē ferres, si tanquam perditurus habuisses. Perdidisti pecuniam: nempe quam ut tu haberes, alius ante perdidit.

Oculos perdidisti. Habet et nox suas uoluptates. Oculos perdidisti. Quam multis cupiditatibus uia incisa est, quā multis rebus carebis, quas ne uideres, uel eruendi erant. Non intelligis partem innocentiae esse cæcitatem. Huic oculi adulteriū monstrat, huic incestū, huic domū quā cōcupiscat, huic urbē, & mala omnia. Certe iritamenta sunt uitiorum, ducesq; scelerum.

Amisi liberos. Stultus es, qui desleas casus mortaliū. Quid istud aut nouum, aut mirum est? Quam rara est sine isto casu domus. Quid si infelicē uoces arborem, quod stante ipsa, cadūt poma? Et hic tuus fructus est. Nemo extra ictū uulneris positus est. Ducūtur ex plebeia domo immatura funera, ducūtur et ex regia. Non est idem ordo fati, qui & aetatis. Non quomodo quisq; uenit, emittitur. Quid tamen est quo indigneris? Quid contra expectationē tuā euenit? Periere perituri. Sed ego illos superstites optabam. Verū hoc nemo tibi promiserat. Perierunt liberi mei. Habebāt illi cuius essent magis quam tui, apud te precario morabantur. Educandos tibi fortuna mandauerat, recepit illos, non abstulit. Naufragium feci. Cogita non quid perdidideris, sed quod euaseris. Nudus exij. Sed existi. Omnia perdididi. Sed perire potuisti unā cum omnibus.

In latrones incidi. Sed alius in accusatores, alius in fures, alius in fraudatores. Plena est insidijs uia. Noli conqueri quod incideris, uerū gaude quod euaseris. Inimicos graues habeo. Quomodo aduersus feras munimēta conquiris, quomodo aduersus serpētes, sic aduersus inimicos auxilia circūspice, quibus illos aut arceas, aut compescas, aut quod optimū est, places. inimicos habeo. Illud est peius, quod amicos non habes.

Amicum perdididi. Iam enim te habuisse certum est? Amicū perdididi. Alium quære, & ibi eum queras, ubi inuenire possis. Quære inter liberales artes, inter honesta & recta officia, quære in laboribus. Ad mēsam ista res nō queritur, quære ali-quē frugi. Perdididi amicū. Fortē animū habe si unū, erubescē si unicum: quid tu in tanta tempestate ad unam; ancoram stabas?

Vxorem bonam amisi. Verum inueneras bonā an feceras? Si inueneras, habere adhuc te posse ex hoc intelligas licet, quod habuisti. Si feceras, bene spera. Res perijt, saluus est artifex. Amisi uxorem bonā. Quid in illa probabas? Pudicitia? Quam-

multa

*multæ diu custoditam perdidere. Decus? Quàm multæ inter
 probra matronalis ordinis esse cœperunt, inter exempla *no-
 minatarum. Delectabat te fides eius? Quàm multas ex optimis *notatarum
 conjugibus pessimas uidemus, ex diligentissimis solutissimas.
 Omnium quidem imperitorum animus, maximè tamen muliebris
 in lubrico est. Si bonam uxorem *habuisti, non potes affirmare
 in illo eam permansuram fuisse proposito. Nihil tam mobile quàm *amisi,
 feminarum uoluntas, nihil tam uagum. Nouimus ueterum ma-
 trimoniorum repudia, & scœdiores diuortio, male coherentium
 rixas. Quàm multæ quos in adolescètia amauerunt in cõmuni
 reliquere senectute, quoties anile diuortium risimus, quàm mul-
 tarum notus amor odio notiore mutatus est. Sed hæc & fuit
 bona & fuisset, si uixisset. Mors effecit, ut affirmare sine peri-
 culo possis, Bonam uxorem amisi. Inuenies si nihil queris, nisi bo-
 nam, tu modò ne imagines, pro uosquæ respexeris, nec patrimonium
 cui iam ipsa nobilitas primo loco cecidit. Ista diu cum forma
 non repugnabunt. Facilius reges animam, nulla uanitate tumentem.
 Non multum abest à contemptu uiri, quæ se nimis suspicit.
 Dæc bene institutam, nec maternis inquinatam uitis. Non cuius
 curculis utrinque bina patrimonia dependent. Non quàm margari-
 tæ suffocent, cui minus sit in dote quàm in ueste, quàm in pa-
 tente sella circumlatam per urbem populus ab omni parte æquè
 at maritus inspexerit, cuius sarcinis domus non sit angusta.
 Hanc facile ad tuos mores rediges, quam nondum corruperunt
 publici. Vxorem bonam amisi. Non erubescis flere, & intole-
 rabilem uocare iacturam. Hoc unum deest utrum illam lugeas
 an non. Cum maritum te cogitaueris, cogita & uirum. Amisi
 uxorem bonam. Soror bona non potest recuperari, nec mater.
 Vxor aduentitium bonum est, Non est inter illa quæ semel
 uicini que contingunt. Multos tibi numerare possum, quibus
 bonam uxorem lugentibus successit melior.*

Mors, exiliū, luctus, dolor, nō sunt supplicia, sed tributa uiuendi. Neminem illæsum fata transmittunt. Felix est, non qui alijs uidetur esse, sed qui sibi. Vide autem quā domi sit ista felicitas rara * Vicina est miseriæ, habet enim aliquid, trahitq; ex ea.

* Vicina etc.
Hæc in exē-
plaribus emē
datoribus
nō habētur.

De remedijs fortuitorum finis.

LVCII ANNAEI SE-
NECAE DE IRA, AD NO-
VATVM LIBER
PRIMVS.



REGISTI à me Nouate, ut scriberem quemadmodum posset ira leniri. nec immerito mihi uidere hunc præcipue affectum pertinuisse, maxime ex omnibus tetrū ac rabidiū.

Ceteris enim aliquid quieti, placidiq; inest, hic totus concitatus & in impetu est, doloris armorū, sanguinis, suppliciorū, minime humana fruens cupiditate, dum alteri nocet, sui negligēs, in ipsa irruens tela, et ultionis * secū multa tractare audus. Quidā itaq; è sapientibus uiris iram dixerunt breuē insanīā: æquē enim impotēs sui est, decoris oblita, necessitudinū immemor, in quod cœpit pertinax & intenta, rationi cōsilijsq; præclusa, uanis agitata causis, * ad cōspectū æqui ueriq; inhabilis, ruinis similima, quæ super id quod oppressere frangūtur. Ut autē scias insanos esse, quos ira possedit, ipsum illorū habitū intueri. Nā ut furentiū certa indicia sunt, audax & minax uultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color uersus, crebra & uehementius acta suspiria: ita irascētū eadē signa sunt. * Flagrāt, & micāt oculi, mal-
tus ore toto rubor, ex æstuante ab imīs præcordijs sanguine,

* secū mul-
tam retra-
ctare audus.

* ad dispectū

* Flagrant,
emicant oc-

labia

labia quatiuntur, dentes cōprimuntur, horrent ac subrigūtur capilli, spiritus coactus ac stridēs, articularōrū seipsos torquētū sonus, gemutus mugitusq; & parū explanatis uocibus sermo praeptus, & cōplose sēpius manus, & pulsata humus pedibus, & totū concitū corpus, magnasq; irae minas agens, foeda uisu et horrēda facies, deprauantū se, atq; intumescētū Ne-ficiās: utrū magis detestabile uitū sit, an deforme. Cætera licet abscondere, & in abdito alere, Ira se profert, & in faciē exit, quantoq; maior est, hoc effēruescit manifestius. Non uides, ut omnū animalū, simul ad nocendū insurrexerūt, praecurrant notæ, ac tota corpora solitū quietūq; egrediantur habitū & feritatē suā exasperent? Spumāt apris ora, dentes acūntur at-ritu, taurorū cornua iactantur in uacū, & harena pulsu pe-dū spargitur, leones fremūt, inslantur iritatis colla serpētibus, rabidarū canum tristis aspectus est. Nullū est animal tam hor-rendum, tamq; perniciosum natura, ut non appareat in illo, si ira inuasit, nouæ feritatis accessio. Nec ignoro cæteros quoq; affectus uix occultari, libidinē, metumq; & audaciam, dare sui signa, & posse praeosci. Neque enim ulla uehementior intra cogitatio est, quæ nihil moueat in uultu. Quid ergo interest? Quod alij affectus apparent, hic eminet.

CAP. II. Iam uerò si effectus eius damnaq; intueri ue-lis, nulla pestis humano generi pluris stetit. Videbis cædes ac uenena, & reorū mutuas sordes, & urbiū clades, & totarū exitia gentiū, & principum sub ciuili hasta capita uenalia, & subiectas tectis fâces, nec intra mœnia coërcitos ignes, sed in-gētia spatia regionū hostili flâma relucētia. Aspice nobilissi-marū ciuitatū fundamēta uix notabilia, has ira deiecit. Aspice solitudines per multa milia sine habitatione desertas, has ira exhaussit. Aspice tot memoriæ proditos duces, mali exēpla fati.

Aliū ira in cubili suo cōfodit: aliū inter sacra mēse* ira percussit, *iura

alium inter leges celebrisq; spectaculum fori lancinavit: alium filij parricidio dare sanguinē iussit: alū seruli manu, regalem aperire iugulum: alū in cruces mēbra diffindere. Adhuc singulorum supplicia narro, Quin tibi si libuerit, relictis in quos ira uiritim exarsit, aspice cęsas gladio conciones, & plebem immisso milite contrucidatam, & in perniciē promiscuam, totos populos capitis damna passos, tāquam aut dijs curam nostram deserentibus, aut autoritatē suam contemnentibus. Quid de gladiatoribus? Quare populus irascitur, & tam inique, ut iniuriā putet, quod non libenter pereunt, contēni se iudicat, & uultu, gestu, ardore, dōspectatore ī aduersariū uertitur? Quod quidem tamē non est ira, sed quasi ira: sicut puerorū, qui si ceciderunt, terrā uerberari uolunt, & sępe nec sciunt quidē cui irascantur, sed tantū irascuntur sine causa & sine iniuria, non tamē sine aliqua iniurię specie nec sine aliqua poenę cupiditate. Deludūtur itaq; imitatione plagarū, & simulatis deprecātionum lachrymis placātur, & falsa ultione falsus dolor tollitur.

CAP. III. Irascimur, inquit, sępe nō illis qui læserunt, sed his qui læsuri sunt. Vt scias iram non tantū ex iniuria nasci. Verum est irasci nos læsuris. Sed ipsa cogitatione nos lædunt, et iniuriā qui facturus est, iam facit. Vt scias inquit, nō esse iram poenę cupiditatē, infirmissimi, sępe potentissimis irascūtur, nec poenā concupiscūt, quam non sperant. Primū diximus, irā cupiditatē esse poenę exigendę, non facultatē. Concupiscunt autem hoies, & quę non possunt. Deinde nemo tam humilis est, qui poenā uel summi hominis sperare nō possit. Ad nocendū potētes sumus. Aristotelis finitio nō multum ā nostrā abest, ait enim, Iram esse cupiditatē doloris reponendi. Quid inter nostrā & hanc finitionē intersit exequi longū est: cōtra utramq; dicitur, feras irasci, nec iniuria iritatas, nec poenę doloris ue alieni causa. Nam etiā si hoc efficiunt, nō hoc petūt. Sed dicendum est fr-

rat ira carere, & omnia præter hominē. Nam cum sit inimica rationi, nusquam tamen nascitur, nisi ubi rationi locus est. Impetus habent feræ, rabiem, feritatem, incursum. Iram quidem non magis quàm luxuriam. Et in quasdam uoluptates intemperantiores homine sunt. Non est quod credas illi qui dicit,

Non aper irasci meminit, non fidere cursu

Cerua, nec armentis incurrere fortibus ursi.

Irasci dicit, incitari, impingi. Irasci quidē non magis sciunt, quàm ignoscere. Muta animalia humanis affectibus carēt, habent autē similes illis quosdā impulsus. Alioq̄ si amor in illis esset, et odiū esset: si amicitia, & similtas: si dissensio, & cōcordia: quorum aliqua in illis quoq; extāt uestigia, cæterū humanorū pectorū propria bona malaq; sūt. Nulli nisi homini cōcessa prudētia est, providētia, diligētia, *cognitio, nec tātū uirtutib. humanis aīa-
*cogitatio;
lia, sed etiā uitij prohibita sunt. Tota illorū ut extra, ita intra forma humanæ dissimilis est. Regiū enim illud & principale aliter dicunt: ut uox est quidē, sed non explanabilis, et perturbata, & inefficax: ut lingua, sed deuincta, nec in motus uarios soluta: ita ipsum principale, parum subtile, parum exactum.

CAP. IIII. Capit eorū uisus species rerū, quibus ad impetus euocetur, sed turbidas & cōfusas. Ex eo prokursus illarū tumultusq; uehemētes sunt, metus autē sollicitudinesq;, et tristitia, & ira non sunt, sed his quædā similia. Ideò cito cadunt & mutantur in contrariū, & cū acerrimē seuerūt, expauerūtq; pascentur, et ex fremitu discursuq; uesano statim quies soporq; sequitur. Quid esset ira, satis explicatū est: quo distet ab iracundia apparet: quo ebrius ab ebrioso, & timens à timido. Iratus potest nō esse iracundus: iracundus nō potest aliquando iratus non esse. Cætera quæ pluribus apud Græcos nōibus in species iram distinguunt, quia apud nos uocabula sua nō habent, præteribo: etiā si amarū nos, acerbūq; dicimus, nec minus stomachosum

T A chosum

chosum, rabiosum, clamosum, difficile, asperū, quæ oīa irarum differentiæ sunt. Inter has morosum ponas licet, delicatum iracundiæ genus. Quædā enim sunt iræ, quæ intra clamorē concidant, quædam nō minus pertinaces, quā frequentes: quædam sine motu, uerbis parciores, quædam in uerborum male dictorumq; amaritudinem effuse: quædam ultra querelas & auersationes non exeunt, quædam altæ grauesq; sunt, & introrsu uerse. Mille aliæ species sunt mali multiplicis. Quid esset ira, quæ situm est. An in ullum aliud animal, quā in hominē caderet, quo ab iracundia distaret, & quæ eius species essent.

CAP. V. Nunc quæramus, an ira secundū naturā sit, & an utilis, atq; ex aliqua parte retinēda. An secundū naturā sit, manifestū erit, si hoīem inspexerimus, quo quid est mitius, dum in recto animi habitu est? quid autē ira crudelius est? Homine quid amantius? quid ira infestius? Homo in adiutoriū mutuum generatus est, ira in exitium. Ille congregari uult, illa * discedere, hic prodesse, illa nocere: hic etiam ignotis succurrere, illa etiā charissimos petere. Hic aliorū incōmodis uel impendere se paratus est: ira in periculum, dummodo secum deducat alium parata descendere. Quis ergo magis naturam rerum ignorat, quā qui optimo eius operi et * cōmendatissimo, hoc ferum ac perniciosum uitium assignat? Ira, ut diximus, auida pœnæ est, cuius cupidinem inesse pacatissimo hoīs pectori minime secundum eius naturam est. Beneficijs enim humana uita constat & concordia, nec terrore, sed mutuo amore in * fructū auxiliūq; cōmune constringitur? Quid ergo? non aliquando castigatio necessaria est? Quid nī, sed hæc sincera cū ratione. Non enim nocet, sed medetur specie nocendi. Quemadmodū quædam bestilia detorta, ut corrigamus, adurimus, & adactis cuneis non ut frangamus, sed ut explicemus, elidimus: sic ingenia uitio preua, dolore corporis animūq; corrigimus. Nēpe medicus primo

omnino.

* dispergere,

* emendatissimo,

* foedus

in leuibus
fletere
ac uale
mum
ducit al
dicit cib
cesserun
diffund
est salu
cet, quā
ficienda
ficiatq;
* tristior
sime ad
CAP
nemo per
Hoc uno
tuerunt
re et tra
(Procul
mentum
corum r
petens, I
appetens
hibet alie
non Le di
ira, quia
gaudebit,
non est na
menda est
quicquā si

in leuibus uitijs tentat, nō multū ex quotidiana cōsuetudine in-
 flectere, & cibis, potionibus, exercitationibus ordinē ponere,
 ac ualitudinē tantum mutata uitæ dispositione firmare: proxi-
 mum est, ut modus proficiat: si modus et ordo nō proficit, sub-
 ducit aliqua & circumcidit: si ne adhuc quidē respondet, inter-
 dicit cibis, & abstinentia corpus exonerat. Si frustra molliora
 cesserunt, ferit uenā, mēbrisq; si adhærentia nocent, et morbū
 diffundunt, manus affert, nec *ulla dura uidetur curatio, cuius
 est salutaris effectus: ita legū præsidem, ciuitatisq; rectorē de-
 cet, quādiu potest, uerbis & his mollibus ingenia curare, ut
 facienda suadeat, cupiditatēq; honesti et æqui conciliet animis,
 faciatq; uitiorum odium, pretium uirtutis: transeat deinde ad
 *tristiorē orationem, qua moneat adhuc & exprobet, nouis-
 sime ad pœnas, et has adhuc leues: & reuocabiles decurrat.

* illi

* strictiorem

* quem

CAP. VI. Vltima supplicia sceleribus ultimis ponat, ut
 nemo pereat, nisi *quenquam perire, etiam pereuntis intersit.
 Hoc uno medētibus erit dissimilis, quod illi quibus uitā non
 potuerunt largiri, facilem exitū præstant: hic dānato cū dedeco-
 re et traductione uitā exigit: non, quia delectetur ullius pœna
 (Procul est enim à sapiente tana inhumana feritas) sed ut docu-
 mentum oīm sit, & qui alicui noluerunt prodesse, morte certe
 eorum respublica utatur. Non est ergo natura hoīs pœnæ ap-
 petens, Ideo nec ira quidē secundū naturā hominis, quæ pœnæ
 appetens est. Et Platonis argumentū adferam: quid enim pro-
 hibet alienis uti, ex parte qua nostra sunt? Vir bonus, inquit,
 non lædit, pœna lædit: bono ergo pœna nō cōuenit: ob hoc nec
 ira, quia pœna iræ cōuenit. Si uir bonus pœna non gaudet, non
 gaudebit, nec in eo quidē affectu, cui pœna uoluptati est, ergo
 non est naturalis ira. Quid? quamuis nō sit naturalis ira assu-
 menda est, quia utilis sepe fuit? Extollit animos & incitat, nec
 quicquā sine illa magnificum in bello fortitudo gerit, nisi hinc

flāma subdita est, & hinc stimulus per agitauit, misitq; in pericula audaces.

CAP. VII. Optimū itaq; quidā putant temperare iram, non tollere, eoq; detracto quod exundat, ad salutarem modum cogere. Id uerō retinere, sine quo languet actio, & uis, ac uigor, animi resoluetur. Primū facilius est excludere perniciosā quā regere, & nō admittere, quā admissa moderari. Nam cū se in possessione posuerunt, potentiora rectore sunt, nec recidi se minū ue patiuntur. Deinde ratio ipsa, cui freni traduntur, tamdiu potens est, quamdiu diducta est ab affectibus. Si misit se illis et inquinauit, non potest continere, quos submouere potuisset. Cōmota enim semel et cōcussa mens, ei seruit, quo impellitur. Quarundā rerum iniūia in nostra potestate sunt, alteriora nos sua ui rapiunt, nec regressum relinquunt. Ut in preceps datis corporibus nullum sui arbitriū est, nec resistere morari ue deiecta potuerūt, sed consiliū omne et pœnitentiā irruocabilis præcipitatio abscedit, et nō licet eō nō peruenire, quō nō ire licuisset: ita animus si in iram, amorē, aliosq; se proiecit affectus, nō permittitur reprimere impetū, rapiat illū oportet, & adimum agat suū pondus, etiam uitiorū natura procliuis.

CAP. VIII. Optimum est primū irritamentū ire pro
 *asfernari, tinus *spernere, ipsisq; repugnare *sensibus, et dare operā ne
 *semunibus, incidamus in iram: nā si cœperit ferre transuersos, difficilis ad
 salutē recursus est. Quoniā nihil rationis est, ubi semel affectus
 est inductus, iusq; illi aliquod uoluntate nostra datū est. Faciet
 de cætero quātum uolet, non quantū permiseris. In consensibus
 hostis arcendus est. Nam cū intrauit, & portis se intulit, mo-
 dum à captiuis nō accipit. Neq; enim sepositus est animus, &
 extrinsecus speculatur affectus, ut illos non patiatultra quā
 oportet procedere, sed etiā affectū ipsū imitatur. Ideoq; nō po-
 *proditam test utile illā uim et salutarē *perditā iā infirmatq; reuocare.

Non enim, ut dixi, se paratas ista sedes suas diductasq; habent, affectus & ratio, in melius peiusq; mutatio animi est. Quomodo ergo ratio occupata & oppressa uitijs resurget, quæ iræ cessit? Aut quemadmodum à confusione se liberabit, in quam peiorū mixtura præualuit? Sed quidā, inquit, in ira se continēt. Vtrum ergo ita, nihil ut faciāt eorū quæ ira dicitur, an aliquid? Si nihil faciunt, apparet nō esse ad actiones rerū necessariarū iram, quam uos quasi fortius aliquid ratione haberet, aduocabatis. Deniq; interrogo, ualētior est quā ratio, an infirmior? Si ualētior, quomodo illi modū ratio poterit imponere, cū parere nisi imbecilliora non soleāt? Si infirmior est, sine hac per se ad rerū effectus sufficit ratio, nec desiderat imbecillioris auxiliū.

CAP. IX. At irati quidam constant sibi & se continent. Quomodo? cum iam ira euanescit, & sua sponte decedit, non cū in ipso seruore est, tunc enim potentior est. Quid ergo? non aliquando in ira quoq; & demittunt incolumes intactosq; quos oderunt, & à nocendo abstinēt? faciūt. Quomodo? cū affectus repercussit affectum, aut metus, aut cupiditas aliquid imperauit, nō rationis tunc beneficio quiescit, sed affectuum insida & mala pace. Deniq; nihil habet utile, nec acuit animū ad res bellicas. Nunquā enim uirtus uitio adiuuāda est, se cōtenta. Quoties impetu opus est, non irascitur, sed exurgit, & in quantum putauit opus esse concitatur remittiturq; non aliter quā quæ tormentis exprimuntur tela, in potestate mittētis sunt, in quantum torqueantur. Ira, inquit Aristoteles, necessaria est, nec quicquam sine illa expugnari potest, nisi illa impleat animum, & spiritum accendat. Utendum autem illa est, non ut duce, sed de milite, quod est falsum. Nā si exaudit rationē, & sequitur, quā ducitur, iam non est ira, cuius propriū est contumacia. Si uerò repugnat, & non ubi iussa est quiescit, sed libidine ferociāq; prouchitur, tā inutilis animi minister est, quā miles, qui
signum

signum receptui datū negligit. Itaq; si modū adhiberi sibi patitur, alio nomine appellāda est. Desinit ira esse, quā effrenatam indomitamq; intelligo. Si non patitur pernitiosa est nec inter auxilia numerāda, ira aut ira nō est, aut inutilis est. Nā si quis poenā exigit, non ipsius poenae amicus, sed quia oportet, non est annumerandus iratis. Hic erit utilis miles, qui scit parere cōsilio. Affectus quidem tam mali ministri, quam auces sunt. Ideo nunquā assumet ratio in adiutorium improvidos & uiolentos impetus, apud quos nihil ipsa autoritatis habeat, quos nunquā comprimere possit, nisi pares illis similesq; opposuerit, ut iram metum, inertiae iram, timori cupiditatem.

CAP. X. Absit hoc à uirtute malum, ut unquā ratio ad uitia cōfugiat. Non potest hic animus fidele otū capere, quatiatur necesse est, fluctueturq; qui malis suis tutus est, qui fortis esse nisi irascitur nō potest, industrius nisi cupit, quietus nisi timet, in tyrannide illi uiuendum est, in alicuius affectus uenienti seruitutē. Non pudet uirtutes in clientelam uitiorū demittere: deinde desinit quicquā ratio posse, si nihil potest sine affectu, & incipit par illi similisq; esse. Quid enim interest, si æque affectus incōsulta res est sine ratione, quā ratio sine affectu inefficax? Par utrunq; est, ubi esse alterum sine altero non potest. Quis autē sustineat affectū ex æquari rationi? Ira, inquit, utilis affectus est, si modicus est. Imò si natura utilis est. Sed si paties imperij rationisq; est, hoc duntaxat moderatione consequatur, ut quo minor fuerit, minus noceat.

CAP. XI. Ergo modicus affectus nihil aliud quā malum modicū est. Sed aduersus hostes, inquit, necessaria est ira. Nusquā minus, ubi nō effusus esse oportet impetus, sed tepertatos & obedientes. Quid enim est aliud quod Barbaros tanto robustiores, tanto patientiores laborū cōminuat, nisi ira infestissima sibi? Gladiatores quoq; ars tuetur, ira denudat. Deinde

quid

quid opus est ira, cū idē perficiat ratio? An tu putas uenatorē irasci feris? an qui ueniētes excipit, & effugiētes persequitur? Omnia illa sine ira facit ratio. Quid Cimbrorū * Theutonico-
 rūq; tot milia superflua alpibus ita sustulit, ut tantæ cladis noti-
 titiā ad suos nō nuntius, sed fama pertulerit, nisi quod erat illis ira pro uirtute, quæ ut aliquādo * perculit strauitq; omnia, ita
 sepius sibi exitio est. Germanis quid est animosius? quid ad in-
 cursum acrius? quid armorū cupidius? quibus innascūtur innu-
 triunturq; quorū una illis cura est, in alia negligentibus. Quid
 induratus ad omnē patientiā, ut quibus magna ex parte non
 tegumenta corporū prouisa sunt, nō * suffragia aduersus perpe-
 tem cœli rigorē. Hos tamen Hispani Galli q; & Asiæ Syriæq;
 molles bello uiri, antequā legio uisatur cædunt, ob nullā rē aliā
 opportunos, quā ob iracundiā. Agedum illis corporibus illis
 animis delicias, luxum, opes ignoratibus, da rationē, da discipli-
 nam, ut nihil amplius dicā, necesse erit nobis certē mores Ro-
 manos repetere. Quo alio Fabius affectas imperij uires re-
 creauit, quā quod cunctari & trahere & morari sciuit, quæ
 omnes irati nesciunt? Perierat imperiū, quod tunc in extremo
 stabat, Si Fabius tantū ausus esset, quantū ira suadebat. Habuit
 in cōsilio fortunā publicam, & extimatēs uiribus, ex quibus iā
 perire nihil sine uniuerso poterat, dolorē ultionemq; seposuit,
 in unā utilitatem, & occasione intentus, iram ante uicit, quā
 Hānibalē. Quid Scipio? nōne relicto Hānibale, Punico exer-
 citu, omnibusq; quibus irascendū erat, bellum in Africam tran-
 sultit, tam lentus, ut opinionē luxuriæ segnitæq; malignis da-
 ret? Quid alter Scipio non circa Numantiā multū diuq; sedit,
 & hunc suū publicumq; dolorē æquo animo tulit, diutius Nu-
 mantiam quā Carthaginē uinci? Quam dum circunualat &
 includit hostem, eò compulit, ut ferro ipsi suo caderent.

* Theuto-
numq;* propulit
strauitq; ob-
uia.

* suffugia

CAP. XII. Non est itaq; utilis, nec in prælijs quidē, aut

in

in bellis ira. In temeritate enim prona est, & pericula dum inferre uult, non praecauet. Illa certissima est uirtus, quae se diu multumq; circūspexit & * rexit, & ex lento ac desinato pro-
 uexit. Quid ergo? uir bonus nō irascitur (inquit) si caedi patrē suū uiderit, si rapti matrē? Nō irascetur, sed uindictabit, sed tuebatur. Quid autē times, ne parū illi magnus stimulus etiā sine ira pietas sit? Aut dic eodē modo, Quid ergo cū uiderit secari patrē suū, filium uē, uir bonus nō flebit, nec liquetur animo? quae accidere foeminae uidemus, quoties illas leui, periculi suspicio perculit? Officia sua uir bonus exequitur incōsūsus, intrepidus, & sic bono uiro digna faciet, ut nihil faciat uiro indignū. Pater caedetur, defendā: casus est, exequar quia oportet, non quia dolet. Cū hoc dicis Theophraste, quæris inuidiā præceptis fortioribus, et relicto iudice, ad coronam uenis, quia unusquisq; in eiusmodi suorū casu irascitur. Putas iudicatuos homines id fieri debere, quod faciunt. Ferē enim iustū quisq; affectū iudicat, quē agnoscit. Irascuntur boni uiri pro suorū iniurijs, sed idem faciūt, si calida nō bene præbeatur, si utrū fractū est, si calcens luto * sparsus est? Nō pietas illā iram, sed infirmitas mouet, sicut pueri, qui tā parētibus amissis flebūt, quā nucibus. Irasci pro suis nō est pij animi, sed infirmi. Illud pulchrū dignumq; parētibus, liberis, amicis, ciuibus prodire defensorē, ipso officio ducente, uolentē, iudicantē, prouidentē, nō impulsū & rapidū. Nullus enim affectus uindictandi cupidior est, quā ira, & ob id ipsum ad uindictādū inhabilis, prærabida & amēs: ut omnis ferē cupiditas ipsa sibi in id, in quod properat, opponitur. Itaq; nec in pace, nec in bello unquā bona fuit. Pacē enim similitē bellū
 * Martem efficit, in armis uerō obliuiscitur * mortē esse cōmunem, uenitq; in alienā potestātē, dum in sua non est. Deinde non ideo uita in usum recipienda sunt, quia aliquādo aliquid boni effecerūt. Nā & febres quaedā genera ualetudinis leuāt, nec ideo nō ex toto

* rexit.

* aspersus

* Martem

illis

illis caruisse melius est. Abominandū remediū genus est, sanitatē debere morbo: simili modo ira etiā si aliquando ut uenenū, & precipitatio, & naufragiū, ex inopinato profuit, nō ideō salutaris omnino iudicanda est: sepe enim salutē suā pestifera. Deinde quæ habenda sunt in bonis, quo maiora eo meliora & optabiliora sunt. Si iustitia bonum est, nemo dicet meliorem futuram, siquid detractum ex ea fuerit: si fortitudo bonum est, nemo illam desiderabit ex aliqua parte diminui.

CAP. XIII. Ergo & ira quo maior, hoc melior. Quis enim illius boni accessione recusauerit? Atqui augeri illā inutile est, ergo & esse. Non est bonū, quod incremento malum fit. Ut ille, inquit, ira est, quia pugnaciores facit. Isto modo & ebrietas. Facit enim proteruos & audaces, multiq; meliores ad ferrum fuere male sobrii. Isto modo dic & phrenesim, atq; insaniam uiribus necessariam, quia sepe ualidiorē furor reddit. Quid? nō aliquoties metus ex puido fecit audacem? & mortis timor etiā inertissimos excitauit in praeliis. Sed ira, ebrietas, timor, aliaq; eiusmodi fœda & caduca iritamenta sunt, nec uirtutē instruunt, quæ nihil utiis eget, sed segnē aliquando animi & ignauum paululū alleuant. Nemo irascendo fit fortior, nisi qui fortis sine ira nō fuisset. Ira in adiutorium uirtutis non uenit, sed in uicem. Quid? quod si bonum esset ira, perfectissimum quemq; sequeretur. Atqui iracundissimi infantes, senesq; & egri sunt, & inualidum omne natura est querulum.

CAP. XIII. Non potest, inquit Theophrastus fieri, ut bonus uir nō irascatur malis. Isto modo quo melior quisq; hoc iracundior erit. Vide ne contra placidior, solutusq; affectibus, & cui nemo odio sit, Peccantes uerò quid habet cur oderit, cui error illos in huiusmodi delicta cōpellat? Non est autē prudentis errantes odisse, alioquin ipse sibi odio erit. Cogitet quā multa contra bonū morem faciat, quā multa ex his quæ egit, ueniam

ueniam desideret. Iam irascetur etiã sibi. Neq; enim æquus iudex aliam de sua, aliam de aliena causam sententiam fert. Nemo, inquit, inuenitur, qui se possit absolvere, & innocentem quique se dicit, respiciens testem, non conscientiam. Quanto humanius mitem & paternum animum præstare peccantibus, & illos nõ persequi, sed reuocare. Errantes per agros ignorantia uie melius est ad rectum iter admouere, quàm expellere. Corrigendus est qui peccat, & admonitione, & uis, & molliter, & asperere, meliorq; tam sibi quàm alijs faciendus, non sine castigatione, sed sine ira. Quis enim cui medetur, irascitur?

*lenti,

CAP. XV. At corrigi nequeunt, nihilq; in illis leue, ut spei bonæ capax est. Tollantur e coetu mortalium, facturi peiora que contingunt, & quo uno modo possunt, desinant esse mali, sed hoc sine odio. Quid enim est cur oderim eum, cui tum maxime profum, cum illum sibi eripio? Nūquid membra sua odit, tunc cum abscondit? Non est illa ira, sed misera curatio Rabidos affligimus canes, truce atq; immansuetum bouem occidimus, & morbidis pecoribus, ne gregem polluant, ferrum demittimus, portentuosos foetus extrahimus. Non ira, sed ratio est, à sanis inutilia secernere. Nil minus quàm irasci punientem decet, cum eo magis ad emendationem poena proficiat si iudicio lata est. Inde est, quod Socrates seruo ait: Cederem te, nisi irascerer. Admonitionem serui in tempus sanius distulit, illo tempore se admonuit. Cuius erit temperatus affectus, cum Socrates non sit ausus se iræ committere? Ergo ad coercionem errantium, sceleratorumq; irato castigatore non opus est. Nam cum ira delicti animi sit, non oportet peccata corrigere, peccantem.

*correctio-
nem

CAP. XVI. Quid ergo? nõ irascar latroni? Non. Quid ergo, nõ irascar uenefico? Nõ. Neq; enim mihi irascor, cum sanguinem mitto. Omne poenæ genus, remedij loco admoueo. Tam adhuc in prima parte uersaris errorum, nec grauius laboris, sed

fregit

frequenter. Obiurgatio te primū secreta, deinde publica emendare tentabit. Tu longius iam processisti, quā ut possis uerbis sanari. Ignominia* contineberis, cū tibi fortius aliquid & quod sentias inurendū est. in exiliū & loca ignota mitteris. In te duriora remedia, iam * solida nequitia desiderat, & uincula publica, & carcer adhibebitur. Tibi insanabilis animus est, & sceleribus scelera cōtexens: et iam nō causis, quæ nunquā malo defuturæ sunt, impelleris, sed satis tibi est magna ad peccandum causa, peccare. Perbibisti nequitia, & ita uisceribus immiscuisti, ut nisi cū ipsis exire nō possit. Olim miser mori queris, bene de te merebimur. Auferemus tibi istam qua uexaris, insanā, & per tuā alienamq; uoluptatē supplicii, id quod unū bonū tibi superest, representabimus mortem. Quare irascar, cui cū maxime prosum? Interim optimū genus misericordiae est, occidere. Si intrassem uoletudinariū exercitatus & sciens, ut domum diuitis, non idem imperassem omnibus, per diuersa ærotantibus. Varia in tot animis uitia uideo, & ciuitati curandæ adhibitus sum, pro cuiusq; morbo medicina queratur. Hunc sanet uerecundia, hunc peregrinatio, hunc dolor, hunc egestas, hunc ferrum. Itaq; etsi peruersa induenda magistratū uestis, & conuocanda classico concio est, procedam in tribunal, non furens, nec infestus, sed uultu leni & magis graui, quā rabida uoce illa solennia uerba concipiā, & lege & agi iubebo: non iratus, sed seuerus. Et cū cœruicē noxio præcidi imperabo, & cū parricidā insuā culleo, & cū mittam in supplicii militare, & cū Tarpeiae proditorē, hostem uel publicum imponā, sine ira, eo uultu animoq; ero, quo serpentes & animalia uenenata percutio. Iracundia opus est ad puniendū. Quid tibi uidetur lex irasci his quos non nouit, non uidit, quos non futuros sperat? illius itaq; sumēdus est animus, quæ nō irascitur sed constituit. Nam si bono uiro ob mala facinora irasci

* non contineberis,
* solita, aliās,
insolita

V conuenit,

conuenit, & ob secundas res malorū hominū inuidere conueniet. Quid enim est indignius, quā florere quosdā, & eos indulgentia fortunæ abuti, quibus nulla potest satis mala inueniri fortuna? Sed tam cōmoda illorū sine inuidiā uidebit, quā scelerata sine ira. Bonus iudex dānat improbanda, non odit. Quid ergo, non cū eiusmodi aliquid sapiens habebit in manibus, tangetur animus eius, eritq; solito cōmotior? Fateor. Sentiet leuē quendam, tenuemq; motum. Nam (ut dixit Zenon) in sapientis quoq; animo, etiā cū uulnus sanatū est, cicatrix manet. Sentiet itaq; *suspitationes quasdā, & umbras affectuū, ipsis quidem carebit. Aristoteles ait, affectus quosdā, si quis illis bene utatur, pro armis esse. Quod uerū foret, si uelut bellica instrumenta sumi, deponiq; possent, induētis arbitrio. Hęc arma quę Aristoteles uirtuti dat, ipsa per se pugnant, non expectant manū. Habent & non habentur. Nil alijs instrumentis opus est. Satis nos instruxit ratione natura. Hęc dedit telū, firmū, perpetuū, obsequens, nec anceps, nec quod in dominū remitti posset. Non ad prouidendū tantum, sed ad res gerēdas satis est per se ipsa ratio. Etenim quid est stultius, quā *hoc ab iracundiā petere presidū, rem stabilem ab incerta fidelem ab infida, sanam ab agra? Quid, quod ad actiones quoq; in quibus solis opera iracundię uidetur necessaria, multo per se ratio fortior est? Non cū iudicauit aliquid faciendū, in eo perseuerat, Nihil enim melius inuētura est seipsa, quo mutetur. Ideo stat semel *constans. Iram sępe misericordiā retro egit. Habet enim *non solū infolidū robor, sed tantū timorē, uolentisq; principijs utitur: non aliter quā qui à terra uenti surgunt, & fluminibus paludibusq; *excepti, sine pertinaciā uehementes sunt. Incipit magno impetu, deinde desinit ante tēpus fatigata, & quę nihil aliud quā crudelitātē, ac noua genera pœnarum uersauerat, cōanimaduertendum est, ira iam fracta, leuisq; est. Affectus cito

*suspitationes

*hanc

*constitutis.

*non solidū
robor,

*concepti,

caus;

*in totum

cadit, æqualis est ratio. Caterū etiam ubi perseverauerit ira,
 nonnunquā si plures sunt, qui perire meruerunt, post duorum
 trium ue sanguinē occidere desunt. Primū eius ictus acres sunt,
 sicut serpentū uenena à cubili repentū nocent, innoxij dētes
 sunt, cū illos frequens morsus exhaust. Ergo nō paria patiantur,
 qui paria cōmiserant: & sepe qui minus cōmisit, plus patitur,
 quia recētiori iræ obiectus est, & intantū inæqualis est,
 modò ultra quē oportet, excurrit, modò citius debito resistit.
 Sibi enim indulget, ex libidine iudicat, & audire non uult, &
 patrociniō nō relinquit locū, & ea tenet quæ inuasit, & eripi
 sibi iudiciū suum, etiā si pariū est, non sinit. Ratio utriq; parti
 locū dat & tempus. Deinde aduocationē etiā sibi petit, ut ex-
 cutiendæ ueritati spatū habeat, Ira festinat. Ratio id iudicari
 uult, quod æquū est: ira id æquum uideri uult, quod iudicauit.
 Ratio nihil præter ipsum, de quo agitur, spectat. Ira uanis &
 extra causam obuersantibus commouetur. Vultus illā securior,
 uox clarior, sermo liberior, cultus delicatior, aduocatio ambi-
 tiosior, fauor popularis exasperat. Sæpe infesta patrono reum
 damnat, etiā si ingeritur oculis ueritas, amat & tuctur erro-
 rem, coargui non uult, & in male coeptis, honestior illi perti-
 nacia uidetur, quàm pœnitentia. Cn. Piso fuit memoria nostra,
 uir à multis uitijs integer, sed prauus, & cui placebat pro cō-
 scientia rigor. Is cū iratus duci iussisset eū, qui ex cōmeatu sine
 cōmilitone redierat, quasi interfecisset, quē non exhibebat, ro-
 ganti tempus aliquod ad conquirendū nō dedit: damnatus ex-
 tra uallum deductus est, & iam ceruicē porrigebat, cū subito
 apparuit ille commilito, qui occisus uidebatur. Tunc Centurio
 supplicio præpositus, cōdere gladiū spiculatorē iubet, dānatū
 ad Pisonē reducit, reddīturus Pisoni innocentia, Nam militem
 fortuna reddiderat. Ingenti concursu deducūtur, cōplexi alter
 alterum cum magno gaudio castrorum cōmilitones. Conscen-
 dit

*militi

*fingendas

dit tribunal furens Piso, ac iubet duci utrunq; & cum militibus, qui non occidit, & cum qui non perierat. Quid hoc indignum? Quia unus innocens apparuerat, duo peribant. Piso adiecit & tertium. Nam illū centurionē, qui damnatū reduxit, duci iussit. Constituti sunt in eodē loco perituri tres, ob unius innocentia. O quā solers est iracundia ad* fingendas causas furoris. Te, inquit, duci iubeo, quia damnatus es, te quia causa damnationis commilitoni fuisti, te quia iussus occidere, imperatori non paruisti. Excogitauit quē admodū tria crimina faceret, quia nullum inuenerat. Habet, inquam, iracundia hoc mali, nō uult regi. Irascitur ueritati ipsi, si contra uoluntatem suam apparuerit: clamore & tumultu, & totius corporis iactatione, quos destinauit insequitur, adiectis conuitijs, maledictisq;. Hoc non facit ratio, sed si ita opus est, filēs quietaq;, totas domos funditus tollit, & familias Reipub. pestilentes cū coniugibus ac liberis perdit, tecta ipsa diruit, & solo exæquat, & inimica libertati nomina extirpat. Hæc non frendens, nec caput quassans, nec quicquam indecorū iudici faciens, cuius tum maxime placidus esse debet, in statu uultus, cū magna pronūtiat. Qui opus est, inquit Hieronymus, cum uelis cedere aliquem, prius tua labia mordere? Quid si ille uidisset desilientem de tribunali proconsulem, & fasces licitori auferentem, & sua uestimenta scindentem, quia tardius scindebantur aliena? Quid opus est mensam euertere? Quid pocula affligere? Quid se in columnam impingere? Quid capillos euellere? semur, pectusq; percutere. Quantam iram putas, quæ quia non tam cito in alium qui uult, erumpit, in se reuertitur? Tenetur itaq; à proximis, & rogatur, ut ipse sibi placetur, quorum nil facit quisquis uacua ira, meritam cuiq; pœnam inungit. Dimittit sepe eum, cui peccatum deprehendit, si pœnitentia facti spem bonam pœnitetur, si intelligit non ex alto uenire nequitiam, sed suam

(quod aiunt) animo inherere. Dabit impunitatem, nec accipientibus nocituram, nec dantibus. Nonnunquam magna scelerum leuius, quàm minora compescet: si illa lapsu, non crudelitate commissa sunt: his inest latens, & operata, & inueterata calliditas. Idem delictum in duobus non eodem modo afficiet, si alter per negligentiam admisit, alter curauit ut nocens esset. Hoc semper in omni animaduersione seruabit, ut sciat alteram adhiberi, ut emendet malos, alteram, ut tollat. In utroq; non præterita, sed futura intuebitur. Nam, ut Plato ait, Nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur. Reuocari enim præterita non possunt, futura prohibentur: & quos nolet nequitie male cedentis exempla fieri, palam recidet, non tantum ut percant ipsi, sed ut alios percundo deterreant. Hæc cuiq; expendenda, & estimandaq; sunt. Vides quàm debeat omni perturbatione liber accedere ad rem summa diligentia tractandam, potestatem uitæ necisq;. Male irato ferrum committitur. Ne illud quidem iudicandum est, aliquid iram ad magnitudinem animi conferre. Non est enim illa magnitudo, tumor est: nec corporibus copia uitiosi humoris intensus, morbus incrementum est, sed pestilens abundantia. Omnes quos uæcors ira animus, supra cogitationes extollit humanas, altum * quidem & sublime spirare se * quiddam credunt, cæterum nihil solidi subest, sed in ruinam prona sunt, quæ suæ fundamētis creuere. Non habet ira cui insistat, non ex firmo mansuroq; oritur, sed uentosa & inanis est, tantumq; abest à magnitudine animi, quantum à fortitudine audacia, à fiducia insolentia, ab austeritate tristitia, à seueritate crudelitas. Multum, inquam, interest inter sublimem animum & superbum. Iracundia nihil amplius, decorumq; molitur. Contra mihi uidetur * uentosi & infelicitis animi imbecillitas sibi consciij indolescere. Ut exulcerata & ægra corpora quæ ad * tactus leuissimos gemunt, ita ira * ictus leuissimos

Nam uiris quoq; puerilia ac muliebria ingenia sunt. Quid ergo? Non aliqua uoces ab iratis emittuntur, quæ magno emisse uideantur aīo, ueram ignorātibus magnitudinē: quæ illa dira & abominanda, Oderint, dum metuant, Syllano scias seculo scriptā. Nescio utrū sibi peius optauerit, ut odio esset, an ut timori. Oderint. Occurrit illi futurum, ut execretur, insidientur, opprimant. Quid adiecit? Dij illi malefaciāt, adeo repperit dignū oratio remediū. Oderint. Quid, dum pareant? non, dū probent? non. Quid ergo? dū timeant? sic nec amari quidē uellem. Magno hoc dictū spiritu putas? Falleris. Nec enim magnitudo ista est, sed immanitas. Non est quod credas irascentiū uerbis, quorum strepitus magni, minaces sunt, intus mens pauidissima. Non est quod existimes uerū esse, quod apud disertissimū uirū Lælium dicitur: Vir ingenij magni magis quā boni. Non potest illud separari, aut nec bonū erit, aut nec magnū, quia magnitudinē animi inconcussam intelligo, & introrsus solidam, ab imō parē firmamq; qualis esse in malis ingenijs nō potest. Terribilia enim esse & tumultuosa et exitiosa possunt, magnitudinē quidē, cuius firmamentū roburq; bonitas est, nō habebunt. Ceterū sermone, conatu, et omni extra paratu faciēt magnitudinis fidē. Eloquētur aliquid quod tu magni putes, sicut C. Caesar, qui iratus cœlo quod obstreperet pantomimis, quos imitabatur suadiosius quā spectabat, quodq; comessatio sua fulminibus terreteretur, prorsus parum certis, ad pugnam uocauit Iouē, & quidē sine *intermissione, Homericum illum exclamans uersum, Ζῆν πάτερ ἔρις οἷο θεῶν δλωότερ & ἄλλοι. Quanta dementiæ fuit. Putauit aut sibi noceri, ne à Ioue quidē posse, aut se nocere etiam Ioui posse. Non puto parū momēti hanc eius uocem ad incitandum conituratorū animos addidisse. Vltimæ enim patientiæ uisum est cū ferre, qui Iouem nō ferret. Nihil ergo in ira, ne cū uidetur quidē uehemens, deos hoīesq; despicies, ma-

* non solet.

* sine mis-
sione,

gnum, nihil nobile est: aut si uideatur alicui magnū animum ira
 producere, uideatur & luxuria, Ebore sustincri uult, purpura
 uestiri, auro tegi, terras transferre, maria concludere, flumina
 precipitare, nemora suspendere. Videatur & auaritia magni
 animi, Aceruis auri argentiq; incubat, & prouinciarū nomi-
 nibus agros colit, & sub singulis ullicis latiores habet fines,
 quā quos consules sortiebātur. Videatur et libido magni ani-
 mi. Transnatat freta, puerorū greges castrat, sub gladiū mariti
 uenit uxor morte contempta. Videatur & ambitio magni ani-
 mi. Non est contenta honoribus annuis, si fieri potest, uno no-
 mine occupare fastos uult, per omnē orbem titulos disponere.
 Omnia ista non refert, inquantum procedant extendantq; se,
 angusta sunt, misera, depressa. Sola sublimis & excelsa uirtus
 est. Nec quicquam magnum est, nisi quod simul & placidum.

L. ANNAEI SENE- CAE DE IRA LIB. II.

PRIMVS liber Nouate benigniorem habuit
 materiam. Facilis enim in procliuia uitiorum de-
 cursus est. Nūc ad exiliora ueniendum est. Querimus enim, utrum ira iudicio aut impetu incipiat,
 id est, utrū sua sponte moueatur, an quē admodum pleraq; que
 intra nos inscijs nobis oriuntur. Debet autē in hoc se demittere
 disputatio, ut ad illa quoq; altiora possit exurgere, Nam & in
 corpore nostro ossa, nerui, & articuli firmanenta totius * &
 alia minime speciosa uisu, prius ordinantur: deinde hęc ex qui-
 bus omnis in faciem aspectumq; decor est: post hęc oīa, qui ma-
 xime oculos rapit color, ultimus perfecto iam corpore * effun-
 ditur. Iram quin species oblat & iniurie moueat, nō est dubium:
 sed utrum specie ipsam statim sequatur, et nō accedente animo

CAP. I.

* & uitalia:
 aliās, & ue
 alia
 * affunditur.

excurrat, an illo assentiēte moueatur, querimus. Nobis placet nil ipsam per se audere, sed animo approbante. Nam speciem capere acceptæ iniuriæ, & ultionē eius cōcupiscere, et utrunq; coniungere, nec iedi se debuisse, & uindicare debere, non est eius impetus, qui sine uoluntate nostra concitatur. Ille simplex est, hic compositus, & plura continens. Intellexit aliquid indignatus est, damnauit, ulciscitur, hæc non possunt fieri, nisi animus eius, qui tangebatur * assensus est.

* accensus
* hæc questio
pertinet?

* tactus con-
sternatio,

CAP. II. Quorsus, inquis, * hoc nūc pertinet? ut sciamus quid sit ira. Nā si inuitis nobis nascitur, nunquā rationi succēbet. Oēs enim motus, qui non uoluntate nostra fiunt, inuicti & incuitabiles sunt, ut horror frigida aspersis, ad quosdam * ictus aspernatio, ad peiores nūcios subrigūtur pili, & rubor ad improba uerba subfunditur, sequiturq; uertigo prærupta cernentes. Quorum quia nihil in nostra potestate est, nulla quo minus fiant, ratio persuadet. Ira præceptis fugatur. Est enim uoluntariū animi uitii, nō ex his quæ cōditione quadā humane sortis eueniūt, ideoq; etiā sapientissimis accidūt. Inter quæ & primus ille ictus animi ponēdus est, qui nos post opinionē iniuriæ mouet. Hic subit etiā inter ludicra scenæ spectacula, & lectiones rerū uetustarū, sæpe Clodio Ciceronē expellenti, & Antonio occidēti, uidemur irasci. Quis nō cōtra Marij arma, & cōtra Syllæ proscriptionē cōcitatur? Quis nō Theodoto et Achille, & ipsi puero, non puerile auso facinus, infestus est: Cantus non nonnunquā & cōcitata modulatio instigat. Martius quoq; altubarū sonus, mouet mentes, & atrox pictura, & iustissimorū suppliciorū tristis aspectus. Inde est quod arridemus arridētib; et cōtristat nos turba mœrentiū, et effæuescimus ad aliena certamina: quæ nō sunt iræ, nō magis quàm tristitia est, quæ ad cōspectū inimici naufragi cōtrahit frontē: non magis quàm timor, qui Annibale post Cannas mœnia circumsidēte, lectionis

percutit

percutit animos: sed oīa ista motus sunt aīorum moueri * uolentium, nec affectus, sed principia praeludētia affectibus. Sic enim militaris uiri in media pace togati iam aures tuba suscitāt, equosq; castrenses erigit crepitus armorum. Alexandrum ait, Zenophanto canente manum ad arma misisse.

* nolentium,

* xenophante

CAP. III. Nihil ex his quæ animum fortuito impellunt affectus uocari debet. Ista (ut ita dicam) patitur magis animus quam facit. Ergo affectus est, non ad oblatas rerū species moueri, sed permittēte se illis, et hunc fortuitum motum persequi. Nam si quis pallorē & lachrymas procidētis, & irritationem humoris obsceni, altum uē suspiriū, & oculos subito acriores, aut quid his simile, iudiciū affectus, animiq; signum putat, fallitur, nec intelligit hos corporis esse pulsus. Itaq; & fortissimus plerunq; uir, dū armatur expalluit, et signo pugnae dato, ferocissimo militi paululū genua tremuerūt, & magno imperatori antequā inter se acies arietarēt, cor exiluit, et Oratori eloquentissimo dum ad dicendum cōponitur, summa riguerūt. Ira non moueri tantū, sed excurrere debet. Est enim impetus. Nūquam autē impetus sine assensu mentis est: neq; enim fieri potest, ut de ultione et poena agatur aīo nesciente. Putauit se aliquis læsum, uoluit ulcisci, dissuadente aliqua causa statim resedit. Hāc iram nō uoco, sed motum animi rationi parentē. Illa est ira, quæ rationem transfilit, quæ secum rapit. Ergo prima illa agitatio animi, quæ species iniuriæ incusit, non magis ira est quam ipsa iniuriæ species, sed ille sequens impetus, qui beciam iniuriæ non tantum accepit, sed approbavit. Ira est cōcitatio animi ad ultionem, uoluntate & iudicio pergentis. Nunquid dubium est, quin timor fugam habeat, ira impetum? Vide ergo an putes aliquid sine assensu mentis, aut peti posse, aut cauēri.

CAP. IIII. Et ut scias quæadmodum incipiunt affectus, aut crescant, aut efferantur, est primus motus non uoluntarius

*cōminatio. quasi preparatio affectus et quædã *cōmutatio. Alter cū uoluntate non contumaci, tanquã oporteat me uindicare, cū lesus sim, aut oporteat hunc pœnas dare, cum scelus fecerit. Tertius motus est iam impotens, qui nõ si oportet, ulcisci uult, sed utiq;, qui ratione eicit. Primum illum animi ictum effugere ratione non possumus, sicut ne illa quidem, quæ diximus accidere corporibus, ne nos oscitatio aliena sollicitet, nec oculi ad intentionem subitam digitorum comprimantur. Ista non potest ratio uincere, consuetudo fortasse, & assidua observatio extenuat. Alter ille motus qui iudicio nascitur, iudicio tollitur. Illud etiam querendum est, Hi qui uulgo sæuiunt, et sanguine humano gaudent an irascantur, cum eos occidunt, à quibus nec acceperunt iniuriam, nec accepisse ipsos existimant, qualis fuit Apollodorus, aut Phalaris.

CAP. V. Hæc nõ est ira, sed ueritas. Non enim quia accepit iniuriam, nocet, sed parata est dum noceat, uelle accipere. Nec illi uerbera lacerationesq; in ultione petuntur, sed in uoluptatem. Quid ergo? Origo huiusmodi mali ab ira est, quæ ubi frequenti exercitatione, & satietate in obliuionem clementie uenit, et omne fœdus humanum eiecit animo, nouissime in crudelitatem transit. Rident itaq; gaudentq; & uoluptate multa perfruentur, plurimumq; ab iratorum uultu absunt, per otium sæui. Hannibalem aiunt dixisse, cum fossam sanguine humano plenam uidisset, O formosum spectaculum. Quanto pulchrius illi uisum esset, si flumen aliquod lacumq; compleisset. Quid mirum, si hoc maxime spectaculo caperis immatus sanguis, & ab infante cædibus admotus? Sequetur te fortuna crudelitatis tuæ per uiginti annos secunda, dabitq; oculis tuis gratum ubique spectaculum. Videbis istud & circa Transimenum & circa Cannas, & nouissime circa Carthaginem tuam. Volens nuper sub diuo Augusto proconsul Asiæ cum ccc. una die

secun

securi
quasi
procl
hec u

V

& ma
uult
gnifica
cloris
scuit in
est, sep
tariq; p
gnitate
stia cor
post re
magis in
tantum
iram, n
mus, qu
modus et
est. Nam
libus: aut
tera mer
aliena pe
domum

CAP

cocitari c
illi per ir
mentum e

securi percussisset, incedens * intra cadauera uultu superbo, ^{*inter: alias,}
 quasi magnificum quiddam conspiciendumq; fecisset, Græce ^{suprà}
 proclamauit, O rem regiã. * Quis hæc rex fecisset? Non fuit ^{*Quid hic}
 hæc ira, sed maius malum & insanabile. ^{rex}

Quibus uirtus est ira.

CAP. VI.

Virtus, inquit, ut honestis rebus propitia est, ita turpibus
 irata esse debet. Quid si dicatur uirtutem & humilem
 & magnam esse debere? Atqui hæc dicit, qui illam extolli
 uult & deprimi, Quoniam letitia ob recte factum, clara ma-
 gnificaq; est ira ob alienum peccatum, sordida & angusti pe-
 floris est, nec unquam committet uirtus, ut uitia dum compe-
 scunt imitetur ipsa, iram castigandam habet, quæ nihilo melior
 est, sepe etiam peior his delictis quibus irascitur. Gaudere læ-
 tariq; proprium & naturale uirtutis est, irasci non est ex di-
 gnitate eius, non magis quàm mœrere. Atqui iracundiæ tri-
 stitia comes est, & in hanc omnis ira uel post poenitentiam, uel
 post repulsam reuoluitur. Et si sapientis est peccatis irasci,
 magis irascetur maioribus, & sepe irascetur: sequitur, ut non
 tantum iratus sit sapiens, sed iracundus. Atqui si nec magnam
 iram, nec frequentem in animo sapientis locum habere credi-
 mus, quid est quare non ex toto hoc affectu illum liberemus?
 modus enim esse non potest, * si profecto cuiquam irascendum
 est. Nam aut iniquus erit, si æqualiter irascetur delictis inæqua-
 libus: aut iracundissimus si toties excanduerit, quoties iram sce-
 lera meruerint. Et quid indignius quàm sapientis affectum ex
 aliena pendere nequitia? Desinet Socrates posse eundem uul-
 tum referre, quem domo extulerat.

* si pro facto
 cuiusq;

CAP. VII. Atqui si irasci sapiens debet turpiter factis, et
 cõcitari cõtristariq; ob scelera, nihil est eruminosius sapiente. Ois
 illi per iracundiam mœroremq; uita trãsibit. Quod enim mo-
 mentum erit, quo nõ improbanda uideat? Quoties processerit
 domo

consciscūt.

domo, per sceleratos illi, auarosq; et prodigos, & impudētes, & ob ista felices incedendū erit. Nusquā oculi eius flebentur, ut nō quod indignētur, inueniāt. Deficiet, si toties a se irā quoties causa poscet, exegerit. Hæc tot milia ad forum prima luce properatū, quā turpes lites, quāo turpiores aduocatos habēt. Alius iudicio patrē accusat, quē demereri satius fuit. Alius cū matre consistit. Alius delator uenit eius criminis, cuius manifestior reus est: & iudex dānaturus quæ fecit, eligitur, & corona pro mala causa, bona patroni uoce corrupta. Quid singula prosequor: cū uideris forū multitudine refertū, & septa concursu omnis frequentia plena, & illū circum in quo maximā sui partem populus ostēdit, hoc scito, istic tantundē esse uitiorum, quantum hominum. Inter istos quos togatos uides, nulla pax est, alter in alterius exitium leui compendio ducitur.

CAP. VIII. Nulli nisi ex alterius damno quæstus est: felicem oderunt, infelicē cōtemnunt: maiore grauantur, minori graues sunt: diuersis stimulantur cupiditatibus, omnia perditū ob leuem uoluptatē prædamq; cupiunt. Non alia quā in ludio gladiatorio uita est, cū iisdem uiuentiū pugnantiumq;. Ferarū iste conuentus est, nisi quod ille inter se placidæ sunt, morsq; simulium abstinent, hi mutua laceratione satiātur. Hoc uno ab animalibus mutis differunt, quod illa mansuescunt alentibus, horū rabies ipsos a quibus est nutrita, depascitur. Nunquā irasci desinet sapiens si semel cœperit: omnia sceleribus ac uitiis plena sunt. Plus cōmittitur quā quod possit cōertione sanari. Certatur ingenti quodam nequitia certamine, maior quotiē peccandi cupiditas, minor uerecundia est, Expulso melioris æquiorisq; respectu, quocunq; uisum est, libido se impingit, nec furtiua iam scelera sunt, præter oculos eunt. Adeoq; in publicum missa nequitia est, & in omnium pectoribus euasit, ut innocentia non rara, sed nulla sit. Nunquid enim singuli aut

pauca

pauca
scend

N

In

L

F

Et qu

parte

sa, sub

rū equ

uolunt

stam,

& inc

& reg

pro gl

Raptu

CA

foeder

ductū,

na non

lerum

Illud p

enim si

tibus?

Quid s

ineptos

egrotu

da, & h

rorū an

ri huma

pauci rupere legem: undiq; uelut signo dato, ad fas nefasq; mi-
scendum coorti sunt.

Non hospes ab hospite tutus.

Non socer à genero, fratrum quoq; gratia rara est,
Imminet exitio uir coniugis, ille mariti.

Lurida terribiles miscent aconita nouerca.

Filius ante diem patrios inquirat in annos.

Et quota pars ista scelerum est? non descripsit castra ex una
parte contraria, & parentum liberorumq; sacramenta diuer-
sa, subiectam patriæ ciuis manu flammam, & agmina infesto-
rū equitum ad conquirendas proscriptorum latebras circum-
uolitantia, & uiolatos fontes uenenis, & pestilentiam manu fa-
ctam, & præductā obsessis parentibus fossam, plenos carceres,
& incēdia totas urbes concremātia, dominationesq; funestas,
& regnorū publicorumq; exitiorum clandestina consilia, &
pro gloria habita, quæ quandiu opprimi possunt, scelera sunt.
Raptus ac stupra, & ne os quidem libidini exceptum.

CAP. IX. Adijce nunc publica periuria gentiū, & rupta
fœdera, & in prædā ualidioris quicquid non resistebat * ad-
ductū, circumscriptiones, furta, fraudes, inficiationes, quibus tri-
na non sufficiunt fora. Si tantum irasci uis sapientē, quantū sce-
lerum indignitas exigit, non irascendū illi, sed insanicendum est.
Illud potius cogitabis non esse irascendum erroribus. Quid
enim si quis irascitur, in tenebris parum uestigia certa ponen-
tibus? Quid enim si quis surdis imperia non exaudientibus?
Quid si pueris, quod neglecto dispectu officiorū, ad lusus &
ineptos æqualium iocos spectent? Quid si illis irasci uelis, qui
ægotant, senescūt, fatigātur? Inter cætera mortalitatis incōmo-
da, & hæc est caligo mentiū, nec tantū necessitas errādi, sed er-
rorū amor. Ne singulis irascaris, uniuersis ignoscendū est, gene-
ri humano uenia tribuēda est. Si irascaris iuuenibus senibusq;
quod

* abductum.

quod peccant, irascere infantibus, quod peccaturi sunt. Num quis irascitur pueris, quorum etas nondum nouit rerum discrimina? Maior est excusatio & iustior, hominē esse quā puerū. Hac conditione nati sumus, animalia obnoxia non paucioribus animi quā corporis morbis, non quidē obtusa nec tarda, sed acumine nostro male utentia. Altera alteri uitiorū exempla. Quisq; sequitur priores male iter ingressos. Quid nī habeant excusationem, cum publica uia errauerint.

CAP. X. In singulos seueritas imperatoris dīstringitur: at necessaria uenia est, ubi totus deseruit exercitus. Quid tollit iram sapientis? turba peccātiū. Intelligit quā & iniquū sit & periculosum, irasci publico uitio. Heraclitus quoties prodierat, & tantū circa se malē uiuentium, imō malē percutantium uiderat, flebat, miserebatur omnium, qui sibi leti felicesq; occurrerant, miti animo, sed nimis imbecillo, & ipse inter deplorandos erat. Democritum contra aiunt, nunquā sine risu in publico fuisse. Adeo nihil illi uidebatur serium eorum quae serio gerebantur. * Vbi isti hiccine locus est? Aut ridenda omnia aut flenda sunt. Nō irascetur sapiens peccantibus. Quare? quia scit neminē nasci sapientē, sed fieri, Scit paucissimos omni uero sapientes euadere, quia conditionem humanā uitae perspectam habet. Nemo autē natura sanus irascitur. Quid enim si mirari uelit non in syluestribus dumis poma pendere? quid si miratur spineta sentesq; non utili aliqua fruge compleri? Nemo irascitur, ubi uitium natura defendit. Placidus itaq; sapiēs & aequus erroribus, non hostis sed corrector peccantium, hoc quotidie procedit animo. Multi mihi occurrent uino dediti, multi libidinosi, multi ingrati, multi auari, multi furij ambitionis agitati. Omnia ista tā propitius aspiciet, quā aegros suos medicus. Nunquid ille, cuius nauigiū multam, undiq; laxatis cōpāgibus, aquam trahit, nautis ipsiq; nauigio irascitur? Occurrunt

* Vbi isthic
irae locus est?

potius,

potius,
ita for
tibus la
exha
mala co

VT
ter

quia ter
quā d
est, & d
cum tu
terribili
re quoq;
bulcus m
tra omni
Ira per s
ribus sic
in autore

Occurrat
bello in th
quā si n
Neces
ita natura
non uacet
pectora. A
gint. Qu
cupiscat q

CAP.
formidano
nena, &

potius, & aliam excludit undam, deinde aliam egerit, manifesta foramina præcludit, latētibus et ex occulto sentinā ducentibus labore continuo resistit, nec ideo intermittit, quia quantū exhaustum est, subnascitur. * Lento adiutorio opus est contra mala continua & fecunda, non ut desinant, sed ne uiuant. * Non lento

Vtilitates iræ.

CAP. XI.

Vtilis est, inquit, ira, quia contemptum effugit, quia malos terret. Primum ira si quantū minatur ualeat, ob hoc ipsum quia terribilis est, & inuisa est. Periculosus est autem timeri quam despici. Si uerò sine uiribus est, magis exposita cōtemptui est, & derisum non effugit. Quid enim est iracundia in supercuum tumultuante frigidius? Deinde non ideo quædam quia terribiliora, potiora sunt, nec hoc sapientis dici uelim, quod ferre quoque telum est timeri. Quid non timetur febris, podagra, hinc malum? Nunquid ideo quicquam in istis boni est? aut cōtra omnia despecta, & fœda, & turpia ipso quo timetur sunt? Ira per se deformis est, & minime metuenda. At timetur à pluribus sicut deformis persona ab infantibus. Quid quod semper in autores redundat timor, nec quisquā metuitur ipse securus? Occurrat hoc solo tibi Laberianus ille uersus, qui medio ciuili bello in theatro dictus, totum in se populū non aliter conuertit, quam si missa esset uox publici affectus:

* quispiam

Necesse est multos timeat, quem multi timent.

Ista natura constituit, ut quod alieno metu magnum est, à suo non uacet. Leoni, inquam, pauida sunt ad leuissimos strepitus pectora. A cerrimas feræ umbra, uox, & odor insolitus exagitat. Quicquid terret, & trepidat. Non est ergo quare concupiscat quisquam sapiens timeri.

* tactus: als
ictus.

CAP. XII. Nec ideo iram magnū quiddam putes, quia formidandum est: quoniā quidem etiam contemptissima timentur uenena, & ossa mortifera, & morsus. Nec est mirū, cum maximos

* mortifera
morsu.

ximos

conterreat, ximos ferarum greges linea pennis distincta contineat, & ad insidias agat, ab ipso effectu dicta formido. Vanis enim uana terrori sunt. Curriculi motus, rotarumq; uersata facies, leonem redigit in caueam. Elephantes porcina uox terret. Sic itaq; ira metuitur, quomodo umbra ab infantibus, à feris rubens pinna. Non ipsa in se quicquã habet firmum aut forte, sed uanos animos mouet. Nequitia, inquit, de rerum natura tollenda est, si uelis iram tollere. Neutrum autè potest fieri. Primum potest aliquis non algere, quãuis ex rerum natura hyems sit, & nõ aestuare, quamuis menses æstiu sint. Aut loci beneficio aduersus intemperiem anni tutus est, aut patiëntia corporis sensum utriusq; peruincit. Deinde uerte istud. Necesse est prius uirtutè ex animo tollas, quàm iracundiam recipias, quoniam cum uirtutibus uitia non coeunt. Nec magis quisquam eodem tempore, & iratus potest esse, & uir bonus, quàm æger & sanus. Non potest, inquit, omnis ex animo ira tolli, nec hoc hominis natura patitur. Atqui nihil est tam difficile & arduum, quod non humana mens uincat, & in familiaritatem perducatur assidua meditatio: nulliq; sunt tam feri & sui iuris affectus, ut non disciplina perdomentur. Quodcumq; sibi imperauit animus obtinuit. Quidam ne unquã riderent cõsecuti sunt. Vino quidã, alij Venere, quidam omni humore interdixere corporibus. Alius contentus breui somno, uigilia se indefatigabile ostendit. Didicerunt alij tenuissimis & aduersis funibus currere, & ingentia uixq; humanis toleranda uiribus onera portare, & in immensam altitudinem mergi, ac sine ulla respirandi uice perpeti maria.

CAP. XIII. Mille sunt alia, in quibus pertinacia impedi-
mentum omne transcendit, ostenditq; nihil esse difficile, cuius sibi
* nulla tam ipsa mēs patiëntiã indiceret. Istis quos paulò ante retuli, aut * nul-
pertinacis la causa pertinacis studij, aut indigna merces fuit. Quid enim
magnificum cõsequitur ille, qui meditatatus est p̄ intēsos funes ire?

qui sarcinæ ingenti ceruices supponere? qui somno non submittere oculos? qui penetrare in imum mare? & tamen ad finem operis non magno autoramento labor peruenit: nos non aduocabimus patientiâ, quos tantum præmiū expectat, felicitis animi immota tranquillitas? Quantum est effugere maximum malum iram, & cum illa rabie, læuitiam, crudelitatem, furorē & alios committes affectus eius? Non est quod patrociniū nobis queramus, et excusatam licentiâ, dicentes, aut utile esse, aut inuitabile. Cui enim tandem uitio aduocatus deus fuit? non est quod dicas excidū non posse. Sanabilibus ægrotamus malis, ipsaq; nos in rectū genitos natura, si emendari uelimus, iuuat, Nec ut quibusdam uisum est, arduū in uirtutes, & asperū iter est, plano adeuntur. Non uanæ uobis autor rei uenio. Facilis est ad beatam uitam uia, inite modo bonis auspicijs, ipsaq; dijs bene iuuantibus. Multo difficilius est facere ista quæ facitis. Quid enim quiete otiosus animi? Quid ira laboriosius? Quid clementia remissius? Quid crudelitate negotiosius? Vacat pudicitia, libido occupatissima est. Omnium deniq; uirtutum tutela facilior est, uitia magno coluntur. Debet ira remoueri: Hoc ex parte fatentur etiā qui dicunt esse minuendam. Tota dimittatur, nihil profutura est, sine illa facilius, & rectiusq; scelera tollentur, mali puniuntur, & transducentur in melius. *potiusq;

CAP. XIII. Omnia quæ debet sapiēs, sine ullius malæ rei ministerio efficiet, nihilq; admiscebit * cuius causa domum * cuius modum sollicitius obseruet. Nunquā itaq; iracūdia admittenda est, aliquādo simulanda, si segnes audiētium animi concitadi sunt, sicut sollicitius obseruet. tarde cōsurgētes ad cursum equos stimulis * factibusq; subditis * calcibusq; excitamus. Aliquādo incutiendus est his metus, apud quos ratio non proficit. Irasci quidē non magis utile est, quā mœrere, quā mœrere. Quid ergo? non incidunt causæ, quæ iram licebant? Sed tunc maximè illi opponendæ manus sunt, nec est difficile

vincere animum, cū Athletæ quoq; in uilissima sui parte occu-
pati, tamen ictus doloresq; patiatur, ut uires cædentis exhau-
riant, nec cū ira suadet, feriūt, sed cū occasio. Pyrrhū maximū
præceptorē certaminis gymnici, solitū aiunt his quos exerce-
bat præcipere, ne irascerentur. Ira enim perturbat artem, &
quā noceat tantū, nō quā caueat aspicit. Sæpe itaq; ratio patien-
tiā suadet, ira uindictā, & qui primis defungi malis potuimus,
in maiora deuoluimur. Quosdā unius uerbi cōtumelia, nō æquo
animo lata, in exiliū proiecit, & qui leuē iniuriā silentio ferre
noluerāt, grauissimis malis obruti sunt, indignatiq; aliquid ex
plenissima libertate diminui, seruire in sese attraxerūt iugum.

CAP. XV. Ut scias, inquit, an ira habeat in se generosi
aliquid, liber as uidebis gentes, quæ iracundissimæ sunt, ut Ger-
manos & Scythas. Quod euenit, quia fortiora solidaq; natura
ingenia, antequā disciplina molliatur, prona in irā sunt. Que-
dam nō nisi melioribus innascuntur ingenijs: sicut ualida arbu-
sta & læta, quamuis neglecta tellus creat, & alia fecundi soli
sylua est. Itaq; & ingenia natura fortia iracundiam ferunt, ni-
hilq; tenue & exile capiunt ignea & feruida: sed imperfectus
ille uigor est, ut omnibus quæ sine arte ipsius tantū natura bo-
no exurgit: sed nisi cito domita sunt, quæ fortitudini apta erāt,
audaciæ, temeritatiq; cōsuescunt. Quid non mitioribus animis
uitia leuiora coniuncta sunt: ut misericordia, amor, & uerecū-
dia. Itaq; tibi sæpe bonā indolē in malis quoq; tuis ostendam,
sed non idē uitia nō sunt, si natura melioris inācia sunt. De-
inde omnes istæ feritate liberæ gentes, leonū, luporumq; ritu,
ut seruire non possunt, ita nec imperare. Nō enim humani uim
ingenij, sed feri & intractabilis habent. Nemo autem regere
potest, nisi qui & regi.

CAP. XVI. Ferē itaq; imperia penes eos fucere popu-
los, qui mitiore cælo utuntur. In frigora septētrionēq; uergen-
tibus

tibus i
coelo. A
ineft ir
pro ra
illis qua
ceruos:
quidē u
tem, qu
tictiā l
est, cur
Deūq;
git: Sum
enim &
positi su
Stultis, l
bus uitij

CAP
est. Imō
irati pop
& in cō
dī sunt, n
thamus, i
fcessent.
qui ira c
oportet
nimis m
piens, &

QV
cidannus

tibus inmansueta ingenia sunt, ut ait poëta, Suoq; simillima
 celo. Animalia, inquit, generosissima habentur, quibus multū
 inest iræ. Errat qui ea in exemplum hominis adducit, quibus
 pro ratione est impetus, homini pro impetu, ratio est. Sed nec
 illis quidē omnibus idē prodest. Iracūdia leones adiuvat, pauor
 ceruos: accipitrem impetus, columbā fuga. Quid, quod ne illud
 quidē uerū est, optima animalia esse iracūdisima, Feras ne pu-
 tem, quibus ex raptu alimēta sunt, meliores, quo iratiores? Pati-
 tiētā laudauerim bouū, & equorū frenos sequentiū. Quid autē
 est, cur hominē ad tā infelicia exēpla reuoces, cū habeas mūdū
 Deūq; quē ex oibus animalibus ut solus imitetur, solus intelli-
 git? Simplicitissimi, inquit, omniū habētur iracūdi. Fraudulentis
 enim & uersutis comparantur, et simplices uidentur, quia ex-
 positi sunt, quos quidem non simplices dixerim, sed incautos.
 Stultis, luxuriosis, nepotibusq; hoc nomē imponimus, & omni-
 bus uitijs parum callidis.

CAP. XVII. Orator, inquit, iratus aliquando melior
 est. Imō* imitatus iratū. Nā & histriones in pronūtiando non
 irati populū mouēt, sed iratū bene agētes: et apud iudices itaq;
 & in cōcione, & ubicūq; alieni animi ad nostrū arbitriū agē-
 di sunt, modo irā, modo metū, modo misericordiā, ut alijs incu-
 tiamus, ipsi simulabimus, & sepe id quod ueri affectus nō ef-
 fecissent, effecit imitatio affectuū. Lāguidus, inquit, animus est,
 qui ira caret. Verū est si nihil habet ira ualētius. Nec latronem
 oportet esse, nec prædonē, nec misericordē, nec crudelē. Illius
 nimis mollis animus, huius nimis durus est. Temperatus sit sa-
 piens, & ad res fortius agendas non iram, sed uim adhibeat.

De remediis iræ.

QVoniā que de ira querūtur tractauimus, accedamus ad
 remedia eius. Duo autē, ut opinor, sunt, scilicet ne in-
 cidamus in irā, & ne in ira peccemus. Vt in corporū cura, alia

CAP. XVIII.

de tuenda ualitudine, alia de restituenda præcepta sunt: ita aliter irā debemus repellere, aliter cōpescere, ut uincamus. Quædam ad uniuersam uitā pertinentia præcipiuntur, ea in educatione, & in sequētia tēpora diuidētur. Educatio maximā diligentia, plurimūq; profuturā desiderat. Facile est enim teneros adhuc animos cōponere, Difficiliter reciduntur uitia, quæ nobiscū creuerūt. Opportunissima ad iracūdiā feruidi animi natura est. Nā cū elementa sint quatuor, ignis, aqua, aēr, & terra, potestates pares his sunt, frigida, feruida, arida, atq; humida. Et locorū itaq; & animalū, & corporū, & morū uarietates mixtura elemētōrū facit: et proinde in aliquos magis incūbunt ingenia, prout alicuius elemēti maior uis abūdauit. Inde quasdā humiditas uocamus aridasq; regiones, & calidas, & frigidās. Eadem animalium & hominum discrimina sunt.

CAP. XIX. Refert quantū quisq; humidi in se calidiq; contineat. Cuius in illo elemēti portio præualebit, inde mores erunt. Iracundos* feruida animi natura facit. Est enim actiuus & pertinax ignis.* Frigida mixtura frigidus facit. Pigrū est enim contractūq; frigus. Volūt itaq; quidā ex nostris irā in pectore moueri effruescēte circa cor sanguine. Causa cur hic potissimū assignetur iræ locus, nō alia est, q̄ quod in toto corpore calidissimū pectus est. Quibus humidi plus inest, eorū paulatim crescit ira, quia nō est paratus illis calor, sed motu acquiritur. Itaq; puerorū foeminarumq; iræ acres magis q̄ graues sunt, leuiioresq; dū incipiūt. Siccis ætatibus uehēmēs robustaq; ira est, sed sine icremēto, nō multū sibi adijciēs, q̄a inclinaturū calorē frigus insequitur. Senes difficiles et queruli sunt, ut ægri & cōualescētes, & quorū aut lassitudine, aut detractiōe sanguinis exhaustus est calor. In eadē cā sunt siti fameq; rabidi, et quibus ex ægue corpus est, maligneq; alitur & deficit. Vinum incendit iram, quia calorem auget pro cuiusq; natura.

CAP. XX. Quidam ebrij efferescunt, quidam * saucij. * saturi,
 Neq; ulla alia cā est, cur iracūdisimī sint fl. quī rubētesq; qbus
 talis natura* calor est, qualis fieri ceteris ira irā solet. Mobi- * color
 lis enim illis agitatúsq; sanguis est. Sed quemadmodū natura
 quosdā procliuos in irā facit, ita multae incidūt causae, quae idē
 possint quod natura. Alios morbus aut iniuria corporū in hoc
 perduxit, alios labor, & cōtinua peruigilia, noctesq; sollicitae,
 & desideria, amoresq;: & quicquid aliud aut corpori nocuit,
 aut animo, egrā mētē in querelas parat. Sed ista oīa initia cau-
 saeq; sunt, plurimūq; pōt cōsuetudo, quae si grauis est, * aliud ui- * altius: aliās
 tiū alit. Naturā quidē mutare difficile est, nec licet semel mi- aliud initiū
 xta nascētū elemēta cōvertere. Sed in hoc noscere profuit, ut est.
 calētibus ingenijs subtrahatur uinū, qđ pueris Plato negandū
 putat, et ignē uetat igne incitari. Nec cibis quidē implēdi sunt.
 Distēdētur enim corpora, & animi cū corpore tumescēt. Labor
 illos citra lassitudinem exerceat, ut minuatur, nō ut cōsumatur
 calor, nimiusq; ille feruor desumpet. * Lusur quoq; proderunt. * Ludi
 Modica enim uoluptas laxat aīos & tēperat. Humidioribus,
 siccioribus & frigidis nō est ab ira periculū, sed maiora uitia
 metuēda sunt, pavor, difficultas, & desperatio, & suspiciones.

CAP. XXI. Molliēda itaq; fouēdaq; talia ingenia, & in
 letitiā euocāda sunt. Et quia alijs cōtra irā, alijs cōtra tristitiā
 remedijs utēdū est, nec dissimilibus tantū ista, sed cōtrarijs cu-
 rāda sunt, semper ei occurremus, quod increuerit. Plurimū, in-
 quā, proderit pueros statim salubriter institui. Difficile autē
 regimē est, quia dare debemus operā, ne aut irā in illis nutria-
 mus, aut indolē retundamus. Diligēti obseruatione res indiget.
 Vtrūq; enim & quod extollēdū, & quod deprimēdū est, simi-
 libus alitur. Facile autē etiā attēdentē similia decipiūt. Crescit
 licētia spiritus, seruitute cōminuitur. Assurgit, si laudatur, &
 in spem sui bonā adducitur. Sed eadē ista insolētiā & iracūdiā
 generant.

*similiter,
nec

generant. Sic itaq; inter utrumq; regendus est, ut modò frenis utatur, modo stimulis, nihil humile, nihil seruire patiatur. Numquã illi necesse sit rogare * simpliciter, nec profit rogasse, potius cause suæ & prioribus factis & bonis in futurũ promissis donetur. In certaminibus equaliũ nec uinci illũ patiamur, nec irasci. Demus operã, ut familiaris sit his, cũ quibus contendere solet, ut in certamine assuescat nõ nocere uelle, sed uincere. Quoties superauerit, & dignũ aliquid laude fecerit, attolli nõ gestire patiamur. Gaudiũ enim exultatio, exultationẽ timor, & nimia aestimatio sui sequitur. Dabimus aliquod laxamentũ: in desidia uerò otiiq; nõ resoluemus, & procul à cõtuetu deliciarũ retinebimus. Nihil enim magis fecit iracundos quã educatio mollis & blãda. Ideò uicis quo plus indulgetur, pupillisq; quo plus licet, corruptior animus est. Nõ resistet offensis, cui nihil unquã negatũ est, cui lachrymas sollicita semper mater abstersit, cui de pedagogo satis factũ est. Non uides, ut maiore quamq; fortunã maior ira comitetur? In diuitibus nobilibusq; & magistratibus præcipue apparet, cũ quicquid leue et inane in animo erat, secunda se aura sustulit. Felicitas iracundiã nutrit, ubi aures superbas assentatorũ turba circũstet. Tibi enim ille respondeat, non pro fastigio te tuo metiris, ipse te proleis, & alia quibus uix sanæ & ab initio bene fundatæ mentes resisterunt. Longe itaq; ab assentatione pueritia remouenda est. Audiatur uerũ, & timeatur interim uereatur, semper maioribus assurgat. Nihil per iracundiã exoret. Quod flenti negatum fuerat, quieto offeratur, & diuitias parentum in conspectu habeat, non in usu. Exprobrentur illi perperam facta.

CAP. XXII. Pertinebit ad rem, præceptores pedagogosq; pueris placidos dari. Proximis applicatur omne quod tenerũ est, et in eorũ similitudinem crescit: Nutriciũ & pedagogorũ retulere mox in adolescentia mores. Apud Platonem

educatus

educatus

trēm,

* citius

sit uicis

Non

rem se

quidem

cepti h

fas pug

cui non

tim ac

dum se

res cri

etum,

dimus,

CA

sed suff

inter pr

causa a

lata ex

qui imp

scios in

quã m

nomina

Tu inq

cit ira u

sus gla

gisset e

medici

amico s

qui face

educatus puer, cum ad parētes relatus, uociferantē uideret patrem, Nunquā, inquit, hoc apud Platonē uidi. Non dubito quin * citius patrem quā Platonem * imitatus sit. Tenuis ante oīa sit uictus, & nō pretiosa uestis, & similis culus cū æqualibus. Non irascetur aliquē sibi cōparari, quem ab initio multis patrem feceris. Sed hæc ad liberos nostros pertinent. In nobis siquidem fors nascendi & educatio, nec utij locū, nec iam præcepti habet. Sequentia ordinanda sunt. Cōtra primas itaq; causas pugnare debemus. Causa autē iracūdiæ, opinio iniuriæ est, cui non facile credendū est, nec apertis quidē manifestisq; statim accedendū est. Quædā enim falsa, ueri speciē ferunt. Dandum semper est tēpus. Veritatem enim dies aperit. Ne sint aures criminantibus faciles. Hoc humanæ naturæ uitium suspectum, notumq; nobis sit, quod quæ inuiti audimus, libetere credimus, & antequam iudicemus, irascimur.

CAP. XXIII. Quid quod nō criminationibus tantum, sed suspitionibus impellimur, & ex uultu risuq; alieno peiora interpretari, innocētibus irascimur? Itaq; agenda est contra se causa absentis, & in suspēso ira retinēda. Potest enim pœna dilata exigi, nō potest exacta reuocari. Notus est ille tyrānicida, qui imperfecto opere cōprehensus, & * ab ipso tortus, ut conscios indicaret, circumstātes amicos tyranni nominauit, quibus quāmaximē charā salutē eius sciebat. Et cū ille singulos, ut nominati fuerant occidi iussisset, interrogauit cecquis superesset? Tu inquit, solus, neminē enim aliū cui charus esses reliqui. Effecit ira ut tyrānus tyrānicidæ manus accommodaret, et præsidia sua gladio suo cæderet. Quanto aīosius Alexander, qui cū legisset epistolam matris, qua admonebatur, ut à ueneno Philippi medici caueret, acceptā potionē * nō ueritus bibit, Plus sibi de amico suo credidit. Dignus fuit qui innocentem haberet dignus qui faceret. Hoc * ergo magis in Alexādro laudo, quia nemo tā

* citius Platonem quā patrem
* comitatus

* ab Hippia
tortus,

* nō territus
* ego magis
ab, cō magis

*Quorarior obnoxius iræ fuit. *Quo maior aut moderatio in regibus, hoc laudanda magis est. Fecit hoc & C. Cæsar, ille qui uictoria ciuili clementissimè usus est. Cum *sententiâ deprehendisset epistolarum ad Pompeium missarum, ab his qui uidebatur aut in aduersis, aut in neutris fuisse partibus, cõbussit: quamuis enim moderatè soteret irasci, maluit tamen non posse. Gratißimum putauit genus ueniæ, nescire quid quisq; peccasset. Plurimum mali credulitas facit. Sæpe ne audiendum quidem est, quoniam in quibusdam rebus satius est decipi quàm diffidere.

CAP. XXIIII. Tollenda ex aîo suspicio & cõiectura, fallacissima iritamēta. Ille me parū humane salutauit, ille osculo meo nō adhæsit, ille i cho. atū sermonē cito abruptit, ille ad cœnā nō uocauit. Illius uultus auersior uisus est. Nō deerit suspicioni argumētatio. Sîplicitate opus est, et benigna rerū æstimatione. Nihil nisi quod i oculos incurret, manifestūq; erit, credamus. Et quoties suspicio nostra uana apparuerit, oburgemus credulitatē. Hæc enim castigatio cõsuetudinē efficiet nō facile credēdi.

CAP. XXV. Vnde illud sequitur, ut minimis sordidissiq; rebus nō exacerbemur. Parū agilis est puer, aut tepidior aqua potui erogata, aut turbatus thorax, aut mensa negligētius posita. Ad ista cõitari insania est, ut ægræ & infelicis ualitudinis est, quem leuis aura contraxit, affecti oculi, quos candida uestis obturbat, dissolutus delitijs, cuius latus alieno labore condoluit. Mityriacē aiunt fuisse ex Sybaritarū ciuitate, qui cū uidisset fodientem, & altius rastrum alleuantē, lassum se fieri questus, uetuit illū opus in cõpectu suo facere: bilē habere sepius questus est, quod folijs rosæ duplicatis incubuisset. Vbi aîm simul & corpus uoluptates corrupere, nihil tolerabile uidetur, non quia dura, sed quia molles patimur. Quid enim est cur tussis alicuius, aut sternutamentum, aut musca parum curiose fugata, *calix, nos in rabiē agat, aut obuersatus *canis, aut clauis negligentis

serui

serui manibus elapsa. Feret iste æquo aîo ciuile conuictum, & ingesta in concione curia ue maledicta, cuius aures tracti sub-selly stridor offendit? Perpetietur hic famem, & æstiuæ expeditionis sitim, qui puero male diluenti niuem, irascitur?

CAP. XXVI. Nulla itaq; res magis iracundiã alit, quã luxuria. Intemperans & impatiens dure cõtractandus animus est, ut ictum nõ sentiatur, nisi grauem. irascimur aut his à quibus nec accipere iniuriã potuimus, aut his à quibus iniuriam accipere potuimus. Ex prioribus quædam *sine cõsensu sunt, ut librum quem minutioribus literis scriptum sepe proiecimus, & mendosum lacerauimus, ut uestimẽta quæ quia diþplicebant scidimus. His irasci quã stultũ est, quæ iram nostrã nec meruerunt, nec sentiunt. Sed nos offendunt uidelicet qui illa fecerunt. Primum sepe antequã hoc apud nos distinguamus, irascimur: deinde fortaße ipsi quoq; artifices excusationes iustas afferẽt. Alius nõ potuit melius facere quã fecerit, nec ad tuã cõtumeliã parũ didicit. Alius nõ in hoc ut te offenderet fecit. Ad ultimum quid est dementius, quã bilẽ in hoies collectã, in res effundere. Atqui ut his irasci dementis est, quæ aîa carent, *sic & mutis

CAP. XXVII. Atqui ut his irasci stultũ est, ita pueris & non multũ à puerorũ prudentia distantibus. Omnia enim ista peccata apud æquum iudicẽ pro innocentia habent imprudentiam. Quædam sunt quæ nocere non possunt, nullamq; uim nisi beneficam & salutarem habent, Vt dij immortales, qui nec uolunt obesse, nec possunt. Natura enim illis mutis & placida est, tam longe remota ab aliena iniuria quã à sua. Dementes

*sine sensu

*sic & mutis animalibus, quæ nullam iniuriam nobis faciunt, quia uelle nõ possunt. Nõ est enim iniuria, nisi à cõsilio profecta

itaq; & ignari veritatis illis imputant seuitiam maris, immodicos imbres, pertinaciã hyemis, cum interim nihil horum quæ nobis nocent profuntq; ad nos proprie dirigantur. Non enim nos causa mundo sumus hyemem æstatemq; referēdi, suas ista leges habent, quibus diuina exercentur. Nimis nos suspicimus, si digni nobis uideamur propter quos tanta moueantur. Nihil ergo horū in nostram iniuriã fit, imò contra, nihil non ad salutem. Quædam esse diximus, quæ nocere non possunt, quædam quæ nolunt. In his erunt boni magistratus parentesq; et præceptores, & iudices: quorum castigatio sic accipienda est, quo modo scalpellum & abstinentia, & alia quæ profutura torquent, Affecti sumus poena. Succurrat non tantum quid patiamur, sed quid fecerimus, in cõsiliu de uita nostra mittamur. Si uerū ipsi dicere nobis uoluerimus, pluris litem nostrã æstimabimus. Si uolumus æqui oim rerum iudices esse, hoc primum nobis suadeamus, Neminem nostrū esse sine culpa. Hinc enim maxima indignatio oritur, nihil peccauit, nihil feci, imò nihil facteris. Indignamur aliqua admonitione, aut coërtione nos castigatos, cum illo ipso tẽpore peccemus, quo adijcimus malefactis arrogantia & cõtumaciã. Quis est iste qui se profitetur oibus legibus innocentẽ? Vt hoc ita sit, quàm angusta innocentia est, ad legem bonū esse? Quanto latius officiorū patet, quàm iuris regula. Quam multa pietas, humanitas, liberalitas, iustitia, fides exigunt? Quæ omnia extra publicas tabulas sunt.

CAP. XXVIII. Sed ne ad illam quidem arctissimã innocentie formulam præstare non possumus. Alia fecimus, alia cogitauimus, alia optauimus, alijs fauimus. In quibusdam innocentes sumus, quia non successit. Hoc cogitãtes æquiores simus delinquentibus, cedamus obiurgantibus, utiq; nobis ne irascamur. Cui enim nõ si nobis quoq; Minime dijs. Non enim illorum sed lege mortalitatis patimur, quicquid incommodi accidit.

dit. At morbi doloresq; incurunt. Vtiq; aliquò fugiendum est, domiciliū putre sortitis. Dicitur aliquis male de te locutus, cogita an prior feceris, cogita de quàm multis loquaris. Cogitemus, inquam, alios non facere iniuriam, sed reponere * Alios per nos facere, alios coactos facere, alios ignorātes: * et eos qui uolentes scientesq; faciunt, ex iniuria nostra nō ipsam iniuriam petere. Aut dulcedine urbanitatis prolapsus est: aut fecit aliquid, non ut nobis obesset, sed quia consequi ipse non poterat, nisi nos repulisset. Sæpe adulatio, dum blanditur, offendit. Quisquis ad se retulerit quoties ipse in suspicionem falsam inciderit, quàm multis officijs suis fortuna speciem iniuriæ induerit, quàm multis post odium amare cœperit, poterit non statim irasci, utiq; si sibi tacitus ad singula quibus offenditur dixerit, Hæc & ipse commisi. Sed ubi tam æquum iudicem inuenies? Is qui nullius non uxorem concupiscit, & satis iustas causas putat amandi, quòd aliena est, idem uxorem suam aspicere non uult: & fidei acerrimus exactor, est perfidus: & mendacia persequitur, ipse periurus: & litem sibi inferri ægerrimè calumniator patitur. Pudicitiam seruulorum suorum attentari non uult, qui non pepercit suæ. Aliena uitia in oculis habemus, à tergo nostra sunt. Inde est, quod tempestiua * filij conuiuia pater deterior filio castigat. Nihil alienæ luxuriæ ignoscit, qui nihil suæ negauit, & homicidæ tyrannus irascitur, & punit furta sacrilegus. Magna pars hominum est quæ non peccatis irascitur, sed peccantibus. Faciet nos moderatiores respectus nostri, si consuluerimus nos. Nunquid & ipsi aliquid tale commisimus? Nunquid sic errauimus? Expedi't ne nobis ista dānaret? Maximum remedium est iræ, mora.

* Alios pro nos facere, etiam eos

* filij uitia

* Nec ab illa pete initio, ut tollere, ignoscant.

CAP. XXIX. Hæc * ab illo pœnæ initio nō ut ignoscant, sed ut iudicet, desinet, si expectat: nec uniuersam illā tentabis

*De his quæ

*doluisse

tollere, graues habet impetus primos, tota uincetur, dū partibus carpitur. Ex his quæ nos offendūt, alia renūciantur nobis, alia ipsi audimus aut uidemus. * His quæ narrata sunt, nō debemus citō credere. Multi ementiūtur ut decipiant, multi quia decepti sunt. Alius criminatione gratiā capiat, & fingit iniuriā, ut uideatur * diluisse factā. Est aliquis malignus, & qui amicitias cohærentes diducere uelit. Est suspicax, & qui spectare ludos cupiat, & ex longinquo tutoq; speculetur, quos collisit. De paruula summa iudicature, tibi res sine teste probaretur, testis sine iure iurando nō ualere, utriq; parti dares actionē, dares tēpus, nec semel audires. Magis enim ueritas elucet, quo sæpius ad manū uenerit. Amicū cōdemnas de præsentibus antequā audias, antequā interroges. Illi antequā aut accusatorem suū nosse liceat aut crimē, irascere. Iam enim iam quid utriq; diceretur audisti. Hic ipse qui ad te detulit desinet dicere, si probare debuerit. Nō est, inquit, quod me protrahas. Ego productus negabo. Alioqui nihil unquā tibi dicā. Eodem tēpore & instigat, & ipse se certamini & pugne subtrahit. Qui dicere tibi nisi clam nō uult, penē nō dicit. Quid est iniquius quā secreto credere, palām irasci? Quorundam ipsi testes sumus.

*ut illius iam
iniuria ius sit,

CAP. XXX. In his naturā excutiemus uoluntatemq; facientium, Puer est, ætati donetur, nescit an peccet. Pater est, aut tātū profuit, * ut illi donāda iniuria eius sit, aut fortassis ipsum hoc meritum eius est, quo offendimur. Mulier est, errat. Iustus est, necessitati quis, nisi iniquus succenset? Læsus est. Non est iniuria, pati quod prior feceris. Iudex est, plus illius credas sententiæ, quā tuæ. Rex est, si nocentē punit, cede iustitiæ: si innocenti, cede fortune. Mutū animal est, aut simile muto, imitatis illud, si irascere. Morbus est aut calamitas, leuius transiliet sustinentē. Deus est, tam perdis operā cū illi irascere, quā cum illū alteri precaris iratū. Bonus uir est, qui iniuriam fecit, noli credere

credere, Malus noli mirari. Dabit poenas alteri quas debet tibi, & iam sibi dedit, qui peccauit. Duo sunt, ut dixi, quæ tractandam cõcitant. Primũ si iniuriã uidemur accepisse, de hoc satis dictũ est. Deinde si iniique accepisse, de hoc dicendum est, iniqua quædam iudicant homines, quia pati non debuerint, quædam quia nõ sperauerint, indigna putamus quæ inopinata sunt. Itaq; maxime commouent, quæ contra spem expectationemq; euenerunt. Nec aliud est quare in domesticis minima offendat, in amicis iniuriam uocemus negligentiam.

CAP. XXXI. Quomodo ergo, inquit, inimicorũ nos iniuriæ mouent? quia nõ expectauimus illas, aut certe nõ tantas. Hoc efficit amor nostri nimius, inuiolatos nos etiã inimicis iudicamus esse debere. Regis quisq; intra se animũ habet, ut licentiã sibi dari uelit, in se nolit alteri. Aut ignorantia nos itaq; rerũ, aut insolentiã iracundos facit. Ignorantia. Quid enim mirũ est malos mala facinora ædere? Quid noui est, si inimicus nocet, amicus offendit, filius labitur, seruus peccat? Turpissimam aiebat Fabius imperatori excusationẽ esse, nõ putauit. Ego turpissimã homini puto. Omnia puta. Expecta & in bonis moribus aliquid existet asperius. Fert humana natura insidiosos *amicos, fert ingratos, fert cupidos, fert impios. Cum de moribus unius iudicabis, de publicis cogita. Vbi maxime gaudebis, maxime metues. Vbi tranquilla tibi omnia uidentur, ibi uocitura nõ desunt, sed quiescũt. Semper futurũ aliquid quod te offendat existima. Gubernator nunquã ita totos sinus explicuit securus, ut nõ expedite ad contrahendũ armamẽta disponeret. illud ante omnia cogita, foedã esse & execrabile uim nocendi, & alienissimã homini, cuius beneficio etiam scæua mansuescunt. Aspice elephantorũ iugo colla submissa, taurorũ pueris pariter ac focminis persultatibus terga impune calcata, & repetes inter pocula sinusq; innoxio lapsu dracones, & intra domum

*animos: als,
infidos amicos,

urforum

*homo unus

urforū leonumq; ora placida tractantibus adulantibusq;. Non ergo feras pudebit cū animalibus permutasse mētes? Ne fas est nocere patriæ: ergo cui quoq;. Nā hic pars patriæ est. Sanctæ partes sunt. Si uniuersum uenerabile est, ergo & *homini, Nā hic in maiore tibi urbe ciuis est. Quid si nocere uelint manus pedibus? manibus oculi? Vt omnia inter se membra consentiant, quia singula seruari totius interest: ita homines singulis parēt quia ad cœtum geniti sumus. Salua autē esse societas nisi amore & custodia partium nō potest. Ne uiperas quidē & natrices, & si qua morsu aut ictu noceāt, effugeremus, si ut reliqua mansuefacere possēmus, aut efficere, ne nobis alijsu' e periculo essent. Ergo ne homini quidem nocebimus, quia peccauit, sed ne peccet. Nec unquā ad præteritum, sed ad futurū pœna referetur. Non enim irascitur, sed cauet. Nam si puniendum est, cuiuscunq; prauum maleficumq; ingenium est, pœna neminem excipiet.

CAP. XXXII. At enim ira habet aliquā uoluptatē, & dulce est dolorem reddere. Minime: Non enim ut in beneficijs honestū est merita meritis repensare, ita iniurias iniurijs. Illic uinci turpe est, hic uincere. Inhumanū uerbum est, & quidem pro iusto receptū, ultio, & à contumelia, nō multū differt nisi ordine. Qui dolorē regerit tantum excusatus peccat. M. Cato nem in balneo quidā percussit imprudens. Quis enim illi sciens faceret iniuriā? Postea satisfaciēti Cato non memini, inquit, percussum me. Melius putauit, non agnoscere quā uindicare. Nihil, inquis, illi post tantam petulantiam mali factum est? Imō multū boni, cœpit Catonē nosse. Magni animi est iniurias despiciere. Vltionis cōtumeliosissimū genus est, nō esse uisum dignū ex quo peteretur ultio. Multi leues iniurias altius sibi demerere dum uindicant. Ille magnus & nobilis est, qui more magna feræ latratus minorum canum securus* exaudit. Minus, inquit, contemnemur, si uindicauerimus iniuriam, si tanquam

*obaudit.

ad remedium uenimus, sine ira ueniamus, non quasi dulce sit uindicare, sed quasi utile.

De dissimulanda iniuria.

CAP. XXXIII.

Sæpe autem satius fuit dissimulare quàm ulcisci, potentiorū iniuriæ hilari uultu nō patienter tantū ferendæ sunt. Faciēt iterū, si se fecisse crediderint. Hoc habēt pessimū animi magna fortuna insolentes, quōd quos læserūt, et oderūt. Notissima uox est eius, qui in cultu regū consenuerat. Cum illū quidā interrogaret, quomodo rarissimā rem in aula cōsecutus esset senectutē. Iniurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo. Sæpe adeo iniuriam uindicare non expedit, ut ne fatēri quidem expediat. C. Cesar Pastoris splendidi equitis Romani filiū cum in custodia habuisset, * immundicijs eius, & incultioribus capillis offensus: rogante patre, ut salutē sibi filij concederet, quasi de supplicio eius admonitus, ad mortē duci protinus iussit. Ne tamen omnia inhumane faceret aduersum patrē, ad cœnā illum inuitauit eodē die. Venit Pastor nihil uultu exprobrāte. Propinauit illi Cesar heminā uini, & posuit illi custodē, perdurauit miser, nō aliter quàm si filij sanguinē biberet. Vnguentū & coronas misit, & obseruare iussit an sumeret. Sumpsit eodē die, quo filiū extulerat, imō quo non extulerat. Iacebat cōiuiā centesimus, & potiones mix honestas natalibus liberorū podagricus senex hauriebat, cum interim non lachrymas emisit, nec dolorem aliquo signo erūpere passus est. Cœnauit tanquā pro filio exorasset. Quæris quare? Habebat alterū. Quid ille Priamus? nō dissimulauit, irā, & regis genua cōplexus est? Funestā perfusamq; cruore filij manū, ad os suū retulit, & cœnauit, sed tamen sine unguento, sine coronis & illū hostis seuissimus multis solatijs, ut cibū caperet hortatus est, nō ut pocula ingētia super caput posito custode siccaret. Cōtempisset romanū patrē, si sibi timuisset, nunc iram compefcuit pietas. Dignus fuit cui permitteret à

* mundicijs
eius, & cultioribus

CONUI

coniuuiio, ad ossa filij legenda discedere. Ne hoc quidem permisit, benignus interim & comis adolescens propinationibus senem crebris, ut cura leniretur, lacessebat. Cōtra ille se letum & oblitum quid eo esset actum die * prædixit. Perierat alter filius si carnifici coniuua non placuisset.

CAP. XXXIIII. Ergo ira abstinendū est siue par est qui lacesendus est, siue superior, siue inferior. Nā cū pare contendere, anceps est, cū superiore furiosum, cum inferiore sortidū. Pusilli hominis & miseri est repetere mordentē. Imbecilla se ladi putant si tangantur, ut mures & formicæ, quas si manu amoueris, ora cōuertunt. Faciet nos mūtiores, si cogitauerimus, quod aliquando nobis profuit ille, cui irascimur, & meritis offensam redemerit. Illud quoq; occurrat, quantum cōmendationis nobis allatura sit clemētie fama, & quā multos uenia amicos utiles fecerit. Ne irascamur inimicorū & hostiū liberis. Inter Syllanæ crudelitatis exempla est, quod à R. P. liberos proscriptorū submouit. Nihil est iniquius quā aliquē heredi paterni odij fieri. Cogitemus quotiens ad ignoscendū difficiles erimus, an expediūt omnes nobis inexorabiles esse. Quā sepe ueniā qui negauit, petit, quā sepe hic pedibus eius aduolutus est, quem à suis repulit. Quid est gloriosus quā irā amicitia mutare? Quos Po. Ro. fideliores habet socios, quā quos habuit pertinacissimos hostes? Quod hodie esset imperiū, nisi salubris prouidentia uictos permiscuisset uictoribus? Irascetur aliquis, Tu contra, beneficijs prouoca. Cadit statim simul ab altera parte deserta, * nisi pariter non pugnat. sed si utriusq; certabit ira, cōcurratur: ille est melior, qui prior pedem retrulit, uictus est qui uicit. Percussit te, Recede. Referiēdo enim, & occasione sepius feriēdi dabis, & excusationem non poteris reuelli cū uoles. Nunquid uelit quisquā tam grauiter hostē ferrire, ut relinquat manū in uulnere, & se ab ictu reuocare non possit.

* præstitit

* nobis oēs
aliās, nobis
homines

* nisi par nō
pugnat.

possit.

C

dū co

ues m

cet, q

currit

gros s

infirm

tus eos

ibunt,

tueri a

facies t

tranqu

ctus ill

sui effu

est hab

crebro

artus*

lem int

Quam

intēstio

uel fer

poētæ

flatu, q

dam, p

bis irā

mitu &

tela ma

toruā,

incessu

fugantē

possit.

possit. At qui tale ira telum est, uix retrahatur.

CAP. XXXV. Arma nobis expedita prospicimus, gladiū commodū & habilē: non uitabimus impetus animi his graues magis, furiosos & irreuocabiles? Ea demū uelocitas placet, quæ ubi iussa est, uestigium sistit, nec ultra destinata procurrit, & quæ flecti & à cursu ad gradum reduci potest. Aegros scimus neruos esse, ubi inuitis nobis mouentur. Senex aut infirmi corporis est, qui cū ambulare uult, currit. Animi motus eos putemus sanissimos ualidissimosq; , qui nostro arbitrio ibunt, nō suo ferētur. Nihil tamen æquē profuit, quā primū intueri deformitatē rei, deinde periculū. Non est ullius affectus facies turbatior, pulcherrimā ora foedauit, toruos uultus extranquillissimis reddit. Inquit decor omnis iratos, etiā si amictus illius cōpositus sit ad legē, retrahet uestē, omnemq; curam sui effundet. Si capillorū natura uel arte iacentiū nō informis est habitus, cū animo inhorrescūt, & tumescūt uenæ, cōcutitur crebro spiritu pectus, rabida uocis eruptio colla distendit. Tūc artus* turbidi, inquietæ manus, totius corporis fluctuatio. Qualem intra putas esse animum, cuius extra imago tam foeda est? Quanto illi intra pectus terribilior uultus, acrior spiritus est, intērior impetus, rupturus se nisi eruperit? Quales sunt hostiū uel ferarū cæde madentiū, aut ad cædē euntiū aspectus, qualia poëtæ inferna monstra finxere, succincta serpētibus, & igneo flatu, quales ad bella excitāda, discordiāq; in populos diuidēdam, pacēq; lacerandā teterrimæ inferū exeūt Furie: talē nobis irā figuremus, flāma lumina ardētia sibilo mugituq; & gemitu & stridore, & si qua his inuisior uox est, per strepentem, tela manu utraq; quatientem: neq; enim illi tegere se, cura est: toruā, cruentāq; & cicatricosam, & uerberibus suis liuidam incessu uesano effusam, multa caligine incurstantē, uistantem, fugantēq;: & omniū odio laborantē, sui maxime: si aliter nocere

*trepidi,

*dextra
bellona

re non possit, terras, maria, cœlum ruerē cupientē, infestum pariter, inuisamq;. Vel si uideatur, sit qualis apud uates nostros est, Sanguineum quatiens* dextra leuāq; flagellum. Aut scissa gaudens uadit discordia palla, aut si qua magis dira facies excogitari diri affectus potest.

CAP. XXXVI. Quibusdā, ut ait Sestius, iratis profuit aspexisse speculū, perturbauit illos tanta mutatio sui, ueluti in re presentē adducti nō agnouerūt se: & quātulū ex uera deformitate imago illa speculo repercussa reddebat? animus si ostēdi, & si in ulla materia perlucere posset, intuetes nos confunderet, ater maculosusq;, estuās, & distortus, et tumidus. Nūc quoq; tāta deformitas eius est, per ossa carnesq;, et tot impedimēta effluētis. Quid si nudus ostēderetur? Speculo quē neminē deterritū ab ira credo. Quid ergo? qui ad speculū uenerat, ut se mutaret, iā mutauerat. Iratis quidē nulla est formosior effigies, quā atrox & horrida, qualesq; esse, etiam uideri uolūt. Magis illud uidendū est, quā multis ira per se nocuerit. Alij nimio seruore rupere uenas, & sanguinē supra uires elatus clamor egeffit, & luminū suffudit acie, in oculos uehementius humor egestus, & in morbos ægri recidere, nulla celerior ad insanā uia est. Multi itaq; cōtinuauerunt in æ furorem, nec quā expulerant mentē unquā receperūt. Aiacē in mortem egit furor, in furorē ira. Mortē liberis, egestatē sibi, ruinā domui imprecantur, & irasci se negant, nō minus quā insanire, furiosi. Amicissimis hostes, uitandiq; charissimis. Legū nisi quæ nocent immemores, ad minima mobiles. Nō sermone, non officio adiri faciles. Oīa per uim gerunt gladijs & pugnare parati, & incumbere. Maximū enim malū illos cœpit, & omnia exuperans uitia. Alia paulatim intrant. Repēitina & inuisa uis huius est, omnes deniq; alios affectus sibi subijcit.

CAP. XXXVII. Amorē ardentissimū uincit. Ttrāsfo-

derunt

derunt
cuere c
ira calo
mū col
mata p
fectus e

LV
N



titur: al
to exas
h beat.
mus: d
Consili
ces uinc
do plac
pio deie
nouissim
piū, &
piēs uiol
aliorū n
sui, cupi
que des
pellit a
affectus

derunt itaq; armata corpora, & in eorū quos occiderant iacuerē cōplexibus. Auaritiā durissimū malū, minimūq; flexibile ira calcavit, adacta opes suas spargere, & domui, rebusq; in unū collatis iniicere ignem. Quid? non ambitiosus magno aestimata proiecit insignia, honoremq; delatum repulit? Nullus affectus est, in quem non ira dominetur.

LVCII ANNAEI SENECAE DE IRA, AD NOVATVM LIB. III.



QVOD maximē desiderasti Nouate nunc facere tentabimus, irā excidere animis, aut certe refrenare, & impetus eius inhibere. Id aliquādo palam aperteq; faciendū est, ubi minor uis mali patitur: aliquādo ex occulto, ubi nimū ardet, omniq; impedimēto exasperatur et crescit. Refert quātas uires quāq; integras habeat. Vtrū ne uerberanda & agēda sit, an cedere ei debeamus: dum tēpestas prima desēuit, ne remedia ipsa secū ferat, Consiliū pro moribus cuiusq; capiendū erit. Quosdā enim preces uincunt, quidā insulāt, instantq; submissis. Quosdā terrendo placabimus. Alios obiurgatio, alios cōfessio, alios pudor cōcepto deiecit. Alios mora lentū praecepitis mali remediū, ad quod mouissime descendendū est. Ceteri enim affectus dilationē recipiūt, & curari tardius possunt. * Hęc incitata, & seipsam rapiēs uiolētia, nō paulatim procedit, sed dū incipit, tota est. Nec aliorū more uitiorū sollicitat animos, sed abducit, & impotētes sui, cupidosq; uel cōmunis mali, exagitat. Nec in ea tantum, in quae destinauit, sed in occurrētia obiter furit. Cetera uitia impellit animos, ira praecipitat. Ceteris etiam si resistere contra affectus suos nō licet, at certe affectibus ipsis licet stare: hęc nō

CAP. I.

*Huius

*sed casu
riant,

secus quàm fulmina procellæq; , & si qua alia irrevocabilia sunt, quia nō eunt, *sed cadunt, uim suā magis ac magis tendit. Alia uitia à ratione, hæc à sanitate desciscit. Alia accessus lenes habent, & incrementa fallentia, in ira deiectus etiā animorum est. Nulla itaq; resurget magis attonita, & in uires suas prona, et siue successit superba, siue frustratur insana, ne repulsa quidē in tediū acta, ubi aduersariū fortuna subduxit, in se ipsam morsus suos uertit. Nec refert quātū sit, ex quo surrexit.

CAP. II. Ex leuissimis enim in maxima euadit, Nullam transit ætatē, Nullū hominū genus excipit. Quædā gentes beneficio egestatis nō nouere luxuriā, Quædā quia exercite & uagæ sunt, effugere pigritiā. Quibus incultus mos, agrestisq; uita est, circūscriptio ignota est, & fraus & quocūq; in foro malum nascitur, Nulla gens est, quā non ira instiget, tam inter Graios quā barbaros potens. Non minus pernitiosa leges motuentibus, quā quibus iura distinguit modus uirū. Deniq; cetera singulos corripit, hic unus affectus est, qui interdum publice cōcipitur. Nunquā uniuersus populus unius sceminae amore flagrauit. Nec in pecuniā aut lucrū tota ciuitas spem suam misit. Ambitio uiritim singulos occupat, Impotentia nō est malum publicū. Sæpe in irā uno agmine itū est, uiri, sceminae, senes, pueri, principes, uulgusq; cōsensere, et tota multitudo pericissimis uerbis concitata, ipsum cōcitatōrē antecessit. Ad arma protinus, ignesq; discursum est, & indicta finitimis bella, aut gesta cū ciuibus, Totæ cū stirpe omni crematæ domus, & modo eloquio *favorabilis habitus in multo honore, irā sue conditionis exceptit, in Imperatorē suū legiones pila torserūt. Dissedit plebs tota cū patribus, publicū consiliū, senatus, nō expectatis delectibus, nec nominato Imperatore, subitos iræ suæ duces legit, ac per tecta urbis, nobiles consecratos uiros, supplicium manu sumpsit. Violauit legationes rupto iure gētium, ra-

*favorabilior habitus
in medio honore,

biesq;

biesq; infanda ciuitatem tulit, nec datū tempus quo resideret tumor publicus, sed deductæ protinus classes, & oneratæ tumultuario milite. Sine more, sine auspitijs populus ductus iræ sue egressus, fortuita raptaq; pro armis gessit. Deinde magna clade temeritatem audacis træ luit.

CAP. III. Hic barbaris forte ruentibus in bella exitus est, cū mobiles animos species iniuriæ perculit, agūtur statim, et quā dolor traxit, ruinæ modo regionibus incidūt incōpositi, interriti, incauti, pericula appetētes sua, gaudēt feriri, et instare ferro, & tela corpore urgere, & per suū uulnus exire. Nō est inquis dubiū quin magna ista & pestifera sit uis. Ideo quēdamodū sanari debeat mōstra. Atqui, ut in prioribus libris dixi, stat Aristoteles defensor iræ, & uetat illam nobis execari. Calcar ait esse uirtutis, Hac erepta, inermē animū, et ad conatus magnos pigrū fieri. Necessariū est itaq; fœditatē eius ac feritātē coarguere, & ante oculos ponere quantū mōstri sit homo in hominē furēs, quātoq; ipetu ruat, nō sine punitie sua punitiosus, & ea deprimēs, quæ mergi nisi cū mergēte nō possunt. Quid ergo? sanū hūc aliquis uocat, qui uelut tēpestate correptus nō it, sed agitur, & furēti malo seruit? nec mādāt ultionē suā, sed ipse ei⁹ exactor, atō simul ac manu seuit, charissimorū, corūq; quos mox amissos fleturus est carnifex? Hūc aliq; affectū uirtuti, adiutorē comitēq; dat, cōsilia sine quibus uirtus gerit nihil, obturbantē? Caducæ sinistraq; sunt uires, & in malū suū ualidæ, in quas ægrū morbus & accessio crexit. Nō est ergo qd me putes tēpus in supuacuis cōsumere, qd irā, quasi dubitæ apud hoīes opinionis sit, infamē: cū aliquis sit, & quidē de illis tribus philosophis, qui illi indicat operas, & tanquā utilem ac spiritus subministrantē in prælia, in actus rerum, ad omne quodacūq; calore aliquo gerēdū est, uocet. Ne quē fallat tanquā aliquo tempore, aliquo loco profutura, ostendenda est rabies

*defixis
 *caute.
 *tterior.

eius effrenata & attonita: apparatusq; illi reddendus est suus, eculci & fiducula, & ergastula, & cruces, & circumdati defossis corporibus ignes, & cadauera quoq; trahens uncus, uaria uinculorum genera, uaria poenarū, lacerationes membrorum, inscriptiones frontis, et bestiarum immanium cauerne. Inter hæc instrumenta collocetur ira, diuini quiddam atq; horridum stridēs, omnibus per quæ furit deterior. Vt de cæteris dubium sit, nulli certe affectui peior est uultus, quem in prioribus libris descripsimus, asperum & acrem, & nunc subito retrorsum sanguine fugato, pallentem, nunc in os omni calore ac spiritu uerso, subrubicundum, et similem cruento, uenis tumentibus, oculis nunc trepidis & exilientibus, nunc in uno obtutu defixis & hærentibus.

CAP. IIII. Adijce nunc dentiū inter se arietatorum, & aliquē esse cupientū, non aliū sonū, quàm est apris, tela sua attritu acuentibus. Adijce articularū crepitū, cum se ipsæ manus frangūt, & pulsatū sæpius pectus, anhelitus crebros, tractosq; altius gemitus, instabile corpus, incerta uerba subitis exclamationibus, tremētia labra, interdumq; cōpressa, et diuini quiddam exhibilantia. Ferarū, mhercules, siue illas fames exagitat, siue infixū uisceribus ferrū, minus tetra facies est, etiā cū uenatorē suum semi-animes morsu ultimo petunt, quā hoīs ira flagrantis. Age, si ex audire uoces ac minas uacet, qualia ex carnificati animi uerba sunt: non ne reuocare se quisq; ab ira uolet, cū intellexerit illā a suo primū malo incipere? Non uis ergo admonere eos, qui irā summa potētia exercent, & argumentū uirū existimant, et in magnis magnæ fortunæ bonis ponūt paratā ultionē, quàm non sit potens, imò nec liber quidē dici possit, ira sue captus? Non uis admonere, quo diligentior quisq; sit, ut ipse se circūspiciat, alia animi mala ad pessimos quosq; pertinere, iracundiam etiā eruditis hoībus, & in alia sanis, irrepere: adeo ut

quid am

quidam simplicitatis indicium iracundiam dicant, & uulgo cre-
datur facillimus quisq; huic obnoxius?

CAP. V. Quorsus, inquis, hoc pertinet? Ut nemo se iudi-
cet tutū ab illa, cum lentos quoq; natura et placidos in seuitiā
ac uolentiam euocet. Quē admodū aduersus pestilentia * nihil
potest firmitas corporis, & diligens ualetudinis cura, Proni-
scue enim imbecilla robustaq; inuadit: ita ab ira tam inquietis
moribus periculū est quā cōpositis et remissis, quibus eo tur-
rior ac periculosior est, quo plus in illis mutat. Sed cū primum
sit non irasci, secundū retinere, tertiu alienæ iræ mederi, dicam
primū quē admodū in iram non incidamus, Deinde quē admo-
dum nos ab illa liberemus. Nouissime quē admodum irascētem
retineamus placemusq; & ad sanitatē reducamus. Ne irasca-
mur præstabinus, si oīa uitia iræ nobis subinde proposuerim-
us, & illam bene æstimauerimus. Accusanda est apud nos,
damnanda: perscrutanda eius mala, & in mediū protrahenda
sunt: ut qualis sit, appareat, cōparanda cū pessimis est. Auaria-
tia acquirit et cōtrahit, quo aliquis melior utatur, Ira incendit.
Pauca gratuita est. Iracundus dominus quosdā in fugā seruos
egit, quosdam in mortem: quanto plus irascendo, quā id erat
propter quod irascebatur, amisit. Ira patri luctum marito dē-
uorū attulit, magistratui odium, candidato repulsam. * Potior
est, inquam, luxuria, quoniā illa sua uoluptate fruitur, hæc alie-
no dolore uincit malignitatē & inuidiam. Illæ enim infelicē fie-
ri uolunt, hæc facere. Illæ fortuitis malis delectantur, hæc non
potest expectare fortunam. Nocere ei quem odit, non noceri
uult. Nihil est simultatibus grauius, hæc ira conciliat, Nihil est
bello sinestius, In hoc potentium ira prorūpit. Cæterum etiam
illa plebeia ira & priuata, inerme, & sine uiribus bellum est.
Præterea ira, ut seponamus quæ mox secuturs sunt damna, in-
fidias, perpetuam ex certaminibus mutus solitudinem, dat

* nihil pro-
dest

* Peior est
etiam quā
luxuria,

pœnas dum exigit. Naturam hoīs uitiat : illa in amorem hortatur, hæc in odiū. Illa prodesse iubet, hæc nocere. Adijce, quod cum indignatio à nimio sui suspectu ueniat, & animosa uideatur, pusilla est & angusta. Nemo enim non eo à quo se cōtemp-
 *abducit, ptum iudicat, minor est, At ille ingens animus & uerus estimator sui, non uindicat iniuriam, quia nō sentit. Ut tela à duro resiliunt, cū dolore cædentis solida feriuntur: ita nulla magnam animum iniuria ad sensum sui *adducit, fragilior eo quod petit. Quāto pulchrius, uelut nulli penetrabilem telo, omnes iniurias contumeliasq; respicere. Ultio, doloris confessio est. Non est magnus animus, quem incuruat iniuria. Aut potentior te, aut imbecillior læsit. Si imbecillior, parce illi. Si potentior, tibi.

CAP. VI. Nullum est argumentum magnitudinis certius, quàm nihil posse, quo instigeris, accidere. Pars superior mundi & ordinatior, ac propinqua sideribus, nec in nubē cogitur, nec in tempestatem impellitur, nec uersatur in turbinem, omni tumultu caret, inferiora *fulminantur. Eodem modo sublimis animus, quietus semper, & in statione tranquilla collocatus, intra se premens, quibus ira contrahitur, modestus & uenerabilis est & *depositus, quorum nihil inuenies in irato. Quis enim traditus dolori & furens non primam reiecit uerecundiam? Quis impetu turbidus, & in aliquem ruens, non quicquid in se uerecundi habuit, abiecit? Cui officiorum numerus aut ordo constitit incitato? Quis linguæ temperauit? Quis ullam partē corporis tenuit? Quis se tegere potuit. In immensum proderit nobis illud Democriti salutare præceptum, quo monstratur tranquillitas, si neq; priuatim, neq; publice multas, aut maiora uiribus nostris egerimus. Nunquam tam feliciter in multa discurreti negotia dies transit, ut nō aut ex homine, aut ex re offensa nascatur, quæ animum in iras paret. Quemadmodum per frequentia urbis loca properanti in multos incurse-

tandum est, & alicubi labi necesse est, alicubi retineri, alicubi respergi: ita in hoc uitæ actu dissipato & uago multa impedimenta, multæ querelæ incidunt. Alius spem nostram sefellit, alius distulit, alius interceptit. Non ex destinato proposita fluxerunt. Nulli fortuna tam dedita est, ut multa tentanti ubique respondeat. Sequitur ergo, ut is cui contra quàm proposuerat, aliqua cesserunt, impatiens hominum rerumq; sit: & leuissimis causis irascatur, nunc personæ, nunc negotio, nunc loco, nunc fortunæ, nunc sibi. Itaq; ut quietus possit esse animus, nõ est iactandus, nec multarũ, ut dixi, rerũ actu fatigandus, nec magnarũ supraq; uires appetitarũ. Facile est leuia aptare ceruicibus, & in hanc aut in illam partem transferre sine lapsu. At quæ alienis in nos manibus imposita, ægre sustinemus, uicti in proximos effundimus, & dum stamus sub sarcina, impares oneri uacillamus. Idem accidere in rebus ciuilibus ac domesticis scias.

CAP. VII. Negotia expedita & habilia sequuntur actorem: ingentia, & supra mensuram agentis, nec dant se facile, et si occupata sunt, premunt atq; abducunt administrantẽ teneriq; iam uisa cũ ipso cadunt. Itaq; fit, ut frequẽter irrita sit eius uoluntas qui non quæ facilia sunt, aggreditur: sed uult facilia esse, quæ aggressus est. Quotiẽs aliquid conaberis, te simul & ea quæ paras, quibusq; pararis, ipse metire, Faciet enim te asperũ poenitẽtia operis infecti. Hic interest, utrũ quis seruidi sit ingenij, an frigidi, aut humilis. Generoso repulsa irã exprimet, languido inertiq; tristitiã. Ergo actiones nostræ nec *paruæ sint, nec audaces, nec improbæ. In uicinũ spes exeat. Nihil conemur, quod mox adepti quoq; successisse miremur. Demus operã, ne accipiamus iniuriã quã ferre nescimus. Cũ placidissimo et facilissimo et minime *obnoxio, morosoq; uiuẽdũ est. Sumuntur à cõ-

*prauæ

*obnixo: a-

liã, anxio,

in amorē uini traxit. Impudicorū coetus fortem quoq; & sili-
cē uirū emollit. Auaritia ī proximos uirus suū transtulit. Ea-
dē ex diuerso ratio uirtutū est, ut oē quod secū habent, mitigēt.
Nec tam ualetudini profuit utilis regio & salubrius coelū, quā
aī parū firmis ī turba meliorū uersari. Quæ res quātū possit,
intelliges, si uideris feras quoq; cōiuctu nostro māsuēscere, nul-
liq; imani bestiae uī suā permanere, si hoīs cōtuberniū diu passa
est. Retūdatur oīs asperitas, paulatimq; iter placida dediscatur.

CAP. VIII. Accedit huc, quod nō tantū exēplo melior
fit, qui cū quietis hoībus uiuit, sed quod causas irascendi nō inue-
nit, nec uitium suū exercet. Fugere itaq; debet oēs quos irri-
tatos iracundiam sciet. Qui sunt, inquit, isti? Multi ex uarijs
causis idē facturi. Offendet te superbus contēptu, diues contu-
melia, petulans iniuria, liulus malignitate, pugna cōtentione,
uentosus & mendax uanitate. Non feras à suspicioso timeri, à
pertinace uinci, à delicato fastidiri. Elige simplices, faciles, mo-
deratos, qui iram tuā nec euocent, neque ferant. Magis adhuc
proderunt submissi & humani, et dulces, nō tamē usq; in adu-
lationem. Nam iracūdos nimia assentatio offendit. Erat certe
amicus noster, uir bonus, sed iræ paratioris, cui nō magis erat
tūtū blandiri quā maledicere. Caelium oratorē fuisse iracun-
dissimū constat. Cū quo, ut aiunt, coenabat in cubiculo lectæ pa-
tientie cliens, sed difficile erat illi in crapulam comesto rixam
eius cū quo ecebat effugere. Optimū iudicauit qe quid dixisset
sequi, & secūdas agere. Nō tulit Caelius assentientē, sed excla-
mauit, Dic aliquid cōtra, ut duo simus. Sed ille quoq; quod non
irasceretur iratus, cito sine aduersario desijt. Eligamus ergo
uel hos potius, si cōscij nobis iracundie sumus, qui uultum no-
strum ac sermonē sequantur, Facient quidē nos delicatos, & in
malam consuetudinem inducent, nihil contra uoluntatē audien-
di, sed proderit uitio interuallum & quietem dare. Difficilis
quoq;

quoq; & indomiti natura, blandientem feret. Nihil asperum
 terrumq; palpanti est. Quotiens disputatio longior & pugna-
 tor erit, in prima resistamus antequam robur accipiat. Alit
 seipsam contentio, demissos altius tenet. Facilius est se à certa-
 mine abstinere, quam abducere.

CAP. IX. Studia quoq; grauiora iracundis obmittenda
 sunt, aut certe citra lassitudinem exercēda, & animus nō inter
 plura uersandus, sed artibus amoenis tradendus. Lectio illum
 carminū obleniat, & historia fabulis detineat, mollius delica-
 tiusq; tractetur. Pythagoras perturbationes animi lyra cōpo-
 nebat. Quis autē ignorat lituos & tubas concitamenta esse, si-
 cut quosdā cantus blandimēta, quibus mens resoluatur? Consu-
 sis oculis profunt uirentia, & quibusdā coloribus infirma acies
 acquiescit, quorundā splendore præstringitur, sic mētes & gras
 studia lata permulcent. Forum, aduocationes, iudicia, fugere
 debemus, & omnia quæ exulcerant uitū, & que cauere lassitu-
 dinem corporis. Consumit enim quicquid in nobis mite placi-
 dumq; est, & acria concitat. Ideo quibus stomachus suspectus
 est, processuri ad res agendas maioris negotij, bilem cibo tem-
 perent, quam maximè mouet fatigatio: siue quia calorem inedia
 compellit, & nocet sanguini, cursumq; eius, uenis laboratibus,
 sistit: siue quia corpus attenuatum & infirmum incumbit ani-
 mo. Certe ob eandem causam iracundiores sunt uoletudine aut
 etate fessi. Fames quoq; & sitis ex eisdem causis uitanda est,
 exasperat enim & incendit animos.

CAP. X. Vetus dictum est, A lasso rixam queri. Aequè
 autē & ab esuriente, & à sitiente & ab omni homine quē ali-
 qua res urit. Nā ut ulcera ad leuem tactū, deinde etiam ad sus-
 pitionem tactus condolescunt: ita animus affectus, minimis of-
 fenditur, adeo ut quosdā salutatio, epistola, oratio, & interro-
 gatio ad litem euocent. Nunquā sine querela & gra tanguntur,

Optim

* prognostica.

* causam: aliam curam.

* eruit: aliam non euerrit.

Festinus iocus Socratis.

Optimum est itaq; ad primū mali sensum mederi sibi, tum uerbis quoq; suis minimū libertatis dare, & inhibere impetū. Facile est autē affectus suos cum primū oriuntur reprehendere. Morbū signa præcurrūt. Quemadmodū tempestatis ac pluuie ante ipsas, notæ ueniūt, ita iræ amoris omniumq; istarum procellarum animos uexantium sunt quædā prænuncia. Qui commutiali uitio solent corripi, iam aduentare ualitudinem intelligunt, si calor summa deseruit, & incertum lumen neruorūq; trepidatio est, si memoria sublabitur caputq; uersatur. Solitis itaq; remedijs incipientē casum occupant, & odore gustūq; quicquid est quod alienat animos repellitur, aut fomentis cōtra frigus rigoremq; pugnatur: aut si parum medicina profecit uitauerunt turbam & sine teste ceciderunt. Proderit morbum suum nosse, & uires eius antequam spatientur opprimere. Videamus quid sit quod nos maxime concitet. Alium uerborum, alium rerum contumeliæ mouent. Hic uult nobilitati suæ, hic formæ suæ parci. Ille elegantissimus haberi cupit, ille doctissimus. Hic superbiam impatiens est, hic contumaciæ. Ille seruos non putat dignos quibus irascatur, hic intra domum sæuus est, foris mitis. Ille rogari, inuidiam iudicat, hic non rogari, contumeliam. Non omnes ab eadem parte feriuntur.

CAP. XI. Scire itaq; oportet quid in te imbecillum sit, ut id maxime protegas. Non expedit omnia uidere, omnia audire, multæ nos iniuriæ transeant, ex quibus pleræq; non accipit, qui nescit. Non uis esse iracundus: ne sis curiosus. Qui inquit quid in se dictum sit, qui malignos sermones etiā si secreto habiti sint, euerrit, seipse inquietat. Quædam interpretatio eò perducit, ut uideatur iniuriæ. Itaq; alia differenda sunt, alia deridenda, alia donāda. Circumscribenda multis modis ira est. Pleraq; in lusum iocumq; uertantur. Socratem aiunt, colapho percussum nihil amplius dixisse, quàm molestū esse, quod nescirent.

scire
quen
uide
tum
repr
riæ p
dixi
hinc,
irita
quis
manu
C
quæ n
dicit
Nem
intue
odiu
alter
na, ut
mus,
stri e
differ
feruo
aut m
hora
hoc er
Qui
in* du
feruo
bere s
quam

scirent homines quando cum galea prodire deberent. Non quemadmodū facta sit iniuria refert, sed quemadmodū lata. Nec uideo quare difficilis sit moderatio, cum sciam tyrannos quoque tumida fortuna & licentia ingenia, familiaremque sibi sœuitiam repressisse, Pisistratum certe Atheniensium tyrannum memorie proditur, cum multa in crudelitatem eius ebrius conuiuia dixisset, nec deessent qui uellent manus ei commodare, & alius hinc, alius illinc faces subderent, placido animo tulisse, & hoc iritantibus respondisse, non magis * illi se succensere, quam si quis obligatis oculis in se incurrisset. Magna pars querelas manu fecit, aut falsa suspicando, aut leuia aggrauando.

* illis se succendi,

CAP. XII. Sæpe ad nos ira uenit, sæpius nos ad illam, quæ nunquā accersenda est, etiam cū incidit reijciatur. Nemo dicit sibi, hoc propter quod irascor, aut feci, aut fecisse potui. Nemo animum facientis, sed ipsum æstimat factum. Atqui ille intuendus est, an uoluerit, an incidit: coactus sit, an deceptus: odium secutus sit, an præmiū, sibi morem gesserit, an manum alteri commodauerit. Aliquid peccantis ætas facit, aliquid fortuna, ut ferre aut humanū sit aut humile. Eo loco nos constituamus, quo ille est cui irascimur. Nunc facit iracūdos iniqua nostri æstimatio, & quæ facere uellemus, pati nolumus. Nemo se differt. Atqui maximū remediū iræ, dilatio est: ut primus eius seruo relanguescat, & caligo quæ premit mentē, aut residat, aut minus densa sit. Quædā ex his quæ te præcipitē ferebant, hora nō tantum dies molliet, quædam ex toto euanescent. Si in hoc erit petita aduocatio, apparebit iudicium esse, non iram. Quicquid uoles quale sit scire, tempori trade: Nihil diligenter in* ductu cernitur. Nō potuit impetrare Plato à se tempus cum seruo suo irasceretur, sed ponere illum statim tunicā, & præbere scapulas uerberibus iussit, sua manu ipse percussurus. Postquam intellexit irasci se, sicut sustulerat manū suspensam detinebat,

* fluctu

* percussuro

nebat, & stabat * percussori similis. Interrogatus deinde ab amico, qui forte interuenerat, quid ageret, Exigo, inquit, poenas ab homine iracundo: uelut stupens, gestum illum se uirtute deformē, sapienti uiro seruabat, oblitus iam serui, quia aliū quē potius castigaret inuenerat. Itaq; abstulit sibi in suos potestatem, & ob peccatum quoddam cōmōtor, Tu, inquit, Speusippe seruulum istum uerberibus obiurga, nam ego irascor. Ob hoc nō cecidi propter quod alius cecidisset. Irascor, inquit, plus faciā quā oportet. Libentius faciam. Non sit iste seruus in eius potestate, qui in sua non est. Aliquis uult irato cōmitti ultionē, cum Plato sibi ipse imperium abrogauerit? Nihil tibi liceat dū irasceris. Quare? quia uis omnia licere. Pugna tecū ipse. Si irā uincere non potes, illa te incipit uincere. Si absconditur, si illi exitus non datur, signa eius obruamus, & illam quantum fieri potest, occultam secretamq; teneamus.

CAP. XIII. Cum magna id nostra molestia fiet. Cupit exilire & incendere oculos, & immutare faciē, sed si eminere illi extra nos licuit, supra nos est. In imo pectoris secessu recōdatur, feraturq; nō ferat. Imō in contrarium omnia eius indicia flectamus. Vultus remittatur, Vox lenior sit, Gradus lentior, Paulatim cum exterioribus interiora formentur. In Socrate iræ signum erat uocem submittere, loqui parcius, Apparebat tunc illum sibi obstare, Deprehendebatur itaq; à familiaribus & coarguebatur. Nec erat illi exprobratio latitatis iræ ingrata. Quid ni gauderet, quod iram suam multi intelligerēt, nemo sentiret? Sensisset autem, nisi ius amicis obiurgandi se dedisset, sicut ipse sibi in amicos sumpserat. Quanto magis hoc nobis faciendum est. Rogemus amicissimum quemq; ut tunc maxime aduersus nos libertate utatur, cū minime illam pati poterimus, nec assentiatur iræ nostræ, contra nos potens malum & apud nos gratiosum, dum cōspicimus, dū nostri sumus, aduocemus.

Qui

Qui uinum male ferunt, & ebrietatis suae temeritatem ac petulantiam metuunt, mandant suis, ut e conuiuio auferantur.

CAP. XIII. Intemperantia in morbo sua experti, parere sibi in aduersa ualitudine uentant. Optimu est notis uitijs impedimenta prospicere, & ante omnia ita componere animu ut & grauissimis rebus subitisq; concussus iram aut non sentiat, aut magnitudinē inopinatae iniurie exorta in alium retrahat, nec dolorē suum profiteatur. Id fieri posse apparebit, si pauca ex ingenti turba exempla protulero, ex quibus utrumq; discere licet, quantu mali habeat ira, ubi hominū prepotentū potestate tota utitur, quantu sibi imperare possit, ubi metu maiore compressa est. Cambysen regem nimis deditu uino, * Traxhe-
 xaupes unus ex charissimis monebat, ut parcius biberet, turpe esse dicens ebrietatem in rege, que oculi omnium, auresq; sequerentur. Ad hoc ille ut scias inquit, quemadmodu nunquam excidam mihi, approbabo iam, & oculos post uinum in officio esse & manus. Bibit deinde liberalius quam alias capacioribus cyphis, & iam grauis, & uiolentus, ac uiolentus obiurgatoris sui filiu procedere ultra limē iubet, alleuataq; super caput sinistra manu stare. Tunc intendit arcum, & ipsum cor adulescentis (id enim se petere dixerat) figit, recisoq; pectore haerens in ipso corde spiculū ostendit, ac respiciens patrē an satis certā haberet manu, interrogauit. At ille negauit Apollinem potuisse certius dimittere. Dij illum male perdant, animo magis quam conditione mancipium. Eius rei laudator fuit, cuius nimis erat spectatorem fuisse. Occasionem blanditiarum putauit, pectus filij in duas partes diductum, & cor sub uulnere palpans. Controuersia illi facere de gloria debuit, & reuocare iactum, ut regi liberet in ipso patre certiorē manu ostendere. O Regem cruentu, O dignu in quem omnium suorum arcus uerterentur. Cum execrati fuerimus illum conuiuia supplicijs

* Praxaspes

funer

funeribusq; soluentem, tamen sceleratius telum illud laudatum est, quàm missum. Videbimus quomodo pater se gerere debuerit, stans super cadauer filij sui, & idemq; illam cuius & testis fuerat & causa. Id de quo nunc agitur, apparet, iram suppressi posse. Non maledixit regi, nullum emisit ne calamitosi quidem uerbū, cū æque cor suū quàm filij transfixū uideret. Potest dici meritò deuorasse uerba. Nam si quid tanquā iratus dixisset, nihil tanquā pater facere potuisset. Potest, inquā, uideri sapientius se in illo casu gessisse, quàm cū de potandi modo præciperet, *quæ satis erat uinū quam sanguine bibere, cuius manus pedibus occupari pax erat. Accessit itaq; ad numerū eorum, qui magnis cladibus ostenderunt, quanti constarent regum amicis bona consilia.

*Harpagus

CAP. XV. Non dubito quin Harpalus quoq; tale aliquando regi suo Persarumq; suaserit, quo offensus, liberos illi cupulados apposuit, & subinde quæsiit, an placeret conditura. Deinde ut satis illū pleniū malis suis uidit, afferri capita illorum iussit, & quomodo esset acceptus interrogauit, Nō defuerūt misero uerba, nō os cōcurrit. Apud regē, inquit, omnis cœna iucunda est. Quid hac adulatione proficit? ne ad reliquias inuitaretur. Non ueto patrē damnare Regis sui factū, nō ueto quærere dignā tā truci portento pœnā, sed hoc interim intelligo, posse etiā *exigentibus malis nascentem iram abscondi, & ad uerba cōtraria sibi cogi. Necessaria est ista doloris refrenatio, utiq; hoc sortitis uitæ genus, & ad regiam adhibitis mēsam. Sic editur apud illos, sic bibitur, sic respondetur. Funeribus suis arridendum est. An tanti sit uita, uidebimus. Alia ista quæstio est. Non consolabimur tam triste ergastulum, non adhortabimur ferre imperia carnificum, ostendemus in omni seruitute apertā libertati uia. Si æger animus, & suo uitio miser est, huic miseras finire secum, licet. Dicam & illi, quā in regē incidit, sagittis pectora

*ex ingentibus

amicorum

amicorum petentē, & illi cuius dominus liberorū uisceribus patres saturat, quid gemis demēs, quid expectas ut te aut hostis aliquis per exitiū gentis tuæ uindictet, aut rex à longinquo potens aduolet. Quocunq; respexeris, ibi malorū finis est. Vides illū præcipitem locū? illac ad libertatē descenditur. Vides illud mare, uides illud flumen, illum puteū? Libertas illic in imo sedet. Vides illam* arborem breuē, horridam, infelicem? pēdet inde libertas. Vides iugulū tuū, guttur tuū, cor tuum, effugia seruitutis sunt. Nimis mihi operosos exitus monstras, & multum animi ac roboris exigentes. Queris quod sit ad libertatem iter? Quælibet in corpore tuto uena.

*arbore re-
torridā, in-
felicem?

CAP. XVI. Quamdiu quidē nihil tam intolerabile nobis uidetur, ut nos expellat ē uita, irā in quocūq; erimus statu, remoueamus. Perniciosa est seruientibus. Omnis enim indignatio in tormentū suū proficit, & imperia grauiora sentit, quo contumacius patitur. Sic laqueos fera dum iactat astringit, sic aues uiscum dum trepidātes excutiūt, plumis omnibus illinūt. Nulli tam artū est iugū, quod non minus lædat ducentē, quā repugnantē. Vnū est leuamentū malorū ingentiū, pati, & necessitatibus suis obsequi: sed cū utilis sit seruientibus affectuum suorū, & huius præcipuē rabidi atq; effrenis continentia, utilior est regibus, Perierunt oīa ubi quantum suadet ira, fortuna permittit, nec diu potest quæ multorū malo exercetur potētia stare. Periclitantur enim ubi eos qui separatim gemūt communis metus iunxit. Plerosq; itaque modō singuli mastrauerunt, modō uniuersi cum illos conferre in unum iras publicus dolor cōegisset. Atqui pleriq; sic iram quasi insigne regium exercuerunt. Sic Darius, qui primus post ablatum * Magorum imperiū, Persas & magnā partē orientis obtinuit. Nam cū bellum Scythiis indixisset orientē cingentibus, rogatus ab * Oraborto nobili senē, ut ex tribus liberis, unū in solatiū patri relinque-

*Mago

*Ocbazo

ret, duorum opera uteretur, plusquã rogabatur pollicitus, omnes se illi dixit remissurum, & otiosos in cõspectu parëtis abiecit, crudelis futurus, si omnes abduxisset.

CAP. XVII. At quãto Xerxes facilior, qui Pythio quinque filiorũ patri unius uacationẽ petëti, quẽ uellet eligere permisit: deinde quẽ elegerat in partes duas distractũ ab utroque uia latere posuit, & hac uictima lustrauit exercitum. Habuit itaq; quẽ debuit exitũ, uictus & late longeq; fusus, ac stratam ubiq; ruinã suã cernens, medius inter suorum cadauera incesit. Hęc barbaris regibus feritas in ira fuit, quos nulla eruditio, nullus literarũ cultus imbuerat. Dabo tibi ex Aristotelis simi regẽ Alexandrũ qui Clitũ charissimũ sibi & unã educatũ, inter epulas transfodit manu sua, parũ adulantem, & pigre ex Macedone ac libero, in Persicã seruitutẽ transeuntẽ. Nam Lyfimachũ æque familiarẽ sibi, leoni obiecit. Nũquid ergo hic Lyfimachus, felicitate quadã dëtibus leonis elapsus, ob hoc cũ ipse regnaret, mëtior fuit? Nã Telephorũ Rhodiũ amicũ suũ undiq; decurtatũ, cũ aures illi nasumq; abscidisset, in cauea uelut nouũ animal aliquod & inusitatũ diu pauit, cũ oris detrũcati mutilatiq; deformitas humanã facie perdidisset. Accedebat fumes & squallor & illuies corporis in stercore suo desituti, callosis sup hęc genibus manibusq;, quas in usum pedũ angustie loci cogebãt. Lateribus uerò attritu exulceratis, nõ minus fœda q̃ terribilis erat forma eius uisentibus. Factusq; pœna sua mõstrum misericordiã quoq; amiserat, tamen cũ dissimillimus esset homini, qui illa patiebatur, dissimilior erat qui faciebat.

CAP. XVIII. Vtinã ista seuitia intra peregrina mansisset exẽpla, nec inter Romanos mores cũ alijs aduentitijs uitijs, etiam suppliciorum irarũq; in barbariem transissent. M. Mario, cui uicatim populus statuas posuerat, cui thure & uino R. P. supplicabat, L. Sylla perfringi crura, erui oculos, ampu-

tari manus iussit, & quasi toties occideret, quoties uulnerabat, paulatim & per singulos artus lacerauit. Quis erat huius imperij minister? Quis nisi Catilina * iā omne facinus in Mario exercens? sic illū ante bustū Quinti Catuli carpebat, grauissimus mitissimi uiri cineribus, supra quos uir mili' exēpli popularis tamen, & nō tā * immerito q̄ nimis amatus, per stillicidia sanguinē dabat. Dignus erat Marius, qui illa pateretur, Sylla qui iuberet, Catilina, qui faceret. Sed indigna R. P. quæ in corpus suū pariter & hostiū * & iudicū gladios reciperet. Quid antiqua perscrutor? Modo C. Caesar Sextū Papiniū, cui pater erat cōsularis, Bethenū Bassum quæstorē suū procuratoris sui filiū, aliosq; & equites Romanos & Senatores uno die flagellis cecidit, torsit, nō quæstionis, sed animi causa. Deinde adeo impatiēs fuit differēdæ uoluptatis, quam ingēs crudelitas eius sine dilatiōe posebat, * ut in Cirrha maternorū hortorū, * quæ porticū à ripa separat inambulās, quosdā ex illis cū matronis atq; alijs senatoribus ad lucernam decollaret. Quid instabat? quod periculum, aut priuatum, aut publicū una nox minabatur? quantulum fuit lucem expectare? Deniq; ne Senatores populi Romani soleatus occideret.

CAP. XIX. Quā fuerit crudelitas eius superba, ad rem pertinet scire, quanq̄ aberrare aliquādo possumus uideri, et in deū exire, sed hoc ipsum pars erit træ sup̄ solita seuiētis. Ceciderat flagellis senatores, ipse effecit, ut dici posset, solet fieri. Torserat p̄ oīa quæ ī rerū natura tristissima sunt, fideculis, * ta * tribul-
bul-tribus, eculco, igne, uultu suo. Et hoc loco respōdebitur, ma-
ribus,
gnā rē, si tres senatores quasi nequā mācipia * inter uesperā & * inter uerbe
flāmas diuisit, homo q̄ de toto senatu trucidando cogitabat, qui
ra & flam.
opabat ut populus Romanus unā ceruicem haberet, ut scelera
sua tot locis ac tēporibus diducta, in unū ictū & unū diē cogere-
ret. Quid tā inauditū, q̄ nocturnū suppliciu? Cū latrocinii te-

nebris abscondi soleat, animaduersiones quo notiores sunt, plus ad exemplum emendationeque proficiunt. Et hoc loco respondebitur mihi, quod tanto opere admiraris, isti beluae quotidianus est, ad hoc uiuit, ad hoc uigilat. Nemo certe inuenietur alius, qui imperauerit his in quos animaduerti iubebat os inserta spongia includi, ne uocis emittenda haberet facultatem. Cui unquam morituro non est relictum, quia gerneret? timuit ne quam liberorem uocem extremus dolor mitteret, nequid quod nollet audiret? Sciebat autem innumerabilia esse, quae obijcere illi nemo nisi periturus auderet. Cum spongiae non inuenirentur, scindi uestimenta miserorum, et in os sarciri pannos imperauit. Quae ista seuitia est, obice ultimum spiritum trahere? Da exiturae animae locum, licet illam non per uulnus emittere.

CAP. XX. Adijcere his longum est, quot patres quoque occisorum eadem nocte, dimissis per domos centurionibus confecit, *homo misericors, luctu liberauit. Non enim Caii seuitiam, sed iram matris propositum est scribere, quae non tantum uirginem furit, sed gentes totas lacinat, sed urbes, sed flumina exuta ab omni sensu doloris conuerberat. Sicut rex Persarum, totius populi nares recidit in Syria: unde Rhinocolura loci nomen est. Pepercisse illum iudicis, quod non tota capita praecidit, Nouo genere poenae delectatus est. Tale aliquid passum foret Aethiopes, qui ob longissimum uitae spatium Macrobij appellatur. In hos enim quia non supinis manibus exceperat seruitutem, missisque legatis libera responsa dederat, quae contumeliosa reges uocant, Cabyres fremebat, et non prouisis comitatibus, non exploratis itineribus per inuia, per ardua trahebat omnem bello utilem turbam: cui intra primum iter deerat necessaria, nec quicquam subministrabat sterilis et inculta humanoque: ignota regio. Sustinebant famem, primo tenerrima frondium, et cacumina arborum, tum coria igne mollita, et quicquid necessitas cibum fecerat. Postquam inter harenas radices quoque et herbae defecerat,

appat

apparuitq; inops etiã animalium solitudo, decimũ quẽq; sortiti, alimentũ habuerunt fame seuius. Agebat adhuc ira regẽ præcipitem, cum partem exercitus amississet, partẽ comedisset, donec timuit, ne & ipse uocaretur ad sortem, tum demum signũ receptui dedit. Seruabantur interim illi generosæ aues, & instrumenta epularum camelis uehebantur, cum sortirentur milites eius, quis male periret, quis peius uiucret.

CAP. XXI. Hic iratus fuit gēti, & ignotæ et immeritæ, sensuræ tamẽ, Cyrus fluuio. Nam cū Babylonẽ oppugnaturus festinaret ad bellũ, cuius maxima momẽta in occasiõibus sunt, Gynæ latè fusum annẽ *nãdo trãfire tẽtauit, qđ uix tuũ est, & cū sensit æstatẽ & ad minimũ deductus est. Ibi unus ex his equus, qui trahere regiũ currum* alibi solebãt, abreptus uehementer cõmouit regẽ. Iurauit itaq; annẽ illũ * regis cõmeatus auferentẽ, eò se redacturũ, ut trãsiri calcariq; etiã à foeminis posset. Huc deinde omnẽ trãstulit belli apparatus, & tãdiu asseidit operi, donec C. & lxxx. * cuniculis diuisum alueũ in ccc. & lx. riuos dispergeret, et siccũ relinqueret in diuersum fluẽtibus aq;. Perijt itaq; et tẽpus, magna i magnis rebus actura, et militũ ardor, quẽ inutilis labor fregit, & occasio aggrediẽdi imparatos, dum ille bellum indictũ hosti cum flumine gerit.

CAP. XXII. Hic furor (Quid enim aliud uoces?) Romanos quoq; cõtigat. C. enim Cæsar uillã Herculaneñsi pulcherrimã, quia mater sua aliquãdo in illa custodita erat, diruit, fecitq; eius p hoc notabilẽ fortunã. Stãtẽ enim prænaugabamus, nũc causa dirutæ queritur. Et tam hæc cogitanda sunt exẽpla que uites, q̃ illa è cõtrario, que sequaris moderata, lenia, qbus nec ad irascẽdũ causa defuit, nec ad ulciscẽdum potestas. Quid enim facilius fuit Antigono, quã duos manipulares duci iubere, qui * incũbẽtes Regio tabernaculo faciebãt, quod homines & periculosissime & libentissime faciunt, qui de rege suo male

*uado trãs-
re
*albi
*regijs aquis
meatum auf-
*canaliculis

*excubãtes

existimans. Audierat oīa Antigonus, utpote cū inter dicētes
 & audientē palla interesset: quā ille leuiter cōmouit, & Lon-
 gius, inquit, discedite, ne uos rex audiat. Idem quadā nocte cū
 quosdā ex militibus suis exaudisset, oīa mala imprecantes Re-
 gi, qui ipsos in illud iter et inextricabile lutū deduxisset, acces-
 sit ad eos qui maximē laborabant: & cū ignorantes à quo ad-
 iuuaretur explicuisset: Nūc, inquit, maledicite Antigono, cuius
 uitio in has miseras inciđistis. Ei autē bene optate, qui uos ex
 hac uoragine eduxit. Idem tam miti aīo hostium suorū maledi-
 cta quā ciuū tulit. Itaq; cū in paruulo quodam castello Græ-
 ci obsiderēt, & fiducia loci continentes hostē, multa in de-
 formatē Antigoni iocarentur, & nūc staturam humilē, nunc
 collisum nasum deriderēt, Gaudeo inquit, & aliquid boni spe-
 ro, in castris meis Silenum habeo. Cū hos dicaces fames do-
 muisset, captis sicut mos est, ut eos qui militiæ utiles erant, in
 cohortes describeret, cæteros præconi subijceret, id quoque se
 negauit facturum fuisse, nisi expediret his dominū habere, qui
 tam malam haberent linguam. Huius nepos fuit Alexander, qui
 lanceam in cōuiuas suos torquebat, qui ex duobus amicis quos
 paulō antē retuli, alterum feræ obiecit, alterū sibi. Ex his duo-
 bus tamen, qui leoni obiectus est, iuxit.

CAP. XXIII. Non habuit hoc uitū ille uitium, ne pa-
 ternum quidē. Nam si qua alia in Philippo uirtus fuit, & con-
 tumeliarū patientia, ingens instrumentū ad tutelam regni. De-
 mochares ad illum, Parrhesiades ob nimiam & procacem lin-
 guam appellatus, inter alios Atheniensium legatos uenerat.
 Audita benignē legatione Philippus, Dicite, inquit, mihi facere
 quid possum, quod sit Atheniensibus gratum? Excepit Demo-
 chares, Te, inquit, suspendere. Indignatio circumstantium ad
 tam inhumanū respōsum exorta est, quos Philippus cōticescere
 iussit, & Therfitē illum saluū, incolumemq; dimittere. At uos

ceteri

ceteri legati, inquit, nunciate Atheniēſibus, multo ſuperbiores eſſe, qui iſta dicunt, quā qui impune dicta audiunt. Multa & diuus Auguſtus digna memoria fecit dixitq; quibus appareat illi iram nō imperaſſe. Timagenes hitoriarū ſcriptor, quēdā in ipſum, quēdā in uxorē eius, & in totam domū eius dixerat, nec perdiderat dicta: magis enim circumfertur, & in ore hominū eſt temeraria urbanitas. Sæpe illum Cæſar monuit, ut moderatius lingua uteretur, perſeueranti, domo ſua interdixit. Poſtea Timagenes in contubernio Pollionis Aſinij conſenuit, ac tota ciuitate dilectus eſt. Nullum illi limen præcluſa Cæſaris domus abſtulit: hitorias poſtea quas ſcripſerat, recitauit, & cōbuſit, & libros acta Cæſaris Auguſti continentes in ignem poſuit. Inimicitias geſſit cū Cæſare Auguſto, nemo amicitiam eius extimuit, nemo quaſi fulgure ictum reſugit. Fuit qui præberet tam altē cadenti ſinum. Tulit hoc, ut dixi, Cæſar patienter, ne eo qui dē motus, quōd laudibus ſuis, rebusq; geſtis manus attulerat. Nunquam cum hoſpite inimici ſui queſtus eſt, hoc duntaxat Pollioni Aſinio dixit, *θεορρογός*. Paranti deinde excuſationem obſtitit, & Fruere, inquit, mi Pollio, fruere. Et cūm Pollio diceret, Si iubes Cæſar, ſtatim illi domū meam interdicam. Hoc me, inquit, putas facturū, cūm ego uos in gratiā reduxerim? Fuerat enim aliquādo Timageni Pollio iratus, nec illam habuerat cauſam deſinendi quā quod Cæſar cōperat.

CAP. XXIIII. Dicat itaq; quiſq; ſibi quoties laceſſitur, Nunquid potentior ſum Philippo? Illi tamen impune maledictū eſt. Nunquid in domo mea plus poſſum, quā toto orbe terrarū diuus Auguſtus potuit? Ille tamen contentus fuit, à cōiuitatore ſuo ſecedere. Quid eſt? quare ego ſerui mei * hilarius reſpon-
 ſum & contumaciorem uultum, & nō peruenientē uſq; ad me murmuratiōē, flagellis et cōpedibus expiem? Quis ſum, cuius aures ledi neſas ſit? Ignouerūt multi hoſtibus, ego nō igno-

*liberius

scam pigris, negligentibus, garrulis? Puerū etas excuset, ſœmi-
nam ſexus, extraneū libertas, domesticum familiaritas. Nunc
primū offendit, cogitemus quādiu placuerit. Sæpe & aliās
offendit, feramus quod diu tulimus. Amicus eſt, fecit quod no-
luit. Inimicus eſt, fecit quod debuit. Prudētiori * credamus, ſtul-
tiori remittamus. Pro quocunq; illud reſpondeamus nobis, ſa-
pientiſſimos quoque uiros multa delinquere, neminem eſſe tam
circumſpectum, cuius nō diligentia aliquando ſibiipſi excidat,
Neminem tam maturum, cuius non grauitatem in aliquod ſer-
uidius factum caſus impingat, Neminem tam timidum offensa-
rum, qui non in illas dum uitat, incidat.

CAP. XXV. Quomodo homini puſillo ſolatio in malis
fuit, etiam magnorum uirorum titubare, fortunam & æquiore
animo filium in angulo fleuit, qui uidit acerba funera, etiam ex
regia domo duci: ſic animo æquiore feret ab aliquo ledi, ab ali
quo cōtemni, cuiunq; uenit in mentem, nullam eſſe tantam po-
tentiam, in quam non incurrat iniuria. Quod ſi etiam prudenti-
ſſimi peccant, cuius nō error bonam cauſam habet? Reſpiciamus
quoties aduſcentia noſtra in officio parum diligens fue-
rit, in ſermone parum modeſta, in uino parum temperans. Si
iratus eſt, demus illi ſpatium, quo deſpicere quid fecerit, poſſit.
Scipſe caſtigabit. Deniq; dabit pœnas. Non eſt quod cum illo
paria faciamus. illud nō uenit in dubium, quin ſe exemerit tur-
bæ, & altius ſteterit quiſquis deſpexit laceſſentes. Proprium
eſt magnitudinis ueræ, nō ſe ſentire percuſſum. Sic immanis fe-
ra ad latratus canū lenta reſpexit. Sic irritus ingēti ſcopulo flu-
ctus aſſulat. Qui non irāſcitur, incōcuſſus iniuria perſiſtit, qui
irāſcitur, motus eſt. At ille quē modo altioreſ omni incōmodo
poſui, tenet quodā amplexu ſummū bonum. Nec homini tantū,
ſed ipſi fortunæ reſpōdet: omnia licet facias, minor es, quā tu
ſerenitatē meam obducas. Verat hoc ratio, cui uitam regendam

dedi.

dedi. Plus mihi nocitura est ira, quam iniuria. Quid ni plus? Illius modus certus est, ista quousq; me latura sit, incertum est.

CAP. XXVI. Non possum, inquis, pati. Graue est iniuriam sustinere. Mētiris. Quis enim iniuriā nō potest ferre, qui potest iram? Adijce nunc, quod id agis ut irā feras & iniuriā. Quare fers ægri rabiē, & phrenetici uerba? puerorū proteruas manus? Nēpe quia uidentur nescire, quid faciunt. Quid interest, quo quisq; uitio fiat imprudens? imprudentiæ par in oībus patrociniū est. quid ergo, inquis, impune illi erit? Puta te uelle, tamen nō erit. Maxima est enim factæ iniuriæ poena, fecisse: nec quisquā grauius afficitur, quam qui ad supplicii poenitentiæ traditur. Deniq; ad cōditionem rerū humanarū respiciendū est, ut oīm accidentiū æqui iudices simus. Iniquus autem, qui cōmune uitii singulis obieci. Non est Aethiopsis inter suos insignitus color, nec ruffus crinis & coactus in nodum apud Germanos dedecet. Nihil in uno iudicabis notabile aut fœdū, quod gentis suæ publicū est. Et ista quæ retuli, unius regionis atq; anguli cōsuetudo defendit. Vide nunc quanto in his iustior uenia sit, quæ per totum genus humanū uulgata sunt. Oēs inconsulti & improuidi sumus, omnes incerti, queruli, ambitiosi. Quid leuioribus uerbis hulus publicum abscondo? Oēs mali sumus, Quicquid itaq; in alio reprehēditur, id unusquisq; in suo sinu inueniet. Quid illius pallorem, illius maciem notas? Pestilentia est. Placidiores itaq; inuicē simus, Mali inter malos uiuimus. Vna res nos facere potest quietos, mutue facilitatis conuentio. Ille mihi iam nocuit, ego illi nondum. Sed iam aliquem fortasse læsisti. Sed lædes.

CAP. XXVII. Noli æstimare hanc horā, aut hunc diē. Totum inspicie mentis tuæ habitū, etiam si nihil mali fecisti, potes facere. Quanto satius est sanari iniuriā, quam ulcisci. Multū tēporis ultio absomit. Multis se iniurijs obijcit, dum una dolet.



in diuer-
sum,

Diutius irascimur oēs quàm ledimur. Quāto melius est abire
sibi uideatur, si mulam calcibus repetat, & canē morsu? Ista,
inquis, peccare se nesciunt. Primū, quā iniquus est, apud quem
hoiem esse ad impetrandā ueniam nocet. Deinde si cætera aīa-
lia hoc iræ tuæ subducit, quod consilio carent, eo loco tibi sit,
quisquis cōsilio caret. Quid enim refert, an alia mutis dissimi-
lia habet, si quod in omni peccato muta defendit, simulē habet
caliginē mentis? Peccant: hoc est primū, hoc est extremū. Non
est quod illi credas, etiā si dixit, iterū non faciam. Et iste pecca-
bit, & in istum alius, & tota uita inter errores uolutabitur.
Mansuete immansueta tractāda sunt. Quod in luctu dici solet,
efficacissime et in ira dicitur. Vtrum aliquādo desines, an nun-
quam? Si aliquando, satius est iram relinquere, quàm ab ira re-
linqui. An semper hæc cogitatio durabit? Vides quā impacata
tibi denuntias uitam, Qualis erit semper ira tumentis?

CAP. XXVIII. Adijce nunc, quod nisi bene te ipse suc-
cenderis, et subinde causas quibus stimuleris, renouaueris, sua
sponte ira discedet, & uires illi dies subtrahet. Quāto satius est
ā te illam uinci quā se? Huic irascris, deinde illi: seruis, deinde
libertis, parētibus, deinde liberis, notis: deinde ignotis. Vbi enim
causæ supersunt, nisi deprecator aīus accessit. Hinc te illō furor
rapiet, et illinc aliō, & nouis subinde iritāmētis orientibus, con-
tinuabitur rabies. Age infelix, et quādo amabis? O quā bonū
tēpus in re mala perdis. Quāto nunc satius erat amicos parare,
inimicos mitigare, Rempub. administrare, transferre in res do-
mesticas operā, quā circumspicere quid alicui possis facere
mili, quo aut dignitati eius, aut patrimonio, aut corpori uulnus
infligas, cum id tibi contingere sine certamine ac periculo non
possit, etiā si cū inferiore concurses? Vincitū licet accipias: et ad
arbitriū tuū omni patientiæ expositū, sepe nimia uis cædentis,

l. amicus

aut

aut articulum loco mouit, aut neruū in his quos fregerat dentibus fixit. Multos iracundia mancos, multos debiles fecit, etiā ubi patientiæ est nacta materiam. Adijce nunc, quod nihil tam imbecille natum est, ut sine elidētis periculo pereat. Imbecillos ualentissimis, aliās dolor, aliās casus æquat. Quid quod pleraq; eorum propter quæ irascimur, offendūt nos, magis quā lædunt. Multum autē interest, utrum aliquis uoluptati meæ obstet, an desit: eripiat, an nō det. Atqui in æquo ponimus, utrum aliquis auferat, an neget: utrum spem nostrā præcidat, an differat: utrum cōtra nos faciat, an pro se: amore alterius, an odio nostri. Quidam uero non tantum iustas causas standi contra nos, sed etiā honestas habent. Alius patrē tuetur, alius fratrem, alius patruum, alius amicū. His tamen nō ignoscimus id facientibus, quod nisi facerent, improbaremus, Imò quod est incredibile, sepe de factō bene existimamus, de faciente male.

CAP. XXIX. At mehercule uir magnus ac iustus, fortissimum quēq; ex hostibus suis, & pro libertate ac salute patriæ pertinacissimū suspicit, & talem sibi ciuē, talem militē contingere optat. Turpe est odisse quē laudes, quāto uerò turpius ob id aliquem odisse, propter quod misericordia dignus est. Si captiuus in seruitutē subito depressus reliquias libertatis tenet, nec ad sordida ac laboriosa ministeria agilis occurrit, si ex otio piger equū uehiculumq; domini cursu nō exæquat, si inter quotidianas uigilias fessum somnus oppreßit, si rusticū laborē recusat, aut nō fortiter obit, à seruitute urbana et feriata translatus ad durū opus. Distinguanus utrum aliquis nō possit, an nolit. Multos absoluemus, si cœperimus ante iudicare quā irasci. Nunc autē primum impetū sequimur. Deinde quāuis uana nos cōcitauerint, perseveramus, ne uideamur cœpisse sine causa: & quod iniquissimum est, pertinaciores nos facit iniquitas iræ. Retinemus enim illam & augemus, quasi argumentum sit

iuste

iuste irascendi, grauiter irasci. Quanto melius est initia ipsa perspicere, quàm leuia sint, quàm innoxia.

CAP. XXX. Quod accidere uides in animalibus mutis, idē in homine deprehendes. Friuolis turbamur & inanibus. *Tantum color rubicundus excitat, ad umbram aspis exurgit. Vrsos leonesq; mappā proritat. Omnia quæ natura fera ac rabida sunt, consternantur * ad minima. Idem inquietis & stolidis ingenijs euenit, rerum suspitione feriuntur. Adeo quidem ut interdū iniurias uocent modica beneficia, in quibus frequentissima, certe acerbissima iracundiæ materia est. Charissimis enim irascimur, quod minora nobis præstiterint, quàm mente cōcipimus, quàm quæ alij tulerint, cum utriusq; rei paratū remediū sit. Magis alteri indulget, nostra nos sine cōparatione delectet. Nunquam erit felix, quē torquetur felicior. Minus habeo quàm speraui, sed fortasse plus speraui quàm debui. Hæc pars maxime metuenda est. Hinc perniciosissima iræ nascuntur, & sanctissima quæq; inuasuræ. Diuū Iulium plures amici consecerunt quàm inimici, quorū non expleuerat spes inexplebiles. Voluit quidē ille, neq; enim quisquā liberalius uictoria usus est, ex qua nihil sibi uindicauit, nisi dispensandi potestatis: sed quem admodum sufficere tam improbis desiderijs posset, cū tantū omnes concupiscerent, quantum poterat unus? Vidit itaq; strictis circa sellam suam gladijs commilitones suos, Cimbrum Tullium accerrimum paulò ante suarum partium defensorem, aliosq; post Pompeium demum Pompeianos.*

CAP. XXXI. Hæc res sua in reges arma conuertit, fidiſsimosq; eò compulſit, ut de morte eorū cogitarēt, pro quibus & ante quos mori uotū habuerant. Nulli ad aliena respiciēti sua placent: Inde dijs quoq; irascimur, quod aliquis nos antecedit, obliti quantum sequatur à tergo ingentis inuidiæ. Tanta tamen importunitas hominū est, ut quāuis multum acceperint,

iniurie

iniurie loco sit plus accipere potuisse. Dedit mihi præturā, sed consulatū sperauerā. Dedit duodecim fascēs, sed nō fecit ordinariū consulē. A me numerari uoluit annuum, sed deesse mihi ad sacerdotiū, Cooptatus in collegiū sum, sed cur in unum? Cōsummauit dignitatē meā, sed patrimonio nihil cōtulit: ea dedit mihi, quæ debebat alicui dare, de suo nihil protulit. Age potius gratias pro his quæ accepisti. Reliqua expecta, & nondum pleniū te esse gaude. Inter uoluptates est, superesse quod speres. Omnes uicisti, primū te esse in animo amici tui letare. Multi te uincunt. Considera quanto antecedas plures quā sequaris.

CAP. XXXII. Quid si in te maximū uitium queris. Falsas rationes conficis, data magno æstimas, accepta paruo. Aliud in alio nos deterreat, Quibusdam timeamus irasci, quibusdā uereamur, quibusdā fastidiamus. Magnā rem sine dubio fecerimus, si seruulum infelicē in ergastulum miserimus, Quid properamus uerberare statim, crura protinus frangere. Non peribit potestas ista, si differetur: sine id tēpus ueniat, quo ipsi iubeamus. Nunc ex imperio iræ loquimur, cū illa abierit, tunc uidebimus quanti sit ista lis æstimanda. In hoc enim præcipuē fallimur. Ad ferrum uenimus, ad capitalia supplicia, & uinculis, carcere, fame, uindicamus rem castigandam* flagris leuio-

*flagellis

ribus. Quomodo, inquis, nos iubes intueri, quā omnia per que lædi uideamur, exigua, misera, puerilia sint? Ego uerō nihil magis susserim, quā sumere ingentem animū, & hæc propter quæ litigamus, discurremus, anhelamus, uidere quā humilia & abiecta sint, nulli qui altum quiddā aut magnificū cogitat respiciēda. Circa pecuniā plurimū uociferationis est, hæc fora defatigat, patres liberosq; cōmittit, uenena miscet, gladios tā percussoribus quā legionibus tradit. Hæc est sanguine nostro delibuta. Propter hanc uxore maritorūq; noctes strepunt litibus, & tribunalia magistratuum premit turba: Reges seruiūt,

rapunt

v. 07. um. l.

rapiunt, & ciuitates longo seculorum labore cōstructas evertunt, ut aurum argentumq; in cinere urbium scrutentur.

CAP. XXXIII. Libet intueri fiscos in angulo iacētes.

* propter quos uenae clamore tumescunt.

* amputatum

* computandū modo relictis,

Hi sunt* propter quos oculi clamore exprimuntur. Fremitu iudiciorū basilicæ resonant, euocati ex longinquis regionibus iudices aduolant, iudicaturi, utrius iustior auaricia est. Quid si non propter fiscum quidem, sed pugnū eris, aut * imputatū à seruo denariū, senex sine hærede moriturus stomacho dirumpitur? Quid si propter usuram aut mille simā, ualetudinarius foenerator distortis pedibus, & manibus ad * comparandum non relictis, clamat, ac per uadimonia asses suos in ipsius morbi accessionibus uindicat. Si totam mihi ex omnibus metallis, quæ cū maximè deprimimus, pecuniam proferas, si in mediū proicias, quicquid thesauri tegunt, auaritia iterum sub terras referente quæ malè egresserat, omnem istam congeriem dignam non putem quæ frontem uiri boni contrahat. Quanto risu prosequenda sunt, quæ nobis lachrymas educunt?

CAP. XXXIII. Cedò nūc perseguere cætera, cibos, potiones, ambitiones, munditias, uerbera, contumelias, & motus corporum parum honorificos, & suspiciones, & contumacia iumenta, & pigra mancipia, interpretationes malignas uocis alienæ, quibus efficitur, ut inter iniurias naturæ numeretur sermo homini datus. Crede mihi leuia sunt, propter quæ nō leuiter excandescimus, qualia quæ pueros in rixam & iurgium concitant. Nihil ex his quæ * tam tristes agimus seruiū est, nihil magnum. Inde, inquam, uobis ira & insania est, quod exigua magna existimatis. Auferre hic mihi hereditatem uoluit, hic me diu spe suprema captatum criminatus est, hic scortum meū concupiuit. Quod uinculum amoris esse debebat, seditionis atq; odij causa est, idem uelle.

* tanquam serua agimus

CAP. XXXV. Iter angustū, rixas transcuntū concitat,

diffusa

diffusa & late patens uia ne populos quidem collidit. Isla que appetitis quia exigua sunt, nec possunt ad alterum, nisi alteri crepta, transferri, eadē affectantibus pugna & iurgia excitat. Respondisse tibi indignaris, libertūq; & uxore, & clientem: Deinde idē de Rep. libertatē sublatam quereris, quā domi sustulisti. Rursus si tacuit interrogatus, contumaciā uocas. Et loquatur, & taceat, & rideat corā domino, inquis. Imō corā patrefamiliās. Quid clamas? Quid uociferaris? Quid flagella media cœna petis, quod serui loquūtur, quod nō eodē loco turbacōcionis est, & silentiū solitudinis. In hoc habes aures, ut non nisi modulata tantum & mollia, & ex dulci tracta cōpositaq; accipiant? Et risum audias oportet, & fletū, & blanditias, & lites, & prospera, & tristia, & hominum uoces, & fremitus animalū, latratuq;. Quid miser expauescis ad clamorē serui, ad tinnitū æris, * aut ianue impulsū? cū tam delicatus fueris, tonitrus audienda sunt. Quod de auribus dictū est, transfer ad oculos, qui non minus fastidio laborant si malē instituti sunt, macula offenduntur & sordibus, & argento parum splendido, & stagno non ad solem perlucēte. Hi nempe oculi, qui non ferunt nisi uarium ac recentis uera nitens marmor, qui mensam nisi crebris distinctam * neuis, qui nolūt domi nisi auro preciosā calcare, æquisimo animo foris & scabras lutosasq; senitas spectant, & maiorem partem occurrentiū squalidam, parietes insularum exesos, ruinosos, inæquales.

CAP. XXXVI. Quid ergo aliud est quod illos in publico nō offendat, domi moueat, quā opinio illic æqua & patiens, domi morosa & querula? Oēs sensus perducēdi sunt ad firmitatē. Natura patietes sunt, si animus illos desinat corrumpere, qui quotidie ad rationē reddendam uocādus est. Faciebat hoc Sextius, ut consummato die cū se ad nocturnā quietē recepisset interrogaret animū suū, quod hodie malū tuū sanasti? cui uitio

* ad lamine
impulsū?

* uenis,

oblit

obstitisti? qua parte melior es? Desinet ira, & erit moderatio
 que sciet sibi quotidie ad iudicē esse ueniendū. Quid ergo pul-
 chrius hac cōsuetudine excutiēdi totū diē? Qualis ille somnus
 post recognitionē sui sequitur, quā trāquillus altus ac liber, citē
 aut laudatus est animus, aut admonitus, & speculator sui cen-
 sorq; secretus cognoscet de moribus suis? Vtor hac potestate,
 & quotidie apud me causam dico. Cū sublatū ē cōspectu lumen
 est, & cōticuit uxor, moris iā mei cōscia, totū diē mecū scrutor,
 facta ac dicta mea remetior. Nihil mihi ipse abscondo, nihil trā-
 eo: quare enim quicq; ex erroribus meis timeā cū possū dicere,
 Vide ne istud amplius facias, nūc tibi ignosco. In illa disputatio-
 ne pugnacius locutus es. Noli postea cōgredi cū iperitis. Noli
 discere, qui nunquā didicerūt: illū liberius admonuisti q̄ debe-
 bas, itaq; nō emēdasti, sed offendiisti. De cætero uide, nō tantū
 an uerum sit quod dicis, sed an ille cui dicitur, ueri patiens sit.

C A P. XXXVII. Admoneri bonus gaudet, pessimus
 quisq; correptorē asperrimē patitur. In conuiuio quorundā te-
 sales, & in dolorē tuum iacta uerba tetigerunt: uitare uulgare
 conuictus memento, solutior est post uinū licentia, quia nunc ne
 sobrijs quidē pudor est. Iratum uidiisti amicū tuum hostiario
 causidici alicuius, aut * uidiisti quod intrantem submouerat, &
 ipse pro illo iratus extremo mancipio fuisti. Irasceris ergo ca-
 thenario cani, & hic cū multū latrauit, obiecto cibo mansue-
 scit. Recede longius & ride. Nunc iste aliquem se putat, quod
 custodit litigatorū turba limen obsessum. Nunc ille qui intra
 iacet, felix fortunatusq; est, & beati hominis ac potentis iudi-
 cat indicium, difficilē ianuā, nescit durissimū esse hostium carce-
 ris. Præsume animo multa esse tibi patiendā. Nunquis se bye-
 me algere miratur? Nunquis in mari nauiscare, in uia conuulsi?
 Fortis est animus, ad quæ præparatus uenit. Minus honorato
 loco positus, irasci cœpisti conuiuatori, uocatori, ipsi qui tibi
 præ-

præferatur. Demens, quid interest quam lecti premas partem? Honestiorem te aut turpiorem potest facere pulvium? Non æquis quendam oculis uidisti, quia de ingenio tuo male locutus es. Recipis hanc legem? Ergo te Ennius quo non delectaris odisset, & Hortensius similitates tibi indiceret, & Cicero si derideres carmina eius, inimicus esset?

CAP. XXXVIII. Vis tu æquo animo pati cædidatus suffragia? Contumeliam tibi fecit aliquis. Nunquid maiorem quàm Diogeni philosopho stoico? Cui de ira cum maxime differenti adolescens proteruus inspuit, tulit hoc leuiter ac sapienter. Nō quidem, inquit, irascor, sed dubito tamen an irasci oporteat. Caeto noster melius: cui cum causam agentis in frontem mediam, quantum poterat attracta pingui salua, inspuiisset Lentulus, ille patrum nostrorum memoria factiosus & impotens, abstersit faciem, & affirmabo, inquit, omnibus Lentule falli eos, qui te negant os habere. Cōtigit iam nobis Nouate bene componere animum, si aut non sentit iracundiam, aut superior est.

CAP. XXXIX. Videamus quomodo alienam iram leniamus, nec enim sani esse tantum uolumus, sed sanare. Primam iram nō audebimus oratione mulcere, surda est & amens: dabimus illi spatium, remedia in remissionibus profunt: nec oculos tumentes tentabimus, uim rigetem mouendo incitaturi, nec cetera uitia dum feruent, initia morborū, quies curat. Quantum, inquis, prodest remediū tuum, si sua sponte desinentem iram placat? Primū ut citius desinat efficit, deinde custodiet ne recidat: ipsum quoque impetum quē non audet lenire, fallit. Remouebit omnia ultionis instrumēta. Simulabit iram, ut tanquā adiutor & doloris comes plus autoritatis in consilijs habeat: moras necitet, & dum maiorem querit pœnā, presentē differet. Omni arte requiē furori dabit, si uehementior erit, aut pudorem illi cui non resistit, incutiet, aut metū. Si infirmior, sermo-

nes inferet uel gratos, uel nouos, et cupiditate cognoscēdi auocabit. Medicum aiunt, cū regis filiam curare deberet, nec sine ferro posset, dum tumentem mammā leniter fouet, scalpellum spongia tectum induxisset. Repugnasset puella remedio palam admoto, eadem quia non expectauit, dolorem tulit.

CAP. XL. Quaedam non nisi decepta sanantur. Alteri dices, Vide ne inimicis iracundia tua uoluptati sit. Alteri, Vide ne magnitudo animi tui creditumq; apud plerosq; robur cadat. Indignor mehercule, & non inuenio dolendi modum, sed tempus expectandū est, dabit poenas. Serua istud in animo tuo, cum potueris & pro mora reddes. Castigare uero irascētem, & ultro obuiam ire ei, incitare est. Varie aggredieris blandēq; nisi forte tanta persona eris, ut possis iram comminuere, quē admodū fecit diuus Augustus, cū cenaret apud * Ate diū Pollionem, fregerat unus ex seruis crystallinum: ad mortē rapi cū Ate dius iussit, nec uulgari quidem periturū morte: murenis obijci iubebatur, quas ingens piscina cōtinebat. Quis nō hoc illum putaret luxurię causa facere? sēuitia erat. Euasit ē manibus puer, & confugit ad Cæsaris pedes, nihil aliud petiturus, quā ut aliter periret, nec esca fieret. Motus est nouitate crudelitatis Cæsaris, & illū quidē dimitti, crystallina autem omnia coram se frangi iussit, compleriq; piscinam. Fuit Cæsaris sic castigandus amicus, bene usus est uiribus suis. E' conuiuio rapi homines imperas, & noui generis poenis * lacerari? Si calix tuus fractus est, uiscera hominis distrahentur? Tantū tibi placebis, ut ibi aliquem duci iubeas, ubi Cæsaris est?

CAP. XLI. Sic instandum potentię est, ut ira ex superiori loco aggredi non possit, male tractet. At talē dimittat, qualem modō retuli. Feram immanem, sanguinariam, quę iam insanabilis est, nisi maius aliquid extimuit. Pacem demus animo, quam dabit præceptorum salutarū assidua meditatio, actūq;

*Vedium

*lancinari:

actus
tem.
mala
ces in
sitam
tiem
litq;
At on
dibus
cuum
tuens,
C
& ex
hæse
moue
autem
gitatio
quam
disipa
dere li
piunt
mus in
cillitat
giles c
mus an
acerrim
feditio
imputa
ne des
CA
damq;

actusq; rerū boni, & intenta mens ad unius honesti cupiditatem. Conscientiæ satisfaciatur, nil in famā laboremus, sequatur uel mala* de bene meritis. At uulgius animosa miratur, & audaces in honore sunt, placidi pro inertibus habentur. Primo forsitan aspectu, sed simul ac æqualitas uitæ fidē facit, non segnitiam illā animi esse sed pacē, ueneratur idem illos populus, colitq;. Nihil ergo habet in se utile teter ille & hostilis affectus. At omnia è contrario mala, ferrum, ignes: pudore calcato, cædibus inquinauit manus, membra liberorum dispersit. Nihil uacuum reliquit à scelere, non gloriæ memora, non infamiæ metuens, inemendabilis cum ex ira in odium obcaluit.

* dum bene merearis.

CAP. XLII. Carcamus hoc malo, purgemusq; mentē, & extirpemus radicibus ea uitia, quæ quāuis tenuia undecūq; hæseriunt, renascentur, & iram nō tēperemus, sed ex toto remoueamus. Quod enim malæ rei temperamentū est? Poterimus autem, adnitamur modo. Nec ulla res magis proderit, quā cogitatio mortalitatis. Sibi quisq; ut alteri dicat: Quid iuuat tanquam in æternū genitos iras indicere, & breuissimam ætatem dissipare? Quid iuuat dies, quos in uoluptatem honestā impendere licet, in dolorē alicuius tormentumq; transferre? Non capiunt* res istæ iacturam, nec tempus uacat perdere. Quid ruimus in pugna? Quid certamina nobis accersimus? Quid imbecillitatis oblitī, ingentia odia suscipimus, & ad frangendū fragiles consurgimus? Iam istas inimicitias, quas implacabili gerimus animo, febris aut aliud malū corporis uetabit geri. Iā par acerrimum media mors dirimet. Quid tumultuamur, & uitā scditiosi cōturbamus? Stat super caput satum, & pereunt dies imputat, propiusq; ac propius accedit. Istud tempus quod aliene destinatas morti, fortasse* citra tuam est.

* exierint,

* res geste

* circa tuam

CAP. XLIII. Quin potius uitam breuē colligis, placidamq; & tibi & cæteris præstas? Quin potius amabilem te,

*finis con-
fector

*in uiciniâ

*metus ma-
iorum*iam mor-
talitas

dum uiuis omnibus, desiderabile cū excefferis, reddis? Et quid illū nimis ex alto tecū agentē detrahere cupis? Quid illū oblatrantem tibi, humilem quidē & contemptum, sed superioribus acidū ac molestum exterrere uiribus tuis tentas? Quia seruos quid domino? quid regi? quid clienti tuo irascris? Sustine paulum. Venit ecce mors, quæ nos pares faciat. Videre solemus inter matutina harenæ spectacula, tauri & ursi pugnam inter se colligatorū, quos cū alter alterū uexarūt, *suus confector spectat. Idē facimus: Aliquē nobiscum alligatū lacepsimus, cū uictō uictoriq; finis æque maturus immineat. Quicti potius pacatiq; quantumlibetq; superest, exigamus, nulli cadauer nostrū iacat inuisum. Sæpe rixam conclamatū *in uicino incendū soluit, & interuētus feræ, latronē uiatorēq; diducit. Colluctari cum minoribus malis nō uacat, ubi *metus maior apparuit. Quid nobis cū dimicatiōe & insidijs? Nūquid amplius isti cui irascris q̄ mortē optas? Etiā te quiescēte morietur, perdis operā. Facere uis, quod futurum est. Nolo, inquis, occidere, sed exilio, sed ignominia, sed dāno afficere. Magis ignosco ei, qui uulnus inimici, quā qui punctiunculā concupiscit: hic enim nō tantū mali animi est, sed pusilli: siue de ultimis supplicijs cogitas, siue de leuioribus, quātulū est tēporis, quo aut ille pœna sua torquetur, aut tu malū gaudiū ex aliena percipias? Iam ipsum spiritū expuimus, interim dum trahimus. Dum inter homines sumus, colamus humanitatē, non timori cuiquam, non periculo sumus, detrimenta, iniurias, conuitia, uellicationes contemptus, & magno animo breuia feramus incommoda, dum respicimus (quod aiunt) uersamusq; nos, *immortalitas aderit.

Tertii & ultimi libri de ira, finis.

ANNOT. IN LIB. I. DE IRA.

Cap. 2. Venena & eorum mutuas sordes. Rodolphus recto amotarat, & reorū mutuas sordes, sentit enim mutuas accusationes. Nam olim

olim

R.

regiu

C.

uita

Se

beban

licet, a

Ex his

meliu

Si

Q

Ita pri

Siue, in

Vl

este R.

lius, ubi

da fun

No

nostra

sapient

malim

gotio

feræ q

negat

R.

dolphi

rogauit

propin

pius e

ex eo

Q

editio

phus a

telligo

olim

olim rei sordidati ueniebant in iudicium.

CAP. III. IN FINE.

Regimen est illud. Sic prior æditio. Agricola recte annotauit regium illud & principale, τὸ ἡγεμονικόν.

Cap. 6. initio, lege, hic damnatum cum dedecore & traduccionē uita exigit.

CAP. VIII.

Sed affectus & ratio, peiusq; in melius animi mutatio est. Sic habebant priores æditiones. Rodolphus tollit, sed, id suspicor fuisse scilicet, ab explanatore additū: deinde legit, quæ in melius mutatio est. Ex his conitio fuisse scriptum, affectus qui in peius, & ratio quæ in melius animi mutatio est.

CAPVT IX.

Si non patitur. Arbitror legendū, si non paret, hoc est, obtēperat.

IN LIB. II. CAP. V.

Quid ergo origo huiusmodi mali, inhibita est, aliter, ab ira est. Ita prior æditio. Legendum arbitror, Imbibita est natura, quæ &c. Siue, indita est natura.

CAPVT X.

Vbi isti hiccine locus est? Alius habebat, uni isti hoc iue iocus est. Rodolphus addi uinarat uni isti hoc omne iocus est. Forte melius, ubi hic iræ locus est? Nā sequitur, Aut ridenda omnia aut fletunda sunt. Nusquam igitur iræ locus.

CAPVT XI.

Nec hoc sapientis dici uelim, quod ferè quoq; telum timeri. Sic nostra prior. Quidā habebat, ne hoc sapiētī malim, quod ferè quoq; sapientis telū est timeri. Rodolphus annotarat. Nec hoc serpentem malim, quod ferè sapientis quoq; telū est timeri. Nostra minori negotio restituatur, addita literula, nec hoc sapientis dici uelim, quod ferè quoq; telū est, timeri. Sentit enim feras terrore tutas esse, quod negat conuenire sapienti.

CAP. XXIII.

Rogauit pro antiquis, & quis superesset. Ita prior æditio. Rodolphus diuinauit, pro in, & quis superesset. Simplicior diuinatio est, rogauit porro an quis, siue nunquis, & quis superesset. Aut, rogauit è propinquis, & quis superesset? Sed interim occurrit quod uero propius est. Enarrator huic uoci ecquis, interpretās adiecit, pro, an quis. ex eo factum est, pro antiquis.

CAP. XXVI.

Quæ nullam iniuriam à consilio profectam faciunt. Sic prior æditio. Altera, quæ nullam iniuriam si à cōsilio profectam. Rodolphus addi uinarat, quia nullam iniuriam nisi à cōsilio profectā intelligo. Simpliciter erat, quia nulla est iniuria, nisi à cōsilio profectā.

Cap.12. Si nihil erit petita aduocatio. Rodolphus mea sententia recte annotarat, pro, nihil, in hoc.

Quid si in te maximum uitium quæris. Ita prior æditio. Alius, quod sitiente maximum uitium quæris. Rodolphus annotarat. Quid inficiantis maximum uitium quæris? Rectius, quod in inficiante maximum uitium quereris &c.

Hic me dum spe suprema captus est criminatur. Sic prior æditio. Quædam habebat, hic me diu spem supremam captatus, tum criminatus est. Rodolphus annotarat, Hic me diu spe suprema captatus, criminatus est, & probatur coniectura.

Aut pudorem illi cui non resistit incutiet. Rodolphus sustulerat negationem. Bene habet lectio, si sit cui non resistat, ut intelligas uehementem.

LVCII ANNAEI SE-
NECÆ AD NERONEM
CAESAREM DE CLEMEN-
TIA LIB. I.



SCRIBERE de clemētia Nero Caesar institui, ut quodāmodo speculi uice fungerer, & te tibi ostenderē, peruētūrū ad uoluptatē maximam omnium. Quāuis enim rectē factorum uerus fructus sit fecisse, nec ullū uirtutū pretiū dignum illis extra ipsas sit: uiuat tamen inspicere & circuire bonam conscientiam, tum immittere oculos in hanc immensam multitudinē, discordē, seditiosam, impotentē, in perniciē alienā sumq; pariter exultaturā, si hoc iugū fregerit, & ita loqui secum, Ego ex omnibus mortalibus placui, electusq; sum, qui in terris deorum uice fungerer, ego uitæ necisq; gentibus ar-

*ita ergo lo-
quetur

bitur,

biter, qualem quisq; sortem, statumq; habeat, in manu mea positum est. Quid cuiq; mortaliū fortuna datū uelit meo ore pronunciat. Ex nostro responso lætitiæ causas, populi, urbesq; concipiunt. Nulla pars usquam nisi uolente propicioq; me, floret. Hæc tot milia gladiatorum quæ pars mea cōprimūt, ad nutum meum stringentur: quas nationes funditus excindi, quas transportari, quibus libertatē dari, quibus eripi, quos reges mancipia fieri, quorumq; capiti regium circumdari decus oporteat, quæ ruant urbes, quæ oriantur, mea iurisdicctio est. In hac tanta facultate rerum, nō ira me ad iniqua supplicia cōpulit, non iuuenilis impetus, non temeritas hoim & contumelia, quæ sæpe tranquillissimis quoq; pectoribus patientiam extorsit, non ipsa ostentandæ per terrores potentiæ, dira sed frequens magnis imperijs gloria. Conditum, imò constrictum apud me ferrum est. Summa parsimonia etiā uilissimi sanguinis. Nemo non, cui alia desint, hominis nomine apud me gratosus est, seueritatē abdātam, clementiā in promptu habeo. Sic me custodio tanquā legibus, quas ex abdito ac tenebris in lucem euocauī, rationem redditurus sim. Alterius ætate prima motus sum, alterius ultima. Alium dignitati donauī, alium humilitati. Quoties nullam inueneram misericordiæ causam, mihi peperci. Hodie dijs immortalibus, si à me rationē repetāt, annumerare genus humanum paratus sum. Potes hoc Cæsar prædicare audacter. Oim quæ in fidem tutelamq; tuā uenerunt, nihil per te, neq; ui, neq; clam Reipub. ereptum. Rarissimā laudem, et nulli adhuc principum concessam concupisti, innocentia. Non perdis operam, nec bonitas ista tua singularis, ingratos aut malignos æstimatores nacta est. Refertur tibi gratia. Nemo unus homo uni homini tam charus unquā fuit, quàm tu populo Romano, magnū lōgumq; eius bonū. Sed ingens tibi onus imposuisti. Nemo iam diuum Augustum, nec Tiberij Cæsaris prima tēpore loquitur,

f gladiorum
quo pax est.

* cōtumacia,

* procinctus

nemo qui te imitari uelit, exēplar extra te querit. Principatus tuus ad gustum exigitur. Difficile hoc fuisset, si non naturalis tibi ista bonitas esset, sed ad tempus sumpta. Nemo enim potest personam diu ferre. Ficta cito in naturam suam recidunt, quibus ueritas subest, quæq; (ut ita dicam) ex solido enascuntur, tempore ipso in maius meliusq; procedunt. Magnam adibat aleam populus Romanus, cū incertum esset quò se statim nobilis indoles daret. Iam uota publica in tuto sunt. Nec enim periculum est, ne te subita tui capiat obliuio. Facit quidem auidos nimia felicitas, nec tam tēperatæ cupiditates sunt unquam, ut in eo quod cōtingit, desinant. Gradus a magnis ad maiora fit, et spes improbiſſimas complectuntur, insperata assecuti. Omnibus tamen nunc ciuibus tuis, & hæc cōfessio exprimitur, esse se felices, & illa, nihil iā his accedere bonis posse, nisi ut perpetui sint. Multa illos cogunt ad hanc cōfessionem, qua nulla in hōie tardior est: securitas alta, affluens, ius supra oēm iniuriam positum. Obuersatur oculis *lectissima forma Reipub. cui ad summam libertatē nihil deest, nisi *percundi licentia, Præcipue tamen æqualis, ad maximos imosq; peruenit clementiæ tuæ admiratio. Cætera enim bona portione fortunæ suæ quisq; sentit, aut expectat maiora minoraq; ex clemētia oēs idē sperāt. Nec est quisquam, cui tam ualde innocentia sua placeat, ut non stare inconspēctū clementiam paratam humanis erroribus gaudeat.

CAP. II. Esse autem aliquos scio, qui clemētia pestimum quemq; putent sustineri, quoniā nisi post crimē superuacua est, & sola hæc uirtus inter innocentes cessat. Sed primū oīm sicut medicinæ apud ægros usus, etiam apud sanos honor est: ita clemētia quamuis poena digni inuocēt, etiam innocentes colunt. Deinde habet clementia in persona quoq; innocentium locum, quia interim fortuna pro culpa est: nec innocentia tantum clementia succurrit, sed sæpe uirtuti, quoniam quidem conditione

*lectissima
*pereat, als,
nisi perennis
diligentia,

temp

temporū incidunt quædam, quæ possint laudata puniri? Adijce quod magna pars hoīm est, quæ reuerti ad innocentiam possit. Sed non tamen uulgo ignoscere decet. Nam ubi discrimen inter malos bonosq; sublatum est, cōfusio sequitur & uitiorum eruptio. Itaque adhibenda est moderatio, quæ sanabilia ingenia distinguere à deploratis sciat. Nec promiscuam habere ac uulgarem clementiam oportet, nec abscisam. Nam tam omnibus ignoscere crudelitas est, quàm nulli. Modū tenere debemus, sed quia difficile est tēperamentū, quicquid æquo plus futurū est, in partem humaniorē præponderet. Sed hæc suo loco melius dicetur.

CAP. III. Nunc in tres partes omnem hanc materiā diuidam. Prima erit manumissionis. Secunda quæ naturam clementiæ habitumq; demonstrat. Nam cū sint uitia quædam uirtutes imitantia, non possunt secerni, nisi signa quibus dignoscantur impresseris. Tertio loco quæremus, quomodo ad hanc uirtutem perducatur animus, quomodo confirmet eam, & usu suā faciat. Nullam uerò ex omnibus uirtutibus magis homini conuenire, cum sit nulla humanior, constet necesse est, non solum inter nos, qui hoīem sociale animal, cōmuni bono gentium uideri uolumus, sed etiā inter illos qui hoīem uoluptati * donant, * dant, quorum oīa dicta factaq; ad utilitatem suam spectant. Nam si quietem petit & otium, hanc uirtutem naturæ suæ nactus est, quæ pacem amat, & manus retinet. Nullum tamen clemētia ex omnibus magis quàm regem aut principem decet. Ita enim uirtutes, magnis uiris decori gloriæq; sunt, si illis salutaris potētia est. Nam pestifera uis est, ualere ad nocendum. Illius demum magnitudo stabilis fundataq; est, quem omnes tam supra se esse, quàm pro se sciunt, cuius curā excubare pro salute singulorum atq; uniuersorum quotidie experiuntur: quo procedente, non tanquam malum aliquod aut noxiū animal è cubili profiliret, diffugiunt, sed tãquam ad clarum ac beneficum sydus certatim

aduolant, obijcere se pro illo mucronibus insidiantium paratissimi, & substernere corpora sua, si per stragem illi humanam, iter ad salutem struendum sit. Somnum eius nocturnis excubijs muniant, latera obiecti circumfusiq; defendunt, incurrentibus periculis se opponunt. Non hic est sine ratione populis urbibusq; consensus, sic protegendi amandiq; reges, & se suaq; iactandi, quocunq; desiderauerit imperantis salus. Nec hæc uilitas sui est, aut dementia, pro uno capite tot milia excipere ferrum, ac multis mortibus unam aïam redimere, nõnunquam senis et inualidi. Quæadmodum totum corpus aïo deseruit, & cum hoc tanto maius tantoq; speciosius sit, ille in occulto maneat tenuis, & in qua sede latitet incertus, tamen manus, pedes, oculi, negotium illi gerunt, illum hæc cutis munit, illius iussu iacemus, aut inquieti discurrimus, cum ille imperauit, siue auarus dominus est, mare lucri causa scrutamur, siue ambitiosus, iam dudum dexteram flammis obiecimur, aut uoluntarie subsiluiamus. Sic hæc immensa multitudo, unius animæ circumdata, illius spiritu regitur, illius ratione flectitur, pressura se ac fractura uiribus suis, nisi consilio sustineretur.

CAP. IIIII. Suam itaq; incolumitatem amant, cum pro uno homine denas legiones in aciem deducunt, cum in prima fronte procurrunt, & aduersa uulneribus pectora ferunt, ne imperatoris sui signa uertatur. Ille est enim uinculum per quod Respub. coheret, ille spiritus utilis quem hæc tot milia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus & præda, si mens illa imperij subtrahatur

—Rege incolumi mens omnibus una,

Amisso rupere fidem. Hic casus Romanæ pacis exitium erit, hic tanti fortunam populi in ruinas aget. Tam diu ab isto periculo aberit hic populus, quam diu sciet ferre frenos, quos si quando abruperit, uel aliquo casu discussos reponi sibi passus

non

non erit, hæc unitas & hic maximè imperij cõtextus, in partes multas disiliet: idèq; huic urbi dominandi finis erit, qui parèdi fuerit. Ideò principes regesq; et quocũq; alio noie sunt tutores status publici, non est mirũ amari ultra priuatas etiam necessitudines. Nam si sanis hominibus publica priuatis potiora sunt, sequitur, ut his quoq; charior sit, in quẽ se Resp. cõuertit. Olim enim ita se induit Reip. Cæsar, ut *deduci alterũ nõ posset sine *seduci: aliàs diduci utriusq; pernicie. Nam ut illi uiribus opus est, ita et huic capite.

CAP. V. Longius uidetur recessisse à proposito oratio mea. At mehercules rẽ ipsam premit. Nam si quid adhuc colligitur, aĩus Reipub. tu es, illa corpus tuũ: uides, ut puto quàm necessaria clemẽtia sit. Tibi enim parcis, cũ uideris alteri parcere. Parcendum itaq; est etiam improbandis ciuibus, nõ aliter quàm membris languentibus. Et si quando misso sanguine opus est, sustinendũ est, ne ultra quàm necesse sit incidas. Est ergo, ut dicebam, clementia omnibus quidẽ hominibus secundũ naturã, maximè tamen decora imperatoribus, quanto plus habet apud illos quod seruet, quãtoq; in maiore materia apparet. Quantulum enim nocet priuata crudelitas, Principũ seuitia bellum est. Cum autũ uirtutibus inter se sit cõcordia, nec ulla altera melior aut honestior sit, quædam tamẽ quibusdam personis aptior est. Decet magnanimitas quẽlibet mortalem, etiã illum infra quem nihil est. Quid enim maius, aut fortius, quàm malam fortunã retundere? Hæc tamẽ magnanimitas in bona fortuna *laxiorem locũ habet, meliusq; in tribunali quàm in plano oõspicitur. Clementia in quãcunq; domũ peruenerit, eam felicẽ tranquillamq; prestat. Sed in regia quo rarior, eo mirabilior. Quid enim est *mirabilis, memorabilius, quàm eum cuius iræ nihil obstat, cuius grauiori sententiæ ipsi qui pereũt assentiuntur, quem nemo interrogaturus est, imò si uehementius excanduit, ne deprecaturus quidem, ipsum sibi manum iniicere, & potestate sua in melius placid

placidiusq; uti, hoc ipsum cogitantem, Occidere contra legem nemo nō potest, seruare nemo prater me. Magnā fortunā magnus animus decet, qui nisi se ad illam extulit, & altior stetit, illam quoq; infra terram deducit. Magni autē animi est propriū, placidū esse tranquillūq; & iniurias atq; offensiones semper despicere. Muliebre est furere in ira. Ferarū uerō nec generosarū quidem, premordere & urgere proiectos. Elephantēs leonesq; transeunt, quæ impulerūt. Ignobilis bestię pertinacia est. Nō decet regē seua, nec inexorabilis ira. Nō multū enim supra eum eminet, cui se irascendo exæquat. At si dat uitam, si dat dignitatē periclitantibus & meritis amittere, facit quod nulli nisi rerū potiētī licet. Vita enim etiā superiori eripitur, nunquā nisi inferiori datur. Seruare propriū est excellētī fortunæ, quæ nunquā magis suspici debet, quā cū illi cōtingat idē posse quod dijs, quorū beneficio in lucē ædimur tam boni quā mali. Deorum itaq; sibi animum asserens princeps, alios ex ciuibus suis, quia utiles boniq; sunt, libens uideat, alios in numerum relinquat: quosdam esse gaudeat, quosdam patiatur.

CAP. VI. Cogitate in hac ciuitate, in qua turba perlatissima itinera sine intermissione defluens eliditur, quoties aliquid obstitit, quod cursum eius uelut torrentis rapidi moraretur, in qua tribus eodē tēpore theatris uix postulatur, in qua consumitur, quicquid terris omnibus aratur, quanta solitudo et uastitas futura sit, si nihil relinquitur, nisi quod iudex seuerus absoluerit. Quotus quisq; ex quæstoribus est, qui non ea ipsa lege teneatur qua queritur? Quotus quisq; accusator uacat culpa? Et nescio an nemo ad dandam ueniam difficilior est, quā qui illam petere sepius meruit. Peccauimus omnes, alij grauiā, alij leuiora, alij ex destinato, alij forte impulsī, aut alia nequitia ablati, alij in bonis consilijs parū fortiter stetimus, & innocentiam inuiti ac renitentes perdidimus. Nec delinquimus

mus tantum, sed usq; ad extremum æui delinquimus. Etiam si quis tam bene purgavit animū, ut nihil obturbare cum amplius possit ac fallere, ad innocentiam tamen peccando peruenit.

CAP. VII. Quoniā deorū feci mentionem, optime hoc exemplum principi constituiam, ad quod formetur, ut se talem esse ciuibus quales sibi deos uelit. Expedit ergo habere inexorabilia peccatis atq; erroribus numina, expedit usq; ad ultimā infesta perniciem: Ecquis regum erit tutus, cuius non membra aruspices colligant? Quod si dii placabiles & æqui delicta potentium non statim fulminibus persequuntur, quanto æquius est hominē hominibus præpositum miti animo exercere imperiū, & cogitare utrum mundi status gravior oculis pulchriorq; sit sereno & puro die, an cum fragoribus crebris omnia quatūtur, & ignes hinc atq; illinc micant. Atqui non alia facies est quieti moderatiq; imperij, quā sereni cœli & nitentis. Crudele regnū, turbidum, tenebrisq; obscurum est inter tremētes, & ad repentinum sonitum expauescentes, nec eo quidem qui omnia conturbat inconcusso. * Facilius priuatis ignoscitur, pertinaciter se uindicantibus. Possunt enim lædi, dolorq; eorū ab iniuria uenit. Timent præterea contemptum, & non retulisse lædentibus gratiam, infirmitas uidetur, non clementia. At cui ultio in facili est, is omīssa ea, certam laudem mansuetudinis consequitur. Humili loco positus exerere manum, litigare, in rixam procurrere, ac morem iræ suæ gerere liberius est. Leues inter paria ictus sunt. Regi uociferatio quoq; uerborumq; intemperantia non ex maiestate est.

CAP. VIII. Graue putas cripi loquendi arbitriū regibus, quod humillimi habent. Ista, inquis, seruitus est, non imperiū. Quid tu nō experiris istud nobis esse, tibi seruitutem? Alia cōditio est eorum, qui in turba quā non excedunt latent, quorū & uirtutes ut appareant, diu luctantur, & uitia tenebras habent.

*Difficilius

bent. Vestra facta dictaq; rumor excipit, & ideò nullis magis cauendum est, qualem famam habeant, quàm qui qualemcunq; meruerint, magnam habituri sunt. Quàm multa tibi non licent quæ nobis beneficio tuo licent. Possum in qualibet parte urbis solus incedere sine timore, quamuis nullus sequatur comes, nullus sit domi, nullus ad latus gladius, tibi in tua pace armato uiuendum est. Aberrare à fortuna tua non potes, obsidet te, & quocunq; descendis, magno apparatu sequitur. Et hæc summe magnitudinis seruitus est, non posse fieri minorè, sed cum dijs tibi cõmunis ista necessitas est. Nam illos quoq; cælum alligatos tenet, nec magis illis descendere datum est, quàm tibi tutũ. Fastigio tuo affixus es. Nostros motus pauci sentiunt. Prodire nobis, ac recedere, & mutare habitum sine sensu publico licet, tibi non magis quàm soli latere contingit. Multa contra te lux est, omnium in istam conuersi oculi sunt. Prodire te putes, oriris: loqui non potes, nisi ut uocem tuam quæ ubiq; sunt gentes excipiant. Irasci non potest, nisi ut omnia premantur. Sic neminem potes affligere, nisi ut quicquid circa fuerit, quatitur. Ut fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu: sic animaduersiones magnarum potestatum terrent latius, quàm nocent, non sine causa. Non enim quantum fecerit, sed quantum fecturus sit cogitatur, in eo qui omnia potest. Adijce nunc, quod priuatos homines ad accipiendas iniurias opportuniores, acceptarum patientia facit: regibus certior est ex mansuetudine securitas. Quia frequens uindicta paucorum odium reprimi, omnium iritat, uoluntas oportet ante sc̄uendi, quàm causa deficiat. Alioquin quemadmodum præcisæ arbores plurimis riuinis repullulant, & multa satorum genera ut densiora surgãt, reciduntur: ita regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo. Parentes enim liberiq; eorum qui interfecti sunt, & propinqui & amici in locum singulorum succedunt. Hoc quam

merum
CA
lũ à pri
gladiu
uicesim
sconder
fuerat e
transiss
L. Cinn
& ubi e
conscijs
corum a
adolesce
tẽ damna
M. Anto
mens sub
Quid er
me solici
stra peti
lume, po
tuat, sed
sus silent
irascere
Quis fin
bus adol
Nõ est ta
Interpell
bre consi
nõ proce
fi, Saluia
Cæpio, C

uerum sit, admonere te exemplo domestico uolo.

CAP. IX. Diuus Augustus fuit mitis princeps, si quis il-
lic à principatu suo aestimare incipiat: in cõmuni quidem Rep.
gladium mouit, cum hoc ætatis esset, quod tu nunc es, duode-
uicesimum egressus annum, iam pugiones in sinu amicorũ ab-
sconderat, iam insidijs M. Antonij consulis latus petierat, iam
fuerat collega *proscriptoris: sed cum annũ quadragesimum
transisset, & in Gallia moraretur, delatum est ad eum iudiciũ,
L. Cinnam stolidi ingenij uirum insidias ei struere. Dictum est
& ubi & quãdo, & quemadmodum aggredi uellet. Vnus ex
conscijs deserebat. Constituit se ab eo uindicare. Cõsiliũ ami-
corum aduocari iussit, Nox illi inquieta erat, cum cogitaret
adolescẽtẽ nobilem, hoc detractõ integrum, Cn. Pompei nepo-
tẽ damnandum. Iam unum hominẽ occidere non poterat, cum
M. Antonio proscriptionis edictum inter coenã dicitur. Ge-
mens subinde uoces emittebas uarias, & inter se contrarias.
Quid ergo? ego percussorẽ meum securum ambulare patiar,
me sollicito? Ergo non dabit poenas, qui tot ciuilibus bellis fru-
stra petitũ caput, tot naualibus, tot pedestribus prælijs inco-
lume, postquã terra mariq; pax parta est, non occidere consti-
tuat, sed immolare? Nam sacrificantẽ placuerat adoriri. Rur-
sus silentio interposito, maiore multo uoce sibi, quã Cinnæ
irascatur. Quid uiuis, si perire te tam multorum interest?
Quis finis erit suppliciorũ? Quis sanguinis? Ego sum nobili-
bus adolescẽtulis expositum caput, in quod mucrones acuant.
Nõ est tanti uita, si ut ego nõ peream, tam multa perdẽda sunt.
Interpellauit tandẽ illũ Liuia uxor. Et admittis, inquit, mulie-
bre consiliũ? Fac quod medici solent, qui ubi usitata remedia
nõ procedunt, tentant cõtraria. Seueritate nihil adhuc profeci-
ssi, Saluidienũ Lepidus secutus est, Lepidum Murena, Murenã
Cæpio, Cæpionẽ Egnatius, ut alios taceam, quos tantum ausos
pudet:

*proscriptio-
nis:

pudet : nunc tenta quomodo tibi cedat clementia. Ignosce L.
 Cinna. deprehensus est. iam nocere tibi nō potest, prodesse fi-
 mae tuae potest. Gaius quod aduocatum inuenerat, uxori que-
 dem gratias egit : renunciari autem extemplo amicis, quos in
 consiliū rogauerat, imperauit, & Cinna unū ad se accersit, de-
 missisq; omnibus egressus est ē cubiculo. Cum alteram Cinna
 poni cathedram iussisset, Hoc, inquit, primū à te peto, ne me lo-
 quentē interpellas, ne medio sermone proclames, dabitur tibi
 loquendi liberum tēpus. Ego te Cinna cum in hostium castra
 inuenissem, non factum tantum mihi inimicū, sed natum serui-
 ui, patrimonium tibi omne concessi. Hodie tam felix es, & tam
 diues, ut uictō uictores inuideant. Sacerdotiū tibi petenti, pro-
 teritis compluribus, quorum parentes mecum militauerant,
 dedi. Cum sic de te meruerim, occidere me cōstituisi. Cum ad
 hanc uocem exclamasset, procul hanc ab se abesse dementiam,
 Non praestas, inquit, fidem Cinna, conuenerat, ne interloque-
 reris. Occidere, inquam, me paras: adiecit locum, socios, diem,
 ordinem insidiarum, cui commissum esset ferrum. Et cum de-
 fixum uideret, nec ex conuentione iam, sed ex conscientia re-
 centem, Quo, inquit, hoc animo facis? Vt ipse sis princeps? Ma-
 le mehercule cum Repub. agitur, si tibi ad imperandum nihil
 praeter me obstat. Domum tuam tuam non potes. Nuper liber-
 tini hominis gratia, in priuato iudicio superatus es. Adeo ni-
 hil facilius potes, quàm contra Caesarem aduocare? Cecidit
 spes tuas solus impedio, Paulus ne te, & Fabius Maximus, &
 Cossi, & Seruiliij ferent, tantumq; agmen nobilium non inania
 nomina praesferentium, sed eorum, qui imaginibus sui decorati
 sint? Ne totam eius orationem repetendo, magnam partem
 uoluminis occupem : diutius enim quàm duabus horis locutum
 esse constat, cum hanc poenam, qua sola erat contentus futu-
 rus, extenderet, Vitam tibi, inquit, Cinna iterum do, praeter
 hosti-

hosti,
 amicit
 tibi de
 questu
 habuit
 titus e

CA

set, qui
 totam
 castris
 nes, &
 Ipsum
 nos tul
 mum,
 enim il
 salutē
 dit, qu
 suisset.
 bus ser
 August
 nullam
 acerbi
 litate e
 re illu
 adulter
 missis
 cum sc
 sangui

CA

annis u
 cit, ad

hosti, nunc insidiatori ac parricidæ. Ex hodierno die inter nos amicitia incipiat. Contendamus utrum ego meliore fide uitam tibi dederim, an tu debeas? Post hæc detulit ultro consulatum, questus, quod non auderet petere. Amicissimum fidelissimumq; habuit, hæres solus fuit illi. Nullis amplius insidijs ab ullo petitus est.

CAP. X. Ignouit abauus tuus uictis. Nam si non ignouisset, quibus imperasset? Salustium, & Cocceios, & Duillios, & totam cohortem primam interioris admissionis, ex aduersariorum castris conscripsit. Nam Domitios, Messalas, Asinios, Cicrones, & quicquid floris in ciuitate erat, clementiæ suæ debebat. Ipsum Lepidum quamdiu mori passus non est. Per multos annos tulit ornamenta principis retinentem. Et pontificatum maximum, non nisi mortuo illo transferri in se passus est. Maluit enim illum honorem uocari, quam spoliū. Hæc eum clementia ad salutem securitatemq; perduxit, hæc gratum ac fauorabile reddidit, quamuis nondum subactis Reipub. ceruicibus manum imposuisset. Hæc hodieq; præstat illi famam, quæ uix uiuis principibus seruit. Deum esse non tanquam iussi credimus bonum principem Augustum, & bene illi conuenisse parætis nomen fatemur: ob nullam aliam causam, quam quod contumelias quoq; suas, quæ acerbiores principibus solent esse, quam iniuriæ, nulla credulitate exequabatur: quod probrosis in se dictis arrisit, quod dare illum poenas apparebat, cum exigeret: quod quoscunq; ob adulterium *familiæ suæ damnauerat, ad eum non *occidit, ut dimissis quo tutiores essent diplomata daret. Hoc est ignoscere,

* filiæ
* odit,

cum scias multos futuros, qui pro te irascantur, & tibi alieno sanguine gratificantur, non dare tantum salutem, sed præstare.

CAP. XI. Hæc Augustus senex, aut iam in senectutem annis uergentibus. In adolescentia caluit. Arsit ira, multa fecit, ad quæ iniutus oculos retorquebat. Comparare nemo man-

*potius quã
naturam.

*incompre-
hensibilis

suetudini tuæ audebit diuum Augustum, etiam si in certamen
iuueniliũ annorum deduxerit senectutem *plus quã maturã.
Fuerit moderatus & clemens, nempe post mare Acciacũ Ro-
mano cruore infectũ, nẽpe post fractas in Sicilia classes, et suas
& alienas, nempe post Perusinas aras & proscriptiones. Ego
uerò clementiã non uoco lassam crudelitatem. Hęc est Cæsar
clementia uera, quam tu præstas, quæ non sæuitiæ poenitentia
cepit. Nullam habere maculã, nunquam ciuilem sanguinem su-
disse. Hęc est in maxima potestate, uerissima animi tẽperan-
tia, & humani generis *comprehensibilis amor, non cupidita-
te aliqua, non temeritate incendi, non priorũ principũ exem-
plis corruptis, quantũ in ciues suos liceat experiendo tentare,
sed hebetare aciẽ imperij sui. Præstitisti Cæsar ciuitatem in-
cruentam, & hoc quod magno animo gloriatus es, nullam te
toto orbe stillam cruoris humani misisse: quo maius est mira-
biliusq; quod nulli unquã citius gladius cõmissus est. Clemen-
tia ergo non tantũ honestiores, sed tutiores præstat, ornamen-
tumq; imperiorũ est simul & certissima salus: cũ reges conse-
nuerint, liberisq; ac nepotibus tradiderint regna, tyrannorum
execrabilis, ac breuis potestas est. Quid interest inter tyrãni
& regẽ? Species enim ipsa fortunæ ac licetiã par est, nisi q. ty-
rãni in uoluptate sæuiũt, Reges nõ nisi ex causa ac necessitate.

C A P. XII. Quid ergo, non reges quoq; occidere solent?
Sed quoties id fieri publica uilitas persuadet. Tyrãnis sæuitia
cordi est. Tyrannus autẽ à rege distat factis, non nomine. Nã
& Dionysius maior iure meritoq; præferri multis regibus
potest. Et L. Syllã appellari tyrannum quid prohibet, cui occi-
dendi finem fecit inopia hostium? Descenderit licet è dictatura
sua, & se togæ reddiderit, quis tamẽ unquã tyrãnus tam atide
humanũ sanguinẽ bibit, quã ille qui septem milia ciuium Ro-
manorum contrucidari iussit? Et cũ in uicino ad ædẽ Bellona

sedens

sedens
mentio
pauca
le uid
subus
corpor
tia effi
uerq;
quibus
gna od
securu
fit, qui
uersu,
Ignaru
Temp
& ext
experi
dem à
fugera
ultima
tus, m
quiesce
na anin
quibus
enim se
titur, u
necessse

C A
uolunta
mentis
homin

sedens ex audisset conclamationem, tot millium sub gladio gementium, exterrito senatu, hoc agamus, inquit, P. C. Seditiosi pauculi meo iussu occiduntur. * Hic non est metitus, pauci Syl-
 lae uidebantur. Sed mox de Sylla consequemur, quomodo hostibus irascendū sit, utiq; si in hostile nomen ciues, & ex eodē corpore abrupti transierint. Interim hoc quod dicebā clementia efficit, ut magnum inter regem tyrannūq; discrimen sit, utiq; licet non minus armis ualletur: sed alter arma habet, quibus in munimentū pacis utitur, alter ut magno timore, magna odia compescat. Nec illas ipsas manus, quibus se comisit, securus aspicit. Contrarijs in contraria agitur. Nam ut inuisus sit, quia timetur: timeri uult, quia inuisus est, & illo execrabili uersu, qui multos dedit precipites, utitur, Oderint dū metuāt. Ignarus quanta rabies oriatur, ubi supra modū odia creuerūt. Temperatus enim timor cohibet animos, assiduus uerò et acer, & extrema admouens, in audaciā iacentes excitat, & omnia experiri suadet. Sic feras lineæ & pinne clausas continent, easdem à tergo eques telis incessat, tentabunt fugam per ipsa quæ fugerant, proculcabuntq; formidinē. Acerrima uirtus est, quā ultima necessitas extundit: relinquat oportet securi aliquid metus, multoq; plus spei quā periculorum ostendet. Alioquin ubi quiescenti paria metuūtur, incurrere in pericula iuuat, et aliena anima abuti. Placido tranquilloq; regi fida sunt auxilia sua, quibus ad communē salutē utatur. Gloriosusq; miles, publicæ enim securitati dare operam uidetur, omnem laborem libēs patitur, ut parentis custos. At illum acerbum & sanguinarium necesse est grauentur stipatores sui.

CAP. XIII. Non potest habere quisquā bonæ ac fidæ uoluntatis ministros, quibus in tormentis & eculeo, & feramentis ad mortē paratis utitur, quibus non aliter quàm bestijs homines obiectat, omnibus reis noxior ac sollicitior, ut qui ho-

mines deosq; testes ac iudices facinorū timeat, eò per ductus ut non liceat illi mutare mores. Hoc enim inter cætera uel pessimum habet crudelitas, Perseuerandū est, nec ad meliora patet regressus. Scelera enim sceleribus tuenda sunt. Quid autem eo infelicius, cui iam esse malū necesse est? O miserabile illum, sibi certe: nā cæteris misereri eius nefas sit, qui cædibus ac rapinis potentiā exercuit, qui suspecta sibi cuncta reddidit, tam externa quàm domestica, cū arma metuat, ad arma cōfugiens, non amicorum fidei credens, non liberorū pietati. Qui ubi ac cū pexit quæq; fecit, quæq; facturus est, & conscientia suā plenam sceleribus ac tormentis adaperuit, sæpe mortē timet, sæpius optat, inuisior sibi quàm seruientibus. E contrario is cui curæ sunt uniuersa, quia alia magis, alia minus tuctur, nullam non Reipub. partē tanquam sui nutrit, inclinatus ad mitiora, etiam si ex usu est animaduertere, ostēdens quàm inuitus aspero remedio manus admoueat, in cuius animo nihil hostile, nihil efferrū est, Qui potentiā suā placide ac salutariter exercet, approbare imperia sua ciuibus cupiens. Felix abunde sibi iustus, si fortunam suā publicauerit, sermone affabilis, accessuq; facialis, uultu qui maximè populos demeretur, amabilis, æquis desiderijs propensus, & iniquis acerbus: à tota ciuitate amatur, defenditur, colitur. Eadē de illo homines secreto loquuntur, quæ palam. Tollere filios cupiunt, & publicis malis sterilitas in dicta recluditur. Bene se meriturū de liberis suis quisq; non dubitat, quibus tale seculū ostēderit. Hic princeps suo beneficio tutus, nihil præsidijs eget, arma ornamenti causa habet.

CAP. XIII. Quod ergo officium eius est? Quod bonorum parentū, qui obiurgare liberos nonnunquā blande, nonnunquā minaciter solent, Aliquādo admonere etiā uerberibus. Nunquid aliquis sanus filium à prima offensa exheredit. Nisi magnæ & multæ iniuriæ patientiam euicerint, nisi plus est

quod

quod
filium
iam pe
Nemo
sump
pellau
tera e
Augu
titulor
appell
perati
sibi pa
cupiat
enim e
qui nin
quia fi
confid
trum c
C A
dio* ex
conten
tinuit,
Hæc li
nus pe
quæ is
exemp
gnitor
stum.
Nō di
futura
& his

quod timet, quàm quod damnat, non accedit ad decretorium
 stulum. Multa ante tentat, quibus dubiâ indolem & peiore loco
 iam positam reuocet: simul deplorata est, ultima experitur.
 Nemo ad supplicia exigenda peruenit, nisi qui remedia con-
 sumpsit. Hoc quod parenti, etiâ principi faciendū est, quē ap-
 pellauimus patrem patriæ, non adulatione uana adducti. Cæ-
 tera enim cognomina honori data sunt. Magnos & Felices et
 Augustos diximus, & ambitiose maiestati quicquid potuimus
 titulorū congesimus, illis hoc tribuentes. Patrem quidē patriæ
 appellamus, ut sciret datam sibi potestatem * patriâ, quæ est tem-
 peratissima, liberis consulens, suâq; post illos reponens. Tardē
 sibi pater membra sua abscidat, etiâ cum absciderit, reponere
 cupiat, & in abscidendo gemat, cunctatus multū diuq;. Prope
 enim est ut libenter damnet, qui cito. Prope ut inique puniat,
 qui nimis. * Erixonem equitem Romanum, memoria nostra, * Trixonem:
 quia filium suum flagellis occiderat, populus in foro graphijs aliàs Buxo-
 confodit. Vix illum Augusti Caesaris autoritas infestis tam pa-
 trum quàm filiorum manibus eripuit. nem.

CAP. XV. Tarium qui filium deprehensum in parrici-
 dio * exilio damnauit: causa cognita, nemo non suspexit, quod * consilio
 contentus exilio, & exilio delegato Masiæ parricidam con-
 tinuit, & annua illi præstitit, quanta præstare integro solebat.
 Hæc liberalitas effecit, ut in qua ciuitate nunquã deest patro-
 nus peioribus, nemo dubitaret, quin reus merito dānatus esset,
 quē is pater damnare potuisset, qui odisse nō poterat. Hoc ipso
 exemplo dabo, quem cōpares bono patri bonū principē. Co-
 gniturus de filio Tarius, aduocauit in consiliū Cæsarem Augu-
 stum. Venit in priuatos penates, assedit, pars alieni cōsiliij fuit.
 Nō dixit, imò in meâ domū ueniat. Quod si factū esset, Cæsaris
 futura erat cognitio, non patris. Audita causa, excusisq; oibus,
 & his quæ adolescēs pro se dixerat, & his quibus arguebatur,

petit, ut sententiam suam quisq; scriberet, ne ea oim fieret, quæ
 Cæsaris fuisset. Deinde priusquam aperirētur codicilli, iuravit
 se Tarii hominis locupletis hereditatem non aditurum. Dicit
 aliquis, pusillo animo, timuit, ne uideretur locum spei suæ ape-
 rire uelle filij dānatione. Ego contra sentio. Quilibet nostrum
 debuisse aduersus opiniones malignas satis fiducia habere in
 bona consciētia, Principes multa debent etiam famæ dare. Iu-
 ravit se non aditurum hereditatem. Tarius quidem eodem die
 & alterum heredem perdidit, sed Cæsar libertatem sententiæ
 suæ redemit: & postquam approbavit gratuitam esse *seueri-
 tatem suam, quod principi semper curandum est, dixit rele-
 gandum quò patri uideretur. Non culeum, non serpentes, non
 carcerem decreuit, memor non de quo censeret, sed cui in con-
 silio esset. Mollissimo genere pœnæ contentum esse debere pa-
 trem dixit, in filio adolescentulo impulsio in id scelus, in quo se
 quod proximum erat ab innocentia, timide gessisset, debere
 illum ab urbe & à parentis oculis submoueri.

*sententiam
 suam,

CAP. XVI. O dignū, quē in consiliū patres aduocarent.
 O dignum, quē coheredem innocētibus liberis scriberent. Hæc
 clementia principē decet, ut quocunq; uenerit, mansuetiora oia
 faciat. Nemo regi tam uilis sit, ut illum perire nō sentiat, qualif-
 cunque pars imperij est. In magna imperia ex minoribus peti-
 mus exēplum. Non est unum imperandi genus, Imperat prin-
 ceptor ciuibus suis, pater liberis, præceptor discipulis, tribunus
 uel centurio militibus. Non ne pessimus pater uidebitur, qui af-
 fiduis plagis liberos etiam ex leuissimis causis compesceret?
 Vter autē præceptor liberalibus studijs dignior, qui excarni-
 ficat discipulos, si memoria illis nō constiterit, aut si parū agi-
 lis in legendo oculus hæserit: an qui monitionibus & uerecun-
 dia emendare ac docere malit? Tribunum centurionemq; da-
 seuum, desertores faciet, quibus tamē ignoscitur. Nunquid nam

a quum

æquum est, grauius homini & durius imperari, quàm imperatur animalibus mutis? Atqui equum non crebris uerberibus exteret, domandi peritus magister. Fiet enim formidolosus & contumax, nisi eum tactu blandiente permulseris. Idem facit uenator, qui instituit catulos uestigia sequi, quiq; iam exercitatis uitur ad excitandas uel persequendas feras, Nec crebro illis minatur: contunditur enim animus, & quicquid est indolis comminuitur trepidatione degeneri: nec licentiam uagandi errandiq; passim concedit. Adijcias his licet, tardiora agentes iumenta, quæ cum ad contumelias & miseras nata sint, nimia seuitia coguntur iugum detrectare.

CAP. XVII. Nullum animal morosius est, nullū maiore arte tractandū quàm homo. Nulli magis parcendū. Quid enim stultius, quàm in iumentis quidem & canibus erubescere iram exercere, pessima autem conditione hoīem esse. Morbis medemur, nec irascimur. Atqui & hic morbus est animi, mollem medicinā desiderat, ipsumq; medetem minime infestum ægro. Mali medici est desperare, ne curet. Idem in his quorū animus affectus est, facere debet, cui * tradita salus oīm est, non cito spem proijcere, nec mortifera signa pronūciare. Luclatur cum uitijs, resistat, Alijs morbum suū exprobret, quosdam * morbi * curacione decipiat, citius meliusq; sanaturus remedijs fallentibus. Agat princeps curam, non tantū salutis, sed etiam honestæ cicatricis. Nulli regi gloria est ex seua animaduersione. Quis enim dubitat posse? At contra maxima, si uim suam continet, si multos iræ alienæ eripuit, neminem suæ impendit.

CAP. XVIII. Seruis imperare moderate laus est, & in principio cogitandū est, non quantum illud impune pati possit, sed quantum tibi permittat æqui boniq; natura, quæ parcere etiam captiuis, et pretio paratis iubet. Quāto iustius his iubet, tanto iustius hominibus liberis, ingenuis, honestis, nō ut manci-

* credita

* molli

pijs abuti, sed his quos gradu antecedit, quorumq; tibi nõ tradita seruitus, sed tutela. Seruis ad statuam licet confugere, cum in seruum omnia liceant. Est aliquid quod in homine licere cõmune ius animantium uetet. Quis non Vedium Pollionem peius oderat, quàm serui sui, quòd murenas sanguine humano sanguinabat, et eos qui se aliquid offenderant in uiuariũ quid aliud quàm serpentibus abijci iubebat. O hominẽ mille mortibus dignum, siue deuorandos seruos abijciebat murenis quas esurus erat, siue in hoc tantum illas alebat, ut sic aleret. Quemadmodum domini crudeles tota ciuitate cõmonstrantur, inuisiq; & detestabiles sunt: ita regum & iniuria latius patet & infamia, atq; odium seculis traditur. Quanto autem nõ nasci melius fuit quàm numerari inter publico malo natos.

CAP. XIX. Excogitare nemo quicquã poterit, quod magis decorum regenti sit quàm clementia, quocunq; modo is, & quocunq; iure prepositus cæteris erit. Eo scilicet formosius id esse, magnificentiusq; fatebimur, quo in maiori preestabitur potestate, quã non oportet noxiam esse, *si ad naturæ legem cõponitur. Natura enim cõmentata est regem, quod et ex alijs animalibus licet cognoscere, & ex apibus, quarum regi amplissimum cubile est medioq; ac tutissimo loco. Præterea onere uacat, exactor alienorum operum, & amisso rege, totum dilabatur examen. Nec unquã plus unum patiuntur, melioremq; pugna querũt, Præterea insignis regi forma est, dissimilisq; cæteris, tũ magnitudine, tũ nitore. Hoc tamen maximè distinguitur: iracundissimæ, ac pro corporis captu pugnacissimæ sunt apes, & aculeos in uulnere relinquunt, Rex ipse sine aculeo est. Noluisset illum natura, nec seuum esse, nec ultionẽ magno constaturam petere, telumq; detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exẽplar hoc magnis regibus ingens. Est enim illi mos exere se in paruis, & ingentiũ rerum documenta minima agere.

*sed ad naturæ legem cõpositam.

Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores, cum tanto hominū moderatior esse animus debeat, quāto uehemētius nocet. Vtinam quidē eadem homini lex esset, & ira cum telo suo frangeretur, nec sēpius liceret nocere quā semel, nec alienis uiribus exercere odia. Facile enim lassaretur furor, si per se sibi satisfāceret, & si mortis periculo uim suam effunderet. Sed ne nunc quidē illi cursus tutus est. Tantum enim necesse est timeat, quantū timeri uoluit, & manus oīm obseruet, et eo quoq; tempore quo non captatur, peti se iudicet, nullumq; momētum immune à metu habeat. Sed quis hāc uitā ægram sustinet? cum liceat innoxii alijs, & ob hoc securū salutarem potētiam eius, letis omnibus, tractare? Errat enim siquis existimat tutū esse ibi regem, ubi nihil à rege tutū est. Sed securitas securitate mutua paciscenda est. Non opus est instruere in altum editas arces, nec in ascensum arduos colles emunire, nec latera mōtium abscindere, multiplicibus se muris turribusq; sepire. Saluū regem in aperto clementia præstabit. Vnum est inexpugnabile munimentum, amor ciuium. Quid pulchrius est, quā uiuere optantibus cunctis, & uota non sub custode nuncupantibus. Si paulum ualūdo titubauit, non spem hominū excitari, sed metum? Nihil esse cuiquā tam pretiosum, quod nō pro salute præsidis sui cōmutatum uelit? Omne illi quod contingit, sibi quoq; euenire deputet. In hoc assiduis bonitatis argumentis probauit, non Rempub. suam esse, sed se Reipublicæ. Quis huic audeat struere aliquod periculum? Quis ab hoc nō si possit fortunam quoq; auertere uelit, sub quo iustitia, pax, pudicitia, securitas, dignitas, florent, sub quo opulenta ciuitas, copia bonorū omnium abundat? Nec alio animo rectorem suum intuetur, quā si Dij immortales potestatem uisendi sui faciant, intueremur uenerantes colentesq;. Quid autem, non proximum illis locum tenet, is qui se ex deorum natura gerit, beneficus ac largus, &

in melius potens? Hoc affectare, hoc imitari decet, Maximum ita haberi, ut optimus simul habeatur.

CAP. XX. Duabus de causis punire princeps solet, si aut se uindicat, aut alium. Prius de ipsa parte disseram, quæ ipsum cõtingit. Difficilius est enim moderari, ubi dolori debetur ultio, quàm ubi exemplo. Superuacuum est hoc loco admonere, ne facile credat, ut uerũ excutiat, ut innocentie faueat, ut appareat, nõ minus rem agi rei periclitantis, quàm iudicis. Hoc autem ad iustitiam, non ad clementiam pertinet. Nunc illum hortamur, ut manifeste læsus, animum in potestate habeat, & poenam si tuto poterit, donet, sin minus, temperet, longeq; sit in suis, quàm in alienis exorabilior iniurijs. Nam quæ admodum non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille qui quod alteri donat, sibi detrahit: ita clementem uocabo, non in alieno dolore facilem. sed cum qui cum suis stimulis exagitetur, non prosilit, qui intelligit magni animi esse iniurias in summa potetia pati, nec quicquam esse gloriosius principe impune læso.

CAP. XXI. Ultio duas res præstare solet, aut solatium affert ei qui accipit iniuriã, aut in reliquũ securitatẽ. Principis maior est fortuna, quàm ut tali solatio egeat, manifestiorq; uis, quàm ut alieno malo opinionem sibi uirium querat. Hoc dico, cũ ab inferioribus petitus uiolatusq; est. Nã si, quos pares aliquando habuit, infra se uidet, satis uindicatus est. Regẽ et seruus occidit, & serpens, & sagitta. Seruauit quidẽ nemo, nisi maior eo quem seruauit. Vti itaq; aiose debet tanto munere deorum, dandi auferendiq; uitã potens: in his præsertim, quos scit aliquando suo fastigio obstitisse, hoc arbitriũ adeptus, ultionẽ impleuit, perfecitq; quãtum ueræ poenæ satis erat. Perdidit enim uitã q̄ debet, et q̄sq; ex alto ad inimici pedes abiectus, alienã de capite suo *regiãq; sententiã expectauit, in seruatoris sui gloria uiuet, plusq; nomini eius cõferet incolumis, quã si ex oculis

* quos scit aliquando par
sibi fastigio
obtinuisse,
* regio

ablatus

ablatus esset? Assiduum enim spectaculum alienæ uirtutis est, in triumpho cito transisset. Si uero regnum quoque suum tuto relinqui apud eum potuit, reponique eò unde deciderat, ingenti incremento surgit laus eius, qui contentus fuit, ex rege uictò nihil præter gloriam sumere. Hoc est etiam ex uictoria sua triumphare, testarique nihil se quod dignum esset uictore apud uictos inuenisse? Cum ciuibus & ignotis atque humilibus eò moderatius agendum est, quò minoris est affluxisse eos. Quibusdam libenter parcas, à quibusdam te uindicare fastidias, & non aliter quàm ab animalibus paruis & obterentem inquinantibus, reducenda manus est. At in his qui in ore ciuitatis seruati puniri que erunt, occasione notæ clementiæ utendum est.

CAP. XXII. Transcamus ad alienas iniurias, in quibus uindicandis hæc tria lex secuta est, quæ princeps quoque sequi debet: aut ut eum quem punit, emendet, aut ut pœna eius ceteros meliores reddat, aut ut sublatis malis securiores ceteri uiuant. Ipsos facilius emendabis minore pœna. Diligentius enim uiuit, cui aliquid integri superest. Nemo dignitati perditæ parcat. Impunitatis genus est, iam non habere pœna locum. Ciuitatis autem mores, magis corrigit parcitas animaduersionum. Facit enim consuetudinem peccandi multitudo peccantium. Et minus grauis nota est, quam turba damnatorum leuat, & seueritas, quod maximum remedium habet, assiduitate amittit auctoritatem. Constituit bonos mores ciuitati princeps, & uitia eius compescit, si patiens eorum est, non tanquam probet, sed tanquam inuitus & cum magno tormento ad castigandum ueniat. Verecundiam peccandi facit ipsa clementia regentis. Grauior multo pœna uidetur, quæ à miti uiro constituitur. Præterea uidebis ea sæpe committi, quæ sæpe uindicantur.

CAP. XXIII. Pater tuus plures intra quinquennium culco insuit, quàm omnibus seculis insutos accepimus. Multo

natus

* uitia eius facilius repri-
mit,

minus audebant liberi nefas ultimum admittere, quamdiu sine lege crimen fuit. Summa enim prudētia altissimi iuri, & rerum naturæ peritissimi maluerunt, uelut incredibile scelus, & ultra audaciam positum præterire, quàm dum uindictant, ostendere posse fieri. Itaq; parricidæ cum lege cœperunt, & illis facinus pœna monstrauit. Pessimo loco pietas fuit, postquam sepius culeos uidimus, quàm cruces. In qua ciuitate raro homines puniuntur, in ea consensus fit innocentia, & indulgetur uelut publico bono. Putet se innocentē esse ciuitas, erit. Magis irascitur à cōmuni frugalitate deciscētibus, si paucos eos esse uiderit. Periculosum est, mihi crede, ostēdere ciuitati, quāto plures mali sint.

CAP. XXIII. Indicta est aliquādo à senatu sententia, ut seruos à liberis cultus distingueret. Deinde apparuit quantum periculū immineret, si serui nostri numerare nos cœpissent. Idē scito metuendū esse, si nulli ignoscitur. Cito apparebit, pars ciuitatis deterior quāto prægriuet. Nō minus principi turpia sunt multa supplicia, quā medico multa funera. Remissius imperanti, melius paretur. Natura cōtumax est humanus animus, & in contrariū atq; arduū nitens, sequiturq; facilius quàm ducatur. Et ut generosi atq; nobiles equi, melius facili freno reguntur, ita clementiā uoluntaria innocētia impetu suo sequitur, & dignam putat ciuitas, quam seruet sibi. Plus itaq; hac uia proficitur. Crudelitas minime humanum malum est, indignū tam muti animo. Ferina ista rabies est, sanguine gaudere ac uulneribus, & abiecto homine, in syluestre animal transire.

CAP. XXV. Quid enim interest oro te Alexander, Iconi Lysimachus obijcias, an ipse laceres dentibus tuis? Tuum illud os est, tua illa feritas. O quā cuperes tibi potius unguis esse, tibi rictum illum edendorum hominū capacem. Non exigimus à te, ut manus ista, exitium familiarium certissimū, ulli salutaris sit, ut iste animus ferox, insatiabile gentiū malum, ci-

tra sang
dendum
uel max
solitos
uocat, in
dolor, et
bus ad i
luptatem
tergo se
culis* pe
nunquam
uenitur.
net. Qu
tur. Scr
aliqua s
fontes p
cepit, be
mala, in
perturb
conclan
tur. Su
aquam
depasta
CA
manus
populic
dere ag
xerunt.
ab illis
eo quisq
nequitia

tra sanguinem eademq; satiatur. Clementia uocatur, si ad occidendum amicū, carnifex inter homines eligitur. Hoc est, quare uel maxime abominanda sit seuitia, quod excedit fines, primū solitos, deinde humanos. Noua supplicia conquirat, ingenū aduocat, instrumēta excogitat, per quæ uarietur atq; extendatur dolor, et delectetur malis hominū. Tūc ille ditinus animi morbus ad insaniam peruenit ultimā, cum crudelitas uersa est in uoluptatem, & iam occidere hominem iuuat. Nam talem uirum à tergo sequitur euersio. Odiā, uenena, gladij. Tam multis periculis petitur, quā multorū ipse periculum est priuatisq; nōnunquam consilijs, aliās uerò consternatione publica circumuenitur. Leuis enim & priuata perniciēs non totas urbes mouet. Quod late furere cœpit, & omnes appetit, undiq; configitur. Serpentes paruulæ fallunt, nec publice consequuntur: ubi aliqua solitam mensuram transit, & in mōstrum excreuit, ubi fontes potu infecit, & si affluit, decurrit, obteritq; quacunq; incessit, balistis petitur. Possunt uerba dare, & euadere pusilla mala, ingentibus obuiam itur. Sic unus æger, nec domum quidē perturbat: at ubi crebris mortibus pestilentiam esse apparuit, conclamatio ciuitatis, ac fuga est, & dijs ipsis manus intenduntur. Sub uno aliquo tecto flamma apparuit, familia uiciniq; aquam ingerunt. At incendium uastum, & multas iam domos depastum, parte urbis obruitur.

CAP. XXVI. Crudelitatem priuatorum, seruiles quoq; manus sub certo crucis periculo ultæ sunt? Tyrannorum gētes populiq; & quorū erat malū, & hi quibus imminēbat, excindere aggressi sunt. Aliquando sua præsidia in ipsos consurrexerunt, perfidiamq; & impietatem, & feritatem, & quicquid ab illis didicerant, in ipsos exercuerunt. Quid enim potest ab eo quisquā sperare, quem malum esse docuit? Non diu apparet nequitia, nec quantū uidetur tantū peccat. Sed puta tutam esse

crude

* patitur: als,
patet,

* impunitatem,

crudelitatem, quale eius regnū est? Non aliud quam captarum urbū forma, & terribiles facies publici metus. Omnia mœsta, trepida, & confusa. Voluptates ipsæ timentur. Non cōiuiua securā incunt, in quibus lingua solícite etiam ebrijs custodienda est. Non spectacula, ex quibus materia criminis ac periculi quæritur. Apparantur licet, inquit, magna impensa, & regijs opibus, & artificum exquisitis nominibus, quæ tamen è ludō in carcerem ire iuuēt? Quod istud dij boni malum est, occidere, sœuire, delectari sono cathenarum, & ciuium capita decidere, quocunq; uentum est multū sanguinis fundere, aspectu suo terere ac fugare. Quæ alia uita esset, si leones ursiq; regnarent? Si serpentibus in nos, ac noxiosissimo cuiq; animali daretur potestas? Illa rationis expertia, & à nobis immanitatis crimine damnata abstinent suis, & tuta est etiam inter feras similitudo morum. Apud homines tamen nec à necessarijs quidem rabies temperat sibi, sed externa suaq; in æquo habet, quo possit exercitior à singulorum cædibus, deinde in exitia gentium serpere, & iniicere tectis ignem: aratrū uetustis urbibus inducere, potentiam putat, & unum occidi aut alterum, parū imperatorium credit: nisi eodē tempore grex miserorū subiectus stetit, crudelitatem suam in ordinem coactam putat. Felicitas illa, multis salutem dare, & ad uitam ab ipsa morte reuocare, & mereri clementia ciuicam. Nullum ornamentum principis fastigio dignius pulchriusq; est, quam illa corona ob ciues seruatos. Non hostilia arma detracta uictis, nō currus barbarorum sanguine cruentati, non parta bello spolia. Hæc diuina potentia est, gregatim ac publice seruare, multos autem occidere & indiscretos, incendij ac ruinae potentia est.

ANNOT. IN LIB. DE CLEMENTIA.

Cap. 8. statim in principio. Quid tu nō experieris istud nobis esse ibi seruitutem. Ita prior æditio. Rodolphus annotarat. Quid istud non

non exp
Cap.
tum. er
Cap.
tionē
ris adm
Cap. 1
Tolerat
Cap.
In uetu
& pinn
dolphus
Sic feras
tentabur
mibi uic
fatis erat
Cap.
tutissim
Cap. 1
tarde sibi
facienda
subditos
Cap. 1
tarat illi
& exere
lectio, in
Immu
mus, nu
ægram t
salutarem
bebat,ur
motatur
Omn
Lectio
Omne i
erat, om
Cap.
quā in iu
periclitat
si unam

non experiris istud non esse tibi seruitutem.

Cap. 9. Seruatum seruauit. In aliis erat, sed natum, ut referatur ad factum, erat enim in hostium castris natus, aut hostium filius.

Cap. 10. Cohortem primam admisionis ex &c. In quadam additione erat, uiris admisionis: pro quo Rodolphus annotarat, interioris admisionis.

Cap. 11. Cōprehensibilis amor. Rodolphus legit: incōprehensibilis. Tolerabilis erat prior lectio, si comprehensibilis accipiatur actiue.

Cap. 12. Sic feras lineas & pinna cōclusas cōtineas, telis incesfi &c. In uetustissimo, licet deprauate scripto, sic habebatur, Sic feras lineas & pinnae elusas, contine, easdem à tergo eques telis incesfat &c. Rodolphus pauculis syllabis in suo codice mutatis, legit hūc in modum, Sic feras lineas & pinna conclusas contineas, iubeasq; telis incesfi, tenent fugam, per ipsa quæ fugerant. Quanquam coniunctio, q; mihi uidetur redundare: quin & illud contineas, uidetur supposititiū. satis erat, si iubeas telis incesfi.

Cap. 13. Omnibus rebus noxior. Rodolphus legit, reis noxior, uetustissimus habebat, rerum noxior.

Cap. 14. Tradi sibi pater membra sua abscindat. Rodolphus legit, tarde sibi pater membra sua abscindat. Sentit principi bono omnia facienda, priusquam ueniat ad extrema supplicia, eo quod omnes subditos pro suis membris ducat.

Cap. 15. Est enim illi mos exercere se in paruīs. Rodolphus mutat illis, sed perperam: pronomen enim refert naturam non reges, & exetere pro exercere legendum censeo. Rursum commodior erit lectio, ingentium rerum documenta, per minimas agere.

Immune amet. Hūc locum uarie deprauatum hoc pacto restitui-mus, nullumq; momentum immune à metu habeat, Hanc aliquis negram uitam sustinet, cum liceat innoxium aliis, ob hoc securum, salutarem potentiam eius, lætis omnibus tractare? Siquidem ante habebatur, immune amet habeat, pro à metu habeat. Suspicio, & aliis mutatum fuisse. pro atq; deinde eius pronomen uidetur redundare.

Omne illo cui cōtingit, sibi quoq; uiuere debeat. Ita prior additio. Lectio nem esse mendosam nullus ambigit, Rodolphus ita restituit, Omne illi quod contingit, sibi quoq; euenire debeat. Commodior erat, omne quod illi contingit, sibi quoq; euenire deputer?

Cap. 20. Ut appareat, ut non minorem magis rem periclitantis quam iudicis sciat. Rodolphus ita diuinat, ut non minorem agi rem periclitantis &c. Mihi uideor germanam scripturam deprehendisse, si unam uocem expungamus, ut appareat non minus agi rem periclitantis

clitantis quàm iudicis. Aut si non placet tolli, uerbum sciat, ut mutandum erit, in quod, ut appareat, quod non minorem &c. Quamquam non satis aridet uox, minorem: suspicor fuisse scriptum, non minus rem agi rei periclitantis. Ex, minus rem agi rei, mutarunt, minorem magis, rem.

Cap. 25. Clementia inuocatus, ad occidendum amicum carnifer inter homines eligitur, Nihil est quod Rodolphus diuinat hoc loco. Non dubium est quin legendum sit, clementia uocatur, si ad occidendum &c. Inde quidam codices habebant, inuocatur, in, si, obscurato iota, & mox s. submota, r, adiuncta præcedenti dictioni. Notat enim principum crudelitatem, qui amicos obiciunt bestiis, iuxta illud Maronis,

Si pereo, manibus hominum periisse iuuabit.

Cap. 26. Licet inquit. Hunc locum non uno modo deprauatum, feliciter restituit Rodolphus. Apparentur licet, inquit, magna impensa, & regis opibus, & artificum nominibus, quem tamen è ludo ire in carcerem iuuet?

Quo possint exercitatoria singulorum deinde cædibus in exitu gætium serpere. Sic prior æditio. Rodolphus cum idem inueniret in suo codice, diuinat hunc in modum, quo possit exercitator à singulorum deinde cædibus. Hactenus recte nisi quod duarum uocum ordo uideretur inuertendus, à singulorum cædibus, deinde in, &c. At in his quæ sequuntur non recte, à patrum uetustis urbibus inducere. Legit enim, apertum uetustis urbibus incendium inducere, cum uetustissimus codex haberet, aratrum inducere, quod fieri solet urbibus solo æquatis.

LVCII ANNAEI SE- NECAE DE CLEMENTIA LIBER II.

CAP. I.



VT de clementia scriberem Nero Cæsar, una me uox tua, maxime compulit, quã ego nõ sine admiratione, & cum diceretur, audisse me meminisse, & deinde alijs narrasse. Vocem generosam, magni animi, magnæ lenitatis, quæ non composita, nec alienis

auribus

auribus data, subito crepuit, sed bonitatem tuam cum fortuna tua litigantem in medium adduxit. Animaduersurus in latrones duos Burrus praefectus tuus, uir egregius & tibi principi notus, exigebat a te, scriberes, in quos, & ex qua causa animaduerti uelles. Hoc sepe dilatum, ut aliquando fieret, instabat. Inuitus inuito cum charta protulisset traderetque, exclamasti, uelle nescire literas. O dignam uocem, quam audirent omnes gentes, quae Romanum imperium incolunt, quaeque iuxta iacent dubiae libertatis, quaeque se contra uiribus aut animis attollunt. O uocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius uerba principes regesque iuramentum faciant. O uocem prae generis humani innocentiae: dignam cui redderetur antiquum illud seculum. Nunc profecto consentire decebat ad aequum bonumque, expulsa alieni cupiditate, ex qua omne animi malum oritur, pietatem, integritatemque cum fide ac modestia surgere, & uitia diuturno abusa regno, tandem felici ac puro seculo dare locum.

CAP. II. Futurum hoc Caesar ex magna parte sperare & confiteri libet. Tradetur ista animi tui mansuetudo, diffundeturque paulatim per omne imperij corpus, & cuncta in similitudinem * tui formabuntur a capite. Bona ualuetudo in omnes uegeta est atque erecta, aut languore demissa, prout animus eorum uiget aut marcescit. Et erunt ciues, erunt socij digni hac bonitate: & in totum orbem recti mores reuertentur. Parcetur ubique manibus tuis. Diutius me morari hic patere, non ut blandiar auribus tuis, nec enim mihi hic mos est. Maluerim ueris offendere, quam placere adulando. Quid ergo est praeter id quod bene factis dictisque tuis, quam familiarissimum esse te cupio? ut quod nunc natura et impetus est, fiat iudicium. Illud mecum considero, multas uoces magnas, sed detestabiles in uitam humanam peruenisse, celebresque uulgo ferri, ut illam, oderint, dum metuant. Cui Graecus uersus similis est, qui se mortuo terram misceri ignibus iubet, &

* sui: aliis, tuam

*secūdiore

alia huius notæ. At nescio quomodo ingenia immania et iniuisa materia *secūdiore expresserūt sensus uehementes & cōcitatos. Nullam adhuc uocem audiui ex bono leniq; animosam. Quid ergo est? Ut rarò, inuitus, & cū magna cūctatione, ita aliquādo scribas necesse est: istud quod tibi in odiū literas adduxit: sed sicut facis, cum magna cunctatione, cum multis dilationibus.

*plures

CAP. III. Et ne forte decipiat nos speciosum clementie nomen, & in cōtrarium aliquando abducat, uideamus quid sit clemētia, qualisq; sit, & quos fines habeat. Clementia est tēperantia animi in potestate ulciscendi, uel lenitas superioris aduersus inferiorem in cōsūtūēdis pœnis. *Plura proponere est tutius, ne una definitio parū rem cōprehendat, & ut ita dicā, formula excidat. Itaq; dici potest & inclinatio animi ad lenitatem in pœna exigenda. Illa finitio contradictiones inueniet, quāuis maxime ad uerum accedat. Si dixerimus clementiā esse moderationē aliquid ex merita ac debita pœna remittentē, reclamabitur, nullā uirtutē *cuiquam minus debito facere. Atqui hoc omnes intelligunt, clementiam esse, quæ se flectit citra iā, quod merito constitui posset. Huic contrariā imperiti putant seueritatem, sed nulla uirtus uirtuti contraria est.

*quicquam

CAP. IIII. Quid ergo opponitur clementiæ? Crudelitas, quæ nihil aliud est, quā atrocitas animi in exigēdis pœnis. Sed quidā non exigunt pœnas, crudeles tamen sunt, tanquam qui ignotos homines & obuios non in cōpendiū, sed occidendā causa occidūt. Nec interficere contenti seuiunt, *ut Busiris ille & Procrustes, & piratæ, qui captos uerberāt, & in ignē uiuos imponunt. Hæc crudelitas quidē, sed quia nec ultionē sequitur, nō enim lesa est, nec peccato alicui irascitur, nullū enim antecessit crimē, extra definitionē nostrā cadit, quæ finitio cōtinebat in exigendis pœnis intēperantiā animi. Possumus dicere, nō esse hanc crudelitātē, sed feritātē, cui uoluptati seuitia

*ut Scinis illa

est:

est: possumus insaniam uocare, nam uaria sunt genera eius, et nullum certius quam quod in caedes hominum et laniationes peruenit. Illos ergo crudeles uocabo, qui puniendi causam habent, modum non habent. Sicut in Phalari, quem aiunt non quidem in homines innocentes, sed super humanum ac probabile modum se uisisse. Possumus effugere cauillationem, et ita finire, ut sit crudelitas inclinatio animi ad asperiora. Hanc clementiam repellit Løgius a se: nam seueritate illi conuenire certum est. Ad rem pertinet querere hoc loco quid sit misericordia. Plerique enim ut uirtutem eam laudant, et bonum hominem uocant misericordem. Haec autem uitium animi est. Vtraque circa seueritatem, circaque clementiam posita sunt: quae uitare debemus, ne per speciem seueritatis in crudelitatem, ne per speciem clementiae in misericordiam incidamus. In hoc leuiore periculo erratur, sed par error est ad uero recedentium.

CAP. V. Ergo quemadmodum religio deos colit, superstitione uiolat, ita clementiam mansuetudinemque omnes boni praestabunt, misericordiam autem uitabunt. Est enim uitium pusilli animi, ad speciem alienorum malorum succidentis. Itaque pessimo cuique familiarissima est. Anus et mulierculae sunt, quae lachrymis nocentissimorum mouentur, quae si liceret, carcerem effringerent. Misericordia non causam, sed fortunam spectat, clementia rationi accedit. Scio male audire apud imperitos sectam Stoicorum, tanquam nimis dura, et minime principibus regibusque bonum daturam consilium. Obijcitur enim illi, quod sapientem negat misereri, negat ignoscere. Haec si per se ponatur, iniuriosa sunt. Videtur enim nullam spem relinquere humanis erroribus, sed omnia delicta ad poenam deducere. Quod si est, quid nisi haec scientia, quae dediscere humanitatem iubet, portumque aduersus fortunam certissimum mutuo auxilio cludit? Sed nulla secta benignior leniorque est, nulla amantior hominum, et communibus bonis attentior: ut propositum sit usui esse auxilio, nec sibi tantum, sed uniuersis singulisque consulere. Misericordia

*Løgius, quae stare a se facit: nam

est ægritudo animi ob alienarū miseriarū speciem, aut tristitia ex alienis malis concepta, quæ accidere immerentibus credit. Aegritudo autē in sapiētē uirū nō cadit. Serena enim eius mēs est, nec quicquā incidere potest quod illam obducat. Nihil æquē hominē, q̄ magnus animus decet. Non potest autē magnus esse idē, si metus & mœror contūdūt, si mentē obducat, & cōtrahit. Hoc sapiētī ne in suis quidē accidet calamitatibus, sed omnē fortunæ irā reuerberabit, & ante se frāget. Eandē semper faciē seruabit placidam & incōcussam, quod facere nō posset, si tristitiā reciperet. Adijce q̄ sapiens prouidus est, & in expedito consiliū habet. Nunquā autē liquidū syncerūq; ex turbido uenit. Tristitia enim inhabilis est ad dispiciendas res, utilia excogitanda, periculosa uitanda, æqua æstimanda. Ergo non miseretur, quia & sine miseria animi facit. Ceterū oīa, quæ si miseretur nolens faceret, libens & alacri animo faciet. Succurret alienis lachrymis, nō accedet: dabit manum naufrago, exuli hospitū, egenti stipē, nō hanc cōtumeliosam, qua pars maior horū, qui se misericordes uideri uolunt, abijcit & fastidit quos adiuuat, contingitq; ab his timet: sed ut homo homini ex communi dabit. Donabit lachrymis maternis filium, & cathenas solui iubebit, & ludo eximet, & cadauer etiam noxium sepeliet. At faciet ista tranquilla mente, uultu suo.

CAP. VI. Ergo nō miserebitur sapiēs, sed succurret, sed proderit, in cōmune auxiliū natus, ac publicū bonum, ex quo dabit cuiq; partē: etiā ad calamitosos p̄ portione, improbādos, *fortuitis & emēdādos, bonitatē suā p̄mittet. Afflictis uerò et *fortius laborātibus multo libentius subueniet. Quotiēs poterit fortunæ intercedet. Vbi enim opibus potius utetur, aut uiribus, q̄ ad restituēda quæ casus impulit? Vultū quē nō deiiciet, nec animū ad æruscātis ciuis, aut pānosī aridā faciē, & obnoxia baculo se-nectutē. Ceterū oibus dignis p̄derit, et deorū more calamito-

fos propitius respiciet. Misericordia uicina est miseriæ, habet enim aliquid, trahitq; ex ea. Imbecilles oculos esse scias, qui ad alienâ lippitudinē & ipsi suffunduntur: tam mehercule, q̄ morbi esse, nō hilaritatē, semper arridere ridētibus, & ad omniū ofcitationē ipsum quoq; os diducere. Misericordia uitii est animorū, nimis miseriæ fauentiū, quā si quis à sapiētē exigit, prope est, ut lamentationē exigat, & in alienis funeribus gemitus. At quare non ignoscet, dicam. Constituamus nunc quoq; quid sit uenia, ut sciamus dari illam à sapiētē non debere. Venia est pœnæ meritiæ remissio. Hanc sapiens quare non debeat dare, reddunt rationem diutius quibus hoc propositum est.

CAP. VII. Ego ut breuiter tanquā in alieno iudicio dicā, ei ignoscitur qui puniri debuit. Sapiens autē nihil facit quod nō debet, nihil pr.etermittit quod debet. Itaq; pœnā quā exigere debet, non donat, sed illud quod ex uenia cōsequi uis, honestiore tibi uia tribuit. Parcit enim sapiēs, cōsulit & corrigit. Idē facit, quod si ignosceret, nec ignoscet, quoniā qui ignoscit, fatetur aliquid se quod fieri debuit obmississe. Aliquem uerbis tantū admonebit, pœna nō afficiet, etatē eius emēdabilem intuens. Aliquē inuidiæ crimine manifestē laborantē, iubebit incolumē esse, quia deceptus est, quia per uinum lapsus. Hostes dimittet saluos, aliquādo etiā laudatos si honestis causis pro fide, pro fœdere, pro libertate in bellum accincti sunt. Hæc oīa non ueniæ, sed clemētīæ opera sunt. Clementia liberū arbitriū habet, nō sub formula, sed ex æquo & bono iudicat. Et absolueri illi licet, & quāti uult* estimare litē. Nihil ex his facit tāquā iusto minus fecerit, sed tanquā id qd cōstituit iustissimū sit. Ignoscere autē est, quæ iudicas puniēda nō punire. Venia debite pœnæ remissio est. Clemētia hoc primū pr.æstat, ut quos dimittit, nihil aliud illos pati debuisse pronūtiat. Plenior est ergo q̄ uenia, et honestior. De uerbo (ut mea fert opinio) cōtrouersia

*taxare

est, de re quidem cōuenit. Sapiens multa remittet, multos parū sani, sed sanabilis ingenij seruabit: agricolas bonos imitabitur, qui nō tantum rectas procerasq; arbores colunt, sed illis quoq; quas aliqua deprauauit causa, adminicula quibus regantur applicant: alias circumcidunt, ne proceritatem ramū premant: quasdam infirmas uitio loci, nutriunt: quibusdam aliena umbra laborantibus, cœlum aperiunt. Videbit quod ingenii qua ratione tractandum sit: quo modo in rectum praua flectantur.

ANNOT. IN LIBRVM II.

Secundus hic liber non uidetur esse pars operis superioris, sed initium alterius: nec apparet esse perfectum, nisi quod in Seneca docti desiderant ordinem & connexionem.

Cap. 2. A capite bona ualetudo, ea transibit in omnes, uegeta sunt atq; erecta, aut languore demissa prout animus eorum uiuit aut marcescit. Ita prior æditio. Rodol. nihil mutat, nisi quod pro uegetata legit, uegeta idq; recte. Cæterū locus hic obscurus est adiectione uerborum aliquot. Primū hæc uerba, ea transibit, non erāt in uetusto codice: quanquam totū hoc, à capite bona ualetudo in oēs, satis apparet esse annotationem studiosi cuiuspiam, quin & formabuntur uerbum adiecticium uidetur. His igitur sublati pulchre cōstabit lectio hunc in modum: & cuncti in similitudinē tui, uegeta sunt atq; erecta, aut languore demissa, prout animus eorum niget aut marcet. Aut si non placet tantum uerborū abiicere, hæc erit tolerabilis lectio, cuius occasionem unus codex dedit: & cuncti in similitudinē tui formabuntur. A capite bona ualetudo. Inde omnia uegeta sunt atq; erecta, & cætera, ut in omnes, quod habebat etiam uetustissimus codex, uetas in, inde omnia.

Quid ergo est, ut raro, inuitus, & cum magna cunctatione cum multis dilationibus. Hic uetustissimū exemplar cum Britanico cōsentiens, plus habebat uerborum, hunc in modum, Cum magna cunctatione ita aliquando scribas necesse est, istud quod tibi in odium literas adduxit, sed sicut facis cum magna cūctatione, cum multis dilationibus. Quanquā nec hæc uerba uidentur carere mendo, nec admodum quadrant sensui.

Cap. 4. Hanc clementia repellit longius stare à se: nam seueritatem illi conuenire adesse certum est. Pertinet quærere. Ita prior æditio

LI
reditio,
pauca
Nam se
pro ade
est, ut
Cap
prior æ
tium est
nar, Ira u
arbitror

L.

C.



fertur.
citas mo
quid sit
tendere
modò r
propius
Quamo
mitum
tur uita
ti labor
sine per
Quonia

reditio, haud dubiū quin deprauate. Nec usquā erat sincera scriptura: pauculis immutatis restituetur. Hanc clementia repellit longius à se. Nam seueritatē illi conuenire certum est. Ad rem pertinet &c. Nam pro adesse in quibusdā erat, ad rem, & in uetustissimo non erat, certū est, ut legendum suspicer. Nam cum seueritate illi conuenit.

Cap. 6. Ira uicium est animorum, uirtus miseria patientium. Ita prior reditio, nimirum deprauate. Vetusissimus sic, Misericordia uicium est animorum, nimis miseria patientium. Rodolphus ita diuinat, Ira uicium est animorum, uicina miseriae patientium. Legendum arbitror, Misericordia uicium est animorum nimis miseriae fauetium.

L. ANNAEI SENE-
CAE DE VITA BEATA
AD GALLIONEM FRATREM
LIBER VNVS.



VERE Gallio frater omnes beatē uolunt, sed ad peruidendum quid sit, quod beatam uitam efficiat, caligant. Adcoq; non est facile consequi beatam uitam, ut ab ea quisq; eò longius recedat quò ad illam concitatius fertur. Si uia lapsus est, quae ubi in contrarium ducit, ipsa uelocitas maioris interualli causa fit. Proponendū est itaq; primum, quid sit quod appetamus. Tunc circumspiciendum est, quā contendere illò celerrimè possimus, intellecturi in ipso itinere, si modò rectum erit quantum quotidie *proficiamus, quantoq; *profligetur propius ab eo simus, ad quod nos cupiditas naturalis impellit. Quamdiu quidem passim uagamur, non duces secuti, sed fremitum & clamorem dissonum in diuersa uocantium, coneritur uita inter errores, breuis etiam si dies noctesq; bonae mentis laboremus. Decernatur itaq; & quò tendamus, & quā, non sine perito aliquo, cui explorata sint ea, in quae procedimus. Quoniam quidem nō eadem hic, quae in ceteris peregrinationibus

CAP. I.

*profligetur

nibus conditio est. In illis comprehensus aliquis limes, & interrogati incolæ non patiuntur errare. At hic tritissima quæque uia et celeberrima maxime decipit. Nihil ergo magis præstandum est, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes non quò eundem est, sed quò itur. Atqui nulla res nos maioribus malis implicat, quàm quod ad rumorem componimur, optima rati ea, quæ magno assensu recepta sunt, ad similitudinem uiuimus. Inde ista tanta coaceruatio aliorum supra alios ruentium. Quod in strage hominum magna euenit, cum ipse se populus premit, nemo ita cadit ut non alium in se attrahat, primi exitio sequentibus sunt. Hoc in omni uita accidere uideas licet, nemo sibi tantum errat, sed alieni erroris causa & autor est. Nocet enim applicari antecedentibus, & dum unusquisque mauult credere quàm iudicare, nunquam de uita iudicatur, semper creditur. Versatq; nos et præcipiat traditus per manus error, alienisq; perimus exëplis. Sanabimur, si modo separemur, à coetu. Nunc uerò stat contra rationem defensor mali sui populus. Itaq; idem euenit quod in comitijs, in quibus eos factos prætores idem qui fecere mirantur, cum se mobilis fauor circum egit. Eadem probamus, eadem reprehendimus. Hic exitus est omnis iudicij, in quo lis secundum plures datur.

CAP. II. Cum de beata uita agitur, non est quod mihi illud discessionum more respondeas, Hæc pars maior esse uideatur. Ideò enim peior est. Non tam bene cum rebus humanis geritur, ut meliora pluribus placeant. Argumentum pessimum turba est. Queramus quid *optimè factum sit, non quid iustissimum: & quid nos in possessione felicitatis æternæ constituat, nò quid uulgo ueritatis pessimo interpreti probatum sit. Vulgus autē tam chlamydatus quàm coronatos uoco. Nò enim

* quorumq;
exëpla multa
sunt,

* optimum
factu

colorem

colorem uestiū quibus prætexta corpora sunt aspicio. oculis de hoie non credo. Habeo melius certiusq; lumē, quo à falsis uera diiudicem. Animi bonum aīus inueniat. Hic si unquam illi respicere et recedere in se uacauerit, O quam sibi ipse uerū, tortus, à se, fatebitur, ac dicet, Quicquid feci adhuc infectum esse mallem. Quicquid dixi cum recogito, in multis uideo. Quicquid optaui, inimicorum execrationem puto. Quicquid timui, dii boni, * quanto leuius fuit, quàm quod concupiui. Cum multis * amicitias gessi, & in gratiam ex odio (si modo ulla inter malos gratia est) redij, nihij ipsi nondū amicus sum. Oēm operam dedi, ut me multitudine educerē, & * aliquam dotem notabilem facerem. Quid aliud quam telis me opposui, & maliuolentiæ quod morderet ostendē? Vides tu istos, qui elequentiā laudant, qui opes sequuntur, qui gratiæ adulantur, qui potentiā extollunt? Oēs aut sunt hostes, aut (quod in æquo est) esse possunt. Quàm magnus mirantiū, tam magnus inuidentiū populus est.

CAP. III. Quin potius quero aliquid usu bonū quod sentiam, non quod ostendā. Ista quæ spectantur, ad quæ consistitur, quæ alter alteri stupens monstrat, foris nitent, introrsus misera sunt. Queramus aliquid non in speciē bonum, sed in solidū & æquale, & à secretiore parte formosius. Hoc eruamus. Nec longe positū est, inuenitur. Scire tātum opus est, quo manum porrigas, Nunc uelut in tenebris uicina transimus, offensantes in ipsa quæ desideramus. Sed ne te per circuitus traham, aliorum quidem opiniones præteribo: nam & enumerare illas longum est, & coarguere: nostram accipe. Nostram uerò cum dico, non alligo me ad unū aliquem ex Stoicis proceribus. Est & mihi censendi ius, Itaq; aliquem sequar, aliquem iubebo sententiam diuidere. Fortasse & post oēs citatus, nihil improbo ex his quæ priores decreuerint, & dicā, Hoc amplius censeo. Interim quod inter oēs Stoicos cōuenit, rerū naturæ assentior.

* quanto melius
* inimicitias
* aliquando
rem: aliās, ali
qua dote

Ab illa non deerrare, & ad illius legem exemplumq; formari, sapientia est. Beata est ergo uita conueniens naturæ suæ, quæ non aliter cōtingere potest, quàm si primū sana mens est, & in perpetua possessione sanitatis suæ. Deinde si fortis ac uehemens, tum pulcherrima et patiens, apta tēporibus, corporis sui pertinentiumq; ad id curiosa, nō anxie tamen, illarum rerum quæ uitam instruunt diligens, sine admiratione cuiusquā usura fortunæ muneribus, non seruitura. Intelligis etiā si non adijciam, sequi perpetuam trāquillitatem, libertatē, depulsis his quæ aut iritant nos, aut territant. Nam pro uoluptatibus & pro illis quæ parua aut fragilia sunt, & in ipsis flagitijs noxia, ingens gaudium subit, inconcussum, & æquabile, & pax cum concordia animi, & magnitudo cum mansuetudine.

CAP. IIII. Omnis enim ex infirmitate feritas est. Potest aliter quoq; definiri bonū nostrum, id est, eadem sententia non isdem cōprehendi uerbis. Quemadmodū idem exercitus modo latius panditur, modo in angustū coartatur, & aut in cornua, sinuata media parte, curuatur, aut recta frōte explicatur, Vis illi, utcumq; ordinatus est, eadē est, & uoluntas pro eisdem partibus stādi. Ita definitio summi boni aliās diffundi potest et porrigi, aliās colligi, & in se cogi. Idem utique erit si dixerō, Summū bonum est animus fortuita despiciens, uirtute letus: aut inuicta uis animi, perita rerū, placida in actu, cum humanitate multa, & conuersantiū cura, Libet itaq; definire, ut beatū dicamus hoīem illum, cui nullum bonum malumq; sit, nisi bonus malusq; animus. Honesti cultor, uirtute contentus, quē non extollunt fortuita nec frangunt, qui nullum maius bonū eo quod sibiipse dare potest, nouerit, cui uera uoluptas erit, uoluptatum contemptio. Licet, si euagari uelis, idem in aliam atq; aliam faciē, salua et integra potestate, transferre. Quid enim prohibet nos * beatum dicere liberum aīn, & erectū, & interritum ac

* beatam uitam dicere

stabil

stabilem
num sit
rerum, n
auctu ac
fundatur
letitia al
ra dome
frivolis,
infra uol
CAP
seruituru
potentiss
tatem est
Tum illu
locata, e
ri gaudi
quibus d
niam lib
nec timet
tia caren
dixerit,
homines
natura, e
niam illis
uersum s
proiectu
& immu
malis, cu
gerit, sta
instant
net, licet

stabilem, extra metū, extra cupiditatē positum? Cui unum bonum fit honestas, unum malum turpitudine? Cetera uilis turba rerum, nec detrahens quicquam beatæ uitæ, nec adiiciens, sine auctu ac detrimento summi boni ueniens ac recedens. Hunc ita fundatum necesse est, uelit nolit, sequatur hilaritas cōtinua, & letitia alta, atq; ex alto ueniens, ut quæ suis gaudeat, nec maiora domesticis cupiat. Quid ni ista penset bene cum minutis & friuolis, & non perseverantibus corpusculi motibus? Quo die infra uoluptatem fuerit, & infra dolorem erit,

CAP. V. Vides autē quā malam & noxiam seruitutem seruiturus sit, quē uoluptates doloresq; incertissima dominia in potentissimaq; alternis possidebunt. Ergo exeundum ad libertatem est. Hanc non alia res tribuit, quā fortunæ negligentia. Tum illud oritur inestimabile bonū, quies mentis in tuto collocatæ, et sublimitas, expulsisq; *terroribus ex cognitione ueri gaudium grande & immotum, comitasq; et diffusio animi, quibus delectabitur nō ut bonis, sed ut ex bono suo ortis. Quoniam liberaliter agere cœpi, potest beatus dici, qui nec cupit nec timet, beneficio rationis, Quoniā & saxa timore & tristitia carent, nec minus pecudes, non ideo tamen quisquam felicia dixerit, quibus non est felicitatis intellectus. Eodem loco pone homines, quos in numerū pecorum & animalū redegit hebes natura, & ignoratio sui. Nihil interest, inter hos & illa. Quoniam illis nulla ratio est, his praua, & malo suo, atque in peruersum solers. Beatus enim nemo dici potest, extra ueritatem proiectus. Beata ergo uita est in recto certoq; iudicio stabilita & immutabilis. Tunc enim pura mens est, & soluta omnibus malis, cum non tantū lacerationes, sed etiam uellicationes effugerit, statura semper ubi constitit, ac sedem suam etiā irata & instante fortuna uendicatura. Nam quod ad uoluptatē pertinet, licet circūfundatur undiq; per oēs uias influat, animumq; bland

*erroribus;
aliās, doloribus

in fatigabile. Voluptas, humile, seruire, imbecillum, caducū, cuius statio ac domicilium fornice & popine sunt. Virtutem in templo inuenies, in foro, in curia, pro muris stantem, puluerulentam, coloratam, callosas habentē manus, Voluptatē latitantem sepius, ac tenebras captantē. Circa balnea ac sudatoria, ac loca adilem metuentia, mollē, eneruē, mero atq; unguento madentem, pallidam* ac fucatam, & medicamentis pollutam. Summū bonū immortale est, nescit exire, nec satietatē habet nec penitentia. Nūquā recta mēs uritur, nec sibi odio est, nec quicquā mutauit, quia semper secuta est optima. At uoluptas, tūc cū maxime delectat, extinguitur. Nec multū loci habet, itaq; cito implet, & tædio est, & post primū impetū marcet. Nec id unquā certū est, cuius in motu natura est. Ita nō potest quidē ulla eius esse substātia, quod uenit transitue celerrimē in ipso usu sui periturū. Eō enim puenit, ubi desinit, & dū incipit, spectat ad finē.

* aut fur.

CAP. VIII. Quid quod tam bonis quā malis uoluptas inest. Nec minus turpes* dedecus, quā honestos egregia delectant. Ideoq; præceperunt ueteres optimā sequi uitam, non iucundissimā, ut rectæ ac bonæ uoluntatis non dux, sed comes uoluptas sit. Natura enim duce utendum est. Hanc ratio obseruat, hanc consulit. Idem est ergo beate uiuere, & secundum naturā. Hoc quid sit, iam aperiam. Si corporis dotes & apta naturæ cōseruabimus diligenter & impauide, tanquā in diem data & fugacia, si nō subierimus eorū seruitutē, nec nos aliena possederint, si corpori grata & aduenticia eo nobis loco fuerint, quo sunt in castris auxilia & armaturæ leues. Seruiant ista, non imperent, Ita demū utilia sunt mēti. Incorruptus uir sit externis & insuperabilis, miratorq; sui, tantū fidens animo, atq; in utrumq; paratus artifex uitæ. Fiducia eius nō sine scientia sit, non sine cōstantia. Maneant illi semel placita, nec ulla in decretis eius litura sit. Intelligitur, etiā si non adiecerō, cōpositū ordina

* dedecus suum,

dina

dinatumq; fore talem uirum, & in his quæ aget cum comitate magnificū. erit uera ratio sensibus insita, & capiens inde principia. Nec enim habet aliud unde conetur, aut unde ad uerum, impetū capiat, & in se reuertatur. Nam mundus quoq; cunctis complectens, rectorq; uniuersi Deus, in exteriora quidem tendit, sed tamen in totum undiq; in se redit. Idem nostra mens faciat, cum secuta sensus suos per illos se ad externa porrexerit, & illorum & sui potens sit. Hoc modo una efficietur uis ac potestas concors sibi, & ratio illa certa nascetur, non* dissidens, nec hæsitans in opinionibus comprehensionibusq; nec in sua persuasione. Quæ cum se disponit, & partibus suis consensit, et, ut ita dicam concinit, summum bonū tetigit. Nihil enim prauū, nihil lubrici superest, nihil in quo arietet aut labet.

* dissidens,

CAP. IX. Omnia faciet ex imperio suo. Nihilq; inopinatū faciet: sed quicquid aget, in bonū exhibit, facile & parate, & sine tergiuersatione agentis. Nam pigritia & hæsitatio pugna & inconstantiam ostendit. Quare audacter licet profiteri summū bonum esse animi concordia. Virtutes enim ibi esse debent, ubi cōsensus atq; unitas erit, dissidēt uita. Sed tu quoq; inquis, uirtutē, non ob aliud colis, quā quia aliquā ex illa speras uoluptatē. Primum non si uoluptatē præstatura uirtus est, idēo propter hanc petitur. Nō enim hanc præstat, sed & hæc: nec huic laborat, sed labor eius quamuis aliud petat, hoc quoq; assequetur. Sicut in aruo quod segeti profcissum est, aliqui flores internascūtur, non tamē huic herbulæ quāuis delectet oculos, tantū operis insumptū est: aliud fuit serenti propositū, hoc superuenit, Sic uoluptas non est merces, nec causa uirtutis, sed accessio. Nec quia delectat placet, sed quia placet delectat. Summum bonum in ipso iudicio est, & habitu optimæ mentis: quæ cū impleuit, & finibus se suis cinxit, consummatū est summū bonū, nec quicquā amplius desiderat. Nihil est extra totū, nō ma-

gis,

gis, quæ
propte
rum l
Nihil
gnum
mi rig
dia, &
ferant
quæro
CA
nego q
uit. Qu
cibo me
ego iuc
ignorat
nequitia
uolupta
nima a
amore
minimis
quacita
lutione
discutit,
mittat:
usu ear
luptates
cteris, e
summū
facis, eg
loquor

CAP

gis, quàm ultra finē. Itaq; erras cum interrogas quid sit illud propter quod uirtutē petam. Queris enim aliquid supra summum bonum, interrogans quid petam extra uirtutem ipsam. Nihil enim habet melius, ipsa precii sui est. An hoc parum magnum est? Cum tibi dicam summū bonum est, infrangibilis animi rigor, & providentia, subtilitas, sanitas, & libertas, cōcordia, & decor: aliquid etiamnum exigis maius ad quod ista referantur? Quid mihi uoluptatem nominas? Homini bonum quero non uentris, qui pecudibus ac beluis laxior est.

CAP. X. Dissimulas, inquit, quid à me dicatur. Ego enim nego quemquā posse iucundē uiuere, nisi simul & honestē uiuat. Quod nō potest mutis cōtingere animalibus, nec bonū suū cibo metientibus. Clare, inquā, ac palām testor hanc uitā, quam ego iucundā uoco, non sine adiecta uirtute contingere. At quis ignorat plenissimos esse uoluptatibus uestris stultissimos, & nequitia abundare iucundis, animumq; ipsum nō tantū genera uoluptatis praua, sed multa suggerere? In primis insolentiā & nimiam aestimationem sui, tumoremq; elatum supra ceteros, & amorē rerum suarū cæcum & improuidū. Delicias fluētes, ex minimis ac puerilibus causis exultationē, iam dicacitatē & loquacitatē, ac superbiam contumelijs gaudētē, desidiam, dissolutionemq; segnis animi indormientis sibi. Hæc omnia uirtus discutit, & aurē peruellit, & uoluptates aestimat, antequā admittat: nec quas probauit, magni pedit, utiq; enim admittit, nec usu earum, sed tēperantia leta est. Temperantia autē cum uoluptates minuat, summi boni iniuria est. Tu uoluptatem cōplecteris, ego compesco. Tu uoluptate fruēris, ego utor. Tu illam summū bonū putas, ego nec bonū. Tu omnia uoluptatis causa facis, ego nihil. Cū dico me nihil uoluptatis causa facere, de illo loquor sapiente, cui soli concedis uoluptatem.

CAP. XI. Non uoco autē sapientē supra quē quicquā est, nedum

nedum uoluptas, Atqui ab hac occupatus, quomodo resistet labori, ac periculo, egestati, & tot humanā uitā circumstrepentibus minis? Quomodo conspectū mortis, quomodo doloris feret? quomodo mūdi fragores, & acerrimorū hostiū, tam molli aduersario uictus? Quicquid uoluptas suaserit, faciet. Age, non uides quā multa susura sit? Nihil inquis, poterit suadere turpiter, quia adiuncta uirtuti est. Non tu uides iterū quale sit sum mū bonū, cui custode opus est, ut bonū sit? Virtus autē quomodo uoluptatē reget, quā sequitur, cum sequi parētis sit, regere imperantis? A tergo ponitis, quod imperat. Egregiū autē uirtutis apud uos officiū, uoluptates pręstare. Sed uidebimus an apud quos tam cōtumeliose tractata uirtus est, adhuc uirtus sit quę habere nomē suū non potest, si loco cęssit. Interim de quo agitur, multos ostendā uoluptatibus obsessos, in quos fortuna omnia munera sua effudit, quos fatearis necesse est malos. Aspicce Nomentanū & Apiciū, terrarū ac maris (ut isti uocāt) bonā conquirētes, & super mensam recognoscentes omnium* generū animalia. Vide hos eosdē ē lectis suis spectātes popinā suā, aures uocū sono, spectāculis oculos, saporibus palatū suū delectantes: mollibus lenibusq; fōmētis, totū lacepsitur eorū corpus. Et ne nares interim cęssēt, odoribus uarijs inficitur locus ipse, in quo luxurię parentatur. Hos esse in uoluptatibus dices, nec tamen illis bene erit, quia non bono gaudent.

CAP. XII. Male, inquit, illis erit, quia multa interueniūt, quę perturbāt animum, & opiniones inter se contrariamentē inquietabunt. Quod ita esse cōcedo. Sed nihilominus illi ipsi stulti, & inęuales, & sub ictu poenitētię positi, magnas percipiūt uoluptates, ut fatendū sit, tam longē tū illos ab omni molestia abesse, quā a bonā mēte, & (quod plerisq; cōtingit) hilarem insanīā insanire, ac per risum furere. At cōtra sapientīū remissę uoluptates & modestę, ac penē languidę sunt cō-

pressęq;

* gentium

pressæq; & uix notabiles : ut quæ neq; accersitæ ueniant, nec quâuis per se accesserint, in honore sint, neq; ullo gaudio percipientium exceptæ. Miscent enim illas & interponunt uitæ, ut ludû iocumq; inter seria. Desinant ergo incõueniëntia iungere, & uirtuti uoluptatē implicare, per quod uitium p̄simum quibusq; adulatur. Ille effusus in uoluptates, *ac uagabundus semper atq; ebrius, quia scit se cū uoluptate uiuere, credit & cum uirtute: audit enim uoluptatē à uirtute separari nō posse. Deinde uitij suis sapientiã inscribit, & abscondenda profitetur. Ita nō ab Epicuro impulsû luxuriatur, sed uitij dediti luxuriã suã in philosophiæ sinu absconderunt, & eò concurrūt, ubi audiant laudari uoluptatem. Nec æstimatur uoluptas illa Epicuri : Ita mehercules sentio, quū sobria ac sicca sit : sed ad nomen ipsum aduolant, querētes libidinibus suis patrociniū aliquod ac uelamentum. Itaq; quod unum habebant in malis bonum, perdunt, peccandi uerecundiam. Laudant etenim ea quibus erubescant, & uitio glorientur : Ideoq; ne resurgere quidem adolescentiæ licet, cum honestus turpi desidiæ titulus accessit.

*ac reptabundus

CAP. XIII. Hoc est cur ista uoluptatis laudatio perniciofa sit, quia honesta præcepta intra latent, quod corrumpit apparet. Mea quidē ista sententia est (inuitis hæc nostris popularibus dicā) sancta Epicurū & recta præcipere, et si propius accesseris, tristia. Voluptas enim illa ad paruū & exile reuocatur ; Et quã nos uirtuti legē dicimus, eã ille dicit uoluptati. Iubet illã parere naturæ. Parū est autē luxuriæ, quod nature satis est. Quid ergo est? Ille quisquis desidiosum otium, & gula ac libidinis uices felicitatē uocat, bonū malæ rei querit autorē: & dū illò uenit blãdo nomine inductus, sequitur uoluptatē, nō quã audit, sed quã attulit, & uitia sua cū cœpit putare similia præceptis, indulget illis, nō timide nec obscure luxuriatur, etiam inoperto capite. Itaq; non dico quod pleriq; no-

d d strorum,

strorum, sectam Epicuri flagitiorū magistrā esse, Sed illud dico, male audit, Infamis est, & immerito. Nec hoc scire quisquā potest, nisi interius admissus erit. Frōs ipsa dat locū fabulæ, & ad malā spem iritat. Hoc tale est, quale uir fortis stola in dūtu. Constatē tibi pudicitia uirtus salua est. Nulli corpus tuū impudicitie uacat, sed in manu tympanū est. Titulus itaq; honestus eligatur, & inscriptio ipsa excitās animū ad ea repellēda, quæ statim eneruāt cū uenerunt uitia. Quisquis ad uirtutē accessit, dedit generosæ indolis spem. Qui uoluptatē sequitur, uidetur eneruis, fractus, degenerās, * & peruēturus in turpia: nisi aliquis distinxerit illi uoluptates, ut sciat quæ ex eis intra naturale desiderū resistāt, quæ in præceptis ferāt, infinitæq; sint, & quo magis implētur eo magis inexplebiles. Age dū uirtus antecedit, tutū erit omne uestigiū. Voluptas nocet nimia: in uirtute non est uerendum, ne quid nimium sit, quia in ipsa est modus.

CAP. XIII. Non est bonum quod magnitudine laborat sua. Rationabilē porrò sortitis naturā, quæ melius res, quā ratio proponitur: & si placet illa iunctura, uirtus antecedit, comitetur uoluptas, & circa corpus, ut umbra uersetur. Virtutem quidā excellentissimā omnium, uoluptati tradidere ancillam. Nihil magnū animo capiētis est. Prima uirtus sit, hæc ferat signa. Habebimus nihilominus uoluptatē, si domini eius & tēperatores erimus. Aliquid nos exorabit, nihil coget. At hi qui uoluptati tradidere principia, utroque caruere. Virtutem enim amittunt. Ceterū non ipsi uoluptatē, sed ipsos uoluptas habet, cuius aut inopia torquentur, aut copia strangulātur. Miseri, si deseruntur ab illa, miseres si obruuntur. Sicut deprehensi mari Syrtico, modo in sicco relinquūtur, modo torrente unda fluctuantur. Euenit autem hoc nimia intemperantia, & amore cæco rei. Nam mala pro bonis petenti periculosum est assequi. Ut feras cū labore periculoq; ueniamur, & captarum

* aliās, mox
peruenturus

quoq;

quoq; illarū sollicita possessio est, sæpe enim laniant dominos: ita habentes magnas uoluptates in magnum malū euasere, capteq; cepere. Quæ quo plures maioresq; sunt, eo ille minor, ac pluriū seruius est, quæ felicē uulgus appellat. Permanere libet in hac etiamnum huius rei imagine: quemadmodū qui bestiarū cubicula indagat, & laqueo captare feras magno æstimat, & magnos canibus circūdare saltus, ut illarū uestigia premat, potiora deserit, multisq; officijs renuntiat: ita qui sectatur uoluptatem, oīa postponit: et primā libertatē negligit, ac pro uētre dependit, nec uoluptates sibi emit, sed se uoluptatibus uendit.

CAP. XV. Quid tamen, inquit, prohibet in unū uirtutē uoluptatemq; cōfundī, & ita effici summū bonū, ut idem et honestum & iucundū sit? Quia pars honesti non potest esse nisi honestum. Nec summū bonū habebit sinceritatē suā, si aliquid in se uiderit dissimile meliori. Nec gaudiū quidē quod ex uirtute oritur, quāuis bonum sit, absoluti tamen boni pars est, nō magis quā letitiæ tranquillitas, quāuis ex pulcherrimis causis nascantur. Sunt enim ista bona, sed consequentia summū bonū, non consummantia. Qui uerò uoluptatis uirtutisq; societatem facit, & * ne ex æquo quidē fragilitate alterius boni quicquid in altero uigoris est * uetat: libertatemq; illā ita demum, si nihil se pretiosius nouit, inuictam sub iugū mittit. Nam (quæ maxima seruitus est) incipit illi opus esse fortuna. Sequitur uita anxiosa, suspitiosa, trepida, * casum patiens, temporū suspensa momenta. Non das uirtuti fundamentū graue, immobile, sed iubes illam in loco uolubili stare. Quid autem tam uolubile est, quā fortuitorū expectatio, & corporis rerumq; corpus afficientium uarietas? Quomodo hic potest Deo parere, & quicquid euenit bono animo excipere, nec de fato queri, casuum suorum benignus interpret, si ad uoluptatum dolorumq; punctiunculas concitatur? Sed nec patriæ quidem bonus tutor aut uindex

* ne ex æquo quidem,

* enervat: aliās, hebetat:

* casuum impatientis: aliās, casum timēs,

d d z est,

est, nec amicorum propugnator, si ad uoluptates uerget. Illò ergo summum bonū ascendit, unde nulla ui detrahitur, quò neq; dolori, neq; spei, neq; timori sit aditus, nec ulli rei quæ deterius summi boni ius faciat. Ascendere autē illò sola uirtus potest. Illius gradu cliuus iste frangendus est. Illa fortiter stabit, & quicquid euenerit feret, non patiens tantū, sed etiam uolens, Omnemq; temporum difficultatem sciet legem esse naturæ. Et ut bonus miles feret uulnera, enumerabit cicatrices, & transfuerberatus telis, moriens amabit eū, pro quo cadet, imperatorem, Habebit in animo illud uetus præceptum: Deum sequere. Quisquis autem queritur, & plorat, & gemit, imperata facere ui cogitur, & inuitus rapitur ad iussa nihilominus. Quæ autem dementia est potius trahi quàm sequi? Tam mehercule, quàm stultitia & ignorantia cōditionis suæ, dolere, quod aliquid tibi incidit durius, aut mirari, uel indignè ferre ea, quæ tam bonis accidunt quàm malis. Morbos dico, funera, debilitates, & cætera ex transfuerso in uitam humanam incurrentia. Quicquid ex uniuersi constitutione patiendum est, magno nisu eripitur animo. Ad hoc sacramentum adacti sumus, ferre mortalia, nec perturbari his quæ uitare nostræ potestatis non est. In regno nati sumus, Deo parere libertas est.

CAP. XVI. Ergo in uirtute posita est uera felicitas. Quid hæc tibi suadebit? Ne quid aut bonū, aut malum existimes, quod nec uirtute, nec malitia continget. Deinde ut sis immobilis contra malum ex bono, ut quæ fas est, deum effingas. Quid tibi pro hac expeditione promittitur? Ingentia & æquia diuinis. Nihil cogeris, nullo indigebis, liber eris, tutus, indēnis, nihil frustra tentabis, nihil prohiberis. Omnia tibi ex sententiâ cedent. Nihil aduersum accidet. Nihil contra opinionē ac uoluntatem. Quid ergo? uirtus ad uiuendum beatè sufficit, perfecta illa & diuina? Quid ni sufficiat? inò superfluit, Quid enim

deesse

deesse
cus op
tem ten
tuna in
illum
Quod
ad supe
trahit,

CA

latrant
niuis?
rium ti
chrym
cis fam
rus tibi
ptum ti
te uinū
tur? C
Quare
re^x pæ
te mīn
perirē
ijce si u
fides? T
seruos,
tie me
ra mil
tanqua
erro, E
lior. H
& err

deesse potest extra desiderium omnium posito? quid extrinsecus opus est ei, qui omnia sua in se collegit? Sed ei qui ad virtutem tendit, etiam si multū processit, opus est tamen aliqua fortunæ indulgentia, adhuc inter humana luctanti, dum nodum illum exoluit, & omne uinculum mortale. Quid ergo interest? Quod alij alligati sunt, alij astricti, alij districti quoq;. Hic qui ad superiora progressus est, & se altius extulit, laxam cathenā trahit, nondum liber, iam tamen pro libero.

CAP. XVII. Si quis itaq; ex istis qui philosophiā conlatrant quod solent dixerit, quare ergo tu fortius loqueris quā uiuis? Quare superiori uerba summittis, & pecuniā necessarium tibi instrumentum existimas, & damno moueris, & lachrymas, audita coniugis aut amici morte, demittis, & respicis famam, & malignis sermonibus tangeris? Quare cultius rus tibi est quā naturalis usus desiderat? Cur non ad præscriptum tuum cœnas? Cur tibi nitidior supellex est? Cur apud te uinū ætate tua uetustius bibitur? * Cur autē domus disponitur? Cur arbores præter umbram nihil daturæ conferuntur? Quare uxor tua locupletis domus cœsum auribus gerit? Quare * pædagogus pretiosa ueste succingitur? Quare ars est apud te ministrare, nec temerè & ut libet collocatur argentū, sed perirè seruatur, & aliquis est scindendi obsonij magister? Adijce si uis, cur trans mare possides? Cur plura quā nostri possides? Turpiter, aut tam negligens es, ut non noueris pauculos seruos, aut tam luxuriosus, ut plures habeas, quā quorū notitiæ memoria sufficiat. Adiuuabo postmodum conuitia, & plura mihi quā putas obijciam. Nunc hoc respondeo tibi, non tanquam sapiens, sed solum ut maleuolentiam tuam pascā. Nec erro, Exigo itaq; à me nō ut optimis par sum, sed ut malis melior. Hoc mihi satis est, quotidie aliquid ex uitijis meis demere, & errores meos obiurgare. Non perueni ad sanitatem, ne per-

* Cur lautè
domus disp.

* pædagogum
+ perite f.

*minus
irata

*acti:aliās,
actum

ueniam quidem, delinimenta magis quàm remedia podagræ
meæ compono, cōtensus si rarius accedit, et si* minus fera mi-
natur. Vestris quidem pedibus cōparatus debilis cursor sum.

CAP. XVIII. Hæc pro me nō loquor. Ego enim in alto
uitiorum omnium sum, sed pro illo, cui aliquid* apti est. Aliter,
inquit, loqueris, Aliter uiuis. Hoc per malignissima capita, &
optimo cuiq; inimicissima, Platoni obiectum est, obiectū Epicu-
ro, obiectū Zenoni. Omnes enim isti dicebant, non quemadmo-
dum ipsi uixerunt, sed quemadmodum ipsi uiuendum esset.
De uirtute non de me loquor. Et cum uitijs conuitium facio, in
primis meis facio, cum potuero, uiuam quomodo oportet. Nec
malignitas me ista multo ueneno tincta deterrebit ab optimis.
Nec uirtus quidē istud, quo alios spargitis, uos necatis, me im-
pediit, quo minus perseuerem laudare uitam, non quam ago,
sed quam agendā scio, quo minus uirtutē adorem, et ex inter-
uallo ingēti reptabūndus sequar. Expectabo scilicet ut quicquā
maleuolenti. e inuiolatū sit, cui sacer nec Rutilius fuit nec Cato?
Cur & aliquis nō istis diues nimis uideatur, quibus Demetrius
Cynicus parū pauper est? O uirū acerrimū et cōtra oīa natu-
ræ desideria pugnātē, hoc pauperiore q̄ ceteri Cynici, q̄ cum
sibi interdixerit habere, interdixit et poscere. Negāt satis ege-
re. Vides enim, non uirtutis scientiā, sed egestatis professus est.

CAP. XIX. Diodorū Epicureū philosophum, qui intra
paucos dies, finē uitæ suæ manu sua imposuit, negant ex decre-
to Epicuri fecisse, quod sibi gulā præcidit. Alij dementiā uide-
ri uolunt factū hoc eius, alij temeritatē. Ille interim beatus, ac
plenus bona cōsciētia, reddidit sibi testimoniū præcedētis uitæ,
laudabilisq; eius ætatis in portu, et ad ancorā uitæ actæ quiete,
dicit quod uos inuiti audistis, quasi uobis quoq; faciendum sit,
Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi.

De alterius uita, de alterius morte disputatis, & ad nomē ma-
gnorum

gnorum
ignotor
nuncm
uestror
nec inte
qui uirt
uos est
quam p
uere. Q
tēpesta
uuis qu
acti stip
tunt, qu
in alien
quidam

CA
tum tan
pian. E
terim n
bus ple
danda
dūi agg
tes. Gen
res: con
ingēti a
mortē
illi erū
* et abj
si circa
tiam ne
tanquā

ignorum ob aliquam eximiam laudem uirorum, sicut ad occursum ignotorum hominum minuti canes, latratis. Expedi enim uobis neminem uideri bonum, quasi aliena uirtus exprobratio delictorum uestrorum sit. Inuidi splendida cum soribus uestris conferitis, nec intelligitis quanto id uestro detrimento audeatis. Nam si illi qui uirtutem sequuntur, auari, libidinosi, ambitiosique sunt, quid uos estis, quibus ipsum nomen uirtutis odio est? Negatis quenquam prestare quae loquitur, nec ad exemplar, orationis suae uicere. Quid mirum? cum loquantur fortia, ingentia, omnes humanas tempestates euadentia, cum refrigerare se crucibus conentur, in quas unusquisque uestrum clauos suos ipse adicit, ad supplicium tamen acti stipitibus singulis pendent. Hi qui in seipsum animaduertunt, quot cupiditatibus, tot crucibus distrahantur, et maledici, in alienam contumeliam uenusti sunt. Crederent illis hoc uacare, nisi quidam ex patibulo suos spectatores conspuerent?

CAP. XX. Non prestant philosophi quae loquuntur, multum tamen praestant, quod loquuntur, quod honesta mente concipiunt. Nam si et paria dictis agerent, quid esset illis beatius? Interim non est, quod continentas bona uerba, et bonis cogitationibus plena praecordia. Studiorum salutarium, etiam citra effectum laudanda tractatio est. Quid mirum, si non ascendunt in altum? Ardui aggressus ad uirtutes suspice, etiam si decidunt magna conantes. Generosa res est, respicere non ad suas, sed ad naturae suae uires: conari alta, tentare, et mente maiora concipere, quam etiam ingenti aetate adornatis effici possint. Quis sibi proposuit haec? Ego mortem eodem uultu uidebo quo audiam. Ego laboribus quanticumque illi erunt parebo, aetate fulciet corpus, Ego diuitias et praesentes et absentes aequae continentiam, nec si aliubi iacebunt tristior: nec si circa me fulgebunt aetate ducor. Ego fortunam nec uenientem sentiam nec recedentem. Ego terras omnes tanquam meas uidebo, meas tanquam omnium. Ego sic uiuam, quasi sciam alijs me natum, et naturae

* oratio

* et postea
* animosior

ad rerum

rerum hoc noīe gratias agā. Quo enim melius genere negotiū meū agere potuit? unum me donauit omnibus, uni mihi omnes. Quicquid habebō, nec sordide custodiā, nec prodige spargam. Nihil magis possidere me credā, quā bene donata: nō numero, nec pondere beneficia, nec ulla nisi accipientis aestimatione perpendam. Nunquā id mihi multū erit, quod dignus accipiet. Nihil opinionis causa, oīa conscientiae faciā, populo spectante fieri credā, quicquid me conscio faciā. Edendū erit bibendiq; finis desideria naturae restinguere, non implere aluum et exinanire. Ego amicis iucūdus, inimicis mitis & facilis, exorabor antequā roger, honestis precibus occurram. Patriā meam esse mūdū sciā, et praesides deos, supra me, circaq; me stare, factorū dictorūq; censors. Quandoquē autē natura spiritū repetet, aut ratio dimittet, testatus exibo, bonā me conscientia amasse, bona studia, nullius per me libertatē diminutā, a nemine meam.

CAP. XXI. Qui hoc facere proponet, uolet, tentabit, ad deos iter faciet: hoc ille etiā si nō tenuerit, magnis tamen *excidit causis. Vos quidē qui uirtutem cultoremq; eius odistis, nihil noui facitis. Nam & solē lumina aegra formidant, & auersantur *eundem diem splendidum nocturna animalia, quae ad primū eius ortum stupent, & latibula sua passim petunt, abduuntur in aliquas rimas timida lucis. Genūte, & infelicem linguā bonorum exercete cōuitio. Instate, cōmordete, citius multo frāgetis dentes, quā imprimetis. Quare ille Philosophiae studiosus est, & tam diues uitam agit? Quare opes contēnendas dicit, & habet: uitam contēnendā putat, & tamen uiuit? Valetudinē contēnendam, & tamē illam diligentissimē tuetur, atq; optimam mauult? Et exiliū nomen uanum putat, & ait, quid est enim mali mutare regiones, & tamen senescit in patria. Et inter longius tēpus et breuius nihil interesse iudicat, tamē si nihil prohibet, extendit etatē, & in multa senectute placidus uiuit: Ait ista debere

contemni,

contēni, non ne habeat, sed ne sollicitus habeat. Non abiget illa à se, sed abeuntia securus prosequetur. Diuitias quidē ubi tutius fortuna deponet, quàm ibi, unde sine querela reddētis receptura est? Marcus Cato cū laudaret Curium et Coruncanum, & seculum illud in quo censoriū crimen erat, paucæ* argenti armillæ, possidebat ipse quadragies sestertium, minus sine dubio quàm Crassus, plus quàm censorius Cato, Maiore spatio si cōparētur proauum uicerat quàm à Crasso uinceretur. Et si maiores illi obuēnissent opes, non spreuisset. Nec enim se sapiens indignum ullis muneribus fortuitis putat. Nō amat diuitias, sed mauult. Non in animum illas, sed in domum recipit: nec respuit possessas, sed continet, & maiorem uirtuti suæ materiam subministrari uult.

* argenti lamellæ: aliàs, laminae,

CAP. XXII. Quid autē dubij est, quin maior materia sapienti uiro sit aīm explicandi suum in diuitijs quàm in paupertate, cum in hac unum genus uirtuti sit, non inclinari, nec deprimi, in diuitijs & temperantia, & liberalitas, & diligentia, & dispositio, & magnificentia, campum habeat patentem? Non cōtemnet se sapiens, etiam si fuerit minimæ staturæ, esse tamen se procerū uellet, & exilis corpore ac amisso oculo ualebit, mallet tamen sibi corporis esse robur. Et hæc ita, ut sciat esse aliud in se ualentius, malam ualetudinem tolerabit, bonam optabit. Quædā enim etiam si in summā rei parua sunt, ut & subduci sine ruina principalis boni possint, adiiciunt tamen aliquid ad perpetuam letitiam, & ex uirtute nascentē. Sic illum afficiunt diuitiæ & exhilarant, ut nauigantem secundus & ferrens uentus, ut * dies bonus, & in pruina ac frigore apricus locus. Quis porrò sapiētium nostrorum dico, quibus unum est bonū uirtus, negat etiam hæc quæ indifferentia uocamus, habere in se aliquid pretij, & alia alijs esse potiora? Quibusdam ex his tribuitur aliquid honoris, quibusdā multū. Ne erres itaq;

* dies bonus in bruma & frigore

inter potiora diuitiæ sunt. Quid ergo, inquis, me derides, cum eundem apud te locum habeant, quem apud me? Vis scire quod non habeant eundem locum? Mihi diuitiæ si effluerint, nihil auferet, nisi semetipſas: tu stupebis, et uideberis tibi sine te relictus, si illæ à te recesserint. Apud me diuitiæ aliquẽ locũ habebũt, Apud te sumũ. Ad postremũ, diuitiæ meæ sunt, tu diuitiarũ es.

CAP. XXIII. Desine ergo Philosophis pecuniã interdicere. Nemo *sapientẽ paupertate dānauit. Habebit Philosophus amplas opes, sed nulli detractas, nec alieno sanguine cruetas, sine cuiusquã iniuria partas, sine sordidis quæstibus, quarũ tam honestus sit exitus, quã introitus, quibus nemo ingemiscat nisi malignus. In quantum uis exaggera illas, honestæ sunt, in quibus cũ multa sint quæ quisq; sua dicere uelit, nihil est quod quisquam suum possit dicere. Ille uerò fortunæ benignitatẽ à se non submouebit, & patrimonio per honesta quæsito, nec gloriabitur nec erubescet. Habebit tamen etiam quo gloriatur, si aperta domo et admissa i res suas ciuitate poterit dicere, quod quisq; agnouerit, tollat. O magnũ uirum optime diuitẽ, si post hanc uocẽ tantundem habuerit: ita dico, si tuto & securus scrutationem populo præbuerit, Si nihil quisquã apud illũ inuenerit quò manus iniiciat, audacter et propalam erit diues. Sic sapiens nullum denariũ intra limen suũ admittat male intrãtem, Idem magnas opes manus fortunæ fructumq; uirtutis non repudiabit, nec excludet. Quid enim est, quare illis bonũ locum inuideat? ueniant, hospitentur. Nec iactabit illas, nec abscoedet. Alterũ infiniti animi est, alterũ timidi, & pusilli uelut magnũ bonum intra sinum cõtinentis, nec, ut dixi, eiciet illas è domo, Quid enim dicet? utrum ne inutiles estis, An ego uti diuitijs nescio? Quẽadmodum qui pedibus suis poterit iter conficere, ascendere tamen uehiculũ malet, si pauper si poterit esse diues uolet, & habebit utiq; opes, sed tanquã leues et auolaturas, nec

*sapientiam

ulli alij,
aures? C
ficere p
eliget, u
nem esse
inter tur
non per

CAP

re Pluri
nõ casu
succurre
cat pau
uis desit
Quibus
gens, nu
quis, rec
unde re
admodu
cesse. Q
materia
minibu
an liber
ubicuq;
limen s
liberis
est. He
pingite
inuener
exaudi
dicunt
tie, al

illi alij, nec sibi graues esse patietur. Donabit. Quid? Erexistis aures? Quid? Expeditis sinūs? Donabit, aut bonis, aut eis quos facere poterit bonos, Donabit cū summo consilio, dignissimos eliget, ut qui meminerit tam expensorū quā acceptorū rationem esse reddendā. Donabit ex recta & probabili causa. Nam inter turpes iacturas malū munus est. Habebit sinum facilem, non perforatum, ex quo multa exeant, & nihil excidat.

CAP. XXIIII. Errat, si q̄s existimat facile re esse donare. Plurimū ista res habet difficultatis, si modò cōsilio tribuitur, nō casu & impetu spargitur. Hūc promereor, *illi credo. Huic succurro, huius misereor. Illum instruo, dignū quem non diducat paupertas, nec occupatū teneat. Quibusdā non dabo quamuis desit, quia etiā si dederō, erit *defecturū. Quibusdam offerā. *defuturum. Quibusdam etiam inculcabo. Non possum in hac re esse negligens, nunquā magis nomina facio, quā cū dono. Quid tu, inquis, receptorus donas? imò nō perditurus. Eo loco sit donatio, unde repeti non debeat, reddi possit, Beneficiū collocetur quē admodum thesaurus alte obrutus, quē non eruas, nisi fuerit necesse. Quid domus ipsa diuitis uiri, quātam habet benefaciendi materiam? Quis enim liberalitatē tantū ad togatos uocat? Homīnibus prodesse natura iubet, serui liberiue sint hi, ingenui an libertini, iustæ libertatis, an inter amicos datæ: quid refert, ubicūq; homo est, ibi beneficio locus. Potest itaq; pecuniā intra limen suum diffundere, & liberalitatē exercere, quæ non quia liberis debetur, sed quia à libero aīo proficiscitur, ita nominata est. Hæc apud sapientem, nec unquam in turpes indignosq; impingitur, nec unquā ita defatigata erit, ut non quotiens dignum inuenerit, quasi ex pleno fluat. Non est ergo quod perperam exaudiatis quæ honeste, fortiter, animose, à studiosis sapientiæ dicuntur. Et hoc primum attendite, Aliud est studiosus sapientiæ, aliud iam adeptus sapientiam. Ille tibi dicet, optime lo-

quor,

*quantum
cumq;

quor, sed adhuc inter mala uolutor plurima. Nnoest, quod me ad formulā meā exigas, cū maxime facio me & formo, & ad exēplar ingens attollo: si processero, * quantum proposui, exige, ut dictus facta respondeant. Assecutus uero humani boni summā aliter tecū aget, & dicet, primū nō est, quod tibi permittas de melioribus perre sententiā. Mihi iam quod argumentum est recti cōtigit, malis displicere. Sed ut tibi rationē reddam, quam nulli mortalium inuideo, audi quid promittā & quanti quæq; æstimē. Diuitias nego bonum esse, nam si essent bonæ, bonos facerent. Nunc quod apud malos deprehenditur, dici bonū non potest. Hoc illis nomen nego. Ceterum & habendas esse, & utiles, & magna commoda uitæ conferentes fateor.

CAP. XXV. Quid ergo est, quare illas non in bonis numerē? Et quid in illis præstem aliud, quàm uos, quoniam inter utrosq; conuenit habendas, audite. Pone in opulentissima me domo, pone aurum argentumq; in promiscuo usu sit. Nō suspiciā me ob ista, quæ etiā si apud me, extra me tamen sunt. In sublitium pontem me transfer, & inter egentes abige, non ideo tamen me despiciam, quod in illorū numero cōsideo, qui manū ad stipem porrigunt. Quid enim ad rem, an frustū panis desit, cui non deest mori posse? Quid ergo est? domū illam splendidā ma-

* potentem:
als, petētem:
als, pontem.
* in stramen-
tis

lo, quā * putentem. Pone * in instrumentis splendidibus, & delicato apparatu, nihilo me feliciorē credā, quod mihi molle erit amiculum, quod purpura conuiuus meis substernetur. Nihilō miserior ero, si * lapsa ceruix mea in manipulo fœni acquiescet, si super circense tomentum, per suturas ueteris lintei effluens, incubabo. Quid ergo est? Malo quid mihi animi sit ostēdere, prætextatus * & candidatus, quā nudis scapulis. Fac sententiæ omnū mihi ex uoto cedant, nouæ gratulationes prioribus subtexantur, nō ob hoc mihi placebo. Muta in contrarium hanc indulgentiā tēporis, hinc illinc percutiatur animus, dāno,

* lassa
* & chlamy-
datus: aliās,
& causea-
tus.

luctu,

luctu, incurſionibus uarijs, nulla hora ſine querela ſit: non ideo me dicam inter miſerrima miſerū: nō ideo aliquem execrabor diē: prouiſum eſt enim à me, ne quis mihi ater dies eſſet. Quid ergo eſt. Malo gaudia tēperare, quàm dolores cōpeſcere. Hoc tibi ille Socrates dicet. Fac me uictorem uniuerſarum gētium. Delicatus ille Liberi curruſ triumphantem uſq; ad Thebas à ſolis ortu uehat. Iura⁺ reges Perſarum petant. Me hominē maxime cogitabo, ⁺ cum dijs undiq; conſultabo. Huic tam ſublimi ſiſtigio coniunge protinus præcipitem mutationē, in alienum imponar ſerculum, exornaturus uictoris ſuperbi ac feri pompam, non humilior ſub alieno curru agar, quàm in mco ſteterā. Quid ergo eſt? uincere tamen, quàm capi malo. Totum fortunæ regnum deſpiciam, ſed ex illo ſi dabitur electio, meliora ſumā. Quicquid ad me uenerit, bonū fiet, ſed malo faciliora ac iucūdiora ueniant, & minus uexatura tractantem. Non eſt enim quod æſtimes ullam eſſe ſine labore uirtutem, ſed quædā uirtutes ſtimulis, quædam frenis egent. Quemadmodū corꝑus in procliui retineri debet, in ardua impelli, ita quædam uirtutes in procliui ſunt, quædam cliuum ſubeunt. An dubium ſit, quin aſcendat, nitatur, obluſtetur, patientia, fortitudo, perſeueratia, & quæcunq; alia duris oppoſita uirtus eſt, & fortunā ſubigit? Quid ergo? nō æque manifeſtum eſt per deuexum ire, liberalitatem, temperantiam, manſuetudinem? In his continemus animum ne prolabatur. In illis exhortamur, incitamusq;. Acerri- mas ergo paupertati adhibebimus, illas quæ impugnatæ ſunt fortiores: diuitijs illas diligentiores, quæ ſuſpenſum gradum ponunt, & pondus ſuum ſuſtinent.

CAP. XXXVI. Cū hoc ita diuiſum ſit, malo has in uſu mihi eſſe, quæ exercendo tranquille ſunt, quàm eas quarum experimentum ſanguis & ſudor eſt. Ergo non ego, inquit ſapiēs, aliter uiuo quàm loquor, ſed uos aliter audiſtis. Sonus tantum-

* reges pe-
natum
* cum Deo
utiq; conſciē-
tia luſtabor.

modo

modo uerborū ad aures uestras peruenit, quid significet, non queritis. Quid ergo inter me stultum, & te sapientem uirum interest, si uterq; habere uolumus? Plurimū, Diuitiæ apud sapientē uirū in seruitute sunt, apud stultum in imperio. Sapiens diuitijs nihil permittit, uobis diuitiæ omnia. Vos tanquā aliquis uobis æternā possessionē earum promiserit, assuescitis illis & hæretis: sapiens tunc paupertatē præcipue meditatur, cum in medijs diuitijs constitit. Nunquā imperator ita paci credit, ut non se præparet bello, quod etiam si non geritur, indictum est. Vos domus formosa, tanquā nec ardere nec ruere possit, insolentes, uos opes tanquā periculum omne transcenderint, maioresq; sint quàm quibus consumendis satis uirium habeat fortuna, obstupefaciunt. Ociosi diuitijs luditis, nec prouidetis illarum periculum: sicut barbari plerunq; inclusi, & ignari machinarum, segnes laborem obsidentiuū spectant, nec quò illa *pertineant, quæ ex longinquo struuntur intelligunt. Idem uobis euenit, Marcetis in uestris rebus, nec cogitatis quot casus undiq; immineant, iamiamq; preciosa spolia * laturi. Sapienti quisquis abstulerit diuitias, omnia illi sua relinquet. Viuit enim presentibus letus, futuri securus, Nihil magis Socrates, inquit, aut ali quis alius, cui idem ius aduersus humana atq; eadē potestas est. persuasi mihi, quàm ne ad opiniones uestras actum uitæ mee flecterem. Solita conferte undiq; uerba, non conuitiari uos putabo, sed uagire uelut infantes miserrimos, Hæc dicit ille cui sapientia contigit, quem animus uitiorum immunis increpare alios, non quia odit, sed in remedium, iubet. Adijcet his illa, æstimatio me uestra non meo nomine, sed uestro mouet, Quia * calamitas est odisse, & laceßere uirtutem, bonæ spei * eiu ratio est. Nullam mihi iniuriam facitis, sed ne dijs quidem hi qui aras euertunt, sed malum propositum apparet, malumq; consilium, etiam ubi nocere non potuit. Sic uestras hallucinationes

fero,

fero, q
rum, q
rum il
iniquu
gnatu
expug
homin
quam
spicite
dam ip
ipsam
tiens n
bū non
silenti

C A

rari u
ti & c
ex imp
brachi
nibus
dio luc
cōcurr
alente
intran
mat, C
ra, inf
Si pos
exerc
sate. N
sed op
teriam

fero, quemadmodum Iupiter optimus maximus ineptias poetarum, quorum alius illi alas imposuit, alius cornua, alius adu-
 rum illum induxit & abnoctantem: alius seuum in deos, alius
 iniquum in homines, Alius ingenuorum corruptorem, & co-
 gnatorum quidem. Alius parricidam, & regni alieni paterniq;
 expugnatorem. Quibus nihil aliud actum est, quam ut pudor
 hominibus peccandi demeretur, si talem credidissent. Sed qua-
 quam ista me nihil ledant, uestra tamen *uos moneo causa, sus-
 piciate uirtutem. Credite his, qui illam diu secuti, magnam quid-
 dam ipsos, & quod in dies maius appareat, sequi clamant. Et
 ipsam ut deos, & professores eius ut antisites colite, & quo-
 tiens metio sacra literarum interuenerit, fauete linguis. Hoc uer-
 bum non ut pleriq; existimant, a fauore trahitur, sed imperatur
 silentium ut rite peragi possit sacrum, nulla uoce mala obstrepete.

*nos mouet

CAP. XXVII. Quod multo magis necessarium est impe-
 rari uobis, ut quotiens aliquid ex illo profertur oraculo, inten-
 ti & compressa uoce audiatis. Cum sistrum aliquis concutiens
 ex imperio mentitur, cum aliquis secandi lacertos suos artifex
 brachia atq; humeros suspensa manu cruentat, cum aliqua ge-
 nibus per uiam repens ululat, laurumq; linteatus senex, & me-
 dio lucernam die praefers, conclamat, iratum aliquem deorum,
 cocurritis & auditis, & diuinum esse eum, inuicem mutuum
 alentes stuporem affirmatis: ecce Socrates ex illo carcere, quem
 intrando purgauit, omnium honestiorem curia reddidit, procla-
 mat, Quis iste furor? quae ista inimica dijs hominibusq; natu-
 ra, infamare uirtutes, & malignis sermonibus sancta uiolare?
 Si potestis, bonos laudare: si minus, transite. Quod si uobis
 exercere tetram istam licentiam placet, alter in alterum incur-
 sate. Nam cum in coelum insanitis, non dico sacrilegium facitis,
 sed operam perditis. Praebui ego aliquando Aristophani ma-
 teriam iocorum, tota illa comicorum poetarum manus in me
 uene

* mens mea:
aliàs, uirtus
mea,

uenenatos sales suos effudit. Illustrata est * manus mea, per ea ipsa, per quæ petebatur. Produci enim illi & tentari expedit, nec ulli magis intelligunt quanta sit, quàm qui uires eius lacessendo senserunt. Duritia silicis nulli magis quàm ferientibus nota est. Præbeo me nõ aliter quàm rupes aliqua in uadoso mari destituta, quam fluctus nõ desinunt undecunq; moti sunt uerberare, nec ideo aut loco eam mouent, aut per tot ætates crebro incurso suo consumunt. Assilite, facite impetũ, ferendo uos uincam. In ea quæ firma & insuperabilia sunt quicquid incurrit, malo suo uim suam exercet. Proinde quærite aliquem mollem cedentemq; materiam, in quam tela uestra figantur. Vobis autẽ uacat aliena scrutari mala, & sententias ferre de quoquam?

* laxius

Quare hic Philosophus * laxius habitat? Quare hic lautius conat? Papulas obseruatis alienas, obsiti plurimis ulceribus. Hoc tale est, quale si quis pulcherrimorũ corporum neuos, aut uerrucas derideat, quem * uera scabies depascitur. Objicite Platoni, quod petierit pecuniã, Aristoteli quod acceperit, Democrito quod neglexerit, Epicuro, quod consumpsit, mihi ipsi Alcibiadẽ & Phædrum obiectate. O uos usu maxime felices, cum prinũ uobis imitari uitia nostra contigerit. Quin potius mala uestra circũspicitis, quæ uos ab omni parte cõfodiũt, alia grafsantia extrinsecus, alia in uisceribus ipsis ardẽtia? Non eo loco res humanæ sunt, etiã si statũ uestrũ parũ nositis, & uobis tantũ ocij supersit, ut in probra meliorum agitare linguam uacet.

* fera: aliàs,
fœda

CAP. XXVIII. Hæc uos nõ intelligitis, & alienũ fortunæ uestræ uultũ geritis, sicut plurimi quibus in circo aut in theatro desidentibus, iam funesta domus est, nec annunciatum malũ. At ego ex alto prospiciẽs, uideo quæ tẽpestates, aut immineant uobis paulo tardius rupturæ nymbũ suũ, aut iam uicine uos ac uestra * rapturæ sint, si propius accesserint. Quid porro, nõne nũc quoq; (etiã si parũ sentitis) turbo quidã ani-

* tracturæ

mos uestros rotat, & inuoluit fugientes, petentesq; eadem, & nunc in sublime alleuatos, nunc in infima allisos magno uos concussu in uitia rapit? Cur nobis magno consensu uitia commedat? Licet nihil aliud quam quod sit salutare tentemus, proderit tamen posse ipsum secedere. Meliores erimus singuli. Quid quod secedere ad optimos uiros, & aliquod exemplum eligere ad quod uitam dirigamus licet? Tunc potest obtinere quod semel placuit, ubi nemo interuenerit, qui iudicium adhuc imbecillum populo adiutore detorqueat. Tunc potest equali uitam & uno tenore producere, quam propositis diuersissimis scindimus. Nam inter cetera mala illud pessimum est, quod uitia ipsa mutamus. Sic ne hoc quidem nobis contingit, permanere in malo, iam familiarari. Aliud ex alio placet, uexatq; nos. Hoc quoq; quod iudicia nostra non tantum praua, sed etiam leuia sunt. Fluctuamus, aliudq; ex alio comprehendimus, petita relinquimus, relicta repetimus, alternæ inter cupiditatem nostram, & poenitentiam uices sunt. Pendemus enim toti ex alienis iudicijs, & id optimum nobis uidetur, quod pettores laudatoresq; multos habet, non id quod laudandum petendumq; est. Nec ueniam bonam ac malam per se æstimamus, sed turba uestigiorum, in quibus nulla sunt redeuntium. Dices mihi, quid agis Seneca? deseris partes. Certe Stoici nostri dicunt, usq; ad ultimam uitæ finem in actu erimus, non desinemus communi bono operam dare, adiuuare singulos, opem ferre etiam inimicis, eniti manu, Nos sumus, qui nullis annis uacationes damus, & quod ait ille uir disertissimus, Canticum galea premimus. Nos sumus, apud quos usq; eo nihil ante mortem otiosum est, ut si res patitur, non sit ipsa mors otiosa. Quid nobis Epicuri præcepta in ipsis Zenonis principijs loqueris? Quin tu bene nauiter, si partium piget, transfugis potius quam prodis? Hæc tibi in præsentia respondebo. Nunquid uis amplius, quam ut me similem ducibus nostris præstet? Quid ergo

*licet quod
in otio non
sit. Tunc

*uestri

ee est:

est: non quò miserint me illi, sed quò duxerint, ibo.

CAP. XXIX. Nunc probabo tibi non desistere me à præceptis Stoicorū. Nam ne ipsi quidē à suis desierunt, & tamen excusatissimus essem, etiā si non præcepta illorū sequer, sed exempla. Hoc quod dico, in duas diuidā partes. Primū ut possit aliquis, uel à prima ætate cōtemplationi uirtutis totū se tradere, rationē uiuendi querere, atq; exercere secreto. Deinde, ut possit hoc aliquis, emeritis iam stipendijs, profligatæ ætatis iure optimo facere, et alios actus animos referre, uirginum uestalium more, quæ annis inter officia diuisis discunt facere sacra, & cum didicerunt docent.

CAP. XXX. Hæc Stoicis quoq; placere ostendam, non quia legē dixerim mihi, nihil contra dictū Zenonis Chryssippi ue cōmittere, sed quia res ipsa patitur me ire in illorū sententiam, quam si quis semper unius sequitur, non id uitæ, sed fictionis est. Utinā quidē iam* tententur omnia, & inoperta cōfestim ueritas esset, nihilq; ex decretis mutarem. Nunc ueritatem cū eis ipsis qui docent, querimus. Duæ maximæ in hac re disident sectæ Epicureorū & Stoicorū, sed utraq; ad otium diuersa uia mittit. Epicurus ait. Non accedet R. P. sapiens, nisi siquid interuenerit. Zenon ait, Accedet ad R. P. nisi si quid impedierit. Alter otium ex proposito petit, alter ex causa. Causa autem illa latè patet, si R. P. corruptior est, quàm ut adiuuari possit, si occupata est malis, nō nitetur sapiens insuper uacuum, nec se nihil profuturis impendet, si parum habebit autoritatis aut uiriū. Nec illum erit admissura R. P. si ualetudo illū impediet, quomodo nauē quassam nō deduceret in mare, Quomodo nomē in militiā nō daret debilis, sic ad uitā quā inhabile sciet, nō accedet. Potest ergo & ille cui oīa adhuc in integro sunt, antequā ullas experiatur tēpestates, in tuto subsistere, et protinus cōmendare se bonis artibus, & illud beatū otium exigere,

uirtutum

* ostēderentur: aliās, tenerentur

uirtutu
nempe
multis
cū se ut
se dete
quibus
retur. H

CA
magna
in qua
ciuitati
ditio na
aut alte
certos.
minori
iori R.
otio me
tura an
& mar
eiusmo
qua cur
fit. Deu
cus illi
inter ca
platur,
lemus d
tura ad
nem. N

CA
se unius
scendi,

uirtutum cultor, quæ exerceri etiam quietissimis possunt. Hoc nempe ab homine exigitur, ut profut hominibus, si fieri potest multis, si minus paucis, si minus, proximis, si minus, sibi. Nam cū se utilē cæteris efficit, cōmune aut negotium. Quomodo qui se deteriorē facit, nō sibi tantūmodo nocet, sed etiam oībus eis, quibus melior illis prodesse potuisset. Sic si quis bene de se meretur, hoc ipso alijs prodest, quod illis profuturum parat.

CAP. XXXI. Duas R. P. animo complectamur, Alterā magnam, & uere publicam, qua dii atq; homines continentur, in qua nō ad hunc angulū respicimus, aut ad illū, sed terminos ciuitatis nostræ cū sole metimur, Alterā cui nos affcripsit cōditio nascēdi. Hæc autē Atheniensū erit, aut Carthaginensū, aut alterius alicuius, quæ non ad oēs pertineat homines, sed ad certos. Quidā eodem tempore utriq; R. P. dant operā maiori minoriq; quidā tantū minori, quidam tantū maiori. Huic* maiori R. P. & in otio deseruire possumus, imō uero nescio an in otio melius: ut queramus quid sit uirtus, una plures uel sint. Natura an ars bonos uiros faciat. Vnū sit hoc, quod mari terras, & maria terris inserta complectitur, an multa Deus corpora eiusmodi sparserit. Continua sit omnis & plena materia, ex qua cuncta gignuntur, an diducta, & solidis inane permixtū sit. Deus sedens opus suū spectet, an tractet. Vtrū ne extrinsecus illi circūfusus sit, an toti inditus. *Immobilis sit mundus, an inter caduca, & ad tempus nata numerandus. Hæc qui cōtemplatur, quid deo præstat? Ne tanta eius opera sine teste sint. Solemus dicere summū bonū esse secundum naturam uiuere. Natura ad utrumq; genuit, & contemplationem rerum & actionem. Nunc probemus, quod prius diximus.

CAP. XXXII. Quid porrò, hoc non erit probatum, si se unusquisq; consuluerit, quantam cupiditatē habeat ignota noscendi, quā ad oēs fabulas excitetur? Nauigant quidam, &

agit f.

* minori

* Immortalis

labores peregrinationis longissimæ una mercede perpetuatur, cognoscendi aliquid abditum remotumq;. Hæc res ad spectacula populos contrahit, hæc cogit præclusa rimari, secretiora exquirere, antiquitates euoluere, mores barbararū audire gentium. Curiosum nobis natura ingenium dedit, & artis sibi ac pulchritudinis suæ conscia, spectatores nos tantis rerū spectaculis genuit, perditura fructum sui, si tam magna, tam clara, tã subtiliter ducta, tam nitida & nō uno genere formosa solitudinē ostenderet. Vt scias illā spectari uoluisse, non tantū aspici, uide quæ nobis locū dederit. In media nos sui parte cōstituit, et cōspectū omniū nobis dedit, nec erexit tantūmodo hominē, sed etiā ad contemplationē factum, ut ab ortu sydera in occasum labentia prosequi posset, & uultū suum circūferre cū toto corpore, * sublime fecit illi caput, & collo flexibili imposuit. Deinde sena per diem, sena per noctem, * signa prolucent. Nullam non partē sui explicuit, ut per hæc quæ obtulerat eius oculis, cupiditatē faceret etiā cæterorum: nec enim omnia, nec tanta uisimus, quanta sunt, sed acies nostrā aperit sibi inuestigando uia, & fundamenta ueri iacit, ut inquisitio transeat ex apertis in obscura, & aliquid ipso mundo inueniat antiquius. unde ista sydera exierint, quis fuerit uniuersi status antequam singula in partes discederent, quæ ratio mersa & confusa diduxerit, Quis loca rebus assignauerit, suapte natura grauis descenderint, euolauerint leuia, an * propter ipsum pōdus corporū altior aliqua uis legē singulis dixerit: an illud uerum sit, * quod à me probatur, homines diuini spiritus esse, partem ac ueluti scintillas quasdam sacrorum * in terras desiluisse, atq; ex alieno loco exisse. Cogitatio nostrā cœli munimenta perumpit, nec contenta est id quod ostenditur scire. Illud, inquit, scrutator quod ultra mundū iacet, utrū ne profunda uastitas sit, an & hoc ipsum terminis suis claudatur: qualis sit habitus exclu-

*sublimius
*signa pro-
duxit, et nul-
lam non

*præter
*quo maxi-
mè probatur
*in terrā re-
siluisse, atq;
extraneo lo-
co hæsisse.

sis, in for
obtinem
reant m
tentur: i
turum q
lis. Vtr
per diue
non mu
cū licet
dere, lic
tis huma
tura con
cognitio
tum me
strum q
Vtrumq
est. Sed
hil aliud
sine exit
sus hoc t
an ut ser
ab huma
ullo uirt
ras, min
siderari
sine act
Quis ne
tantum
num ex
Quid si
agenda

sis, iniformia, & confusa sint, an in omnem partē tantundē loci
 obtinentia, an & illa in aliquē cultū descripta sint: huic cohæ-
 reant mundo, an longe ab hoc secesserint, & in uacuo uolu-
 tentur: indiuidua sint, per quæ struitur omne id quod natū fu-
 turumq; est, an continua eorū materia sit, & per totū mutabi-
 lis. Vtrū contraria inter se elementa sint, an non pugnent, sed
 per diuersa conspirent. Ad hæc quæreda natus, * æstima quod
 non multū acceperit temporis, etiā si illud totū sibi uendicat:
 cui licet nihil facilitate eripi, nihil negligentia patiatur exci-
 dere, licet horas suas auarissime seruet, & usq; in ultimæ eta-
 tis humanæ terminos procedat, nec quicquā illi ex eo quod na-
 tura constituit, fortuna concutiat, tamen homo ad immortalium
 cognitionē nimis mortalis est. * Ego secundū naturā uiuo, si to-
 tum me illi dedi, si illius admirator cultorq; sum. Natura autē
 utrumq; facere me uoluit, & agere, & contēplationi uacare.
 Vtrumq; facio, quoniam ne contēplatio quidem sine actione
 est. Sed refert, inquis, an ad hanc uoluptatis causa accesserit, ni-
 hil aliud ex illa petens, quā assiduam contēplationem, quæ
 sine exitu est. Est enim dulcis, & habet illecebras suas. Auer-
 sus hoc tibi respondeo, æque refert, quo animo ciuile agas uitā,
 an ut semper iniquus sis, nec unquam sumas ullū tempus, quō
 ab humanis ad diuina respicias. Quomodo res appetere sine
 ullo uirtutū amore, & sine cultu ingenij, ac nudas ædere ope-
 ras, minime probabile est (misceri enim inter se ista, & * con-
 siderari debent) sic imperfectum ac languidū bonū est, in otio
 sine actu proiecta uirtus, nunquam id quod didicit ostendens.
 Quis negat illum debere profectus suos in opere tentare? nec
 tantum quid faciendum sit cogitare, sed etiam aliquando ma-
 num exercere, & ea quæ meditata sunt, ad uerum perducere?
 Quid si per ipsum sapientē non est mora, si nō actor deest, sed
 agenda desunt, ecquid illi secum esse permittes? Quo animo

* existimat

* Ergo

* conferri

ad otium sapiens secedit? Ut sciat secum quoque ea acturum, per
 que posteris prosit. Nos certe sumus, qui dicimus, & Zenonē
 & Chrysippū maiora egisse quam si duxissent exercitus, ges-
 sissent honores, leges tulissent, quas nō uni ciuitati, sed toti hu-
 mano generi tulerunt. Quid ergo est, quare tale otium non con-
 uenit bono uiro, per quod futura secula ordinet, nec apud pau-
 cos concionetur, sed apud oēs omnium gentium hoīes quicunq;
 erūt? Ad summā quæro, an ex præceptis suis uixerint Clean-
 thes & Chrysippus & Zenon. Nō dubie respondebis, sic illos
 uixisse, quæadmodum dixerant esse uiuendū. Atqui nemo illorū
 R. P. administrauit. Non fuit, inquis, aut ea fortuna, aut digni-
 tas ea, quæ admitti ad publicarum rerum tractationē solet, sed
 iidem nihilominus non segnē egere uitam. Inuenerunt quemad-
 modum plus quies illorū hominibus prodesset, quam aliorū dis-
 cursus & sudor. Ergo nihilominus hi multum egisse uisi sunt,
 quāuis nihil publicè agerent. Præterea tria genera sunt uitæ,
 inter quæ quid sit optimū quæri solet. Vnū uoluptati uacat, al-
 terum contēplationi, tertium actioni. Primum deposita contēctione,
 depositoq; odio, quod implacabile diuersa sequentibus indixi-
 mus, uideamus an hæc oīa ad idem sub alio atq; alio titulo per-
 ueniunt. Nec ille qui uoluptatē probat, sine contēplatione est,
 nec ille * qui se contēplationi inseruit, sine uoluptate est, nec ille
 cuius uita actionibus destinata est, sine contēplatione est. Pluri-
 mum, inquis, discriminis est, utrū aliqua res propositū, an pro-
 positi alterius accessio sit. Sanē grande discrimen. Tamen alte-
 rum sine altero non est. Nec ille sine actione contēplatur, nec is
 sine contēplatione agit. Nec ille tertius, de quo male existima-
 re consensimus, uoluptatē inertem probat, sed eam, quæ actione
 efficit firmos. Ita et hæc ipsa uoluptaria secta in actu est. Quid
 nū in actu est, quum ipse dicat Epicurus aliquādo se recessurum
 à uoluptate, dolorem etiam appetiturū, si aut uoluptati immi-
 nebit

* qui contem-
 plationē ele-
 git,

nebit po-
 pertinet
 bus. Alij
 nunc huc
 ut otium
 libet R.
 otium uo-
 omnibus
 rentibus
 Athenie
 retur su-
 accessur
 R. P. sa-
 festa lib-
 inhumat
 fugiet sa-
 quæ sapi-
 mitur ille
 necessar
 Si quis d
 in eo ma-
 tempest
 me uetat

Cap.
 Hæc par
 Indicat e
 in hoc m
 Cap.
 patiens a
 erat auxi

nebit

nebit poenitentia, aut dolor minor pro grauiore sumetur? Quò pertinet hoc dicere? Vt appareat cōtemplationē placere omnibus. Alij petunt illam, nobis statio hæc, non portius est. Adijce nunc huc, quod è lege Chryssippi uiuere otioso licet. Non dico ut otium patiat, sed ut eligat. Negāt nostri sapiētē ad quamlibet R.P. accessurū. Quid autem interest, quomodo sapiens ad otium ueniat, utrum quia R.P. illi deest, an quia ipse R.P. Si omnibus defutura R.P. est, semper autē decriit fastidioso querentibus, interrogo ad quam R.P. sapiens accessurus sit. Ad Atheniensem, in qua Socrates dānatur, Aristoteles ne damnetur fugit? in qua opprimit inuidia uirtutes? Negabis mihi accessurū ad hanc R.P. sapientem. Ad Carthaginensium ergo R.P. sapiens accedet, in qua assidua seditio, & optimo cuiq; infesta libertas est, Summa æqui ac boni uilitas, aduersus hostes inhumana crudelitas, etiam aduersus suos hostilitas? Et hanc fugiet sapiens. Si percensere singulas uolucro, nullam inuenero, quæ sapientem, aut quam sapiens pati possit. Quod si non inuenitur illa R.P. quā nobis fingimus, incipit omnibus esse otium necessariū, quia quod unum præferri poterat otio, nusquā est. Si quis dicit optimum esse nauigare, deinde negat nauigādum in eo mari, in quo naufragia fieri soleant, & frequēter subitæ tempestates sint quæ rectorem in contrarium rapiant, puto hīc me uetat nauem soluere, quum ante laudet nauigationem.

F I N I S.

ANNOT. IN LIB. DE BEATA VITA.

Cap. 2. Non est quod mihi illud dissensionū more respondeas. Hæc pars maior esse uidetur. Rodolphus recte notarat, discessionē. Indicat enim consultationis genus, quo pedibus itur in sentētiam, Et in hoc numerantur suffragia, non expenduntur.

Cap. 3. Tum pulcherrima & patiens. Rodolphi codex habebat patiens anxii, hoc quid sibi uelit nescio, nisi forte pro anxii, scriptum erat auxilii.

Cap. 13. Vix peruenturus in turpia. Quoddam exemplar habebat, ur. Prior lectio uidetur argutior.

Cap. 15. In regno libertas non est, In regno nati sumus. Aeditio Teruifiana non habebat, in regno libertas non est. Sed ea uerba sunt annotatoris.

Cap. 20. Nam quidē si & patria &c. Quidē uidetur redundare.

Cap. 21. Nec fordidū crimen erat, parua &c. Quidā habebat, necessariū crimē. Rodolphus non male cōiectat, centoriū crimen erat.

Cap. 25. Nihilominus ero. Ante hæc uerba Rodolphus codex habebat, Malem magnam meam. Ipse legit malo stragulam meam. Videntur immisitā.

Omnes mihi ex uoto decident. Rodolphus codex habebat. Aut sententias omnes mihi ex uoto decident. Ipse correxit, ut sententiae omnes mihi ex uoto cedant.

Cap. 28. Admonitio nota sit. Hæc uerba nihil faciunt ad sensum. Sum. Suspicio ab annotatore adiecta, admonitio notabilis. Itaque dispunximus.

L. ANNAEI SENE
CAE AD SERENVM DE
TRANQVILLITATE VITAE
LIBER PRIMVS.



*præderem,

NQVIRENTI mihi in me, quædam uitia apparebant Serene in aperto posita, quæ manu præciderem, quædam obscuriora & in recessu, quædam non cōtinua, sed ex interual-
lis redeuntia: quæ uel molestissima dixerim, ut hostes uagos, & ex occasionibus asiliētes, per quos neutrum licet, nec tāquam in bello paratū esse, nec tanquam in pace securum. Illum tamen habitū in me maxime deprehēdo. (Quare enim non uerum ut medico fatear) me, nec bona fide liberatum his quæ timebam & oderam, nec rursus obnoxium. In statu ut non possessimo, ita maxime querulo et moroso positus sum. Nec ægrotō, nec ualeo. Non est quod dicas, omnium uirtutum tenera esse

esse principia, tēpore ipsis duramentū & robur accedere. Nō ignoro etiā quæ in speciem laborant, dignitatem dico & eloquentiæ famam, & quicquid ad alienū suffragium uenit, mora conuallescere. Et quæ ueras uires parant, et quæ ad placendum sūco quodam subornantur, expectant annos, donec paulatim colorem diuturnitas ducat. Sed ego uereor, ne consuetudo quæ rebus affert constantiam, hoc utiū in me altius figat. Tam bonorum quàm malorū longa conuersatio amorem inducit. Hæc animi inter utrunq; dubij, nec ad recta fortiter, nec ad praua uergentis infirmitas qualis sit, nō tam semel tibi possum, quàm per partes ostendere. Dicam quæ accidant mihi, tu morbo nomen inuenies. Tenet me summus amor parsimoniæ, fateor. Placet non in ambitionē cubile compositum, non ex arcula prolata uestis, non ponderibus, aut mille tormentis splendere cogentibus expressa, sed domestica, & uilis, nec seruata, nec sumenda sollicitè. Placet cibus, quem nec parent familiæ, * nec spectent, nec multos ante paratus dies, nec multorū manibus ministratus, sed parabilis facilisq; nihil habēs accersiti pretiosi ue. Vbi libet nō defuturus, nec patrimonio grauis, nec corpori, nec rediturus qua intrauerat. Placet minister incultus & rudis uermula, argentū graue rustici patris, sine ullo opere & nomine artificis: & mensa non uarietate macularū conspicua, nec per multas elegantium dominorū successiones ciuitati nota, sed in usum posita, quæ nullius conuiuæ oculos, nec uoluptate moretur, nec accendat inuidia. Cum bene ista placuerunt, præstringit animum apparatus alicuius pædagij, diligentius * quàm

* nec expectent,

* quàm in præuato lare uestita

ee s quid

quid epulas loquar, scena sua dignas? Circumsudit me ex longo frugalitatis situ uenientem, multo splendore luxuria & undique circumsonuit. Paulum titubat acies, facilius aduersus illam animum quam oculos attollo. Recedo itaque non peior, ^{*cum} sed tristior. Nec inter illa friuola mea^t tam altus incedo, tacitusq; morsus subit, & dubitatio nunquid illa meliora sint, nihil horum me mutat, nihil tamen non concutit. Placet uim preceptorum sequi, & in mediam ire Rempub. Placet honores fascesq; non ^{*purpura} purpura aut aureis uirgis adductum capeffere, aut uirgis abductum ^{aut uirgis abductum} cōpescere, Zenonem, Cleanthem, Chrysippum, quorum tamen nemo ad Rempub. accessit, & nemo non ^{*misit.} omisit. Ad quam cum animum insolitum arietari permisi, ubi aliquid occurrit, aut indignum, (ut in omni uita humana multa sunt) aut parum ex facili fluens, aut multum temporis res non magno aestimande poposcerunt, ad otium conuertor: & quemadmodum peccoribus fugatis quoque uelocior domum gradus est, placet intra parietes suos uitam coëcere. Nemo ullum auferat diem, nihil dignum tanto impendio redditurus, sibi ipse animus hereat, se colat, nihil alieni agat, nihil quod ad iudicem spectet. Ametur expers publicæ priuatæq; curæ tranquillitas. Sed ubi lectio fortior erexit animū, aculeos subdiderunt exēpla nobilia, profilire libet in forū, cōmodare alteri uocem, alteri operam, ^{*alicuius} etsi nihil profuturū, tamen conaturam prodesse, ^{*nunc} alterius coëcere in foro superbā, male secundis rebus elati. In studijs puto mehercule melius esse res ipsas intueri, & harum causa loqui, ceterū uerba rebus permittere, ut quā duxerint, hac inelaborata sequatur oratio. Quid opus est seculis duratura cōponere? Vis tu^t non id agere, ne te posteri taceant? Morti natus es, minus molestiarum habet finis tacitū. itaq; occupandi tēporis

causa

causa in
be. Min
animus
est, altiu
* exit
ror, &
bus rebu
tim defl
milis pe
liariter
fuit. Pu
se perue
oculis tr
adulatio
est: Qu
ges, plu
habes re
putes m
tus anim
similitu
sed nau
conspici

Q
moncor
dine ex
guntur,
tantur,
rem cor
nam est

causa in usum tuū, non in præconiū aliquid simplici stilo scribe. Minore labore opus est studentibus in diem. Rursus ubi se animus cogitationum magnitudine leuauit, ambitiosus in uerba est, altiusq; ut *spirare, ita eloqui gestit, & ad dignitatē rerū *exit oratio, oblitus tum lenis prætorisq; iudicij sublimius feror, & ore nō tantū meo. Ne singula diutius persequar, in omnibus rebus hæc me sequitur bonæ mentis infirmitas, cū ne paulatim defluam uereor, aut quod est sollicitus, ne semper casuro similis pendeam, & plus fortasse sit, quàm quod provideo. Familiariter enim domestica aspiciamus, & semper iudicio fauor officit. Puto multos potuisse ad sapientiā peruenire, nisi putassent se peruenisse, nisi quædam in se dissimulassent, quædam apertis oculis transilissent. Non est enim quod magis aliena iudices adulatione perire, quàm nostra. Quis sibi uerum dicere ausus est? Quis non inter *adulantium, blandientiumq; positus greges, plurimum tamen sibi ipse assentatus est? Rogo itaq; si quod habes remedium, quo hanc fluctuationem meam sistas, dignum putes me, qui tibi tranquillitatē debeā, non esse periculosos motus animi, nec quicquam tumultuosi afferentis scio. Ut uera tibi similitudine id de quo queror exprimam, nō tēpestate uxor, sed nausea. Detrahe ergo quicquid hoc est mali, & succurre in conspectu terrarum laboranti.

De stabilitate mundi.

CAP. II.

QVæro mehercule iam dudum Serene ipse tacitus, cui talē affectum animi similem putē, Nec ullius propius admoneror exemplo, quàm eorum, qui ex longa & graui ualitudine expliciti, motiunculis, leuibusq; interim offensis perstringuntur, & cū reliquias effugerint, suspicionibus tamen inquietantur, medicisq; iam sani manum porrigunt, & omnem calorem corporis sui calumniantur. Horum Serene non parum sanum est corpus, sed sanitati parum assueuit. Sic est quidam tre-

mor

* sperare;
* exigitur oratio, oblitus tum legis præß.

* laudantiū,

mor etiam tranquillū maris, aut lacus qui ex tempestate requieuit. Opus est itaq; non illis durioribus, quæ etiā transcurrimus, ut alicubi obstes tibi, alicubi irascaris, alicubi instes grauius, sed illud quod ultimū uenit, ut faciā tibi habeas, & recta ire uia te credas, nihil auocatus transuersis multorum uestigijs passim discurrentium, & quorundā circa ipsam errantiū uiam, Quod desideras autem, magnum & summum est, Deoq; uicinum, nō concuti. Hanc stabilem animi sedem, Græci ἐὐδὴμῆσιν uocant, de qua Democriti uolumen egregiū est. Ego tranquillitatē uoco, nec enim imitari & transferre uerba ad illorum formam necesse est. Res ipsa de qua agitur, aliquo signanda nomine est, quoa appellationis Græcæ uim debet habere, nō faciem. Ergo querimus quomodo animus semper æqualis, secundoq; cursu eat, propiciusq; sibi sit, & sua lætus aspiciat, & hoc gauatum nō interrumpat, sed placido statu maneat, nec attollens se inquam, nec deprimens. Ad tranquillitas erit. Quomodo ad hanc perueniri possit, in uniuersum queramus. Sumes tu ex publico remedio quātum uoles. Totum interim uitium in medium protrahendum est, ex quo cognoscet quisq; partem suam. Simul tu intelliges quanto minus negotij habeas cum fastidio tui, quam hi quos ad professionem speciosam alligatos & sub ingeni titulo laborantes, in sua simulatione pudor magis quam uoluntas tenet. Omnes in eadē causa sunt, & hi qui leuitate uexantur, ac tedio, assiduaq; mutatione propositi, quibus semper magis placet, quod reliquerunt, & illi qui marcent & * oscitant. Adijce illos, qui non aliter quam quibus difficilis somnus est, uersant se, & hoc atq; illo modo componunt, donec quietem lassitudine inueniant: statum uitæ suæ formādo subinde, in conuulsissime manent, in quo illos non mutandi odium, sed senectus ad nouandum pigra deprehendit. Adijce & illos, * qui non inconstantiæ uitio parum leues sunt, sed inertia. Viuunt, non

* oscitantur:
aliās ociātur

* qui non con
stantia in ui
tio

quomo

quomodo uolunt, sed quomodo coeperunt. Innumerabiles de-
 uiae proprietates sunt, sed unus effectus uitij, displicere sibi:
 hoc oritur ab* intemperantia animi, & cupiditatibus timidis,
 aut parum prosperis, ubi aut non audent, quantum concupi-
 scunt, aut non consequuntur, & in spem toti prominet, semper
 instabiles mobilesq; sunt. Quod necesse est accidere pendentibus
 ad uota sua. Omni uita pendent, & inhonesta se ac diffici-
 lia docent, coguntq;: & ubi sine premio labor est, torquet illos
 irritum dedecus, nec dolent praua se frustra uoluisse. Tunc illos
 & poenitentia coepta tenet, & incipiendi timor, surreptiq; illa
 iactatio animi, non inuenientis exitum, quia nec cupiditatibus
 suis imperare, nec obsequi possunt, & cunctatio uite, parum
 se explicantis, & inter destituta uota torpentis animi situs.
 Quae omnia grauiora sunt, ubi odio infelicitatis operosae ad
 ocium profugerunt, & ad secreta studia: quae pati non potest
 animus ad ciuilia erectus, agendiq; cupidus, & natura inquietus,
 parum scilicet in se solatiore habens: ideoq; detractis oble-
 ctationibus, quas ipsae occupationes discurrentibus praebent,
 domum, solitudinem, parietes non fert, inuitus aspicit se, sibi re-
 lictus. Hinc illud est tedium, & displicentia sui, & nusquam re-
 sidentis animi uolutatio, & ocij sui tristis atq; agra patientia,
 utiq; ubi causas fateri pudet, tormenta introrsus egit uerecun-
 dia, in angusto inclusae cupiditates sine exitu * seipsas strangu-
 lant. Inde mæror marcorq; * & ille fluctus mentis incertae, quae
 inchoata habent suspensam, deplorata, tristem, Inde ille affe-
 ctus ocium suum detestantium, querentiumq; nihil ipsos ha-
 bere, quod agant, & alienis incrementis inimicissima inuidia.
 Alit enim liuorem infelix inertia, & omnes destrui cupiant,
 quia se non potuerunt prouehere. Et * ex hac deinde auer-
 satione alienorum processuum, & suorum desperatione, obi-
 rascens fortunae animus, & de seculo querens, & in angu-
 los

* intemperie

* se ipsae strangu-
gulant.* & mille flu-
ctus* ex hac ani-
maduersione

*attollendiq;

*motare

los se retrahens, & pœnæ incubās suæ, dum tædet sui pigetq;. Natura enim humanus animus agilis est, & pronus ad motus, Grata omnis illi excitandi se, *abstrahendiq; materia est, gratior pessimis quibusdam ingenijs, quæ occupationibus libenter deteruntur. Vt ulcera quædã nocitur as manus appetunt, & tactu gaudent, & fœdã corporum scabiem delectat, quicquid exasperat: nō aliter dixerim his mentibus, in quas cupiditates uelut mala ulcera erumpunt, uoluptati esse laborem uexationemq;. Sunt enim quædã quæ corpus quoq; nostrū cum quodã dolore delectant, ut uersare se & *mutare nondū sessum latus, & alio atq; alio positum uentilari. Qualis ille Homericus Achilles est, modo pronus, modo supinus, in uarios habitus se ipse componens. Quod propriū ægri est, nihil diu pati, & mutationibus ut remedijs uti. Inde peregrinationes suscipiuntur uagæ, & littora pererrantur, & modo mari se, modo terra experitur, semper presentibus infesta leuitas. Nunc Campaniã petamus, iam delicata fastidio sint, inculta uideantur. Brutios & Lucanos saltus persequamur. Aliquid tamen inter deserta amocni requiratur, in quo luxuriosi oculi longo locorum horrentium squalore releuentur. Tarentū petatur, laudatusq; portus, & hyberna cœli mitioris, & tecta uel antiquæ satis opulenta turba. Iam spectamus cursum ad urbē, nimis diu à plausu & fragore aures uacauerunt. Iuuat iam & humano sanguine frui. Aliud ex alio iter suscipitur, & spectacula spectaculis mutantur. Vt ait Lucretius, hoc se quisq; modo semper fugit. Sed quid prodest, si non effugit? sequitur se ipse, & urget grauissimus comes. Itaq; scire debemus, non locorū uitium esse quo laboramus, sed nostrum. Infirmi sumus ad omne tolerandum, nec laboris patientes, nec uoluptatis, nec nostræ, nec ullius rei diutius. Hoc quosdam egit ad mortem quod proposita sepe mutando, in eadem reuoluebantur, & nō reliquerant nouitati locum.

locum.
illud ra

A
tractati
& exe
lisimur
re temp
*rutame
cum ut
simul
&
commu
hac, inq;
in deter
plus fut
foro qui
in priu
malium
ximē in
cunq; oc
uniuersi
prodest.
belloq;
norum p
pecunia
nihil ali
An ille p
mus præ
qui doce
tudo, qd

locum.

locum. Fastidio illis esse cœpit uita & ipse mundus, & subit illud rabidarum deliciarum, quousq; eadem?

De exercitatione animi.

CAP. III.

ADuersus hoc tedium quo auxilio putem utendum, quæris. Optimū erat (ut ait Athenodorus) actione rerū & Reip. tractatione, & officijs ciuilibus se detinere. Nam ut quidā sole & exercitatione, & cura corporis diē educunt, Athletisq; uti libissimum est, lacertos suos, roburq; cui se uendicauerunt, maiore temporis parte nutrire: ita nobis animum ad rerum ciuiliū ^{*tutamē} parātibus, in opere esse longe pulcherrimum est. Nā ^{*certamen} cum utilem se efficere ciuibus mortalibusq; proposuū habeat, simul & exercetur & proficit, qui in medijs se officijs posuit, communia priuataq; pro facultate administrans. Sed quia in hac, inquit, tam insana hominū ambitione, tot calumniatoribus in deterius recta torquentibus parum tuta simplicitas est, & plus futurum semper est quod obstet, quā quod succedat, à foro quidem & publico recedendum est, sed habet, ubi se etiam in priuato lare explicet magnus animus. Nec ut leonum animaliumq; impetus, caucis coërcetur, sic hominum, quorum maxime in seductu actiones sunt, ita tamen delituerint, ut ubi-cumq; ocium suum absconderint, prodesse uelint singulis & uniuersis, ingenio, uoce, consilio. Nec enim is solus Reipub. prodest, qui candidatos extrahit, & tuetur reos, & de pace belloq; censet: sed qui iuentutem exhortatur, qui in tanta bonorum præceptorum inopia, uirtute ^{*instruit}, qui animos ad ^{*instituit}, pecuniam luxuriamq; cursu ruentes prensat ac retrahit: & si nihil aliud, certē moratur, in priuato publicum negotiū agit. An ille plus præstat, qui inter peregrinos & ciues, aut urbanos prætor aduentibus assessoribus uerba pronunciat, quā qui docet quid sit iustitia, quid pietas, quid ^{*sapiētia}, quid fortitudo, quid mortis contemptus, quid deorū intellectus, quā gratuitū bonum

bonum sit bona conscientia. Ergo si tempus in studia conserat,
 quod subduxeris officijs, non deserueris, nec manus detracta
 ueris. Neq; enim ille solus militat, qui in acie stat, & cornu
 dextrum leuuiq; defendit, sed qui portas tuetur, & statione
 minus periculosa, non ociosa tamē fungitur, uigiliasq; seruat, et
 armamentario præest. Quæ ministeria quamuis incruentâ sinu,
 in numerum stipendiorum ueniunt. Si te ad studia reuocaueris
 omne uitæ fastidium effugeris, nec noctem fieri optabis tediō
 lucis, nec tibi grauis eris, nec alijs superuacuuus, multos in ami
 citiam attrahes, affluetq; ad te optimus quisq;. Nunquam enim
 quāuis obscura uirtus latet, sed mittit sui signa. Quisquis di
 gnus fuerit, uestigijs illam colliget. Nam si omnem conuersa
 tionem tollimus, & generi humano renunciamus, uiuimusq; in
 nos tantum conuersi, sequitur hanc solitudinem omni studio ca
 rentem inopia rerum agendarum. Incipiemus ædificia alia po
 nere, alia subuertere, & mare submouere, & aquas cōtra diffi
 cultates locorū *educere, & male dispensare tēpus, quod nobis
 natura *consumendum dedit. Alij parce illo utimur, alij pro
 dige: alij sic impendimus, ut possimus rationē reddere, alij ut
 nullas habeamus reliquias. Quare nihil turpius est, quā grādis
 natu senex, qui nullum aliud habet argumentū, quo se probet
 diu uixisse, præter ætatem. Mihi carissime Serene nimis uide
 tur submisisse tēporibus se Athenodorus, nimis cito refugisse.
 Nec ego negauerim aliquādo cedendū, sed sensim relato gra
 du, & saluis signis, salua militari dignitate. Sanctiores tutio
 resq; sunt hostibus suis, qui in fidē cum armis ueniūt. Hoc pulo
 uirtuti faciendum, studiosoq; uirtutis, si præualebit fortuna, &
 præcidet agendi facultatē, non statim auersus inermisq; fugiat,
 latebras querens, quasi ullus locus sit, quō non possit fortuna
 persequi. Sed parcius *se inserat officijs, & cū delectu inueniat
 aliquid, in quo utilis ciuitati sit. Militare nō licet, honores se
 det,

*ducere,
 *cōsumman
 dum

*se ingerat:
 als, inserat

et: priuato uiuendum est, sit orator: silentium indictum est, tacita aduocatione ciues iuuet: periculosum etiam ingressu forum est, in domibus, spectaculis, in conuiujs, bonum contubernalem, amicum fidelem, temperantem conuiuam agat. Officia si ciuis amiserit, hominis exerceat. Ideo magno animo nos non unius urbis moenibus clusimus, sed in totius orbis commercium emisimus. Patriamque nobis mundum professi sumus, ut liceret latiore uirtuti campum dare. Præclusum tibi tribunal est, & rostris prohiberis, aut comitijs, respice post te, quantum latissimarum regionum pateat, quantum populorum. Nunquam tibi ita magna pars obstruetur, ut non maior relinquatur. Sed uide ne totum istud uitium tuum sit. Non uis enim nisi consul, aut prytanes, aut ceryx, aut suses administrare Rempub. Quid si militare nolis, nisi imperator aut tribunus: etiam si alij primam frontem tenebunt, te fors inter gregarios posuit, inde uoce, adhortatione, exemplo, animo, militata. Præcisus quoque manibus, ille in prælio inuenit, quod partibus conferat, qui stat tantum & clamore iuuat. Tale quiddam facies, si à prima te Reipub. parte fortuna submouerit, stes tamen, clamore iuues: si quis fauces oppressit, stes tamen, & silentio iuues. Nunquam inutilis est opera ciuis boni. Auditum enim, uisu, uultu, nutu, obstinatione tacita, incessuque ipso prodest. Ut salutaria, quæ citra gustum tactumque; odore proficiunt, ita uirtus utilitatem etiam ex longinquo & latens fundit, * siue potitur & fruitur suo iure: siue precarios habet accessus, cogiturque uela contrahere, siue otiosa mutaque est, & angusto circumscripta, siue ad aperta, in quocumque habitu est, * prodest. Quid tu parum utile putas exemplum bene quiescentis? Longe itaque optimum miscere otium rebus, quotiens actiuosa uita impedimentis fortuitis, aut ciuitatis conditione prohibetur. Nunquam enim usque eo interclusa sunt omnia, ut nulli actioni honestæ locus sit. Numquid potes inuenire urbem miseriorem, quam Atheniensem fuit, cum

Suses consul,
lingua Pœ-
norum.

* inter
triarios

* siue expa-
tiatur et uti-
tur suo iure
* prodest.

ff illam

illam triginta tyranni diucllerent? mille trecentos ciues, optimum quemq; occiderant. Nec finē ideo faciebat, sed iritabat seipsam seuitia. In qua ciuitate erat Ariopagos religiosissimū iudiciū, in qua senatus, populusq; senatui similis coibat, quotidie carnificum triste collegiū, & infelix curia tyrannis angusta. Poterat ne illa ciuitas conquescere, in qua tot tyranni, quot satellites erant? Ne spes quidē ulla recipiendæ libertatis animis poterat offerri, nec ulli remedio locus apparebat, contra tantā uim malorū. Vnde enim misere ciuitati tot Harmodios? Socrates tamen in medio erat, & lugentes patres consolabatur, & desperates de Repub. exhortabatur, & diuitibus opes suas *mœrentibus exprobrabat seram periculose auaritiæ penitentiam, & imitari uolentibus magnum circūferebat exemplar, cum intra triginta dominos liber incederet. Hunc tamen Athenæ ipsæ in carcere occiderunt, & qui tutò insultauerat agmini tyrannorū, eius libertatē libertas non tulit, ut scias & in afflicta Repub. esse occasione sapienti uiro ad se proferendum, & in florenti ac beata, pecuniā, *inuidiā, mille alia uitia inermia regnare. Vt cūq; ergo se Respub. dabit, ut cūq; fortuna permittet, ita aut explicabimus nos, aut contrahemus. Vtiq; mouebimus, nec alligati metu torpebimus. Imò ille uir fuerit, qui periculis undiq; imminentibus, armis & cathenis circumfremetibus non alliserit uirtutem, nec absconderit. Non enim debet seruante se obruere, ut opinor. Curius Dentatus aiebat, malle esse se mortuū, quàm uiuere. Vltimū malorum est, ex uiuorum numero exire antequā moriaris, sed faciendū erit, si in Reipub. tempus minus tractabile incideris, ut plus otio ac literis uendices, nec aliter quàm in periculosa nauigatione subinde portum petas, nec expectes donec res te dinuttant, sed ab ipsis teipse disiungas.

CAP. IIII. Inspicere autem debemus primum nosmet-
ipfos,

* metuētibus

* impotētia,

ipfos,
sa, aut
estim.
Alius e
imper.
presit
uilibus
non fa
illos ad
urbani
bus. On
natura

CA

& uire

Debet

re. Ne

Quæd

da, mu

bus no

unde li

finem, a

tius act.

CA

sint, qu

nostru

putat. A

sibi nō

eos itur

fercula

tes sint,

ut secre

ipſos, deinde quæ aggredimur negotia, deinde eos quorū cauſa, aut cū quibus agendum eſt. Ante omnia neceſſe eſt ſeiſpſum æſtimare. Quia ſerè plus nobis uidemur poſſe quàm poſſimus. Alius eloquentiæ fiducia prolabitur, alius patrimonio ſuo plus imperauit, quàm ſerre poſſit: alius infirmum corpus laborioſo preſſit officio. Quorundã parũ idonea eſt uerecundia rebus ciuilibus, quæ firmam frontẽ deſiderant, quorundã contumacia non facit ad aulam. Quidam non habent iram in poteſtate, & illos ad temeraria uerba qualibet indignatio effert. Quidam urbanitatem neſciunt continere, nec periculofis abſtinent ſalubus. Omnibus his utilior negotio quies eſt. Ferox impatiensq; natura iramenta * nocitura libertati euitet.

CAP. V. Aæſtimanda ſunt deinde ipſa quæ aggredimur, & uires noſtræ cum rebus quas tentaturi ſumus cõparandæ. Debet enim ſemper plus eſſe uiriũ in *actore, quàm in pondere. Neceſſe eſt ut opprimant onera, quæ ſerente maiora ſunt. Quedã præterea non tam magna ſunt negotia, quàm ſocundã, multumq; negotiorũ ferunt. Et hæc fugiẽda ſunt, ex quibus noua occupatio multiplexq; naſcitur. Nec accedendũ eò, unde liber reſſus non ſit. His admouenda manus eſt, quorũ finem, aut facere, aut ſperare poſſis. Certe relinquenda quæ latius actũ procedunt, nec ubi propoſueris deſtinunt.

CAP. VI. Hominũ *quoq; delectus habẽdus eſt, an dignũ ſint, quibus partẽ uitæ noſtræ impẽdamus, an ad illas tẽporis noſtri iactura perueniat. Quidã ultro officia noſtra nobis impu-
tãt. Athenodorus ait, ne ad cœnã quidẽ ſe iturũ ad eum, qui ſibi nil pro hoc debiturus ſit. Puto intelligis, multo minus ad eos iturũ, qui cū amicorũ officijs * paria in menſa faciunt, qui
ſercula p cõgiarijs numerãt, quaſi in alienũ honorẽ intẽperantes ſint, deinde illi ſint teſtes ſpectatoresq;. Nõ delectabit popu-
la ſecreta. Cõſiderãdum eſt, utrũ natura tua agẽdis rebus, an

*nocitura li-
bertatis

*latore,

*itaq;

*pares men-
ſas

*otioso, *otio, studio, contēplationiq; aptior sit, & eò inclinādū, quò te
uis ingenij defert. Isocrates Ephorū iniecta manu à foro subdu
xit, utiliorē cōponēdis monimētis historiarū ratus. Mala enim
respondent coacta ingenia, reluctante natura irritus labor est.

De his quæ animum delectant, & de cōmodis amicitia, & quod
amicus cupiditate uacuis eligatur. CAP. VII.

Nihil tamen æque oblectauerit animum, quàm amicitia fi
delis. Quantū bonū est, ubi sunt preparata pectora, in
quæ tuto secretum omne descendat, quorū conscientia minus
quàm tuam timeas, quorum sermo sollicitudinē leniat, sententia
consiliū expediat, hilaritas tristitia dissipet, cōspectus ipse de
lectet? Quos scilicet uacuos, quantū fieri poterit à cupiditati
bus, eligemus. Serpunt enim uitia, & in proximū quemq; trā
siliunt, & contactu nocēt. Itaq; ut in pestilentia cauendum est,
ne corruptis iam corporibus, & morbo flagrantibus asidea
mus, quia pericula trahemus, afflatūq; ipso laborabimus, ita in
amicorū legendis ingenijs dabimus operā, ut quāminime in
quinatos assumamus. Initiū morbi est, ægris sana miscere, nec
hoc præceperim tibi, ut neminem nisi sapientē sequaris, aut at
trahas. Vbi enim * istud inuenies, quod tot seculis quærimus?
Pro optimo est minime malus. Vix tibi esset facultas delectus
felicioris, si inter Platonas & Xenophontas, & illū Socratici
fœtus prouentū bonos quæres, aut si tibi potestas Catonia
ne fieret ætatis, quæ plerosq; dignos tulit, qui Catonis seculo
nascerentur, sicut multos peiores, quàm unquā aliās maximo
rumq; molitors scelerū. Vtraq; enim turba opus erat, ut Cato
posset intelligi, habere debuit & bonos, quibus se approba
ret, & malos in quibus uim suam experiretur. Nunc uero in
tanta bonorum egestate minus fastidiosa fiat electio. Præci
pue tamen uitentur tristes, & omnia deplorantes, quibus nulla
non causa in querelas placet. Constat illi licet fides & beneuo
lentia,

* istum inue
nies quem

lentia, tranquillitati tamen inimicus est comes perturbatus, & omnia gemens.

De mutatione animi.

CAP. VIII.

Transcramus ad patrimonia, maximā humanarū erumnarum materiā. Nam si omnia alia quibus angimur compares, mortes, ægrotationes, metus, desideria, dolorū laborumq; patientiā, cū ijs quæ nobis mala pecunia nostra exhibet, hæc pars multū prægrauabit. Itaq; cogitandum est, quanto leuior dolor sit non habere quā perdere, & intelligemus paupertatem eo minorem tormentorū, quo minorem damnorum esse materiā. Erras enim si putas animosius detrimenta diuites ferre. Maximis minimisq; corporibus par est dolor uulneris. Bion eleganter ait, Non minus molestū esse caluis quā comatis pilos uelli. Idē scias licet de pauperibus locupletibusq; par illis esse tormentum. * Vtriq; enim pecunia sua* adhæsit, nec sine sensu auelli potest. Tolerabilius autē est, ut dixi, faciliusq; nō acquirere, quā amittere. Ideoq; lætiores uidebis quos nunquā fortuna respexit, quā quos deseruit. Vidit hoc Diogenes, uir ingētis animi, & effecit ne quid sibi eripi posset. Tu istud paupertatem, inopiam, egestatem uoca, & quod uoles ignominiosum securitati nomen impone. Putabo hunc non esse felicem, si quē mihi alium inueneris, cui nihil pereat. Aut ego fallor, aut regnum est, inter auaros, circumscriptores, latrones, plagiarios, unum esse, cui noceri non possit. Siquis de felicitate Diogenis dubitat, potest idem dubitare & de decorum immortalium statu, an parum beate degant, quod illis non prædā, nec hortū sint, nec alieno colono rura pretiosa, nec grande in foro sœnus. Non te pudet, quisquis diuitijs adstupes? Respice ægedum mundum, Nudos uidebis deos, omnia dantes, nihil habentes. Hunc tu pauperem putas, an dijs immortalibus similem, qui se fortuitis omnibus exuit? Feliciorem tu

* Vtrisque
* obhæsit,

Demetrium Pompeianum uocas, quæ non puduit locupletio-
 esse Pompeio: Numerus illi quotidie seruorū, uelut imperatori
 exercitus, referebatur, cui iam dudum diuitiæ esse debuerant,
 duo uicarij et cella laxior. At Diogeni seruus unicus fugit, nec
 eum reducere cū monstraretur, tanti putauit. Turpe est, inquit,
 Manen sine Diogene posse uiuere, Diogenem iam sine Mane
 non posse. Videtur mihi dixisse, Age tuum negotium fortuna,
 nihil apud Diogenē *tuum est. Fugit mihi seruus, imò liber abiit.
 Familia uestiarius petit uictumq; Tot uetres auidissimorum
 animalū tuendi sunt, Emenda uestis, & custodiendæ rapacis-
 simæ manus, & flentium detestantiumq; ministerijs utendum.
 Quanto ille felicior, qui nihil ulli debet, nisi, quod facillime ne-
 gat sibi. Sed quoniam non est tantū roboris nobis, angustanda
 certe sunt patrimonia, ut minus ad iniurias fortunæ simus ex-
 positi. Habiliora sunt *corpora pusilla, quæ in arma sua cōtra-
 hi possunt, quàm quæ superfunduntur, & undiq; magnitudo
 sua uulneribus obicit. Optimus pecuniæ modus est, qui nec in
 paupertatem cadit, nec procul à paupertate discedit.

De uana gloria remouenda.

CAP. IX.

PLacebit autē hæc nobis mensura, si prius parsimonia pla-
 cuerit, sine qua nec ullæ opes sufficiunt, nec ullæ nō satis pa-
 tent, præsertim cū in uicino remediū sit, & possit ipsa pauper-
 tas in diuitias se, aduocata frugalitate, conuertere. Assuescamus
 à nobis remouere pōpam, & *usu rerū ornāmēta metiri. Cibus
 famem domet, potio sitim libidoq; necesse est effluat. Discamus
 mēbris nostris inniti, cultū uictumq; non ad noua exēpla com-
 ponere, sed ut maiorum suadent mores. Discamus continentiam
 augere, luxuriam coercere, gulam tēperare, iracundiam, leni-
 re, paupertatē æquis oculis aspicere, frugalitatē colere, etiam si
 nos pudebit desiderijs naturalibus paruo parata remediā adhi-
 bere, spes effrenatas, & animū in futura eminentem uelut sub

uinculis

vinculis habere, id agere, ut diuitias à nobis potius quàm à for-
 tuna petamus. Non potest, inquam, tanta uarietas & iniquitas
 casuum ita depelli, ut non multum procellarum irruat magna
 armamenta pendentibus: cogendæ in artum res sunt, ut tela in
 uanum cadant, Ideoq; exilia interdum calamitatesq; in reme-
 dium cessere, et leuioribus incõmodis grauiora sanata sunt, ubi
 parum audit præcepta aïus, nec curari * mollius potest. Quid * melius
 ni consulitur: si & paupertas, & ignominia, & rerum euer-
 sio adhibetur. Malo malũ opprimitur. Assuescamus ergo coe-
 nare posse sine populo, & seruis paucioribus seruire, et uestes
 parare in quod inuentæ sunt, habitare cõtractius. Non in cur-
 su tantum circiq; certamine, sed in his spacijs uitæ interius fle-
 ctendum est. Studiorum quoque, quæ liberalissima impensa est,
 tandiu ratione habet, quamdiu modum. Quo mihi innumera-
 biles libros & bibliothecas, quarum dominus uix tota uita sua
 indices perlegit? Onerat discentẽ turba, non instruit, multoq;
 satius est paucis te autoribus tradere, quã errare per multos.
 * Quadraginta milia librorũ Alexandria arserunt, pulcherri- * Quadrin-
 mum regiæ opulentiæ monimentũ, alius laudauerit, sicut Linius, genta
 qui elegantia regum curæq; egregium id opus ait fuisse. Non
 fuit elegantiã illud, aut cura, sed studiosa luxuria: imò ne studiosa
 quidem, quoniã non in studium, sed in spectaculum cõparauer-
 ant: sicut plerisq; ignaris etiam seruilium literarum, libri non
 studiorum instrumẽta, sed cœnationum ornamenta sunt. Pare-
 tur itaq; librorũ quantum satis sit, nihil in apparatus. Hone-
 stius, inquis, in hos impensas quàm in Corinthia pictasq; tabu-
 las effuderim. Vitiosum est ubique quod nimũ est. Quid habes
 cur minus ignoscas nomen marmore atq; ebore captanti, quàm
 opera conquirenti, aut ignotorum autorũ aut improbatorum,
 & inter tot milia librorum oscitanti, cui uoluminum suorum
 frontes maxime placent, titulq;? Apud desidiosissimos ergo

uidebis quicquid orationum historiarumq; est, & tecto tenus extructa loculamenta. Iam enim inter balnearia et thermas, bibliotheca quoq; , ut necessariū domus ornamentum expolitur. Ignoscerem plane, si è studiosū nimia cupidine oriretur. Nunc ista exquisita, & cum imaginibus suis descripta sacrorū operā ingeniorum, in speciem & cultum parietum comparantur.

De aduersitate ferenda.

CAP. X.

AT in aliquod genus uitæ difficile incidisti, & tibi ignorāti uel publica fortuna, uel priuata laqueum impexit, quem nec soluere possis, nec abrumpere. Cogita compeditos, primo ægrè ferre onera, & impedimenta crurium: deinde ubi non *dedignari *indignari illa, sed pati proposuerunt: necessitas fortiter ferre docet, consuetudo facile. Inuenies in quolibet genere uitæ oblectamenta, & remissiones, & uoluptatem, si uolueris malam putare uitā potius quā inuidiosam facere. Nullo melius nomine de nobis natura meruit, quā cum sciret quibus erumnis nasceremur, calamitatum mollimētum consuetudinem inuenirrit, cito in familiaritatem grauisima adducēs. Nemo duraret si rerum aduersarum eandē uim asiduitas haberet, quam primus ictus. Omnes cum fortuna copulati sumus. Aliorum aurea cathena est et laxa, aliorum arcta et sordida. Sed quid refert eadem custodia uniuersos circumdedit, alligatiq; sunt etiam qui alligauerunt. Nisi tu forte leuiorem in sinistra cathenam putas. Alium honores, alium opes uinciunt. Quosdam nobilitas, quosdam humilitas premit, quibusdam aliena supra caput imperia sunt, quibusdam sua, quosdam exilia uno loco tenent, quosdam sacerdotia. Omnis uita seruitiū est. Assuescendum itaq; conditioni suæ, & quam minimum de illa querendum, & quicquid habet circa se cōmodi, apprehēdendum est. Nihil tam acerbum est, in quo non æquus animus solatium inueniat. Exiguæ saepe aræ in multos usus describentis arte patuere, & quemuis at-

gustum

gustum pedem dispositio fecit *habitaculum. Adhibe rationem *habitabile.
 difficultatibus, possunt & dura molliri, & angusta laxari, &
 gratia *rite ferentes minus premere. Non sunt præterea cupi- *scite
 ditates in longinquum mittendæ, sed in uicinū illis egredi per-
 mittamus, quoniam includi ex toto non patiuntur. Relictis his
 quæ aut non possunt fieri, aut difficulter possunt, prope posita,
 speiq; nostræ alludentia sequamur. Sed sciamus oīa æque leuia
 esse, extrinsecus diuersas facies habentia, introrsus pariter ua-
 na. Nec inuideamus altius stantibus. Quæ excelsa uidebantur,
 prærupta sunt? Illi rursus quos sors iniqua in ancipiti posuit,
 tutiores erunt, superbiam detrahendo rebus per se superbis, &
 fortunam suam quā maximè poterunt in planum deferendo.
 Multi quidem sunt, quibus necessario hærendū sit in fastigio
 suo, ex quo non possunt, nisi cadendo descendere, sed hoc ipso
 testentur maximum onus suum esse, quod alijs graues esse co-
 gantur, nec subleuatos se, sed suffixos, iustitia, mansuetudine,
 humana lege, & benigna manu præparent multa *ad secun- *ad sequētes
 dos casus præsidia, quorum spe securius pendeant. Nihil tam
 æquè hos ab his animi fluctibus uēdicauerit, quàm semper ali-
 quem incrementis terminum figere, nec fortunæ arbitrium de-
 sinendi dare, sed se ipsos quidē ultro citra extrema hortentur
 consistere. Sic & aliquæ cupiditates animum acuent, sed finitæ
 non in immensum incertumq; producent.

CAP. XI. Ad *imperitos & mediocres, & male sanos *imper-
 hic meus sermo pertinet, non ad sapientē. Huic non timidē, nec-
 fedos
 pedetentim ambulandū est. Tanta enim fiducia sui est, ut ob-
 uiam fortunæ ire nō dubitet, nec unquam loco ulli cessurus sit,
 nec habet ubi illam timeat, quia non mancipia tantū possessio-
 nesq; & dignitatem, sed corpus quoq; suū & oculos, & quic-
 quid est chariorem uitam facturum, seq; ipsum inter precaria
 numerat, uiuitq; ut cōmodatus sibi, & reposcētibus sine tristi-

tia redditurus. Nec ideo est uilis sibi, quia scit se suum non esse, sed omnia tam diligenter faciet, tam circumspecte, quam religiosus homo sanctusque; solet tueri fidei commissa. Quandocumque autem reddere iubebitur, non queretur cum fortuna, sed dicet, gratias ago pro eo quod possedi, habuique. Magna quidem res tuas mercede colui, sed quia imperas, illas do, cedo gratus libensque. Si quid habere me tu uolueris, etiam nunc seruabo, si aliud placet, ego uero faciam. Signatumque argentum, domum, familiamque meam reddo, restituo. Appellauerit natura, quae prior nobis credit, et huic dicemus, Recipe animum meliorem quam dedisti: non tergiversor nec refugio; paratum habes a uolente, quod non sentienti dedisti, Aufer. Reuerti unde ueneris, quid graue est? Male uiuet, quisquis nesciet bene mori. Huic itaque primum rei precium detrahendum est, et spiritus inter seruitia numerandus. Gladiatores (ait Cicero) inuisos habemus, si omni modo uitam impetrare cupiunt, fauemus si contemptum eius praeseferunt. Idem euenire nobis scias. Saepe enim causa moriendi est timide mori, fortuna illa quae ludos sibi facit, Quo, inquit, te reseruem malum et trepidum animal? eo magis conuulneraberis et confodieris, quia nescis praebere iugulum. At tu etiam uiues diutius, et morieris expeditius, qui ferrum non subducta ceruice, nec manibus oppositis, sed animose recipis. Qui mortem timebit, nihil unquam pro homine uiuo faciet. Atqui scit hoc sibi cum conciperetur statim conditum, uiuet ad formulam, et simul illud quoque eodem animi robore praestabit, ne quid ex his quae eueniunt subitum sit. Quicquid enim fieri potest, quasi futurum prospiciendo, malorum omnium impetus molliet, qui ad praeparatos expectantesque; nihil asserunt noui, securis et beata tantum spectantibus graues eueniunt. Morbus enim captiuitas, ruina, ignis, nihil horum repentinum est. Sciebam inquam tumultuosum me contubernium natura duxisset. Toties

* cluisset

in uicinia mea cōclamatum est, toties præter limen immaturas
 exequias fax cereusq; pressit. Sæpe altius ruētis ædificij fragor
 sonuit. Multos ex his, quos forum, curia, sermo, mecū contraxe-
 rat, nox abstulit, et uinctas ad sodalitiū manus copulatas in-
 tercidit. Miror aliquando ad me pericula accessisse, quæ circa
 me semper errauerunt? Magna pars hoīm est, quæ nauigatura
 de tēpestate non cogitat. Nunquā me in bona re, mali pudebit
 autoris. Publius tragicis comicisq; uehementior ingenijs quo-
 ties mīmicas ineptias, & uerba ad summā caueam spectantia
 reliquit, inter multa alia cothurno non tantū siparijs fortiora,
 & hoc ait, Cuius potest accidere quod cuiquā potest. Hoc
 si quis in medullas demiserit, & omnia aliena mala quorū in-
 gens quotidie copia est, sic aspexerit, tanquā illis liberum &
 ad se iter sit, multo ante se armabit, quā petatur. Sero animus
 ad periculorū patientiam post pericula instruitur. Non putauī
 hoc futurum, nunquā hoc euenturū credidissē. Quare autem
 non? Quæ sunt diuitiæ quas non egestas, & fames, & mendi-
 citas à tergo sequatur? Quæ dignitas, cuius non prætextā &
 augurale, & lora * & patricia, & sordes comitentur, & ex-
 portatio, notæ & nulle macule, & extrema contēptio? Quod
 regnū est, cui nō parata sit ruina, & proculcatio, & dominus,
 & carnifex? Nec magnis ista interuallis diuisa, sed horæ mo-
 mentum interest inter solium, & aliena genua. Scito ergo oēm
 conditionem uersabilem esse, & quicquid in ullum incurrit,
 posse in te quoq; incurere. Locuples es, nunquid ditior Pom-
 peio? cui cum * Granius, uetus cognatus, hospes nouus, aperuif-
 set Cæsaris domum ut suam clauderet, defuit panis & aqua:
 cum tot flumina possideret in suo orientia, & in suo cadentia,
 medicauit sullicidia, fame ac siti perijt, in palatio cognati, dum
 illi heres publicum funus esurienti locat. Honoribus summis
 functus es. Nūquid aut tam magnis, aut tam insperatis, aut tam
 uniuersis

*et primitia,

*Caius,

uniuersis, quàm Seianus? Quo die illum senatus deduxerat, populus in frusta diuisit: in quem quicquid congeri poterat, dii hominesq; contulerant, ex eo nihil superfuit, quod carnis ex traheret. Rex es, non ad Crœsum te mittam, qui rogam suam & incendi uiuus, & extingui uidit: factus non regno tantum, sed etiam morti suæ superstes: non ad Iugurtham, quem populus Romanus intra annū quàm timuerat, spectauit. Ptolemaeus Africae regem, Armeniae Mithridatē, inter Caianas custodias

* uteretur uidimus. Alter in exilium missus est: alter ut meliore fide* mitteretur optabat. In tanta rerum sursum ac deorsum euntium uersatione, si non quicquid fieri potest, pro futuro habes, das in te uires rebus aduersis, quas infregit, quisquis prior uidit. Proximum ab his erit, ne aut in superuacuis, aut ex superuacuo laboremus: id est, ne aut quæ non possumus consequi concupiscamus: aut adepti, cupiditatum uanitatem nostrarum sero post multū pudorem intelligamus. Ne aut labor irritus sine effectu sit, aut effectus labore indignus. Ferè enim ex his tristitia sequitur, si aut non successit, aut successus pudet.

De uagationibus contra propositum.

CAP. XII.

Circumcidenda est concursatio, qualis est magnæ parti hominum, domos, & theatra, & fora pererrantium. Alienis se negotijs offerunt, semper aliquid agentibus similes. Horum si aliquem exeuntem de domo interrogaueris, quo tuè quid cogitas? Respondebit tibi, Non mehercule scio, sed aliquos uidebo, aliquid agam. Sine proposito uagantur quærentes negotia, nec quæ destinauerunt agunt, sed in quæ incurrerunt. Inconsultus illis uanusq; cursus est, qualis fornicis per arbusa repetibus, quæ in summum cacumen, deinde in inum inanes aguntur. His pleriq; similem uitam agunt, quorū non immerito quis inquietam inertiam dixerit. Quorundam quasi ad incendium currentium misereberis, usq; eo impellunt obuios, & se aliosq;

precip

precipit
refalutat
sepe litig
ctati, qui
uacua re
rint, ubi
Omnis it
austria t
ne illi qu
species, c
unumqu
leues cat
laboret t
illius no
ex omni
det illud
inquisiti
tuto aud
tranquil
ad super
publicè n
uerò nul

NA
N qu
illa cogi
uigabo,
terit, &
Hoc est,
Non illa
omnia ut

precipitant: cum interim cucurrerint, aut salutaturi aliquē non resalutaturū, aut funus ignoti hominis prosecuturi, aut iudiciū sepe litigantis, aut ad sponsalia sepe nubentis, & lecticā affectati, quibusdā locis & ipsi tulerint, deinde domū cum superuacua redeuntes lassitudine, iurant nescisse seipos, quare exierint, ubi fuerint, postero die erraturi per eadem illa uestigia. Omnis itaq; labor aliquod referatur, aliquod respiciat. Inanis industria inquietes, ut insanos falsę rerū imagines agitant. Nam ne illi quidē sine aliqua spe mouentur, proritat illos alicuius rei species, cuius uanitatē capta mens nō coarguit. Eodem modo unumquemq; ex his qui ad augendū turbā exeunt, inanes & leues causę per urbem circumducunt, nihilq; habentem in quo laboret lux orta expellit: & cum multorum frustra liminibus illisus nomeclatores persalutauit, à multis exclusus, neminem ex omnibus difficilius domū quā se cōuenit. Ex hoc malo dependet illud* temerariū uitū, auscultatio, & publicorū secretoriūq; inquisitio, & multarū rerū sciētia, quę nec tuto narratur, nec tuto audiūtur. Hoc secutū puto Democritum ita coepisse, Qui tranquille uolet uiuere, nec priuatim agat multa, nec publicē ad superuacua se ferat. Nam si necessaria sunt, & priuatim & publicē non tantū multa, sed innumerabilia agenda sunt. Vbi uerō nullum officiū solenne nos citat, inhibendę actiones sunt.

De uarietate fortunę.

CAP. XIII.

Nam qui multa agit, sepe fortuna potestatem sui facit, quam tutissimum est raro experiri, ceterum semper de illa cogitare debemus, & nihil sibi de fide eius promittere. Na nigabo, nisi si quid inciderit, & prętor fiam, nisi si quid obstitit, & negociatio mihi respondebit, nisi si quid interuenerit. Hoc est, quare sapiēti nihil cōtra opinionem dicamus accidere. Non illum casibus hominum excepimus, sed erroribus. Nec illi omnia ut uoluit cedūt, sed ut cogitauit. In primis autē cogitauit aliquid

*teterimū

aliquid posse propositis suis resistere. Necessè est autem leuius ad animum peruenire destituta cupiditatis dolorem, cui successum non utiq; promiseris.

De minatione mortis.

CAP. XIII.

FAciles etiam nos facere debemus, ne nimis destinatis rebus indulgeamus, transeamusq; in ea, in quæ nos casus deduxerit: nec mutationes aut consilij aut status pertimescamus, dummodo nos leuitas inimicissimum quieti uitium nõ excipiat. Nã & pertinacia necesse est anxia & misera sit, cui fortuna sepe aliquid extorquet, & leuitas multo grauior, nusquam se continens. Vtrumq; inestum est tranquillitati, & nihil mutare posse, & nihil pati, Vtiq; animus ab omnibus externis in se reuocandus est, sibi cõfidat, se gaudeat, sua suspiciat, recedat quantum potest ab alienis, & se sibi applicet, damna non sentiat, etiam aduersa benignè interpretetur. Nunciato naufragio, Zeno noster cum omnia sua audiret submersa, Iubet, inquit, me fortuna expeditius philosophari. Minabatur Theodoro philosopho tyrannus mortem, & quidem insepultam. Habes, inquit, cur tibi placeas, * hemina sanguinis in tua potestate est: nam quod ad sepulturam pertinet, ò te ineptum, si putas interesse, supra terram an infra putrescam. Caius Iulius uir in primis magnus, cuius admirationi ne hoc quidem obstat, quod nostro seculo natus est, cū Caio diu altercatus, postquã abeũti, falleris, ille dixit, Ne forte inepta spe tibi blandiaris, duci te iussi. Gratiã, inquit, ago optime princeps. Quid senserit dubito. Multa enim occurrunt mihi. Contumeliosus esse uoluit, & ostendere quanta crudelitas esset, in qua mors beneficiũ erat? An exprobrauit illi quotidianã dementiam? Agebant enim gratias, & quorum liberi occisi, & quorũ bona ablata erant. An tanquã libertatem libenter accepit? Quicquid est, magno animo respondit. Dicit aliquis, Potuit post hæc iubere illum Caius uiuere.

* Uena sanguinis

Not

Non tim
des. Cro
ulla solici
rit, quæ i
lis, cum
citari iub
inquit, ne
centurion
nium illa
suri uir
tales anim
ne scrutat
tur illum
quo Cæsa
Quid inq
re, inquit
rus sit an
iturum an
in media
gnus, qui
illo grad
ad morte
tius philo
cum cura
mum cap
CAP.
icisse. O
circumcu
si rara *
nisi cū ex
se, & am

Non timuit hoc Canius. Nota erat Caij in talibus imperijs fides. Credis ne illum decē medios usq; ad supplicium dies sine ulla solitudine exegisset? Verisimile non est, quæ uir ille dixerit, quæ fecerit, quàm in tranquillo fuerit. Ludebat laterunculis, cum centurio agmen periturorum trahens illum quoq; excitari iuberet. Vocatus numerauit calculos, & sodali suo uide, inquit, ne post mortem meam mentiaris te uicisse. Tum annuēs centurioni, testis, inquit, eris, uno me antecedere. Lufisse tu Canium illa *tabula putas? illuſit. Tristes erāt amici talem amiseri uirum. Quid mœſti, inquit, estis uos? Queritis an immortales animæ sint. Ego iam sciam, nec desijt in ipso ueritatem sine scrutari, & ex *morte sua quæſtionem habere. Proſequebatur illum philosophus suus, nec iam procul erat tumulus, in quo Cæsari Deo nostro fiebat quotidianum sacrum, inquit, Quid inquit Cani nunc cogitas? aut quæ tibi mens est? Obseruare, inquit Canius, proposui illo uelocissimo momento, an sensurus sit animus exire se, promisitq; siquid explorasset circumſitarum amicos, & indicaturū quis esset animarum status. Ecce in media tempeſtate tranquillitas, Ecce animus æternitate dignus, qui fatum suum in argumentum ueri uocat, qui in ultimo illo gradu positus, exeuntem animam percundatur, nec usq; ad mortem, sed etiam aliquid in ipsa morte discit. Nemo diutius philosophatur, sed non raptim relinquetur magnus uir, & cum cura dicendus. Dabimus te in omnem memoriam clarissimum caput, Caiianæ cladis magna portio.

CAP. XV. Sed nihil prodest priuatae tristitiæ causas *abieciſſe. Occupat enim nonnunquam odium generis humani, * & * et occurrit circumcurrit tot scelerum felicium turba, cum cogitaueris, quæ sit rara *integritas, quàm ignota innocentia: & uix unquam, * simplicitas. nisi cū expedit fides, & libidinis lucra damnaq; pariter inuisa, & ambitio usq; eo iam se suis non continens terminis, ut per turpitud

* talia

* more suo.

* adieciſſe.

* et occurrit

* simplicitas.

turpitudinē splendeat. Agitur animus in noctē, & uelut euer-
 sis uirtutibus quas nec sperare licet, nec habere prodest, tene-
 bræ oboriuntur. In hoc itaq; flectendi sumus, ut omnia uulgi ui-
 tia nō inuisa nobis, sed ridicula uideātur, & Democritū potius
 imitemur quā Heraclitum. Hic enim quoties in publicū pro-
 cesserat, flebat, ille ridebat. Huic omnia quæ agimus miserie,
 illi ineptiæ uidebantur. Eleuanda ergo omnia, & facili animo
 ferenda. Humanius est deridere uitam, quā deplorare. Adij-
 ce, quod de humano quoq; genere melius meretur qui ridet il-
 lud, quā qui luget. Ille spei bonæ aliquid relinquit, hic autem
 stultē deflet, quæ corrigi posse desperat: & uniuersa contem-
 platus, maioris animi est, qui risum non tenet, quā qui lachry-
 mas, quando leuissimum affectum animi mouet, & nihil mag-
 num, nihil seuerum, ne serium quidē ex tāto apparatu punit.
 Singula propter quæ leti ac tristes sumus sibi quisq; propo-
 nat, & sciat uerū esse, quod Bion dixit, Omnia hominū nego-
 tia* similia nuptijs esse: nec uitam illorū magis sanctam aut se-
 ueram esse, *quā conceptus inchoatos. Sed satius est publicos
 mores & humana uitia placide accipere, nec in risum, nec in
 lachrymas* excidere. Nam alienis malis torqueri æterna miserie
 est. Alienis delectari malis, uoluptas inhumana. Sicut illa
 inutilis humanitas flere, quia aliquis filiū suum efferat, & frō-
 tem suam fingere. In tuis quoq; malis id agere te oportet, ut
 dolori tantum des, quantum poscit, non quantum consuetudo.
 Pleriq; enim lachrymas fundunt ut ostendant, & toties siccos
 oculos habent, quoties spectator defuit, turpe iudicantes non
 flere, cum omnes faciunt. Adeo penitus hoc se malum fixit, ex
 aliena opinione pendere, ut in simulatione etiam simplicissima
 dolor eueniat. Sequitur pars quæ solet non immerito cōtristare,
 & in sollicitudinē adducere: ubi bonorū exitus mali sunt, ubi
 Socrates cogitur in carcere mori, Rutilius in exilio uiuere,

Pompeius

*similia mi-
 nis esse:

*quā cōcu-
 bitus in his
 actos.

*excitari.

Pompeius
 ille uirtu-
 Repub. p.
 tunā per
 sima opte-
 tulerit, &
 briter &
 uirtus tibi
 Quid eni
 moriend
 mus, Tan-
 rem, mori
 usus es, s
 centibus
 nus inijec
 chrymas
 dignus si
 lam, quō
 fortiter t
 quomodo
 Est & ill
 ponas, ne
 ficta, &
 sui, & de
 solui m
 & mult
 tanta sui
 per sub p
 cera &
 Subit tan
 patent. S

Pompeius & Cicero clientibus suis præbere ceruicem, Cato ille uirtutum uia imago incumbens gladio, simul de se ac de Repub. palam *facere. Necesse est queri tã iniqua præmia fortuna persolvere. Et quid sibi quisq; nunc speret, cū uideat pessima optimos pati? Quid ergo est? Vide quomodo quisq; illorū tulerit, & si fortes fuerunt, * ipsoꝝ animos desidera, si mulieriter & ignaue perire, nihil perijt. Aut digni sunt, quorum uirtus tibi placeat, aut indigni, quorum desideretur ignauia. Quid enim est turpius, quã si maximi uiri timidos fortiter moriendo faciunt? Laudemus toties dignū laudibus & dicamus, Tanto fortior, tanto felicior, hominis effugisti casus, liuorem, morbi: existi ex custodia: nō tu dignus mala fortuna Dijs usus es, sed indignus in quē iam aliquid fortuna posset. Subducentibus uero se, & in ipsa morte ad uitã respectantibus, manus iniiciendæ sunt. Neminē flebo lætū, neminē flentē. Ille lachrymas meas ipse abstersit, hic suis lachrymis efficit, ne illis dignus sit. Ergo Hercule fleam, quod uiuus uritur, aut Regulam, quod tot clauis configitur, * aut Catonē, quod uulnera sua fortiter tulerit? Omnes isti leui temporis impensa inuenerunt, quomodo æterni fierent, ad immortalitatē moriendo uenerūt. Est & illa sollicitudinū non mediocris materia, si te anxie cōponas, nec ullis simpliciter ostendas, qualis multorum uita est ficta, & ostentationi parata. Torquet enim assidua obseruatio sui, & deprehendi aliter quã solet metuit. Nec unquam cura solui mur, ubi toties nos æstimari putamus, quoties aspici. Nã & multa incidunt, quæ inuitos denudent, & ut bene cedat tanta sui diligentia, non tamen iucunda uita, aut secunda est, semper sub persona uiuentiū. At illa quantū habet uoluptatis syncera & per se ornata simplicitas, nihil * obdens moribus suis. Subit tamen & hæc uita contemptus periculū, si oīa omnibus patent. Sunt enim qui fastidiant quicquid propius adierūt. Sed

*satis facit.

*tu talis fieri desidera,

*aut Catonis uulnera iteratum?

*obtendens

*percuratū:
aliās,procu-
ratum

*intra ludos

nec uirtuti periculum est, ne admota oculis reuilescat, & satius est simplicitate contemni, quam perpetua simulatione torqueri. Modum tamen rei adhibeamus, multū interest, an simpliciter uiuas, an negligenter. Multū in se recedendū est. Conuersatio enim dissimilium bene cōposita disturbat, & renouat affectus, & quicquid imbecillū in animo nec *perduratum est, exulcerat. Miscenda tamen ista, & alternanda sunt, solitudo & frequentia. Illa nobis faciet hominū desiderium, hæc nostri, & erit altera alterius remediū. Odiū turbæ sanabit solitudo, tediū solitudinis turba. Nec in eadē intentione æqualiter retinenda mens est, sed ad iocos renocanda. Cū pueris Socrates ludere non erubescerat, & Cato uino laxabat animū curis publicis fatigatum, & Scipio triūphale illud & militare corpus mouit ad numeros, non molliter se infringens, ut nunc mos est, etiā incessu ipso ultra muliebrem mollicie fluentibus, sed ut illi antiqui uiri solebant * inter lusum ac festa ipsa uirilē in modū tripudiare, non facturi detrimentum, etiam si ab hostibus suis spectarentur. Danda est remissio animis, meliores acioresq; requieti surgent. At fertilibus agris non est imperandum, cito enim exhauriet illos nunquā intermissa fecunditas: ita animorum impetus assiduus labor frangit. Vires recipient paulū resoluti & remissi. Nascitur ex assiduitate laborū animo hebetatio quedam & languor. Nec ad hoc tanta hominū cupiditas tenderet, nisi naturalem quandā uoluptatem haberet lusus iocusq; quorū frequens usus omne animis pondus, omnemq; uim eripiet. Nam & somnus refectio[n]i necessarius est. Hunc tamen si per diem noctemq; continues, mors erit. Multū interest, remittas aliquid an soluas. Legum conditores festos instituerunt dies, ut ad hilaritatē homines publice cogerentur, tanquam necessariū laboribus interponentes temperamentum. Et magni, ut dixi, uiri quidam sibi menstruas certis diebus ferias dabāt,

quidam

quidam n
lem Pollu
nulla * ho
horā lege
situdinē a
mixerunt
distiderunt
ram decim
nox immo
mo, dand
mambulti
ritu auge
mutata r
nonnunqu
nos, sed u
mum mor
berq; non
liberat se
audacior
salubris n
no credun
quis obie
sepe faci
aliquand
hisq; sob
credimus.
Ira po
quam ing
aliquid &
& solita
temū aliq

quidam nullū nō diem inter otium & curas diuidebant. Qualem Pollionem Asinium oratorem magnū meminimus, quem nullā hora ultra decimam retinuit. Ne epistolas quidē post eā horā legebatur, ne quid noue curae nasceretur, sed totius diei assidue duabus illis horis ponebat. Quidam medio die intermixerunt, & in postmeridianas horas aliquid leuioris operae distulerunt. Maiores quoque nostri nouam relationem post horam decimā in senatu fieri uetabant. Miles uigilias diuidit, & nox inuicinis est ab expeditione redeuntium. Indulgendū est animo, dandumque; subinde otium, quod alimenti ac uirium loco sit, & inambulationibus apertis uigandū, ut caelo libero & multo spiritu augeat attollatque se animus. Aliquando uectatio iterque, & mutata regio uigorem dabunt, conuictusque; & liberalior potio: nonnunquam & usque ad ebrietatem ueniendum, non ut mergat nos, sed ut deprimat curas. *Trudit enim curas et ab imo animum mouet, & ut morbis quibusdam ita tristitia medetur. Liberque; non ob licentiam linguae dictus est inuentor uini, sed quia liberat seruitio curarum animum & asserit, *uegetioremque; & audaciorē in omnes conatus facit. Sed ut libertatis, ita uini salubris moderatio est, & Solonē, Arcefilaumque; indulgisse uino credunt. Catoni ebrietas obiecta est: at facilius efficiet, quisquis obiecerit, crimen honestum, quam turpem Catonem. Sed nec sepe faciendum est, ne animus mala consuetudinem ducat, & aliquando tamen in exultatione libertatemque; extrahendus, tristisque; sobrietas remouenda paulisper. Nam siue Graeco poetae credimus, aliquando & insanire iucundum est: siue Platoni, frustra poeticae fores copos sui *pepulit: siue Aristoteli, nullum magnum ingenium sine mixtura dementiae fuit. Non potest grade aliquid & supra ceteros loqui, nisi mota mens. Cum uulgaria & solita contempsit, instinctuque; sacro surrexit excelsior, tunc demum aliquid cecinit grandius, ore mortali. Non potest sublime

*cura
*interiunxerunt,

*Eluit

*uegetatque;

*perpulit:
alias, compulit:

quicquam & in arduo positū contingere, quamdiu apud se est.
 *Desciscat *Decidat oportet à solito, & efferatur, & mordeat frenos, et
 *accedere. rectorē rapiat suū: eoq; ferat, quo per se timuisset *ascendere.

Habes Serene charissime quæ possint tranquillitatem tuam,
 quæ restituere, quæ surrepentibus uitijs resistant. Illud tamen
 scito nihil horū satis esse ualidum, rem imbecillam seruātibus,
 nisi intenta & assidua cura circumeat animum labentem.

Libri primi de tranquillitate, finis.

ANNOT. IN LIB. PRIMVM DE
 TRANQVILLITATE VITAE.

Cap. 1. De luxuria perditorum, diligentius quàm iam intra latus,
 &c. De luxuria perditorum aliquis annotarat in margine. Id imper-
 ritus aliquis coniecit in cōtextum. Hoc admoneo, ne quis reponat,
 ueluti incuria prætermissa.

Ibidem pro pædagogū Rodolphus mauult pædag. ii. Et mox pro,
 quàm intra latus legit, quàm intra priuatum. Et ore tantum modo.
 Rodolphū liber habebat eadem. Ipse reposuerat, & ore tantum non
 meo.

Cap. 3. Quàm quid sit iustitia, &c. desunt duo uerba, qui docet,
 aut similia.

Non enim debet seruare se, nec obruere, ut opinor. Rodolphū
 codex pro nec, habebat uel. Id ille uertit in uelo, & ex, seruare, fe-
 cit seruantem. Forte sic erat legendum, Non enim debet celare se,
 nec obruere.

Cap. 11. Inter solum & aulam ingenuam. Lectio uidetur tolera-
 bilis. Significat enim ædes magnificas solo æquatas. Rodolphus ta-
 men ita mutarat, diuinationem, ut opinor sequutus, inter solum &
 aliena genua.

Capite 35. Viginti legionum sanguinem fratri parare. Sic prior
 æditio. Legendum censeo, uiginti legionum sanguine fratri paren-
 tare.

LVCII

LV
 N

In



prat, sea
 Ceteri sa
 familiare
 rum e
 non ut a
 primum
 extra om
 At ardu
 plano ad
 quidam p
 speciem
 connexa
 pius a de
 rum, pa
 teruallo
 mentio N
 tiens) qu
 Papeios
 bi indig
 esset ere

LVCII ANNAEI SE-
NECAE DE TRANQVIL-
LITATE VITAE AD SE-
RENV M LIB. II.

In sapientem non cadere iniuriam.

IANTVM inter Stoicos, Serenc, & cæteros CAP. I.
sapientiam professos interesse, quantũ inter foc-
minas & mares, non immerito dixerim: cum
utraq; turba ad uitæ societatem tantundem con-
trat, sed altera pars ad obsequendũ, altera imperio nata sit.
Ceteri sapientes & molliter & blande, ut feræ domestici &
familiares medici ægris corporibus, non qua optimũ & celer-
rimum est medentur, sed qua licet. Stoici uirilem ingressi uiam,
non ut amœna ineuntibus uideatur curæ habent, sed ut quàm-
primum nos eripiat, & in illũ æditũ uerticem educat, qui adeo
extra omnem teli iactum surrexit, ut supra fortunam emineat.
At ardua per quæ uocamur, & confragosa sunt. Quid enim
plano aditur excelsum? Sed ne tam abrupta quidem sunt quàm
quidam putat. Prima tamen pars saxa rupesq; habet & inuis
speciem, sicut pleraq; ex longinquo speculantibus abscissa &
connexa uideri solent, cũ acie longinquitas fallat. Demum pro-
pius adeuntibus eadẽ illa quæ in unũ congefferat error oculo-
rum, paulatim adaperiuntur, tum illis quæ præcipitia ex in-
teruallo apparebant, redit lenè fastigiũ. Nuper cùm incidisset
mentio M. Catonis, indignè ferebas (sicut es iniquitatis impa-
tiens) quod Catonẽ etas sua parum intellexisset, quod supra
Popeios & Casares surgentẽ, infra Vatinius posuisset: & ti-
bi indignum uidebatur, quod illi dissuasuro legẽ, toga in foro
esset erepta, quodq; à rostris usq; ad arcũ Fabianum per sedi-

tiosæ factionis manus tractus, uoces improbas, et sputa, & oēs alias insanie multitudinis cōtumelias pertulisset. Tunc ego respondi, habere te quod Reipub. nōmine moueris, quam hinc P. Clodius, hinc Vatinius ac pessimus quisq; uenūdabat, et caeca cupiditate correpti nō intelligebāt se diū uēdūt, etiā uenire.

CAP. II. Pro ipso quidē Catone securū te esse iussi. Nil enim sapientem nec iniuriā accipere, nec contumeliā posse. Catonem autem certius exemplar sapiētis uiri nobis deos immortales dedisse, quā Vlyssēm & Herculem prioribus seculis. Hos enim Stoici nostri sapientes pronuntiauerunt, inuictos laboribus, & contemptores uoluptatis, & uictores omnium terrarum. Cato cum feris manus non contulit, quas consecrari uenatoris agrestisq; est: nec monstra igne ac ferro persecutus est: nec in ea tempora incidit, quibus credi posset cælum unius humeris inniti, excussa iam antiqua credulitate, & seculo ad summam perducto solertiam. Cum ambitu congressus multiformi malo, & cum potentiæ immensa cupiditate, quam totus orbis in tres diuisus satiare non poterat, aduersus uitia ciuitatis degenerantis, & pessum sua mole sidentis stetit solus, & cadentem Rempub. quātum modo una retrahi manu poterat retinuit, donec uel abreptus uel abstractus, comitem se diu sustentate ruine dedit, simulq; extincta sunt, quæ nefas erat diuidi. Neq; enim Cato post libertatem uixit, nec libertas post Catonem. Huic tu putas iniuriam fieri potuisse à populo, quod aut præturam illi detraxit aut togam, & sacrum illud caput purgamentis oris aspersit? Tutus est sapiēs, nec ulla affici aut iniuria aut contumelia potest. Videor mihi intueri animum tuū inclusum & effruescentem, paratum acclamare.

CAP. III. Hæc sunt quæ autoritatem præceptis uestris detrahāt. Magna pmittitis, & quæ ne optari quē, nedū credi possint. Deinde ingētia locuti cū pauperē negastis esse sapiētē,

non negatis solere illi, & seruum, & uestem, & tectum, & cibū deesse. Cum sapientē negastis, insanire nō negatis & alienari, & parū sana uerba emittere, & quicquid uis morbi cogit audere. Cum sapientem negastis seruū esse, ijdem non inficiamini & uenum iturū, & imperata facturū, & domino suo seruelia praestitutū ministeria. Ita sublato alte supercilio in eadem quae ceteri * descenditis, mutatis rerum nominibus. Tale itaq; aliquid et in hoc esse suspicor, quod prima specie pulchrū atq; magnū est, nec iniuriam, nec cōtumeliam accepturum esse sapientem. Multum autem interest, utrum sapientem extra indignationē, an extra iniuriam ponas. Nam si dicis illum aequo animo laturum, nullum habet priuilegiū. Contigit illi res uulgeris, & quae discitur ipsa iniuriarum assiduitate, patientia. Si negas accepturū iniuriam, id est, neminem illi tentaturum facere, omnibus relictis negotijs Stoicus fio. Ego uerō sapientem non imaginario honore uerborū exornare constitui, sed eo loco ponere, quō nulla * permittatur iniuria. Quid ergo? nemo erit qui laceffat, qui tentet? Nihil in rerum natura tam sacrum est quod * sacrilegium non inueniat. Sed nō ideo diuina minus in sublimi sunt, si existunt, qui magnitudinem multum ultra se positam non icturi appetant. Inuulnérable est, non quod non feritur, sed quod non laeditur. Ex hac tibi nota sapientem exhibebo. Nunquid dubium est, quin certius robur sit, quod nō uincitur, quā quod nō laceffitur, cūm dubiae sint uires inexperae, at merito certissima firmitas habeatur, quae omnes incurfus respuit? Sic tu sapientem melioris scito naturae, si nullius illi iniuria nocet, quā si nulla fit. Et illum fortem uirum dicam, quem bella non subigunt, nec admota uis hostilis exterre, non cui pingue otium est inter desides populos. Huiusmodi igitur sapientem nulli esse iniuriae obnoxium. Itaq; non refert quā multa in illum conijciantur tela, cum sit nulli penetrabilis.

* incidistis,

* perueniatur

* sacrilegium

Quomodo quorundam lapidum inexpugnabilis ferro duritia est, nec secari adamas, aut cædi uel deteri potest, sed incurrit ea ultro retundit: quæ admodum quædam non possunt igne consumi, sed flamma circumfusa, rigorem suum habitumq; conseruant: quemadmodum proiecti in altum scopuli mare frangunt, nec ipsi ulla seuitiæ uestigia tot uerberati *procellis ostentant: ita sapientis animus solidus est, & id roboris collegit, ut tam tutus sit ab iniuria, quam illa quæ retuli.

CAP. IIII. Quid igitur non erit aliquis qui sapienti facere tentet iniuriam? Tentabit, sed non peruenturam ad eum. Maiore enim interuallo à cõtactu inferiorum abduclus est, quam ut ulla uis noxia, usq; ad illum uires suas perferat. Etiam cum potentes imperio æditi, & consensu seruentium ualidi, nocere et tentent, tam citra sapientem oës eorum impetus deficiet, quam quæ neruo, tormētis uel in altum exprimuntur, cum extra usum exilierunt, citra coelum tamen flectuntur. Quid tu putas, cum stolidus ille rex multitudine telorum diem obscurasset, nullam sagittam in solem incidisse? Aut demissis in profundum cathenis Neptunum potuisse *cõttingi? Ut coelestia humanas manus effugiunt, & ab his qui templa diruunt, aut simulachra constant, nihil diuinitati nocetur. Ita quicquid fit in sapientem proterue, petulanter, superbe, frustra tentatur. At satius erat neminē esse qui facere uellet. Rem difficilem optas humano generi, innocentiam. At non fieri, eorum interest qui facturi sunt, non eius qui pati, ne si fiat quidem potest. Imò nescio, an magis uires sapientia ostendat tranquillitatis inter lacescentia, Sicut maximū argumentum est, imperatoris armis uirisq; pollentis, tuta securitas & in hostium terra. Diuidamus si tibi uideatur Serene, iniuriam à contumelia. Prior illa natura grauior est: hæc lenior, tamen delicatis grauis, qua nō læduntur, sed offenduntur. Tanta est tamen aiorum dissolutio & uanitas, ut quidā nihil acerbius

*seculis

*constringi:

putent.

potēt. Sic inuenies seruū, qui flagellis quā colaphis cædi ma-
 lit, & qui mortem ac uerbera tolerabiliora credat, quā con-
 temeliosa uerba. Ad tantas ineptias peruentū est, ut non dolore
 tantū, sed doloris opinioē uexemur, more puerorū, quibus me-
 tus incutit umbra, & personarū deformitas, & deprauata fa-
 cies, lachrymas uerò euocat nomina parū grata auribus, et di-
 gitorū motus, & alia quæ impetu quodā erroris iprouidi refu-
 giant. Iniuria propositū hoc habet, aliquē malo afficere. Malo
 autem sapientia nō relinquit locū. Vnū enim illi malum est tur-
 pitudō, quæ introire eò ubi iā uirtus honestūq; est, non potest.

CAP. V. Iniuria ergo ad sapientem nō peruenit. Nam si
 iniuria alicuius mali patientia est, sapiens autem nullius mali est
 patiens, nulla ad sapientē iniuria pertinet. Omnis iniuria dimi-
 nutio eius est, in quē incurrit. Nec potest aliquis iniuriam acci-
 pere sine aliquo detrimento, uel dignitatis, uel corporis, uel re-
 rum extra nos positarū. Sapiens autē nihil perdere potest, oīa
 in se reposuit, nihil fortunæ credit, bona sua in solido habet cō-
 tentus uirtute, quæ fortuitis non indiget. Ideoq; nec augeri, nec
 minui potest. Nam in summū per ducta, incrementi non habent
 locum. Nihil eripit fortuna, nisi quod dedit, uirtutem autē non
 dat, idē nec detrahit. Libera est, inuiolabilis, immota, incōcus-
 sa. Sic cōtra casus *indurat, ut nec inclinari quidē, nedum uinci
 possit. Aduersus apparatus terribiliū, rectos oculos tenet, nihil
 ex uultu mutat, siue illi dura, siue secunda ostentantur. Itaq;
 nihil perdet, quod perire sensurus sit. Vnius enim in possessione
 uirtutis est, ex qua depelli nunquā potest, ceteris precario
 nititur. Quis autē iactura mouetur alieni? Quod si iniuria nihil
 ledere potest ex his quæ propria sapientis sunt, quia uirtute
 sua salua sunt, iniuria sapienti non potest fieri. Megara Deme-
 trius ceperat, cui cognomen Poliorcetes fuit, ab hoc Stilbon
 Philosophus interrogatus, Nunquid perdidisset, Nihil inquit,

*induruit,

Oia namq; mea mecu sunt. Atqui & patrimoniu eius in praeda
 cesserat, & filias rapuerat hostis, & patriam uiolauerat: At ille
 illi uictoria excusit, & se urbe capta, non inuictu tantum, sed
 indemnem esse testatus est. Habebat ergo secum uera bona, in
 quae non est manus iniectio. At ea quae dissipata & direpta se-
 rebantur, non iudicabat sua, sed aduentitia, & nutu fortunae se-
 quentia, ideo non ut propria dilexerat. Omnium enim extrinsecus
 affluentium lubrica & incerta possessio est. Cogita nunc, an huic
 fur, an calumniator, aut uicinus in potens, aut diues aliquis, re-
 gnū orbis senectutis exercens, facere iniuriā possit, cui bellum
 & hostis ille egregiam artem quassandarū urbium professus,
 eripere nihil possit. Inter micantes ubiq; gladios, & militarem
 in rapinam tumultū, inter flammās & sanguinē stragemq; im-
 pulse ciuitatis, inter fragorē templorū super deos suos caden-
 tium, uni homini pax fuit. Non est itaq; quod audax iudices pro-
 missum, cuius tibi, si parū fidei habes, sponso dabo. Vix enim
 credis tantū firmitatis in hoīe, aut tantam animi magnitudinem
 cadere, sed si prodit in medium qui dicat.

CAP. VI. Non est quod dubites, an attollere se homo
 natus supra humana possit, an dolores, damna, ulcerationes,
 uulnera, magnos motus rerum circa se frementiū securus aspi-
 ciat, & dura placide ferat, & secunda moderate, nec illis ce-
 dens, nec his fretus, unus idemq; inter diuersa sit, nec quicquā
 suum nisi se putet esse, ea quoq; parte quae melior est. Eni adsum
 hoc uobis probaturus, sub isto tot ciuitatū euersore, munimen-
 ta incursu arietis labefieri, & turriū altitudinem cuniculis ac
 latentibus fossis repente residere, & aequaturū editissimas ar-
 ces aggerē crescere, at nulla machinamēta posse reperiri, quae
 bene fundatum animū agitent. * Eripimus erumnis domos, &
 incendijs undiq; relucētibus, per flammās, per sanguinem fugi.
 Filias meas qui casus habeat, an peior publico, nescio. Solus, &

* Erepfi mo-
 dō ē ruinis
 domus: aliās,
 Eripui me in
 dam domo,

senior

senior & hostilia circa me oia uidens, tamen integrum incolu-
 ximq; esse censum meum profiteor, teneo, habeo quicquid mei
 habui. Nō est quod me uictū, uictorem te credas. Vicit fortuna
 tua fortunā meam. Caduca illa, & dominū mutantia, ubi sint
 nescio. Quod ad res meas pertinet, mecū sunt, mecū erunt. Per-
 diderūt isti diuites patrimonia, Libidinosi amores suos, et ma-
 gno pudoris impendio dilecta scorta. Ambitiosi curiā & forū,
 & loca exercendis in publico uitijs destinata. Foeneratores
 perdidērunt tabellas suas, quibus auaritia falso lata, diuitias
 imaginatur. Ego quidem oia integra illibataq; habeo. Proinde
 istos interroga qui flent, qui lamentantur, strictis gladijs nuda
 pro pecunia corpora opponunt, qui hostem onerato sinu fu-
 giunt. Ergo ita habe Sercne, perfectum illum uirū humanis di-
 uitijsq; uirtutibus plenū, nihil perdere. Bona eius solidis & in-
 excuperabilibus munimētis præcincta sunt. Non Babylonis illi
 muros contuleris, quos Alexander intrauit. Non Carthaginis
 aut Numantiae mœnia, una manu capta. Non capitolum, ar-
 cem ue. *Habent ista hostile uestigiū, illa que sapientem tuen-
 tur, à flamma & ab incurso tuta sunt, nullum introitum præ-
 bent, excelsa, inexpugnabilia, dijs æqua.

CAP. VII. Non est quod dicas, ita ut solet, hunc sapiētem
 nostrū nusquā inueniri. Non fingimus istud humani ingenij ua-
 num decus, nec ingentē imaginem falsæ uirtutis cōcipimus, sed
 qualem cōfirmamus exhibuimus, & exhibemus. Raro forsitan
 magnisq; ætatū interuallis inuenitur. Neq; enim magna et ex-
 cœdemia solitum ac uulgarem modum crebro gignitur. Cæ-
 terum hic ipse M. Cato, à cuius mentione hæc disputatio pro-
 cessit, uereor ne supra nostrum exemplar sit. Deniq; ualidius
 debet esse quod lædit, eo quod læditur. Non est autem fortior
 nequitia uirtute. Non potest ergo lædi sapiēs. Iniuria in bonos
 nō tentatur nisi à malis. Bonis inter se pax est. Mali tam bonis
 pernic

f. fortunam
 tralem fortuna
 ma

*Patent ista
 hostili uesti-
 gio,

perniciosi sunt, quàm inter se. Quòd si lædi nisi infirmior non potest, malus autē infirmior bono nec iniuria bonis, nisi à dispari inferenda est, iniuria in sapientem uirum non cadit. Illud enim iam nō es admonendus, neminem bonum esse nisi sapientē. Sed iniuste, inquis, Socrates damnatus iniuriā accepit. Hoc loco intelligere nos oportet, posse euenire, ut faciat aliquis iniuriam mihi, & ego non accipiam: tanquam si quis rem cum e uilla mea surripuit, in domo mea ponat, ille furtum fecerit, ego nihil perdidit. Potest aliquis nocens geri, quāuis non nocuerit. Siquis cum uxore tanquam cum aliena concumbat, adulter erit, quāuis illa adultera non sit. Aliquis mihi uenenum dedit, sed uim suā remixtum cibo perdidit. Venenū illud dando, sceleris se obligauit, etiā si non nocuit. Nō minus latro est, cuius telum opposita ueste elusum est. Omnia scelera, & ante affectū operis, quantum culpæ satis est, perfecta sunt. Quædā eius conditionis sunt, & hac uice copulātur, ut alterum sine altero esse possit, alterū sine altero non possit. Quod dico conabor facere manifestū. Possum pedes mouere, ut non curram, currere non possum, ut nō moueam. Possum, quāuis in aqua sim non natare, si nato, nō possum in aqua non esse. Ex hac sorte & hoc est de quo agitur, si iniuriā accepi, necesse est factam esse, si est facta, non est necesse accepisse me. Multa enim incidere possunt quæ submoueant iniuriam. Vt intentam manum deicere aliquis casus potest, & emissa tela declinare, ita iniurias qualescunq; potest aliqua res depellere, & in medio intercipere, ut & factæ sint, nec acceptæ. Præterea nihil iniustum iustitia pati potest, quia non cōeunt contraria. Iniuria autem non potest fieri nisi iniuste: ergo sapienti iniuria non potest fieri.

CAP. VIII. Non est quod mireris, si nemo potest illi iniuriam facere, nec prodesse quidem quisquam potest, & sapienti nihil deest, quod accipere possit loco muneris, & maius

D
nihil pot
Nihil an
potest e
modum
autē uic
malis de
e quili e
nata, &
bit, q r a
Nō hab
tas? sed
nunquā
te leges
consumu
mortē n
cilium a
commu
uersa c
pulsus
magis h
G A
intemp
cidētia.
cōsilio
silia, se
quos ca
& ini
teriā il
submi
motibu
iniuria

nihil potest tribuere sapienti. Habere enim prius debet, quā dare. Nihil autē habet quod à se trāfferri sapiens gauisurus sit. Non potest ergo quisquā aut nocere sapienti, aut prodesse. Quē admodum diuina nec iuari desiderant, nec lædi possunt. Sapiens autē uicinus proximisq; dijs consistit, excepta mortalitate, similis deo. Ad illa nitēs* petensq; excelsa, ordinata, intrepida, æquili & cōcordi cursu fluētia, secunda, benigna, bono publico nata, & sibi & alijs salutaria, nihil humile cōcupiscet, nihil flebit, q̄ rationi innixus per humanos casus, diuino incedit animo. Nō habet ubi accipiat iniuriā, ab homine me tantū dicere putas: sed nec à fortuna qdē, quæ quoties cū uirtute cōgressa est, nunquā par recebit. Si m̄ximū illud, ultra qd' nihil habent irate leges, ac seuisimū dñi quod minentur, in quo imperium suū consumit fortuna, æquo placidoq; animo accipimus, & scimus mortē malum non esse, ob hoc ne iniuriam quidem: multo* facilius alia tolerabimus: Damna, dolores, ignominias, locorum commutationes orbitates, disidia, quæ sapiētem, etiam si uniuersa circunueniant, non mergunt, nedum ad singulorum impulsus m̄creat. Et si fortunæ iniurias moderate fert, quanto magis hominum potentium, quos scit fortunæ manus esse.

CAP. IX. Omnia itaq; sic patitur, ut hyemis rigorem, & intemperantiā cœli, ut feruores morbosq; & cetera forte accidētia. Nec de quoquā tam bene iudicat, ut illū quicquā putet cōsilio fecisse, quod in uno sapiente est. Aliorū omniū non consilia, sed fraudes & insidie & motus animorū inconditi sunt, quos casibus adnumerat. Omne autē fortuitū* circa nos seuit & iniuriatur. Illud quoq; cogita, iniuriarū latissime patere materia illis, per quæ periculū nobis quæsitum est, ut accusatore submisso aut criminatione falsa, aut iritatis in nos potētorum motibus, quæq; alia intra togatos latrocinia sunt. Est &* alia iniuria frequēs, si lucrū alicui excussum est, aut præmiū diu ca
ptatum,

*pergensq;

*fortius

*citra

*illa

ptatū, si magno labore affectata hereditas auersa est, & que-
stuose domus gratia erepta. Hæc effugit sapiens, qui nescit nec
in metu uiuere. Adijce nunc, quod iniuriam nemo immota men-
te accipit, sed ad sensum eius perturbatur. Caret autem per-
turbatio re uir rectus, erroribus moderatur suis, altæ quietis
& placidæ. Nam si illum tangit iniuria, & mouet & impe-
dit. Caret autem ira sapiens, quam excitat iniuriæ species, nec
aliter careret ira, nisi & iniuria, quam scit sibi non posse fieri.
Inde tam erectus letusq; est. Inde continuo gaudio elatus, a-
deo ad offensiones rerum hominumq; non contrahitur, ut illi
ipsa iniuria usui sit, per quam experimentum sui capit, & uir-
tutem tentat. Faucamus obsecro uos huic proposito, æquisq;
& animis & auribus assimus, dum sapiens iniuriæ excipitur,
nec quicquam ideo petulantia nostræ, aut rapacissimis cupidi-
tatibus, aut certe temeritati superbiæq; detrahatur. Saluis utiq;
nostris, hæc sapienti libertas quæritur, non ut uobis facere nō
liceat iniuriam agimus, sed ut ille omnes iniurias in altum de-
mittat, patientiaq; se ac magnitudine animi defendat. Sic in cer-
taminibus sacris pleriq; uicere, cædētium manus obstinata pa-
tientia fatigando. Ex hoc puta genere patientiam & sapien-
tiam eorum qui exercitatione longa ac fideli, robur perpe-
tendi lassandiq; omnem inimicam uim consecuti sunt.

CAP. X. Quoniā priorē partem percurrimus, ad alterā
trāseamus. Quum iam quibusdā proprijs, plerisq; uero cōmuni-
bus cōtumeliam refutauerimus, est minor iniuria, quā queri
magis quā exequi possumus: quā leges quoq; nulla dignā uin-
dicta putauerūt. Hunc affectū mouet humilitas animi contra-
henti se, ob factū dictumq; inhonorificū. Ille me hodie nō ad-
misit, cū alios admitteret. Sermonē meum aut superbē auersa
tus est, aut palā risit, et nō in medio me* loco, sed in imo collo-
cauit, & alia huiusmodi notæ. Quæ quid uocem, nisi querelas

* lectio

nauseant

nauseatis animi, in quæ serè delicati & felices incidüt. Non uacat enim hæc notare cum peiora instant. Nimio ocio ingenia nostra infirma, & muliebria, & inopia ueræ iniuriæ lasciuietia, his comouentur, quorum pars maior constat uitio interpretantis. Itaq; nec prudentiæ quicquã in se esse, nec fiduciæ ostendit, qui cõtumelia afficitur. Nõ dubie enim contemptü se iudicat, & hic morsus nõ sine quadam humilitate animi euenit, supprimētis se ac descendētis. Sapiēs autē à nullo contēnitur, magnitudinē suam nouit, nulliq; tantü de se licere nunciat, * quam

* quantum

sibi: & omnes has quas nõ miseras animorū, sed molestias dixerim, nõ uincit, sed ne sentit quidē. Alia sunt quæ sapiētē ferriunt, etiã si non peruertāt, ut dolor corporis & debilitas, aut amicorū liberorumq; amissio, & patriæ bello flagrãtis calamitas. Hæc nõ nego sentire sapientē. Nec enim lapidis illi duritiã ferri ue asserimus. Nulla uirtus est, quæ te non sentias perpeti.

CAP. XI. Quid ergo est? Quosdã ictus recipit, sed receptos euincit, sanat, & compromit. Hæc uero minora, ne sentit quidē, nec aduersus ea solita illa uirtute utitur dura tolerandi, sed aut non annotat, aut digna risu putat. Præterea cū magnã partē cõtumeliarū superbi insolētesq; faciãt, & male felicitatē frētes, habet quo istū affectū inflatū respuat, pulcherrimã uirtutē omnium, animi sanitatē magnitudinemq; illa quicquid huiusmodi est trãscurrit, ut uanas somniorum species, uisusq; nocturnos, nihil habentes solidi, neq; ueri. Simul illud cogitat, omnes inferiores esse, quã ut illis audacia sit, tanto* audaciora

* celsiora

despicere. Cõtumelia à cõtemptu dicta est, quia nemo nisi quē cõtempserit, afficit tali iniuria. Nemo autē meliorem maioremq; contemnit, etiã si facit aliquid quod contemnētes solēt. Nam & pueri os parentum feriunt, & crines matris turbauit lacerauitq; infans, & sputo aspersit, aut nudauit in conspectu suorum tegenda, & uerbis obscœnioribus non pepercit, & nihil

horum

horum contumeliã dicimus. *Quare?* quia qui fecit, contemnere non potest. Eadem causa est, cur nos mancipiorum urbanitas in dominos contumeliosa delectet, quorum audacia ita demũ sibi in conuiuas ius facit, si coepit à domino. Vt quisq; contemptissimus, & ut maxime ludibrio est, ita solutissime lingue est. Pueros quidem in hoc mercantur procaces, & eorum impudentiam acuiunt, & sub magistro habent, qui probra* medietate effundant. Nec has contumelias uocamus, sed argutias.

*immeditata

CAP. XII. *Quanta* autẽ dementia est, hisdem modo delectari, modo offendi, & rem ab amico dictam, maledictum uocare, à seruulo, iocularẽ cõuitium. Quem animum nos aduersus pueros habebimus, hunc sapiens aduersus omnes, quibus etiam post iuuetam canosq; puerilitas est. An quicquã illi profecerunt, quibus animi mala sunt, auctiq; in maius errores, qui à pueris magnitudine tantum formaq; corporũ differunt? Ceterum non minus uagi incertiq; uoluptatum sine delectu appetentes, trepidi, & non ingenio, sed formidine quieti. Non ideo quicquã inter illos puerosq; interesse quis dixerit, qd' illis talorũ nuciq; & æris minuti auaritia est, his auri argentiq; & urbiũ: quod illi inter ipsos magistratus gerũt, & pretextã fasscesq; ac tribunal imitãtur: hi eodẽ in cãpo foroq; serio ludũt. Illi in littoribus arenæ cõgestu simulachra domorũ excitant, hi ut magnũ aliquid agentes, in lapidibus ac parietibus, & tectis moliedis occupati, ad tutelã corporũ inuenta, in periculum uerterunt. Ergo par pueris logiusq; progressis, sed in alia maiorãq; error est. Nõ immerito itaq; horum cõtumelias sapiens ut iocos accipit, & aliquãdo illos tanquã pueros malo poenãq; admonet, & afficit: non quia accepit iniuriã, sed quia fecerunt, & ut desinant facere. Sic enim & pecora uerberẽ domantur, nec irascimur illis cum sessorem recusauerint, sed compeſcimus, ut dolor cõtumaciam uincat. Ergo et illud solutum scies,

quod

quod nobis opponitur, quare si non accepit iniuriam nec contumeliam sapiens, punit eos qui fecerunt? Non enim se ulciscitur, sed illos emendat?

CAP. XIII. Quid est autem quare hanc animi firmitatem non credis in uirum sapientem cadere, cum tibi in alijs idem notare, sed non ex eadē causa liceat? Quis enim phrenetico medicus irascitur? quis uel febricitantis & frigida prohibiti, maledicta in malam partem accepit? Hunc affectū aduersus omnes habet sapiens, quem aduersus ægros suos medicus, quorū nec obscœna si remedio egent contrectare, nec reliquias & effusa intueri dedignatur, nec per furorem seuentiū excipere conuicia. Scit sapiens, omnes hos qui togati, purpuratiq; incedunt, ualentes coloratosq; male sanos esse, quos non aliter uidet, quàm ægros intemperantes. Itaq; ne succenset quidem, si quid in morbo petulantius ausi sunt aduersus medentē; & quo animo honores corū nihilo æstimat, eodē parū honorificē facta. Quemadmodū non placet sibi, si illum mendicis coluerit, nec contumeliam iudicabit, si illi homo plebis ultimæ salutanti mutuā salutationē non reddiderit, sic nec se suspiciet quidē, si illum multi diuites suspexerint. Scit enim illos nihil à mendicis differre, imò miseriore esse, illi enim exiguo, hi multo egent: & rursus non tangetur, si illū rex Medorū Attalus uel Asiæ, salutantem silentio ac uultu arroganti transierit. Scit statim eius non magis habere quicquā inuidendū, quàm eius cui in magna familia cura contigit ægros insanosq; cōpescere. Num molestē seram si non reddiderit nomen aliquis ex his, qui* ad ca-
*ad Ca-
storis

h h tines,

*remittere
animum

tines, sed per quos *remittere arcū tibi nō contingit, sed postremos & uenales. sed nouum aucupantes dominū. Nullius ergo mouebitur contumelia. Omnes enim inter se differunt. Sapiens quidē pares illos ob æqualē stultitiā omnes putat. Nam si semel se demiserit eō, ut aut iniuria moueatur, aut contumelia, non poterit unquam esse securus. Securitas autem propriū bonum sapientis est, nec cōmittet, ut in iudicando sibi contumeliam factam, honorē habeat ei, qui fecit. Necessē est enim à quo quisquam contemni moleste ferat, suspici gaudeat.

CAP. XIII. Tanta quosdam dementia tenet, ut cōtumeliam sibi posse fieri putent à muliere. Quid refert quantū habeat, quot lecticarios, quā oneratas aures, quā laxam sellā, æque impudens animal est, & nisi scientia accessit, ac multa eruditio, ferē cupiditatū incontinens. Quidā se à cinerario impulsos moleste ferunt, & contumeliam uocant hostiarij difficultatem, nomenclatoris superbiā, cubicularij supercilium. O quantus inter ista risus tollendus est, quanta uoluptate implendus animus, ex alienorū errorū tumultu, contemplari quietem suam. Quid ergo? Sapiens non accedit ad fores, quas durus ianitor obsidet? Ille uero, si res necessaria uocabit, experietur, et illū quisquis erit tāquam canem acrem, obiecto cibo leniet, nec indignabitur aliquid impendere, ut limen transeat, cogitās, & in pōtibus quibusdā pro transitu dari. Itaq; illi quoq; quisquis erit, qui saluatoriū publicū exerceat, donabit. Seit emero uenalia. Ille pusilli animi est qui sibi placet, quod hostiario libere respondit, & uirgam eius fregit, quod ad dominū accessit & petijt *torum. Facit se aduersarium qui contendit, & ut uincat, par fuit. At sapiens colaphis percussus, quid faciet? Quod Cato cū illi os percussum esset, non excanduit, non uindicauit. Iniuriam non remisit quidem, sed factam negauit. Maiore animo non agnouit, quā ignouisset. Non diu in hoc herēbi-

* torum: for-
ec, corium:
alias, thro-
num.

mus. Quis enim nescit, nihil ex his quae creduntur bona aut mala ita uideri sapienti, ut omnibus? Nō respicit quid homines tarpe iudicent, aut miserum, non id qua populus, sed ut sydera contrarium mundo iter intendunt, ita hic aduersus opinionem omnium uadit.

CAP. XV. Desinite itaq; dicere, non accipiet ergo sapiens iniuriam, si caedatur? si oculus illi eructur? non accipiet cō:umeliā, si obscenorū uocibus improbis per forum agetur? si in conuiuiis regis recumbere infra mensam, uesciq; cū seruis ignominiosa officia sortitis iubebitur? si quid aliud ferre cogatur, eorū quae excogitari pudori ingenuo molesta possunt? Inquinatūq; ista uel numero, uel magnitudine creuerint, eiusdem naturae erunt. Si non tangant illū parua, nec maiora quidem. Si non tangent pauca, nec plura quidē. Sed ex imbecillitate uestra coniecturam non capitis ingentis animi, & cū cogitatis quantum putetis uos pati posse, sapientiae paulo ulteriorem terminū ponitis. At illū in alijs mundi finibus sua uirtus collocauit, nihil uobiscū cōmune habentem. Quare * & aspera
& quaecunq; toleratu graua sunt, auditūq; & uisu refugienda, non obruetur eorū coetu, & qualis singulis talis uniuersis obisset. Qui dicit illud tolerabile sapienti, illud intolerabile, & animi magnitudinem intra certos fines teneri, male agit. Vincit nos fortuna, nisi tota uincatur. Ne putes istā Stoicā esse duritiam. Epicurus quē uos patronum inertiae uestrae assumitis, putatisq; mollia ac desidiosa precipere, & ad uoluptatem ducentia, Raro, inquit, sapienti interuenit fortuna. Quam penē emisit uiri uocē. Vis tu fortius loqui, & illā ex toto submouere? Domus haec sapientis angusta sine cultu, sine strepitu, sine apparatu, nullis obseruatur ianitoribus, turbam * uenali fastidio digerentibus, sed per hoc limē uacū, & ab hostiarijs liberū fortuna non transit. Scit nō esse illic sibi locū, ubi sui nihil

* etsi aspera,
et quantum-
cūq; tolera-
tu graua
sint,

* uenali
stulto

est. Quod si Epicurus quoq; qui corpori plurimū indulfit, aduersus iniurias exurgit, quid apud nos incredibile uideri potest, aut supra humanæ naturæ mensuram? Ille ait iniurias tollerabiles esse sapienti, nos iniurijs non esse. Nec enim est, quod dicas hoc naturæ repugnare.

CAP. XVI. Non negamus rem incōmodā esse uerberrari & impelli, & aliquo mēbro carere, sed oīa ista negamus iniurias esse, nō sensum illis doloris detrahimus, sed nomen iniuriæ, quod nō potest recipi, uirtute salua. Vt uerius dicat, uidebimus. Ad cōtemptū quidē iniuriæ uterq; cōsentit. Quæris quid inter duos intersit? Quod inter gladiatores fortissimos, quorū alter premit uulnus, & cōstat in gradu, alter respiciēs ad clamantē populū, significat nihil esse, & intercedi nō patitur. Non est, quod putes magnū, quo dissidemus. Illud quoque agitur, quod unū ad nos ptinet. Vtraq; exēpla hortatur contēnere iniurias, & quas iniuriarū umbras ac suspicionē dixerim, cōtumelias. Ad quas despiciēdas nō sapiēti opus est uiro, sed tātū cōspiciēte, qui sibi possit dicere, utrū merito mihi ista accidūt, an immerito? Si merito, nō est cōtumelia, iudiciū est. Si immeritō, illi qui iniusta facit, erubescendū est. E quibus illud est quod contumelia dicitur, in capitis mei leuitatem iocatus est, & in oculorum ualetudinē, et in crurum gracilitatē, & in staturā. Quæ contumelia est, quod apparet audire? Corā uno aliquid dictū ridemus, corā pluribus indignamur, & eorum alijs libertatem nō relinquimus, quæ ipsi in nos dicere assueuimus. Iocis temperatis delectamur, immodicis irascimur.

*quod illum
aliquis uer-
uecem mari-
num dix.

CAP. XVII. Chrysippus ait quendā indignatū, *quod illū ueruecē aliquis maximū dixerat. In senatu flentem uidimus Fidū Cornelii Nasonis generū, cū illū Corbulo Struthiocame lū depilatū dixisset. Aduersus alia maledicta mores & uitam cōuulneratā, frōtis illi firmitas cōstitit, aduersus hoc tā absur-

dum

dum lachrymæ prociderūt. Tāta animorū imbecillitas est, ubi ratio discessit. Quidē q̄ offendimur si quis sermonē nostrū imitatur, si quis incessum, si quis uitū aliquod corporis aut linguae exprimit, quasi notiora illa fiāt alio imitātē q̄ nobis faciētibus. Senectutē quidam inuiti audiūt, & canos & alia ad quae uoto puenitur. Paupertatis maledictū quosdā percussit, q̄ sibi obiecit, quisquis abscondit. Itaq; materia petulātibus & p̄ cōtumeliā urbanis detrahitur, si ultrō illa, & prior occupes. Nemo alijs risum praeiuit, qui ex se coepit. Vatiniū hominē natū et ad risum & ad odiū, scurrā fuisse, & uenustū ac dicacē, memoriae proditū est. In pedes suos ipse plurima dicebat, & in fauces cōcisas: sic inimicorū quos plures habebat, q̄ morbos, & in primis Ciceronis urbanitatem effugit. Si ille hoc potuit duritia oris, qui asiduis cōiitijs* depudere didicerat, cur is nō possit,

*pudere de-
didicerat,

qui studijs liberalibus & sapientiæ cultu ad aliquē profectum peruenerat? Adijce, quod genus ultionis est, eripere ei qui fecit contumeliæ uoluptatē. Solent dicere, miserū me, puto nō intellexit, adeo fructus contumeliæ in sensu & indignatione patiens est. Non debet quidē homo esse contumeliosus. Deinde non deerit illi aliquando par. Inuenietur qui te quoq; uindictet.

C. Cæsar: Ca-
ligulā non Iu-
lium intellige

CAP. XVIII. C. Cæsar inter Cætera uitia quibus abū-

dabatur, contumeliosus mirabiliter ferebatur, *omnis aliqua nota feriendi, ipse materia risus benignissima, tanta illis palloris insaniā testantis fœditas erat, tanta oculorū sub frōte anili latētū toruitas, tāta capitis destituti, et medicatis capillis aspersi deformitas. Adijce obsessam setis ceruicē, & exilitatē crurū, et enormitatē pedum. Immensum est, si uelim singula referre, per que in patres auosq; suos cōtumeliosus fuit, p̄ quae in uniuersos ordines, ea referā quae illū exitio dederunt. Asiaticū Valeriū in primis amicis habebat ferocē uirū, & uix æquo aīo alienas cōtumelias laturū. Huic in cōuiuio, itē in cōciōe uoce clarissima,

*omnibus
aliqua nota
feriendis,

qualis in cōcubitu esset uxor eius obiecit. Dij boni, hoc utrum audire, principē scire, & usq; eo licentiā peruenisse, ut nō dico consulari, nō dico amico, sed tantū marito princeps, et adulterium suū narret, & fastidium? Chere a tribuno militū, sermo prom. in uerat, quōd languidus sono, & infracta uoce suspēctior. Huic Caius signum petenti, modō Veneris, modō Priapi dabat, aliter atq; aliter exprobrans armato molliciē. Hoc, ipse perlucidus, crepidatus, armillatus. Coēgit itaq; illū uti ferro, ne sepius signū peteret. Ille primus inter coniuratos manū sustulit, ille ceruicē mediā uno ictu discidit, plurimū deinde undiq; publicas ac priuatas iniurias ulciscentiū gladiatorū ingestū est. Sed primus uir fuit, qui minime uisus est. * At idem Caius oīa contumelias putat, & fuit ferendarū impatiens, faciendarū cupidissimus. Iratus fuit Herennio Macro, quōd illum Caium salutauerat, nec impune cessit Primipilario, quod Caligulā dixerat. Hic enim in castris natus, & alumnus legionum uocari solebat, nullo nomine militibus familiarior unquā factus: sed iā caligam conuictū & probrū iudicabat. Cothurnatus. Ergo hoc ipsum solatio erit, etiam si nostra facilitas ultionē omiserit, siturū aliquem, qui pœnas exigit à procace, & superbo, & iniurioso, quæ uitia nunquā in uno homine, et in una contumelia

* consumuntur. Respiciamus eorum exempla, quorū laudamus patientiam, ut Socratis, qui comediarum publicatos in se & spectatos siles in partem bonā accepit, risitq; non minus, quam cum ab uxore Xanthippe in munda aqua perfunderetur. * At Iphicrates cui mater barbara & Thressa obiciebatur, respondit & deorum matrem Idēam esse.

CAP. XIX. Non est in rixam colluctationemq; ueniendum, procul auferendi pedes sunt, & quicquid horum ab imprudentioribus fiet, (fieri autem nisi ab imprudentibus non potest) negligendū. Et honores et iniuriæ uulgi, in promiscuo habentur

* Hic idem
Caius omnis
contumeliæ
putcus,

* confirmantur.

* Antistheni
mater barb.

habent
multa
publica
non oc
animū
mus hu
nihil p
eum fa
ducere
Quis c
potest.
pientiæ
gentibu
debere
quisq; h
gerat :
& uer
nclit cl
uulnere
armis, a
sustinea
est, a sig
niri. Sa
geritis
hanc sp
melior a
stum, es
mani ge

habendæ sunt. Nec his dolendum, nec illis gaudendum. Alioquin multa timore contumeliarum aut tedio, necessaria omitemus, publicisq; & priuatis officijs, aliquando etiam *salutaribus *salutaribus non occurremus, dum muliebris nos cura angit, aliquid cõtra animũ audiendi. Aliquando etiam obæratís potentibus detegemus hunc affectum intemperãti libertate. Non est autẽ libertas nihil pati. Fallimur, libertas est animum õpponere iniurijs, & eum facere se, ex quo solo sibi gaudenda ueniunt: exteriora deducere à se, ne inquieta sit uita, õim risus, õim linguas timenti. Quis enim est, qui non possit contumeliam facere, si quisquam potest. Diuerso autem remedio utetur, sapiens affectatorq; sapientiæ. Imperfectis enim & adhuc ad publicũ se iudiciũ dirigentibus, hoc proponendũ est, inter iniurias ipsas cõtumeliasq; debere uersari. Omnia leuiora accidunt expectantibus. Quo quisq; honestior genere, famã, patrimonio est, hoc se *fortius *fortius stare re faciat: memor in prima acie altos ordines stare. Contumeliar, & uerba probrosa, & ignominias, & cetera de honestamẽta, uelut clamorem hostium serat, & longinquã tela, & saxa sine uulnere circa galeas crepitantia. Iniurias uerò, ut uulnera, alia armis, alia pectori infixã, nõ deiectus, ne motus quidem gradu, sustineat. Etiam si premeris, & infesta ui urgeris, cedere turpe est, assignatũ à natura locum tueri. Queris quis hic sit locus? uiri. Sapienti aliud auxilium est, huic contrariũ. Vos enim rem geritis, illi parta uictoria est: nec repugnet uestro bono, & hanc spem dum ad uerum peruenitis alite in animis, libenterq; meliora excipite, & opinione ac uoto iuuate. Esse aliquid inuidum, esse aliquem in quem nihil fortuna possit, e Republica humani generis est.

Libri secundi & ultimi de Tranquil-
litate, finis.

ANNOT. IN EVNDEM.

Cap. 3. iidem non iturum inficiamini, & uenum & imperata facturum. Ex Rodolphi codice qui locum hunc habebat deprauatum, restituumus sermonis confusum ordinem: iidem non inficiamini iturum & uenum, aut quod mollius est, & uenum iturum.

Cap. 6. Eripimus erumnis domos, aliàs erepsimus domo. Rodolphus diuinat, Eripui me nudum domo.

Cap. 10. Quoniam quibusdam propriis plerisque communibus contumeliam refutauimus. Quoddam exemplar habebat. Quoniam quibusdam propriisq; contumeliam refutauimus. Vtraq; lectio non uacat mendo, nisi propriisq;, dictum est pro, propriis quoq;, & pro quoniam, malim, qua iam, Nam Rodolphus legit, refutabimus. Sentit enim se speciatim demonstraturum, quod in genere tractauit.

Cap. 12. Auctiq; in maiores errores. Alius habebat, aut utiq; in maiores errores. Neutra lectio integra est, forte legēdū, auctiq; i maius errores. Rodolphus diuinat, aut utiq; maiores errores. Id probari poterat, si legatur, quibus paria animi mala sunt, aut utiq; maiores errores.

Cap. 14. Non id quod populus. Rodolphus mea sententia recte mutarat, non it quo populus, nisi quod malim, non it qua populus.

L. ANNAEI SENE-

CAE AD PAVLINVM DE

BREVITATE VITAE LI-

BER VNVS.

CAP. I.



MAIOR pars mortalium Pauline de naturae malignitate conqueritur, quod in exiguum aevi gignimur, quod haec tam uelociter, tam rapide dati nobis temporis spatia decurrant, adeo ut exceptis admodum paucis, ceteros in ipso uitae apparatu uita desituat. Nec huic publico, ut opinantur malo, turba tantū et imprudens uulgus ingemuit. Clarorum quoq; uiuorum hic affectus querelas euocauit. Inde illa maximi medicorum exclamatio est, Vitam breuē esse, longam artem. Inde Aristoteli cum rerum natura exigenti minime conueniens sapientia

penitenti uiro lis est. Aiunt animalibus tantū indulgisse, ut quina, aut dena secula edurēt, homini in tam multa ac magna genito, tanto ceteriorē terminū stare. Non exiguū temporis habemus, sed multū perdimus. Satis longa uita, & in maximarū rerum cōsummationē large data est, si tota bene collocaretur. Sed ubi per luxum ac negligētiam defluit, ubi nulli rei bonæ impenditur, ultima demū necessitate cogente, quā ire non intelleximus, transisse sentimus. Ita est, non accepimus breuē uitam, sed fecimus, nec inopes eius, sed prodigi sumus. Sicut amplæ & regiæ opes ubi ad malum dominū peruenerunt, momēto dissipantur. At quamuis modicæ, si bono custodi traditæ sunt, usu crescūt, ita ætas nostra bene disponenti multum patet.

CAP. II. Quid de rerum natura querimus? illa se benigne gessit. Vita, si scias uti, longa est. Alium insatiabilis tenet auaritia: alium in superuacuis laboribus operosa sedulitas: alius uino madet, alius inertia torpet, alium defatigat ex alienis iudicijs suspensa semper ambitio. Alium mercandi præceptus cupiditas circa oēs terras, omnia maria, spe lucri ducit. Quosdam torquet cupido militiæ, nunquā non aut alienis periculis intentos, aut suis anxios. Sunt quos ingratus superiorum cultus uoluntaria seruitute consumat. Multos aut affectatio alienæ fortunæ, aut suæ odium detinuit. Plerosq; nihil certū sequentes, uaga & inconstans, & sibi displicēs leuitas, per noua consilia iactauit. Quibusdam nihil quod cursum dirigant placet, sed marcentes cōstitantesq; fata deprehendunt, adeo ut quod apud maximum Poëtarum more oraculi dictum est, uerum esse non dubitem, Exigua pars est uitæ quam uiuimus. Cæterum quidem omne spatium, non uita sed tempus est. * Vrgentia circumstant uitia

*Surgentes

undique, nec resurgere, aut in dispectum ueri attollere oculos sinunt: sed emersos, & in cupiditatibus infixos premūt. Nunquam illis recurrere ad se licet, sed si quando aliqua quies for-

h h s tulto

tuito contingit, ueluti profundo mari, in quo post uetum quoque uolutatio est, fluctuantur, nec unquam illis à cupiditatibus suis otium instat. De istis me putas differere, quorum in confesso mala sunt? Aspice illos, ad quorum felicitatem concurrunt, bonis suis effocantur. Quàm multis graues sunt diuitiae? Quàm multorum eloquentia quotidiano ostentandi ingenij spatio, sanguinem educit? Quàm multi cōtinuis uoluptatibus pallent? Quàm multis nihil liberi reliquit circumfusis clientium populis? Oēs deniq; istos ab infimis usq; ad summos pererra. His aduocat, hic adest, ille periclitatur, ille defendit, ille iudicat nec se sibi uendicat. Alius in alium consumitur. Interroga de istis quorum nomina ediscuntur. His illos dignosci uidebis notis. Ille istius cultor est, iste illius, suus nemo. Deinde demētissima quorundam indignatio est. Queruntur de superiorū fastidio, quod ipsos adire uolentibus nō uacauerint. Audet quisquam de alterius superbia queri, qui sibi ipsi nūquam uacat. Ille tamen quisquis est insolenti quidem uultu, sed aliquando respexit. Ille aures suas ad tua uerba demisit. Ille te ad latus suum recepit. Tu non inspicere te unquam, non audire dignatus es.

CAP. III. Non est itaq; quod ista officia cuiquam imputes, quae quidem cum ipse faceres, non esse cū aliquo uolebas, sed tecū esse non poteras. Omnia licet quae unquā ingenia fulserunt in hoc unum cōsentiant, nunquā satis hanc humanarum mentium caliginem mirabuntur. Prædia sua occupari à nullo patiuntur, & si exigua contentio est de modo finū, ad lapides & arma discurrūt. In uitā suā incedere alios sinunt, imò uerō ipsi etiā possessores eius futuros inducūt. Nemo inuenitur qui pecuniam suā diuidere uelit. Vitam unusquisq; quàm multis distribuit. Astricti sunt in cōtinendo patrimonio, Simul ad temporis iacturam uentū est, profusissimi in eo, cuius unius honesta auaritia est. Libet itaq; ex seniorū turba cōprehendere aliquē,

* alias, & in aliorum caedem, suaeq; uitae dispendiū properant,

Peruenisse te ad ultimū ætatis humanæ uidemus. Ceterisimū tibi uel supra premitur annus. Age dū ad cōputationem ætatem tuā reuoca. Dic quantū ex isto tempore creditor, quantū amica, *quantū Respub. quantū cliens abstulerit, quantū lis uxoria, quantū seruorū cōertio, quantū officiosa per urbem discursatio. Adijce morbos quos manu fecimus. Adijce quod & sine se iacuit. Videbis te pauciores annos habere quā numeras. Repete memoria tecū, quādo certus cōsiliū fueris, quotus quisq; dies ut destinaueras recesserit, quādo tibi usus tui fuerit, quando in statu suo uultus, quādo animus intrepidus, quid tibi in tam longo uo facti operis sit: quā multi uitam tuam diripuerint, te non sentiente quid perderes: quantum uanus dolor, stulta letitia, uuida cupiditas, blanda conuersatio abstulcrit, quam exiguum tibi de tuo relictum sit, intelliges te immaturum mori.

CAP. IIII. Quid ergo est in causa? Tanquam semper uiuisti uiuitis. Nunquam uobis fragilitas uestra succurrit. Nō obseruatis quantum temporis transierit, uelut ex pleno & abundanti perditis, cum interim fortasse ille ipse alicui uel hominī uel rei donatus ultimus dies sit. Omnia tanquam mortales timetis. Omnia tanquam immortales concupiscitis. Audies plerosq; dicentes, à quinquagesimo in ocium secedam, sexagesimus annus ab officijs me dimittet. Et quem tandem longioris uitæ prædem accipis? Quis ista sicuti disponis ire patienter? Non pudet te ad reliquias uitæ tibi reseruare, & id solum tempus bonæ menti destinare, quod in nullā rem conferri possit? Quam seruum est tunc uiuere incipere, cum desinendum esse. Quæ tam stulta mortalitatis obliuio, in quinquagesimum & sexagesimū annū differre sana cōsilia, & inde uelle uitam inchoare, quò pauci perduxerunt. Potentissimis & in altum sublatis hominibus excidere uoces uidebis, quibus ocii optet, laudent, omnibus bonis suis præferant. Cupiunt interim ex illa

* quantum
rex. aliās,
quantū reus,

illo fastigio suo si tuto liceat descendere. Nam ut nihil extra cessat, aut quatiat, in seipsam fortuna ruit.

CAP. V. Diuus Augustus cui dii plura quam ulli praestiterunt, non desijt quietem sibi precari, uacationem à Republ. petere. Omnis eius sermo ad hoc semper reuolutus est, ut sibi ^{*pararet ocium.} Hic labores suos etiã si falso, dulci tamen oblectabat solatio, aliquando se uicturũ sibi. In quadam ad senatum missa epistola, cum requiem suam non uacua fore dignitatis, nec à priore gloria discrepantẽ, pollicitus esset, hæc uerba inueni. Sed ista fieri speciosius quam promitti possunt, me tamen cupido temporis optatissimi mihi ^{*prouexit:} ut quum rerum letitia moretur adhuc, perciperem aliquid uoluptatis ex uerborum dulcedine. Tanta uisa est res ocium, ut illã quia usu non poterat, cogitatione præsumeret. Qui omnia uidebat, ex se uno pendentia, qui omnibus gentibus fortunam dabat, illum diem lætissimus cogitabat, quo magnitudinẽ suam exueret. Expertus erat quantũ illa bona per omnes terras fulgentia sudoris exprimeret, quantũ occultarum solitudinũ tegerent: cũ ciuibus primũ, deinde cũ collegis, nouissime cũ affinibus, coactus armis decernere, mari terraq; sanguinem fudit: per Macedoniam, Siciliã, Aegyptũ, Syriam, Asiamq; & omnes prope oras bello circumactus, Romana cæde lassos exercitus ad externa bella conuertit. Dum alpes pacat, immixtosq; mediæ paci & imperio hostes perdomat, dum ultra Rhenum, Euphratem & Danubiũ terminos mouet, in ipsa urbe, Murenæ, Capionis, Lepidi, Egnatorũ in eum mucrones acuebãtur, Non dũ horũ effugerat insidias, filia, & tot nobiles iuuenes adulterio uelut scarameto adacti, ^{*iam infractã etatẽ} territabant, post quã iterum timẽda cũ Antonio mulier. Hæc ulcera cũ ipsis membris abscederat, alia subnascebantur, uelut graue multo sanguine corpus, partes semper aliquæ corrũpebantur. Itaq; ocium optabat,

* speraret

* perduxit

* iam fractã etatem irribant.

DE
bat, in hu
tam erat
Catilinas
iustos in
Republ
andis re
consulati
quã flebil
uico patri
te? Quid
semiliber
rat, & de
ram se di
mle nom
libertatis
Quid eni
CAP
nouas, &
he coetu
iam liber
à primor
quã feria
textatus,
ponere, &
rapta. C
lum inge
eudacia
paero se
attulerit
aliquo d
Superua

bat, in huius spe & cogitatione labores eius residebāt. Hoc uo-
tum erat eius qui uoti cōpotes facere poterat. M. Cicero inter
Catullinas, Clodios iactatus, Pōpeiosq; & Crassos, partim ma-
nifestos inimicos, partim dubios amicos, dum fluctuatur cum
Republica, & illa* pereuntē tenet, nouissime abductus, nec se
caudis rebus quietus, nec aduersarū patiēs, quotiens illū ipsum
consulatū suum nō sine causa, sed sine fine laudatū detestatur,
quā flebiles uoces exprimit in quadā ad Atticum epistola, iam
uicō patre Pōpeio, adhuc filio in Hispania fracta arma resouē-
te: Quid agam, inquit, hic quæris, moror in Tusculano meo
semiliber. Alia deinceps adiicit, quibus & priorē etatē cōplo-
rat, & de presenti queritur, & de futura desperat. Semilibe-
ram se dixit Cicero, at mehercules nunquam sapiēs in tam hu-
mile nomen procedet, nunquam semiliber erit. Integre semper
libertatis, & solidæ, solutus, & sui iuris, altior cæteris.
Quid enim supra eum potest esse, qui supra fortunam est?

CAP. VI. Linius Drusus uir acer & uehēmēs cū leges
nouas, & mala Gracchana mouisset, stipatus ingēti totius Ita-
lie coetu, exitū rerū non prouidēs, quas nec agere licebat, nec
iam liberū erat semel inchoatas relinquere, execratus inquietā
& primordijs uitā, dicitur dixisse, uni sibi, nec puero quidē un-
quā ferias cōtigisse, Ausus est enim & pupillus adhuc & præ-
textatus, iudicibus reos cōmendare, & gratiā suam foro inter-
ponere, tam efficaciter, quidē, ut quædam iudicia cōstet ab illo
rapta. Quo nō erūperet tam immatura ambitio? Scires in ma-
lam ingens, & priuatū, & publicū euasurā illā tam* festinatā
audaciam. Sero itaque querebatur, nullas sibi ferias cōtigisse, &
puero seditiosus, & foro grauis. Disputatur, an ipse sibi manus
attulerit. Subito enim uulnere per inguē accepto, collapsus est,
aliquo dubitatē, an mors uolūtaria* esset in illo, an tempestiua.
Superuacū est cōmemorare plures, qui cū alijs felicissimū uide-
rentur,

* pessum eum
tem

* festinatā

* esset nullo

*Vestra

*Ista uita
nūl.*natio dila-
tat, cito uos
effug.*uel odia
exercētesuel
bella, omnes
isti
*tabes
*officiosa

rentur, ipsi in se uerū testimoniū dixerūt. Sed his querelis nec alios mutauerunt, nec seipsos. Nam cū uerba erumperet, affectus ad consuetudinē relabebantur. *Nostra mehercule uita, licet supra mille annos exeat, in archisimū cōtrahetur. *Ista omnia nullū non seculū deuorabit. Hoc uerò spaciū quāuis natura currit, *ratio dilatat, cito nos effugiat necesse est. Nō enim apprehēditis, nec retinetis, nec uelocissima omnium rei moram facitis, sed abire ut rem superuacua ac reparabile finitis. In primis autē & illos numero, qui nulli rei, nisi uino ac libidini uacant, Nulli enim turpius occupati sunt. Ceteri etiā si uana glorie imagine teneātur, speciose tamē errāt. Licet auaros mihi, licet uel iracundos enumeres, *uel bellatores, omnes isti uirilius peccāt. In uenerē ac libidinē projectorū inhonestā *labes est. Omnia istorum tēpora excute. Aspice quam diu cōputent, quam diu insidiētur, quā diu timeant, quam diu colant, quantum uadimonia sua atque aliena occupent, quantum conuiuia quae iam ipsa * officia sunt, uidebis quemadmodum illos respirare non sinant uel mala sua uel bona. Deniq; inter omnes cōuenit, nullam rem bene exerceri posse ab homine occupato. Nō eloquentiam, non liberales disciplinas, quando districtus animus nihil altius recipit, sed omnia uelut inculcata respuit. Nihil minus est hominis occupati quā uiuere, nullius rei difficilior est scientia. Professores aliarum artium uulgo multiq; sunt.

CAP. VII. Quas dā uero ex his pueri admodū ita percipisse uisi sunt, ut etiā praecepere possent. Viuere tota uita discendum est: & quod magis fortasse miraberis, tota uita discendum est mori. Tot maximū uiri relictis omnibus impedimentis, cum diuitijs, officijs, uoluptatibus renūciassent, hoc unū in extremā usq; etatē egerūt, ut uiuere scirent. Plures tamē ex his nōdum se scire confessi ē uita abierunt, nedū ut isti sciant. Magni mihi crede, & supra humanos errores emēntis uiri est, nihil ex

suo

suo tempore delibare, & ideo uita eius longissima est, cui quan-
 tumcumq; patuit, totum ipsi uacauit. Nihil inde incultum ocio-
 sumq; iacuit. Nihil sub alio fuit, neq; enim quicquã repperit di-
 gnum quod cū tēpore suo permutaret, custos eius parcissimus,
 itaq; satis illi fuit. His uero necesse est defuisse, ex quorū uita
 multū populus tulit. Nec est quod putes hinc illos intelligere
 dānū suum, plerosq; certe audies ex his quos magna felicitas
 exauit, inter cliētium greges, aut causarum actiones, aut cate-
 ras honestas miserias exclamare inter dū, mihi uiuere nō licet.
 Quid ni nō liceat? Omnes illi qui te sibi aduocāt, tibi abducūt.
 Ille reus quot dies abstulit, quot ille cādidatus, quot illa anus,
 effrēndis heredibus lassa, quot ille ad iritandam auariciã ca-
 pantū simulatus aeger? Quot ille potētior amicus, qui nos, nō
 in amicitia, sed in apparatu habet? Dispūge, inquā, ac recēse ui-
 te tue dies, uidebis paucos admodū & *ridiculos apud te re-
 sedisse. Asequutus ille quos optauerat fasces cupit ponere, &
 subinde dicit. Quādo hic annus prateribit? Facit ille ludos quo-
 ram sortem sibi obtingere magno aestimauit. Quando, inquit,
 istos effugiã? Diripitur ille toto foro patronus, & magno cō-
 casu omnia ultra quā audiri potest cōplet. Quādo, inquit, res
 proferētur? Præcipitat quisq; uitā suā, & futuri desiderio labo-
 rat, præsentiū te dno. At ille qui nullū nō tēpus in usus suos con-
 fert, qui omnes dies tanquā uitā ordinat, nec optat crastinū, nec
 timet. Quid enim est quod iam ulla hora nouæ uoluptatis possit
 offerre? *Omnia uota ad satietatē percepta sunt, de cætero si ro-
 fortuna ut uolet ordinet, uita iam in tuto est. Huic adijci potest
 detrabi nihil: & adijci sic, sicut aliquis uētre quoq; admodum
 saturo iam, non pleno, aliquid cibi quod nec desiderat capit.

*Omnia no-
 ta: omnia ad
 sat.

CAP. VIII. Nō est itaq; quod quenquã propter canos,
 aut rugas putes diu uixisse. Nō ille diu uixit, sed diu fuit. Quid
 enim illum multū putas nauigasse, quē sæua tēpestas à portu
 exceptum

*uicibus
*eadem spacia

exceptū huc & illuc tulit, ac *uiribus uentorū ex diuerso furentium per *eadem uestigia in orbem egit? Non ille multum nauigauit, sed multum iactatus est. Mirari soleo cū uideo aliquos tēpus petere, & eos qui rogantur facillimos. Illud uterq; spectat, propter quod tempus petitum est, ipsum quidem neuter. Quasi nihil petitur, quasi nihil datur. Res omnium preciosissima luditur. Fallit autē illos, quia res incorporalis est, quia sub oculos non uenit. Ideoq; uilissima aestimatur, imò pene nullum precium eius est. Annua congiaria homines charissimi accipiunt, & in his aut laborem, aut operam, aut diligentia suam locant, nemo aestimat tempus, utuntur illo laxius quasi gratuito. At eosdē egros uide si mortis periculum admotū est propius, medicorum genua tangentes: si metuunt capitale supplicium, omnia sua ut uiuant paratos impendere. Tanta in illis discordia affectuū est. Quod si posset quemadmodū prae teritorū annorum cuiusq; numerus proponi sic futurorū, quomodo illi qui paucos uiderent superesse, trepidarent, quomodo illis parcere? Atqui facile est, quāuis exiguū dispensare, quod certum est. Id debet seruari diligētius, quod nescias quā deficiat. Nec est tamē quod ignorare putes illos quā chara res sit. Dicere solēt, eis quos ualidissime diligūt, paratos se partē annorū suorū dare. Dāt, nec intelligūt, dant autē ita, ut sine illorum incremento sibi detrahāt, sed hoc ipsum an detrahāt nesciūt, ideo tolerabilis est illis iactura detrimētī latētis. Nemo restituet annos, nemo iterū te tibi reddet. Ibit quā cœpit etas, nec cursum suū, aut reuocabit aut supprimet: nihil tumultuabitur, nihil admonēbit uelocitatis suae, tacita labetur. * Nō illa se regis imperio, nō fauore populi longius procedet. Sicut *missa est à primo decurret, nusquā diuertet, nusquā remorabitur. Quid fiet? tu occupatus es, uita festinat. Mors interim aderit, cui uelis nolis uacāduū est.

*Non illa regitur imperio,

*iussa

CAP. IX. Potest ne quisquam sensus hominum (eorum

dico

dico qui prudentiam iactant) operosius occupari sibi, ut melius possint uiuere? Impendio uitæ uitam instruunt, cogitationes suas in longū ordinant. Maxima porrò uitæ iactura dilatio est. Illa primū quemq; extrahit diem, illa eripit præsentia, dum ulteriora promittit. Maximum uiuendi impedimentum est, expectatio, quæ pendet ex crastino. Perdis hodiernum, quod in manu fortunæ positum est disponis, quod in tua dimittis. Quò spectas, quò te extendis? Omnia quæ uentura sunt, in incerto iacēt. Protinus uiue, clamat ecce maximus uates, & uelut diuino ore instinctus, salutare carmen canit,

Optima quæq; dies miseris mortalibus æui

Prima fugit.

Quid cunctaris, inquit, quid cessas? Nisi occupas fugit, cū occupaueris, tamen fugiet. Itaq; cū celeritate temporis, ut edū uelocitate certandū est, uelut ex torrente rapido, nec semper ^{ca-}laturō, sūro, cito hauriendū est. Hoc quoq; pulcherrime ad exprobrandum infinitā cogitationē, quod non optimā quamq; etatē, sed diem dicit. Quid securus, & in tanta temporū fuga lentus mens tibi & annos, & longā seriem (ut cunq; auiditati tuæ uisum est) exporrigis? De die tecū loquitur, & de hoc ipso fugiente. Non dubiū est ergo, quin prima quæq; optima dies fugiat mortalibus miseris & occupatis: quorum pueriles adhuc animos senectus opprimit, ad quā imparati, inermesq; ueniūt. Nihil enim prouisum est, subito in illā nec opinantes inciderūt. Accedere eā quotidie non sentiebant. Quemadmodū quos aut sermo, aut lectio, aut aliqua interior cogitatio iter facientes decipit, & peruenisse ante sciunt, quā appropinquasse: ita hoc iter uitæ assiduū & citatissimum, quod dormientes uigilantesq; eodem gradu facimus, occupatis non apparet, nisi in fine.

CAP. X. Quod proposui, si in partes uelim & argumēta diducere, multa mihi occurrent, per quæ probè breuissimā

ii esse

esse occupatorum uitam. Solebat dicere Fabianus, non ex his cathedrarijs philosophis, sed ex ueris & antiquis, contra affectus impetu non subtilitate pugnandū: nec minutis uulneribus, sed incurso auertendā acie non probā. *Caullatione enim contundi debere non uellicari. Tamen ut illis error exprobetur suus, docendi, non tantum deplorandi sunt. In tria tempora uita diuiditur, quod est, quod fuit, & quod futurū est. Ex his quod agimus breue est, quod acturi sumus dubiū, quod egimus certum. Hoc est enim in quo fortuna ius perdidit, quod in nullius arbitriū reduci potest. Hoc amittūt occupati, nec enim illis uacat præterita respicere, et si uacet, certē iniucūda est *præterite rei recordatio, Inuiti namq; ad tēpora male exacta animū reuocāt, nec audent ea *retractare, quorū uitia etiā quæ aliquo præsentis uoluptatis lenocinio surrepebant, retractando putescunt. Nemo nisi à quo oīa acta sunt sub censura sua, quæ nunquam fallitur, libenter se in præteritū retorquet. Ille qui multa ambitiose concupiit, superbe contēpsit, impotenter uicit, insidiosè decepit, auarè rapuit, prodigè effudit, necesse est memoriam suam timeat. Atqui hæc est pars temporis nostri sacra ac dedicata, omnes humanos casus supergressa, extra regnū fortunæ subducta, quam non inopia, non metus, non morborū incursum exagitat. Hæc nec turbari, nec eripi potest, perpetua eius & intrepida possessio est. Singuli tantū dies, & hi per momenta præsentis sunt. At præteriti tēporis, omnes cū iusseris aderunt, ad arbitriū tuū se inspici ac detineri patiuntur, quod facere occupatis non uacat. Securæ & quietæ mentis est in oēs uite suæ partes discurrere. Occupatorū animi uelut sub iugo sunt, flectere se ac respicere non possunt. Abit ergo uita eorū in profundum, & ut nihil prodest, licet quantūlibet ingeras, si *ac seruet: non subest quod excipiat *ac ferat: sic nihil refert quantū temporis detur, si non est ubi subsidat, per quassos foratosq; animos

*Suggillatione

*pœnitendæ rei

*retentare,

*ac seruet:

DI
mos transf
nt quibus d
præcipita
patitur qu
tatio, nūq
præfens p
fit, & idi

CAP.

capiant di
nem uotis
cio sibi bl
cipiant. Ta
monuit, qu
uia, sed ta
rit elami
uicturos. T
tar, q̄ in ca
procul ab
illa delega
traditur, n
hil superu
ting; abūda
nō cuncta
forte quos
quos à b. a.
uides turb
cia domū
prætoris i
cet. Quor
cia solitu
Quorūda

nos transmittitur. Præsens tēpus breuissimū est, a deo quidem, ut quibusdam nullū uideatur, in cursu enim semper est. Fluit & precipitatur, ante desinit esse, quā uenit. Nec magis moram patitur quā mūdus, aut sidera, quorū irrequieta semper agitatio, nunquā in eodē uestigio manet. Solū igitur ad occupatos præsens pertinet tempus, quod tam breue est, ut arripi, nō possit, & id ipsum illis districtis in multa, subducitur.

CAP. XI. Deniq; uis scire quā nō diu uiuant? Vide quā cupiant diu uiuere. Decrepiti senes paucorū annorū accessio- nem uotis mendicant. Minores natu scipos esse fingūt, mēdacio sibi blandiūtur, & tam libenter fallūt, quā si fata unā decipiant. Iam uerō cum illos aliqua imbecillitas mortalitatis ad- monuit, quēadmodū pauentes moriuntur, non tanquā exeāt de uita, sed tanquā extrahantur, Stultos se fuisse quod non uix- erit clamitant, & si modo euaserint ex illa uoletudine, in otio uicturos. Tunc quā frustra parauerint, quibus non frueren- tur, q̄ in cassum omnis labor ceciderit, cogitant. At quibus uita procul ab omni negotio agitur, quid ni spatiosa sit? Nihil ex illa delegatur, nihil aliō atq; aliō spargitur, nihil inde fortunæ traditur, nihil negligētia interit, nihil largitione detrahatur, ni- hil superuacū est, tota (ut ita dicā) in reditu est. Quantulacūq; itaq; abūde sufficit, & ideo quādoq; ultimus dies uenerit, nō cunctabitur uir sapiēs ire ad mortē certo gradu. Queris forte quos occupatos uocē. Nō est quod me solos putes dicere, quos a basilica immisi* deinde canes eijciunt, quos aut in sua uidēs turba* speciosius elidi, aut in aliena contēptius, quos offi- cia domibus suis euocant, ut alienis foribus illidant, quos hasta pretoris infamibus beat lucris, & quādoq; supputatio exer- cet. Quorū dā otiiū occupatū est in uilla, aut in lecto suo, in me- dia solitudine quāuis ab oībus recesserūt, sibi ipsi molesti sunt. Quorū dā non otiosa uita est dicēdi, sed desidiosa occupatio.

* demū caues
* spatiosius
elidi, an in a-
liena con-
tractius.

*uinctorum,
alias, uictorum

*Inertissima

CAP. XII. Illum tu otiosum uocas, qui Corinthia puerorum furore pretiosa, anxia subtilitate concinnat, & maiorem dierum partē in eruginosis lamellis consumit, qui in ceromate (nā proh facinus ne Romanis quidē uitijs laboramas) spectator puerorum rixantium sedet, qui uicorum suorum greges metatur, & colonorum paria deducit, qui athletas nouissimos pascit? Quid illos otiosos uocas, quibus apud tonsorem multæ horæ transmittuntur, dū decerpitur, si quid proxima nocte succreuit, dum de singulis capillis in consiliū itur, dū aut disiecta coma restituitur, aut deficiēs hinc atq; illinc in frontem compellitur? Quomodo irascuntur, si tōsor paulo negligētior fuit, tanquam uirū tōderet. Quomodo excādescunt, si quid ex iuba sua decisum est, si quid extra ordinem iacuit, nisi omnia sua in annulos suos reciderunt? Quis est istorū, qui non malit rēpublicā suā turbari quā comam: qui non sollicitior sit de capitis sui decore, quā de salute? Qui nō cōptior esse malit quā honestior? Hos tu otiosos uocas inter pectinē speculūq; occupatos? Quid illi, qui in cōponendis, audiendis, discendis cāticis operati sunt, dū uocē cuius rectū cursum natura & optimū & simplicissimum fecit, inflexu modulationis* ineptissimæ torquent? Quorū digiti aliquod inter se carmen metientes semper sonant, quorum cū ad res serias etiā sæpe tristes adhibiti sunt, exauditur tacita modulatio? Non habēt isti otii, sed iners negotiū. Cōmūia mehercule horū non posuerim inter uacātia tēpora, cū uideā quā solliciti argentū ordinent, quā diligenter exoletorū suorum tunicas succingant, quā suspensi sint, quomodo aper à coco cæsus exeat. Quanta celeritate, signo dato, glabri ad ministeria decurrant. Quanta arte scindantur aues in frustra non enormia, quā curiose infelices pueruli ebriorū sputa detergāt. Ex his elegantiae lautitiæq; fama captatur, & usq; eo in omnes uitæ successus mala sua illos sequuntur, ut nec bibant sine ambitione,

D
tione, ne
qui sella
suarum,
quando
alius ad
muntur, u
ex delica
dinē hum
sella posi
riatē an se
ficile dix
ignorare
sed inu
delectan
sare qui
brandan
fingunt
hoc unu
negligen
sedeat, a
CA
ponas.
sensus e
habitus
dormi
aut pila
Non s
illis nen
utiliū st
manus
mizum

tionem, nec edant. Nec illos quidem inter otiosos numeraueris, qui sella se & lectica huc & illuc ferunt, & ad gestationum suarum, quasi deserere illas non liceat, horas occurrunt, quos quando lauare debeant, quando *pernoctare, quando coenare, alius admonet, & usq; eo nimio delicati animi languore solentur, ut per se scire non possint, an esuriant. Audio quendam ex delicatis, si modo delitiae uocandae sunt, uitam & consuetudinem humanam dediscere, cum ex balneo inter manus elatus & in sella positus esset, dixisse interrogando, iam sedeo? Hunc tu ignorare an sedeat putas scire an uiuat, an uideat, an otiosus sit? Non facile dixerim, utrum magis miserear, si hoc ignorauit, an si se ignorare finxit, Multarum quidem rerum obliuionem non sentiunt, sed imitantur: quaedam uitia illos quasi felicitatis argumenta delectant. Nimis humilis & contempti hominis esse uidetur, scire quid faciat. I nunc & mimos multa mentiri ad exprobrandam luxuriam puta. Plura mehercule praetereunt quam fingunt, & tanta incredibilium uitiorum copia ingenioso in hoc unum seculo processit, ut iam minorum arguere possimus negligentiam, esse aliquem, qui usq; eo delitijs interierit, ut an sedeat, alteri credat.

CAP. XIII. Non est ergo otiosus hic, aliud nomen imponas. Aeger est, imò mortuus est. Ille otiosus est, cui otij sui sensus est, Hic uero semiuiuus, cui ad intelligendos corporis sui habitus indice opus est. Quomodo potest hic alicuius temporis dominus esse? Persequi singulos longum est, quorum aut *laterculi, aut pila, aut excoquendi in sole corporis cura consumpsere uitam. Non sunt otiosi, quorum uoluptates multum negotium habet: nam de illis nemo dubitabit, quin operose nihil agant, qui in literarum inutilium studijs detinentur, quae iam apud Romanos quoque magna manus est. Graecorum iste morbus fuit, quaerere quem numerum remmizum Vlyxes habuisset, prior scripta esset Ilias, an Odyssea.

*noctare:
aliàs, ne-
ctari,

*sed men-
tiuntur:

*laterculi,

Præterea an eiusdem esset autoris. Alia deinceps huius nota, quæ siue cõtineas, nihil tacitã conscientiam iuuant, siue proferas non doctior uideberis, sed molestior. Ecce Romanos quoq; inuasit inane studiũ superuacua discendi. His diebus audiui quendam sapientẽ referentẽ, quæ primus quisq; ex Romanis ducibus fecisset. Primus nauali prælio Duilius uicit, primus Curius Dētatus in triũpho duxit elephãtes. Etiã num ista etsi ad uerã gloriã nõ tendunt, circa ciuiliũ tamẽ operũ exẽpla uersantur. Nõ est profutura talis scientia, est tamen quæ nos speciosa rerũ uanitate detineat. Hoc quoq; quæretibus remittamus, quis Romanis primus persuasit nauẽ cõscendere. Claudius is fuit, Caudex ob hoc ipsũ appellatus, quia plurimũ tabularũ cõtexus caudex apud antiquos uocatur, unde publicæ tabule codices dicuntur, & naues nũc quoq; quæ ex antiqua cõsuetudine per Tiberim cõmeatus subuehunt, caudicariæ uocantur. Sanẽ & hoc ad rẽ pertineat, quod Valerius Coruinus primus Messanã uicit, et primus ex familia Valeriorũ, urbis captæ in se translato noie Messana appellatus est, paulatimq; uulgo per mutante literas, Messala dictus est: nũ & hoc quenquã curare permittas, quod primus L. Sylla in circo leones solutos dedit, cũ alioqui alligati darentur, ad cõficiẽdos eos misis à rege Bocho iaculatoribus? Et hoc sanẽ remittatur: nũ et Põpeiũ primũ in circo elephãtorum duodeuiginti pugnã edidisse, cõmissis more prælij noxijs hoibus, ad ullã rem bonã pertinetis Princeps ciuitatis, & inter antiquos principes, ut fama tradidit bonitatis eximie, memorabile putauit spectaculi genus, nouo more perdere homines. Depugnant, parum est, lancinantur, parũ est, ingenti mole animalium *obterantur. Satius erat ista in obliuionem ire, ne quis postea potens disceret, inuideretq; rei minime humane.

CAP. XIII. O quantum caliginis mentibus humanis obijcit magna felicitas. Ille se supra rerũ naturã esse tunc credidit,

* conteruntur: aliàs exēterantur.

didit, cū tot miserorū hoīm cateruas, sub alio coelo natis beluis
 obijceret, cū bellum inter tam disparia aīalia cōmitteret, cū in
 conspectu populi Romani multū sanguinis funderet, mox plus
 ipsum fundere coactus. At idē postea Alexandrina perfidia
 deceptus, ultimo mancipio trāsfo diendū se prae buit, tum demū
 intellecta inani iactatione cognominis sui. Sed ut illd̄ reuertar,
 inde recepsi, & in eadem materia ostendam superuacua quorū
 undā diligētiam: idem narrabat Metellū iūctis in Sicilia Poe
 nis triumphantē, unum oīm Romanorū ante currum centū &
 triginti captiuos elephātos duxisse: Syllam ultimū Romanorum
 protulisse pomœriū, quod nunquā provinciali, sed Italico agro
 acquisito mos proferre apud antiquos fuit. Hoc scire magis
 prodest, quā Auentinū montē extra pomœriū esse, ut ille affir
 mabat propter alterā ex duabus causis: aut quod pl̄bs eō se
 ceptisset, aut quod Remo auspicante illo loco aues nō addixis
 sent. Alia deinceps innumerabilia, quae aut ficta sunt, aut men
 dacijs similia. Nam ut concedas oīa eos fide bona dicere ut ad
 praestationem scribant, tamē cuius ista errores minuent? cuius
 cupiditates prement? quē fortio rem quē iustio rem, quē libera
 liorem facient? Dubitare se interim Fabianus noster aiebat, an
 satius esset nullis studijs admoueri, quā his implicari. Soli oīm
 otiosi sunt, qui sapiētiae uacant, soli uiuunt: nec enim suā tantum
 aetē bene tuentur, omne auum suo adijciunt. Quicquid anno
 rū ante illos actū est, illis acquisitū est, nisi ingratissimi sumus.
 Illi clarissimi sacrarū opinionū cōditores, nobis nati sunt, nobis
 uitam praeparauerūt. Ad res pulcherrimas ex tenebris ad lu
 cem erutas, alieno labore deducimur, nullo nobis seculo inter
 dictum est, in oīa admittimur, & si magnitudine animi egredi
 humanae imbecillitatis angustias libet, multū per quod spacie
 mur temporis est: Disputare cum Socrate licet, dubitare cum
 Carneade, cū Epicuro quiescere, hominis naturam cum Stoicis

vincere, cum Cynicis excedere, cum rerū natura in cōfortium
 omnis aui pariter incedere. Quid ni ab hoc exiguo & caduco
 tēporis transitu, in illa nos toto demus aīo, quæ immensa, quæ
 æterna sunt, quæ cum melioribus cōmunia? Isti qui per officia
 discursant, qui se aliosq; inquietant, cum bene insanierint, cum
 oim limina quotidie perambulauerint, nec ullas apertas fores
 præterierint, cū per diuersas domos meritoriam salutationem
 circumtulcrint, quotumquemq; ex tam immensa, & uarijs cu-
 piditatibus districta urbe poterunt uidere? quàm multi erunt
 quorum illos aut somnus, aut luxuria, aut inhumanitas submo-
 ueat? quàm multi qui illos cum diu torserint, simulata festina-
 tione transcurret? quàm multi per refertum cliētibus atrium
 prodire uitabunt, & per obscuros ædium aditus profugient,
 quasi nō inhumanus sit decipere, quàm excludere? quàm multi
 hesternæ crapula semisomnes & graues, illis miseris somnum
 suum rumpentes, ut alienum expectent, uix alleuatis labijs in-
 susurratū millies nomen oscitatione superbissima reddent? Hos
 in ueris officijs morari licet dicamus, qui Zenonem, qui Pytha-
 goram quotidie & Democritū, cæterosq; antistites bonarum
 artium, qui Aristotelem & Theophrastū uolent habere quàm
 familiarissimos: nemo horum non uacabit, nemo non uenientem
 ad se beatiorē, amantiorēq; sui dimittet, nemo quenquam ua-
 cuis à se manibus abire patietur. Nocte conuenire & interdū
 ab omnibus mortalibus possunt. Horū te mori nemo coget, oēs
 docebunt: horū nemo annos tuos conteret, suos tibi contribuet:
 nullius ex his sermo periculosus erit, nullius inimici capitalis

* suspiciosa * sumptuosa obseruatio.

CAP. XV. Ferres ex his quicquid uoles, per illos non
 stabit, quo minus plurimum quantum ceperis, haurias. Quæ
 illum felicitas, quàm pulchra senectus manet, qui se in horum
 clientelam contulit: habebit cum quibus de minimis maximisq;

rebus

rebus deliberet, quos de se quotidie consulat, à quibus audiat
 uerum sine contumelia, laudetur sine adulatione, ad quorum se
 similitudinem effingat. Solemus dicere non fuisse in nostra po-
 testate, quot sortiremur parces, forte nobis datos: nobis uero
 ad nostrum arbitriū nasci licet, nobilissimorum ingeniorum fa-
 milie sunt. Elige in quam ascisci uelis, non in nomen tantū ado-
 ptaberis, sed in ipsa bona, quæ non erunt sordidæ nec malignæ
 custodiendæ, maiora fiunt, quo illa pluribus diuiseris. Hi tibi da-
 bunt ad eternitatem iter, & te in illum locum, ex quo nemo
 eijcietur subleuabunt: hæc una ratio est extendendæ mortalita-
 tis, imò in immortalitatem uertendæ: Honorum monumenta,
 quicquid aut decretis ambitio iussit, aut operibus extruxit, citò
 subruitur, nihil non longa demolitur uetustas, & mouet ocyus:
 * quod consecrauit, Sapientie noceri non potest, nulla debeat
 ætas præsens, et nulla diminuet sequens, ac deinde semper ulte-
 rior aliquid ad uenerationem cõseret: quoniamquidẽ in uicino
 uersatur inuidia, simplicius longè posita miramur. Sapientis ergo
 multū patet uita, non idem illum qui ceteros terminus in-
 cludit, solus generis humani legibus soluitur, oĩa illi secula, ut
 deo seruiunt. Transiit tempus, aliquid hac recordatione com-
 prehendit, instat, hoc utitur, uenturū est, hoc præcepit. Longam
 illi uitam facit, omnium temporum in unum collatio: illorum
 breuissima ac sollicitissima ætas est, qui præteritorū obliuiscun-
 tur, præsentia negligunt, de futuro timent. Cum ad extre-
 ma uenerint sero intelligunt miseri, tamdiu se dum nihil agunt
 occupatos fuisse.

CAP. XVI. Nec est quod hoc argumento probari pu-
 tes, longam illos agere uitam, quia interdum mortē inuocant:
 uexat illos imprudentia incertis affectibus, & incurrētibus in
 ipsa quæ metuunt. Mortem sæpe ideò optant, quia timent, illud
 quoque argumentū non est, quod putes * diu uicturos, quod sæpe

* Quæ cõse-
 crauit sapiẽ-
 tia perire nõ
 possūt. Nulla
 abolebit ætas
 nulla dimi-
 nuet. Sequẽs.

* diu uiuen-
 tium,

illis longus uidetur dies, quod dum ueniant ad conditū tēpus
 cœnæ, tarde ire horas queruntur: nā si quando illos deserūt oc-
 cupationes, in otio relictī æstuant, nec quomodo id disponant,
 aut extrahant sciunt. Itaq; ad occupationē aliquam tendunt, et
 quod interiacet, omne tēpus graue est: tam me Hercules, quā
 cū dies muneris gladiatorij edictus est, aut alicuius alterius
 uel spectaculi uel uoluptatis expectato constituto, *transfire
 medios dies uolunt. Omnis illis speratæ rei lōga dilatio est, ad
 illud tēpus, quod amāti breue est, et præcept, breuiusq; multo
 fit suo uitio, aliunde enim aliō transfugiunt, & consistere in
 una cupiditate nō possunt. Non sunt illi longi dies, sed inuisi. At
 contra, quā exiguæ noctes uidentur, quas in cōplexu scortorū
 aut uino exigunt. Inde etiam Poëtarum furor, fabulis humanos
 errores alentium, quibus uisus est Iupiter uoluptate concubitus
 Alcmenæ triplicasse noctem. Quid aliud est quā uitia nostrā
 incendere auctores illis inscribere deos, & dare morbo, exem-
 plo *diuinitatis *dignitatis excusatā licentiam? Possunt istis non breuissi-
 mæ uideri noctes, quas tam chare mercantur? Diem noctis ex-
 pectatione perdunt, noctē lucis metu. Ipsæ uoluptates eorū tre-
 pidæ & uarijs terroribus inquietæ sunt, subitq; cum maxima
 exultatione sollicita cogitatio, Hæc quā diu? Ab hoc affectu
 reges suā fleuere potentiā, nec illos magnitudo fortunæ suæ de-
 lectauit, sed uenturus aliquando finis exterruit. Cū per magns
 cāporum spatia porrigeret exercitum, nec numerū eius, *sed men-
 suram cōprehenderet Persarū rex insolentissimus, lachry-
 mas profudit, quod intra centū annos nemo ex tanta iuuentute
 superfuturus esset. At illis erat admoturus fatū ipse qui flebat,
 perditurusq; alios in terra, alios in mari alios in prælio, alios
 in fuga: & intra exiguum tempus consumpturus illos quibus
 centesimum annum timebat.

CAP. XVII. Quid quod gaudia eorū quoq; trepida sunt?

non enim
 nitate tu
 rum cōfo
 pra homi
 sollicita
 Alia felici
 successer
 obuenit;
 casum. N
 cesse est n
 rant labor
 nolunt, an
 amplius r
 ribus sub
 feriarū nō
 nores tor
 *destitu
 molestiā,
 alienorum
 opibus de
 Quintius
 ibi in Pa
 bulis, uict
 ipsum mo
 seditiones
 senem cōt
 felices, uel
 claudetur
 CAP.
 et in trāq
 recede. C

non enim solidis causis innituntur, sed eadem qua oriuntur, uanitate turbantur. Qualia autē putes tempora esse, etiam ipsorum cōfessione misera, cū hæc quoq; quibus se attollunt, & supra hominē efferunt, parum sincera sint. Maxima quæq; bona sollicita sunt, nec ulli fortunæ minus bene quā optimæ creditur. Alia felicitate, ad tuendā felicitatem opus est, & pro ipsis quæ successerunt uotis, uota faciendā sunt. Omne enim quod fortuito obuenit, instabile est: * quod altius surrexit, oportunū est in occasum. Nemine porro casura delectant. Miserrimam ergo necesse est non tantū breuissimam uitam corū esse, qui magno parant labore, quod maiore possideant, operose assequuntur quæ uolunt, anxij tenent quæ assecuti sunt. Nulla interim nunquam amplius redituri temporis est ratio. Nouæ occupationes ueteribus substituuntur, spes spem excitat, ambitionē ambitio, miseriarū nō finis quæritur, sed materia mutatur. Nostri nos honores torserūt, plus tēporis alieni auferunt, candidati laborem * destituimus, suffragationes incipimus, accusandi deposuimus molestiā, iudicandi nanciscimur. iudex desijt esse, quæsitō est, alienorum bonorū mercenaria procuratore consenuit, * suis operibus detinetur. Marius caliga dimisit, consolatus exercet. Quintus dictaturā properat euadere, ab aratro reuocabitur. Ibit in Pœnos nōdum tāt. e maturus rei Scipio, uictor Hannibalis, uictor Antiochi, sui cōsulatus decus, fraterni spōsor, ni per ipsum mora sit, cū Ioue reponetur: ciuiles seruatorē agitabunt seditiones, & post fastiditos à iuuenē dijs æquos honores, iam semem cōtumacis exilij delectabit ambitio. Nunquā deerunt uel felices, uel misere solitudinis cause, * per occupationes intercludetur otium. Nunquam agetur, semper optabitur.

CAP. XVIII. Excerpe itaq; te uulgo Pauline carissime, et in trāquilliore portū nō pro ætatis spatio iactatus, tandem recede. Cogita quot fluctus subieris, quot tempestates partim

priuat

* quò altius surrexerit, uergit pronius in occasum.

* destinuimus;

* suis operibus destituitur.

* per occupationes uita eliditur: otium nunquam ag.

*carnis tur-
pibus uolupt.

privatas sustinueris, partim publicas in te conuerteris. Satis iam per laboriosa & inquieta documenta exhibita uirtus est experire quid in ocio faciat. Maior pars ætatis, certè melior Reipub. data sit. Aliquid tēporis tui sume etiam tibi. Nec te ad segnem, aut inertē quietē uoco, non ut somno & *charis turbæ uoluptatibus, quicquid est in te indolis uiuæ demergas. Nō est istud acquiescere. Inuenies maiora omnibus adhuc strenuè tractatis operibus, quæ repositus & securus agites. Tu quidē orbis terrarū rationes administras tam abstinēter, quā alienas, tam diligēter quā tuas, tam religiose quā publicas, in officio amorem consequeris, in quo oām uitare difficile est, sed tamen mihi crede, satius est uitæ suæ rationē, quā frumenti publici nosse. Istum animi uigorem, rerū maximarū capacissimum, à ministerio honorifico quidē, sed parum ad beatā uitā apto, ad te reuoca, & cogita nō id egisse te ab ætate prima omni cultu studiorum liberaliū, ut tibi multa milia frumenti cōmitterentur, maius quiddā & altius de te promiseras. Non deerunt & frugalitatis exactæ homines, & laboriosæ operæ. Tāto aptiora exportādis oneribus tarda iunēta sunt, quā nobiles equi, quorū generosam pernicitatē quis unquā graui sarcina pressit? Cogita præterea quātum sollicitudinis sit, ad tantam te molem obijcere, cū uentre humano tibi negocium est. Nec rationē patitur, nec æquitate mitigatur, nec ulla prece flectitur populus esuriēs. Modò intra paucos illos dies, quibus C. Cæsar periit, si quis inferis sensus est hoc gratissimè ferens, quod decebat populo Romano superstite, septem aut octo certè dierum cibaria superesse, dum ille pontes nauibus iungit, & uiribus imperij ludit, aderat ultimū malorū obsessis quoque, alimentorū egestas. Exitio penè ac fame cōstitit, & quæ famē sequitur rerum omnium ruina, furiosi & externi & infeliciter superbi regis imitatio. Quem tunc animum habuerunt illi, quibus erat

manda

mandata
pturi, su
tegebāt*
sunt. Ca
CAP
iora. Sim
aduehent
ne conce
pondus q
turus qu
*fortuna
dimissos
ma quæq
ignem fe
gentibus
spicere?
est. Ex pe
uirtutun
tia, alta
est, eoru
borant,
dum, ad
liberrim
sit, cogit
Arti se
ista uita
omnes a
ambitio
Quosda
nes erup
sepulch

mandata frumenti publici cura: ferrū, saxa, ignes, gladiū excepturi, summa dissimulatione tamen intra viscera latentis mali tegebāt* cū ratione. Quædā enim ignorantibus ægris curāda *curationē. sunt. Causa multis moriendi fuit, morbum suum nosse.

CAP. XIX. Recipe te ad hæc tranquilliora, tutiora, maiora. Simile tu putas esse, utrum cures ut incorruptū à fraude aduentiū & negligentia frumentū transfundatur in horrea, ne concepto humore uiliatur, & concalescat, ut ad mensuram pondusq; respōdeat: an ad hæc sacra & sublimia accedas, sciturus quæ natura sit Dijs, quæ * uoluptas, quæ * uoluntas, * fortuna, quis animū tuū casus expectet, ubi nos à corporibus * forma, dimissos natura cōponat? Quid sit quod huius mundi grauissima quæq; in medio sustineat, supra leuia suspendat, in summum ignem ferat, sydera * cursibus suis excitet? Cætera deinceps in * orbibus suis gentibus plena miraculis. Vis tu relicto solo, mente ad ista respicere? Nunc dum calet sanguis uigentibus ad meliora eundū als, motibus, est. Expectat te in hoc genere uitæ multus bonarū artiū amor uirtutumq; usus, cupiditatū obliuio, uiuendi atq; moriēdi sciētia, alta rerū quies. Omnium quidē occupatorū conditio misera est, eorum tamē miserrima, qui ne suis quidē occupationibus laborant, ad alienū dormiunt somnum, ad alienū ambulant gradum, ad alienū comedunt appetitū, amare & odisse res omnium liberrimas, iubentur. Hi si uelint scire quàm breuis ipsorum uita sit, cogitēt, ex quota parte sua sit. Cū uideris itaq; * prætextā * prætextam Arti sæpe sumptam, cū celebre in foro nomē, non inuideris, sæpe iā sumptam, ista uitæ damno parantur, ut unus ab illis numeretur annus, omnes annos suos conterent. Quosdā autem cum in summum ambitionis eniterentur, inter prima luctantes ætas relinquit. Quosdam cū in cōsummationē dignitatis per mille * indignatio * indignitates erupissent, misera subit cogitatio ipsos laborasse in titulum sepulchri. Quorundam ultima senectus dum in nouas spes ut iuuenta

iuuenta disponitur, inter conatus magnos & improbos inuulda defecit.

* assentationes

* Turrianus

* munia

CAP. XX. Fœdus ille, quem in iudicio pro ignotissimis litigatoribus grandem natu & imperitiæ coronæ * assensiones captantem, spiritus liquit. Turpis ille, qui uiuendo lassus citius quàm laborando, inter ipsa officia collapsus est. Turpis, quem accipiendis immorientē rationibus, diu tractus risit hæres. Præterire quod mihi occurrit exemplum nō possum. * Tyrannus fuit exactæ diligentæ senex, qui post annum nonagesimū cum uacationē procurationis à C. Cæsare ultro accepisset, cōponise in lecto, & uelut exanimē à circumstante familia plangi iussit. Lugebat domus ocii dñi senis, nec finiuit ante tristitiā, quàm labor illi suus restitutus est. Adeo ne iuuat occupatū mori: idem plerisq; animus est, diutius cupiditas illis laboris, quàm facultas est, cū imbecillitate corporis pugnat, senectutē ipsam nullo alio nomine grauem iudicat, quàm quod illos seponit. Lex à quinquagesimo anno militē nō cogit, à sexagesimo senatorē non citat. Difficilius homines à se ocii impetrant, quā à lege. Interim dū rapiuntur & rapiunt, dum alter alterius quietem rumpit, dum mutuo sunt miseri, uita est sine fructu, sine uoluptate, sine ullo profectu animi, nemo in conspicuo mortem habet, nemo non procul spes intendit. Quidam uerò disponunt etiam illa que ultra uitam sunt, moles magnas sepulchrorum, & operum publicorum dedicationes, & ad rogum * munera & ambitiosas exequias. At me hercule istorum funera tãquam minimum uixerint, non ad faces, sed ad cereos deducenda sunt.

ANNOT. IN LIBRVM DE
BREVITATE VITAE.

Cap. 6. in se uerum testimonium dixerunt prodentes omnem actū annorū suorum. Alius habebat, per ostensionem actuum animorum ipsorum. Rodolphus recte animaduertit, hūc sermonem esse interpretis non Senecæ, eoq; submouimus, ne quis requirat.

Cap. 7.

Cap. 7.
reiculos, h

Cap. 10
contendi f

Rodolph

thum non

Cap. 12
mate, nan

Qui ut

rum suoru

neutra in t

Aut de

Tanquam

quam non

Capite

re & diffi

L I



lora sequi

re uisenti

alio modo

cepit &

uicium

tas creden

nebrasq; c

mas, Cart

Cap. 7. paucos admodum & ridiculos. Opinor legendum, & ridiculos, hoc est deteriores: uidelicet senectutis.

Cap. 10. Cauillationes enim contundi debere. Quidam habebat, contendi sed mendose. Vide num legendum sit, cauillatione, nam Rodolphus pro hoc notauit suggillatione, ut accipias impetus affectuum non debere uellicari, sed cum ignominia contundi.

Cap. 12. qui in ceromathena. Rodolphus bene restituit, in ceromate, nam.

Qui uicorum suorum greges metatur. Alius habebat, Qui uicorum suorum greges mercantium. Prior magis probatur, quamquam neutra in totum sincera est.

Aut deficiens hinc atque hinc. Pro deficiens malim diffuens. Tanquam uirum tonderet. Forte tanquam uiuum tonderet, Aut tanquam non uirum tonderet. Decet enim uirum neglectius curari.

Capite 19. & ad alienum gradiuntur uiaticum, &c. Vsq; ad amare & odisse, sunt adiecta à barbaro quopiam, eoque submouimus.

LIBER DE CON-

SOLATIONE AD PO-

LYBIUM ἀνέπαδος.



OSTRA corpora firma sunt, si redigas ad* conditionē naturæ omnia destruentis, & unde edidit eodem reuocantis. Caduca sunt.

*condictum

Quid enim immortale manus mortales fecerint? Septē illa miracula, & si qua his mirabi-

lora sequentiū annorū extruxit ambitio, aliquando solo æquare uidentur. Ita est, nihil perpetuum, pauca diuturna sunt. Aliud alio modo fragile est, rerū exitus uariatur. Cæterum quicquid cepit & desinit. Mundo quidam minantur interitum, & hoc inuersum, quod omnia diuina humanaq; cōplectitur, si fas putas credere, dies aliquis dissipabit, & in confusione ueterē tenebrasq; demerget. Eat modo aliquis, & singulas cōploret animas, Carthaginis ac Numatiæ Corinthiq; cinerem, & si quid aliud

aliud altius cecidit, lamentetur, cum etiam hoc quod non habet quò cadat, sit interiturum. Eat aliquis & fata tantum aliquando nefas ausura, sibi non pepercisse conqueratur.

CAP. XXI. Quis tam superbæ impotentisq; arrogantiæ est, ut in hac naturæ necessitate omnia ad eundem finem reuocantis, se unum ac suos seponi uelit? ruinæq; etiam ipsi mundo imminenti aliquam domum subtrahat? Maximum ergo solatiū est, cogitare id sibi accidisse, quod ante se passi sunt omnes, omnesq; passuri: & ideò mihi uidetur rerum natura quod grauissimum fecit cōmune fecisse, ut crudelitatem fati consolaretur æqualitas. Illud te quoq; non minimū adiuerit, si cogitaueris, nihil profuturū dolorē tuum, nec illi quem desideras nec tibi, noles enim longū esse, quod irritū est. Nā si quicquā tristitia profecturi sumus, nō recuso quicquid lachrymarū fortunæ meæ *superfuit, tuæ affundere. Inueniā etiam nunc per hos exhaustos iam fletibus domesticis oculos quod effluat, si modo id tibi futurū bono est. Quid cessas cōqueramur, atq; adeò ipse hanc litē meā faciā. Iniquissima omnium iudicio fortuna, ad hoc uidebaris eum hominē continuisse, qui munere tuo tantā uenerationem receperat, ut quod rarò ulli contingit, felicitas eius effugeret inuidiam. Ecce eum dolorē quem saluo Cæsare accipere maximū poterat impressisti: & cum bene illum undiq; circumisses, intellexisti hac parte tantūmodo patere ictibus tuis. Quid enim illi aliud faceres? pecuniā eriperes? nunquam illi obnoxius fuit, nunc quoq; quantum potest, illam à se abiicit, & in tanta felicitate acquirendi, nullum maiorem ex ea fructum, quàm cōtemptum eius petit. Eriperes illi amicos? sciebas tam amabilem esse, ut facile in locum amissorum posset alios substituere. Vnum enim hunc ex his quos in principali domo potentes uidi, cognouisse uideor: quem omnibus amicū habere cum expediat, magis tamen libet. Eriperes illi bonam opinionem?

solidā

Solidior est hæc apud eum, quàm ut à te quoq; ipsa concuti posset. Eriperes bonam ualeitudinem? Sciebas animum eius liberalibus disciplinis, quibus non innutritus tantùm, sed innatus est, sic esse fundatũ, ut supra omnes corporis dolores emineret. Eriperes spiritũ? quantulũ nocuisses, Longissimũ illi æuum ingenij fama promissit. Ad egit ipse, ut meliore sui parte duraret, & cõpositis eloquentiæ plæclaris operibus, à mortalitate se uindicaret. Quandiu fuerit ullus literis honor, quamdiu steterit aut Latine linguæ potentia, aut Græcæ gratia, uigebit cũ maximis uiris, quorum se ingenijs uel contulit, uel si hoc uerecundia eius recusat, applicuit.

CAP. XXII. Hoc ergo unum excogitasti, quomodo illi maxime posses nocere. Quo melior enim est quisq; hoc sæpius ferre te consuevit, sine ullo delectu furentem, & inter ipsa beneficia metuendã. Quantulũ erat tibi immunem ab hac iniuria præstare eum hominẽ, in quẽ uidebatur indulgentia tua ratione certa peruenisse, & non ex tuo more temerè incidisse: Adijciamus, si uis, ad has querelas ipsius adolescentis interceptam inter prima incrementa indolẽ, Dignus fuit ille te fratre, tu certe eras dignissimus, qui nec ex indigno quidẽ quicquã doleres fratre. Redditur illi testimoniũ æquale omnium hominum. Desideratur in tuũ honorem, Laudatur in suũ, nihil in illo fuit quod non libenter agnosceres. Tu quidẽ etiã minus bono fratri fuisses bonus, sed in illo pietas tua idoneã nacta materiam, multo se liberius exercuit. Nemo potentiã eius iniuria sensit, nunquam ille te fratrem ulli minatus est. Ad exemplũ se modestiæ tuæ formauerat, cogitabatq; quantum tu & ornamentum tuorũ esses & onus. Sufficit ille huic sarcina. O dura fata, & nullis æqua uirtutibus, antequam felicitatẽ* tuã nosceret frater tuus, exẽptus est. Parum autẽ me indignari scio, nihil est enim difficilius, quàm magno dolori paria uerba reperire. Iam nunc

*suam nosset

tamen si quid proficere possumus, cōqueramur. Quid tibi uoluiſti tam iniuſta & tam uiolenta fortuna? Tam cito indulgentiæ tuæ te poenituit? quæ iſta crudelitas eſt, in medios fratres impetū facere, & tam cruenta rapina, concordiffimā turbam imminuere, tam bene ſtipatam optimorū adoleſcentiū domum, in nullo fratre degenerantē turbare, & ſine ulla cauſa delibare uoluiſti? Nihil ergo prodeſt innocētia ad omnē legē exacta, nihil antiqua frugalitas, nihil felicitatis ſummæ potētia, ſumma cōſeruata abſtinentia, nihil ſyncerus* & tutus literarū amor, nihil ab omni labe mens uacans? Luget Polybius, & in uno fratre quidquid de reliquis poſſit metuere, admonitus, etiam de iſtis doloris ſui ſolatijs timet. Facinus indignū, luget Polybius, & aliquid propitio dolet Cæſare: hoc ſine dubio impotens fortuna captiſti, ut oſtenderes neminem contra te, ne à Cæſare quidem poſſe defendi diutius.

CAP. XXIII. Accuſare fata poſſumus, ſtant dura & inexorabilia, nemo illa conuictio, nemo ſictu, nemo cauſa mouet, nihil unquā parcunt ulli, nec remittunt. Proinde parcamus lachrymis, nihil proficientibus. Facilius enim nos illis dolor iſte adiſciet, quā illas à nobis reducet. Qui ſi nos torquet, nō adiuuat, primo quoq; tēpore deponendus eſt, & ab inanibus ſolatijs, atq; amara quadā libidine dolendi, animus recipiendus eſt. Nam lachrymis noſtris, ni ratio finē fecerit, fortuna nō faciet. Omnes agedū mortales circumſpice. Larga ubiq; ſlendi & aſidua materia eſt. Aliū ad quotidianū opus laborioſa egeſtas uocat. Alium ambitio nunquā quieta ſollicitat. Alius diuitias quas optauerat, metuit, & uoto laborat ſuo. Aliū ſollicitudo, aliū labor torquet, alium* ſuper ueſtibulū obſidens turba. Hic habere ſe dolet liberos, hic perdiſſe. Lachrymæ nobis deerunt, antequā, cauſæ dolendi. Non uides qualē uitam nobis rerū natura promiſerit, quæ primū naſcentiū hominū ſletum eſſe

* ex toto
liter.

* ſemper

eſſe u
ram c
debet
terget
reſeru
ius tar
ſi cog
preſt
nulla
ſentit
rarum
c
mum
tibi, u
Cæſar
fratri
quā ſu
Quid
eſt, ſu
uolūt a
queri
gnus h
dolor
pius ſi
certo
caſus o
digniſ
hauri
libus a
eſſe de
ges m

esse uoluit. Hoc principio ædimur, huic omnis sequentiū anno-
ram ordo consentit, sic uitam agimus, ideoq; moderate id fieri
debet à nobis, quod sæpe faciendū est, & respiciētes quātum à
tergo rerū tristiū immineat, si non finire lachrymas, at certē
reseruire debemus. Nulli parcendū est rei magis quā huic, cu-
ius tam frequens usus est. Illud quoq; te non minimū adiuuerit,
si cogitaueris nulli minus gratū esse dolorem tuū, quā ei, cui
præstari uidetur. Torqueri ille te aut nō uult, aut nō intelligit:
nulla itaq; eius officij ratio est, quod ei cui præstatur, si nihil
sentit, superuacū est, si sentit, ingrātū. Neminē toto orbe ter-
rarum esse, qui delectetur lachrymis tuis, audacter dixerim.

CAP. XXIII. Quid ergo? quē nemo aduersus te ani-
mum gerit, eū esse tu credis fratris tui, ut cruciatu sui noceat
tibi, ut te uelit abducere ab occupatiōibus tuis, id est, à studio et
Cesare? Nō est hoc simile ueri. Ille enim indulgētiā tibi tāquā
fratri ostēdit, & præstitit uenerationē tanquā parētī, cultū tā-
quā superiori, ille desiderio tibi esse uult, tormēto esse nō uult.
Quid itaq; iuuat doloris ui tabescere: quē si qs defuncti sensus
est, finire frater tuus cupit? De alio fratre, cuius incerta posset
uolūtas uideri, omnia hæc dubie ponerē, et dicerē: siue te tor-
queri lachrymis nunquā desinentibus frater tuus cupit, indi-
gnus hoc affectu tuo est: siue nō uult, utriq; uestrū inhaerentem
dolorem dimitte. Nec amplius frater sic desiderari debet, nec
pius sic uelit. In hoc uero, cuius tam explorata pietas est, pro-
certo habendū est, nihil esse illi posse acerbius, quā si tibi hic
casus eius acerbus est, si te ullo modo torquet, si oculos tuos in-
dignissimos hoc malo sine ullo flendi sine conturbat idē & ex-
haurit. Pietatem tuam tamen nihil æque à lachrymis tam inuti-
libus abducet, quā si cogitaueris, fratribus te tuis exemplo
esse debere, fortiter hanc fortunæ iniuriā sustinendi. Quod du-
ces magni faciunt, rebus * afflictis, ut hilaritatem de industria * affectis,

simulent, & aduersas res adumbrata letitia abscondant, ne militū animi, si fractam ducis sui mentē uiderint, & ipsi collabuntur, id nunc tibi quoq; faciendum est: indue dissimilem animo tuo uultum, & si potes, projice omnē ex toto dolorem: sin minus, introrsus abde, & contine, ne appareat: & da operam, ut fratres tui te imitentur: honestum putabunt quodcumq; facientem uiderint, animumq; ex uultu tuo sument, & solatium debes esse illorum & consolator. Non poteris autem horum mœrori obstare, si tuo indulseris.

CAP. XXV. Potest & illa res à luctu te prohibere nimio, si tibi ipsi renuntiaueris, nihil horū quæ facis posse subduci. Magnā tibi personā hominum consensus imposuit, hæc tibi tuenda est. Circumstat te omnis ista consolantiū frequentia, et in animum tuū inquirat, ac perspicit quantū roboris ille aduersus dolorem habeat, & utrum ne tu tantū rebus secundis dextere uti scias, an & aduersas possis uiriliter ferre, obseruantur oculi tui. Liberiora omnia sunt his, quorū affectus tegi possunt. Tibi nullū secretū liberū est, in multa luce fortuna te posuit, omnes scient quomodo te in isto tuo gesseris uulnere, utrum ne statim percussus arma submisseris, an in gradu steteris. Olim te in altiore ordinē & amor Cæsaris extulit, & tua studia deduxerunt, nihil te plebeium decet, nihil humile. Quid autē tam humile ac mulicbre est, quàm consumendum se dolori cōmittere? Nō idem tibi in luctu pari, quod tuis fratribus licet. Multa tibi non permittit opinio de studijs ac moribus tuis recepta, multū à te homines exigunt, multū expectant. Si uolebas tibi omnia licere, non conuertisses in te ora omnium: nunc autē tibi præstandū est, quantū promissisti omnibus illis, qui opera ingenij tui laudant, qui describunt, quibus cum fortuna tua opus non sit, ingenio opus est. Custodes animi tui sunt. Nihil unquā

*perfecti ita potes indignū facere *prouecti & eruditi uiri professione,

ut

ut non multos admirationis de te suæ poeniteat. Non licet tibi flere inmodice, nec hoc tantūmodo non licet, nec somnū quidē extēdere in partē diē licet, aut à tumultu rerū in otium ruris gratia quietis cōfugere, aut assidua laboriosi officij statione fatigatū corpus, uolūtaria peregrinatiōe recreare, aut spectaculorū uarietate aīum detinere, aut ex tuo arbitrio diē disponere.

CAP. XXVI. Multa tibi non licent, quæ in humillimis in angulo iacētibus licent. Magna seruitus est magna fortuna. Non licet tibi quicquam arbitrio tuo facere: Audienda sunt tot hominū milia, tot disponendi libelli, tantus rerum ex orbe toto accurrentiū cōgestus. Ut possit per ordinē suū* principis maximi officij geri, quieti animi est. Non licet tibi inquam flere, ut multos flentes audire possis, ut periclitantiū, & ad misericordiā mitissimi Cæsaris peruenire cupientiū lachrymæ profusint, tibi tuæ aspicandæ sunt. Hoc tamen etiamnū leuioribus remedijs adiuuabit, cū uoles omniū rerum obliuisci, cogita Cæsarem, uide quantam huius in te indulgentiæ fidem, quantā industriam debeas, intelliges nō magis tibi incuruari licere, quā illi (si quis modo est fabulis traditus fauor) cuius humeris mundus innititur. Cæsari quoq; ipsi cui omnia licent, propter hoc ipsum multa non licent. Omnium domos illius uigilia defendit, omniū otii illius labor, omniū delicias illius industria, omnium uacationem illius occupatio. Ex quo se Cæsar orbi terrarū dedit, sibi eripuit, & syderū modo, quæ irrequieta semper cursus suos explicant, nunquā illi licet, nec subsistere, nec quicquam suū facere. Ad quendā itaq; modū tibi quoq; eadē necessitas iniungitur, non licet tibi ad utilitates tuas, ad studia tua respicere. Cæsare orbē terrarū possidente, impartiri te nec uoluptati, nec dolori, nec ulli rei potes, totum te Cæsari debes. Adijce nunc, quod cum semper prædices, chariorem tibi spiritu tuo Cæsarem esse: fas tibi non est, saluo Cæsare, de fortuna

*principis
maximi ani-
mo subijci,
erigendus est
tuus

queri. Hoc incolumi, salui tibi sunt tui, nihil perdidisti, nō tantum siccos oculos tuos esse, sed etiam letos oportet. In hoc tibi omnia sunt, hic pro omnibus est. Quod longe à sensibus tuis prudentissimis pijsimisque abest, aduersus felicitatem tuā parū gratus es, si tibi quicquā hoc saluo flere permittis. Monstrabo etiamnum, non quidem firmius remedium, sed familiarius. Si quando te domum receperis, tunc erit tibi metuenda tristitia. Nam quādiu numen tuum intueberis, nullum illa ad te inueniet accessum, omnia in te Cæsar tenebit: cum ab illo discesseris, tunc uelut occasione data, insidiabitur solitudini tuæ dolor, & requiescenti animo tuo paulatim irrepet. Itaque non est quod ullū tempus uacare patiāris à studijs: tunc tibi literæ tuæ tandiu ac fideliter amatæ, gratiam referant, tunc te illæ antistitem & cultorem suum uindicet: tunc Homerus & Virgilius tam bene de humano genere meriti, quā tu de omnibus et de illis meruisti, quos pluribus notos esse uoluisti quā scripserāt, multum tecum morentur: tutum id erit omne tempus, quod illis tuendum commiseris. Tunc Cæsaris tui opera, ut per omnia secula domestico narrentur præconio, quantum potes compone. Nam ipse tibi optime formandi condendiq; res gestas, & materiam dabit & exemplum.

CAP. XXVII. Non audeo te usq; eo producere, ut fabellas quoq; & * Aesopeos logos, intentatū Romanis ingenijs opus, solita tibi uenustate * connectas. Difficile est quidē, ut ad hæc hilariora studia tā uehemēter perculsus animus, tam cito possit accedere. Hoc tamē argumētū habeto iam corroboratū eius, & redditi sibi, si poterit se à seuerioribus scriptis ad hæc solutiora pducere. In illis enim quāuis ægrū eū adhuc, & secū reluctatē aduocabit ipsa rerum quas tractabit austeritas: hæc quæ renissa fronte comētāda sunt, nō feret, nisi cū iam sibi ab omni parte cōsiterit. Itaq; debebis cū seueriore materia primū

exercere,

* Aesopi apolo-
gos,
* conuertas.

exercere
erit le
mine
iaculat
cū ad
bono
illius
Nam
uitæ i
tequa
nihil
sincer
nunc
dem
fruit
quor
Qui
est
bus e
gitau
met.
lace
conf
nera
rem
ac su
quo
beat
Om
ctar

exercere, deinde hilariore temperare. Illud quoque magno tibi erit leuamento, si sæpe te sic interrogaueris, utrum ne meo nomine doleo, an eius qui deceſſit? Si meo, perit meæ indulgentiæ iactatio, et incipit dolor, hoc uno excuſatus quod honeſtus eſt, cū ad utilitatē reſpiciat à pietate deſciſcere. Nihil autē minus bono uiro conuenit, quàm in fratris luſtu calculos ponere. Si illius nomine doleo, neceſſe alterutrū ex his duobus eſſe iudicē. Nam ſi nullus deſunctis ſenſus ſuper eſt, euasit oīa frater meus uitæ incōmoda, & in eum reſtitutus eſt locū, in quo fuerat antequam naſceretur, & expers oīs mali, nihil timet, nihil cupit, nihil patitur. Quis iſte eſt furor, pro eo me nunquā dolere deſinere, qui nunquā doliturus eſt? Si eſt aliquis deſuncti ſenſus, nunc animus fratris mei uelut ex diutino carcere emiſſus, tandem ſui iuris & arbitrij geſtit, & rerum naturæ ſpectaculo fruitor, & humana oīa ex ſuperiore loco deſpicit, diuina uerò quorum rationem tamdiu fruſtra quaerit, propius intuetur. Quid itaque eius deſiderio maceror, qui aut beatus aut nullus eſt? Beatum deſlere inuidia eſt, nullum dementia.

CAP. XXVIII. An hoc te mouet, quòd uidetur ingentibus & gratis, * & maximè circumfuſis bonis caruiſſe? Cū cogitaueris multa eſſe quæ perdidit, cogita plura eſſe quæ nō timet. Non ira eum torquebit, non morbus affliget, non ſuſpicio laceſſet, nō edax & inimica ſemper alienis proceſſibus inuidia conſectabitur, nō metus ſolicitabit, nō leuitas fortunæ cito muneris ſua transferentis inquietabit, Si bene computes, plus illi remiſſum, quàm ereptū eſt. Non opibus fruitor, non tua ſimul ac ſua gratia, non accipiet beneficia, non dabit. Miſerum putas quod iſta amiſit, an beatū quod non deſiderat? Mihi crede, iſ beator eſt, cui fortuna ſuperuacua eſt, quàm iſ cui * parata eſt. Omnia iſta bona, quæ nos ſpecioſa ſed fallaci uoluptate delectant, pecunia, dignitas, potētia, aliq; cōplura, ad quæ generis

* & cū maxime

* parata

humani cæca cupiditas obstupescit, cū labore possidentur, cum inuidia cōspiciuntur, eosq; ipsos quos exornant & premunt, plus minatur quā profunt. Lubrica & incerta sunt, nunquam bene tenentur: nā ut nihil de tēpore futuro timeatur, ipsa tamē magnæ felicitatis tutela sollicita est. Si uelis credere altius ueritatem intuentibus, omnis uita supplicium est. In hoc profundū inquietumq; proiecti mare, alternis æstibus reciproci, & modo alleuans nos *subiectis incrementis, modo maioribus damnis deserens, assidueq; iactans, nunquā stabili cōsistimus loco, pendemus & fluctuamur, & alter in alterū illidimur, & aliquādo naufragiū facimus, semper timemus. In hoc tam procelloso, & in oēs tempestates exposito mari nauigantibus, nullus portus nisi mortis est. Ne itaq; inuideris fratri tuo, quiescit tandem liber, tandem tutus, tandem æternus est, superstitem Cæsarem, omnemq; eius prolem, superstitē te cum omnibus habet fratribus. Antequam quicquā ex suo fauore fortuna mutaret stantem adhuc illam & munera plena manu congerentē reliquit. Fruitur nunc aperto et libero cœlo, ex humili atq; depresso in eum emicuit locū, quisquis ille est, qui solutas uinculis animas beato recipit sinu, & nunc illis liberē uagatur, omniaq; rerū naturæ bona cum summa uoluptate perspicit. Erras, nō perdidit lucem frater tuus, sed securiorē sortitus est. Omnibus *illud nobis cōe est iter, Quid fāta deflemus? non reliquit ille nos, sed antecessit.

CAP. XXIX. Est mihi crede, magna felicitas in ipsa felicitate moriendi. Nihil ne in totū quidem diem certi est, quis in tam obscura & inuoluta *ueritate diuinat, utrum ne fratri tuo mors inuiderit, an cōsuluerit? Illud quoq; qua iustitia in omnibus rebus est te adiuuet cogitantē, non iniuriā tibi factam, quōd talem fratrem amisisti, sed beneficiū datum, quōd tam diu pietate eius tibi uti fruiq; licuit. Iniquus est, qui muneris sui arbitrium danti non reliquit, Auidus, qui non lucri loco habet quod

accep

*subitis

*illō: aliās,
cum illo

*uarietate

accepit, sed damni, quod reddidit. Ingratus est, qui iniuriã uo-
 cat finem uoluptatis. Stultus, qui nullum fructũ esse putat bo-
 norum, nisi presentũ, qui non & in præteritis acquiescit, &
 ea iudicat certiora quæ abierũt, quia de illis ne desinant nõ est
 timendũ. Nimis angustat gaudia sua, qui eis tantummodo quæ
 habet ac uidet, frui se putat, & habuisse eadem pro nihilo du-
 cit: cito enim nos oĩs uoluptas relinquit, quæ fluit & transit &
 penè antequam ueniat, aufertur. Itaq; in præteritum tẽpus ani-
 mus mittendus est, et quicquid nos unquam delectauit reducen-
 dum, ac frequenti cogitatione pertractandũ est. Longior fide-
 liorq; est memoria uoluptatũ, quàm presentia. Quod habuisti
 ergo optimum fratrem, in summis bonis pone. Nõ est quod co-
 gites quanto diutius habere potueris, sed quamdiu habueris.
 Rerum natura illum tibi sicut cæteris fratribus, non mancipio
 dedit, sed cõmodauit, cũ uisum est deinde repetijt, nec tuam in
 eo satietatẽ secuta est, sed suam legem. Si quis pecuniam credi-
 tam soluisse se moleste ferat, eam præsertim cuius usum gratui-
 tum acceperit, non ne iniustus uir habebitur? Dedit natura
 fratri tuo uitam, dedit & tibi, quæ suo iure usa, à quo uoluit de-
 bitum suũ citius exegit: nõ illi in culpa est, cuius nota erat con-
 ditio, sed mortalis animi spes auida, quæ subinde quid rerũ na-
 tura sit obliuiscitur, nec unquam sortis suæ meminit, nisi cum
 admonetur. Gaude itaq; habuisse te tam bonũ fratrem, et usum
 fructũ eius, quamuis breuior uoto tuo fuerit, boni consule. Co-
 gita iucundissimũ esse, quòd habuisti, humanũ quod perdidisti.
 Nec enim quicquam minus inter se consentancũ est, quàm ali-
 quem moueri, quod sibi talis frater parũ diu contigerit: quod
 tamen contigerit, non gaudere. At inopinanti ereptus est. Sua
 quemq; credulitas decipit, & in eis quæ diligit, uoluntaria mor-
 talitatis obliuio. Natura nulli se necessitatis suæ gratiam factu-
 ram esse testata est. Quotidie præter oculos nostros transcunt

notorū ignotorumq; funera, nos tamen aliud agimus, & subitū id putamus esse, quod nobis tota uita denunciatur futurū. Non est itaq; ista fatōrum iniquitas, sed mentis humanæ prauitas insatiabilis rerum omnium, quæ indignatur inde se exire, quod admissa est precario.

CAP. XXX. Quanto ille iustior, qui nunciata filij morte, dignam magno uiro uocem emisit. Ego cum genui, tum moriturum sciui. Prorsus non mireris ex hoc natum esse, qui fortiter mori posset, nō accepit tãquam nouum nuncium filij mortem. Quid est enim noui hominem mori, cuius tota uita nihil aliud quàm ad mortem iter est? Ego cum genui, tum moriturum sciui. Deinde adiecit rem maioris & prudentiæ et animi, huic rei sustuli. Omnes huic rei tollimur, quisquis *ad uitam editur, ad mortem destinatur. Gaudeamus ergo omnes eo quod datur, reddamusq; id cum repositumur, alium alio tempore fata *comprehendent, neminem, præteribunt. In prociectu stet animus, & id quod necesse est, nūquam timeat, quod incertum est, semper expectet. Quid dicam duces ducumq; progenies, et multis aut consulatibus conspicuos, aut triumphis, sorte defunctos inexorabili? Tota cum regibus regna, populiq; cum gentibus tulere fatum suum. Omnes imò omnia in ultimum diem spectant, non idem uniuersis finis est. Alium in medio cursu uita deserit, alium in ipso aditu relinquit, aliū in extrema *seruitute fatigatum iam & exire cupientem uix emittit, alio quidem atq; alio tēpore, omnes tamen in eundem locum tendimus. Vtrum ne stultius sit nescio mortalitatis legē ignorare, an impudentius recusare. Agedium illa quæ multo ingenij tui labore celebrata sunt, i manus sume, utrius, libet autoris carmina, quæ tu ita resoluiisti, ut quamuis structura illorū recesserit, permaneat tamen gratia. Sic etiam illa ex alia lingua in aliam transfulisti, ut (quod difficillimū erat) omnes uirtutes in alienam te

oration

*à uita

*deprehendunt,

*senectute

oration
plurim
marū
Lege q
deficit
seris, u
rat qu
ceperit
quæ co
uoxore
tione f
C A
omnib
solatia
uenire
& ide
to mag
ipsum
dispen
Non a
ras &
tur, qu
lum, n
satis s
lis tui
clariss
possin
quem
cogita
tanta
quin

orationem secutæ sint: nullus erit in illis scriptis liber, qui non plurima varietatis humanæ incertorumq; casuum, & lachrymarum ex alia atq; alia causa fluentium exempla tibi suggerat. Lege quo spiritu ingentibus in tonueris rebus. Pudebit te subito deficere, et ex tanta orationis magnitudine decidere. Ne commiseris, ut quisquis extemplo, ac modo scripta tua mirabatur, quaerat quomodo tam grandia, tamq; solida, tam fragilis animus conceperit. Potius ab istis, quæ te torquent, ad hæc tot & tanta quæ consolantur conuerte, ac respice optimos fratres, respice uxorem, filium respice. Pro oim horum salute, hac tecum portione fortuna decidit. Multos habes in quibus acquiescas.

CAP. XXXI. Ab hac te infamia uindica, ne uideatur omnibus plus apud te ualere unus dolor, quam hæc tam multa solatia. Oes istos unà tecum percussos uides, nec posse tibi subuenire, imò etiam ultro expectare, ut à te subleuetur intelligis, & ideo quāto minus in illis doctrinæ, minusq; ingenij est, tanto magis *assistere te necesse est cõmuni malo. Est autem hoc ipsum solatij loco, inter multos dolorem suum diuidere, qui quia dispensatur inter plura, exigua debet apud te parte subsidere. Non desinam toties tibi offerre Cæsarem, illo moderante terras & ostendente, quāto melius beneficijs imperium custodiat, quā armis, illo rebus humanis presidente, non est periculum, ne quid perdidisse te sentias, in hoc uno tibi satis presidij, satis solatij est. Attolle te & quoties lachrymæ suboriuntur oculis tuis, toties illos in Cæsarem dirige. Siccabuntur maximi & clarissimi conspectu numinis. Fulgor eius, illos ut nihil aliud possint aspicere præstringet, in se hærentes detinebit. Hic tibi quem tu diebus intueris ac noctibus, à quo nunquā deijcis aium cogitandus est, hic contra fortunā aduocandus: nec dubito cum tanta illi aduersus oes suos sit mansuetudo, tantaq; indulgentia, quin multis iam solatijs tuum istud uulnus obduxerit nonnulla
quæ

* resistere:
als, obsistere

* Acta hic di
ui Augusti,
& annos uin
cat, quamdiu
&c.

* afficiat.

* defossus
sum,

quæ dolori obstarent tuo cõgesserit. Quid porrò ut nihil ho-
rum fecerit, nõnne protinus ipse conspectus per se tantummodo,
cogitatusq; Cæsar maximo solatio tibi est? Dij illum Deæq;
omnes terris diu cõmodent, * At faciant, ut quamdiu mortalis
erit, nihil ex domo sua mortale esse sentiat. Rectorẽ Romano
imperio filiũ, longa fide approbet, & ante illum consortẽ pa-
tris quã successorẽ * accipiat. Scra & nepotibus deinde nostris
dies nota sit, qua illum gens sua coelo asserat.

CAP. XXXII. Abstine ab hoc manus tuas fortuna, nec
in isto potentia tuam, nisi ea parte qua prodes, ostenderis. Pa-
tẽre illum generi humano iamdiu ægro & affecto mederi, pa-
tẽre quicquid prioris principis furor concussit, in locum suum
restituere ac reponere. Sydus hoc quod præcipitato in pro-
fundũ, ac demerso in tenebras orbi refulsit, semper luceat. Hic
Germaniã pacet, Britanniã aperiat, & patris triumphos du-
cat & novos, quorũ me quoq; spectatorẽ futurum, quæ ex uir-
tutibus eius primũ obtinet locum promittit clementia: nec enim
sic me deiecit, ut nollet erigere, imò ne deiecit quidẽ, sed impul-
sum à fortuna & cadentẽ sustinuit, & in præceps euntẽ leniter
diuinæ manus usus moderatione deposuit. Deprecatus est
pro me senatum, & uitã mihi nõ tantum dedit, sed etiã petijt.
Viderit qualem uolet esse, æstimet causam meã, uel iustitia eius
bonam perspiciet, uel clementia faciet bonam: utrumq; in æquo
mihi eius beneficium erit, siue innocentẽ me scierit esse, siue uo-
luerit. Interim magnum miseriarum mearũ solatium est, uidere
misericiadiã eius totum orbẽ peruagãtem, quæ quum ex ipso
angulo, in quo ego * defixus sum, cõplures multorum iã anno-
rum ruina obrutos effoderit, & in lucẽ reduxerit, non uereor
ne me unũ transeat. Ipse autẽ optime nouit tẽpus, quo cuiq; de-
beat succurrere: ego omniẽ operam dabo, ne peruenire ad me
erubescat. O felice clementia tuã Cæsar, quæ efficit ut quietiorẽ

sub

sub te agant uitam exules, quam nuper sub Caio agere principes, Nō trepidant, nec per singulas horas gladium expectant, nec ad* omnium nauium conspectum pauent. Per te habent, ut * omnē uanū
 fortunæ scruentis, modum, ita spem quoque melioris eiusdem, ac præsentis quietem. Scias licet ea demum fulmina esse iustissima, quæ etiam percussi colunt.

CAP. XXXIII. Hic itaq; princeps, qui publicū oīm hoīm solatiū est, aut me* oīa fallunt, aut iam recreauit animū tuū, et * omīna
 tā magno uulnere maiora adhibuit remedia, iam te omni cōfirmauit modo, iam omnia exēpla quibus ad animi æquitatē compelleris, tenacissima memoria retulit, iam oīm præcepta sapientum assueta sibi faciētia explicuit. Nullus itaq; melius has alloquendi partes occupauerit, aliud habebunt hoc dicente pondus uerba, uelut ab oraculo emissa, oēm uim doloris tui diuina eius cōtūdet autoritas. Hūc itaq; tibi puta dicere, nō te solū fortuna desumpsit sibi, quem tam graui afficeret iniuria. Nulla domus in toto orbe terrarum aut est, aut fuit sine aliqua cōploratiōne. Transibo exempla uulgaria, quæ etiam si mīnora, tamen mira sunt. Ad fastos te et ānales perducā publicos, uides omnes has imagines, quæ implere Cesareū atrium, nulla non harum aliquo suorū incōmodo insignis est, nemo non ex istis in ornamentum seculorū refulgētibus uiris, aut desiderio suorū tortus est, aut à suis cū maximo animi cruciatu desideratus est. Quid tibi referā Scipionē Africanū, cui mors fratris in exilio nunciata est? Is frater qui eripuit fratrem carcere, non potuit eripere fato. Et quam* patiens iuris et æqui pietas Africani fuerit, cūctis apparuit. Eodem enim die quo Scipio Africanus uiatoris manibus fratrem abstulerat, tribuno quoq; plebis priuatus intercessit, tam magno tamē fratrem desiderauit hic animo, quam defenderat. Quid referā Aemilianū Scipionē, qui uno pene eodemq; tempore spectauit patris triumphū, duorumq; fratrum funera,

funera, adolescentulus tamē, ac propemodū puer tanto animo tulit illam familiæ suæ, super ipsum Pauli triumphū cōcidentis subitā uastitatē, quanto debuit ferre uir in hoc natus, ne urbi Romanæ aut Scipio deesset, aut Carthago superesset.

CAP. XXXIIII. Quid referā duorū Lucullorū dirēptam morte cōcordiā? Quid Pompeios, quibus ne hoc quidē se uies reliquit fortuna, ut una deniq; cōciderēt ruina. Vixit Sextus Pompeius, primū sorori superstes, cuius morte optime cohæretis Romanæ pacis uincula resoluta sunt. Idēq; uixit superstes optimo fratri, quē fortuna in hoc erexerat, ne minus alte eum deijceret, quā patrē deiecerat, & post hunc tamē casum Sextus Pompeius non tantum dolori, sed bello suffecit. Innumerabilia undiq; exempla separatorū morte fratrū succurrunt, imo contra uix ulla unquam horū paria cōspecta sunt una senescentiā, sed cōtentus nostræ domus exemplis ero. Nemo enim tam expers erit sensus ac sanitatis, ut fortunam ulli quæeratur luctum intulisse, quam sciet etiā Cæsarū lachrymas concupisse. Diuus Augustus amisit Octauiam sororē charissimā, & ne ei quidem rerum natura lugendī necessitatem abstulit, cui cælum destinauerat: imo uero idē omni genere orbitatis uexatus, sororis filium successioni præparatum suæ perdidit. Deniq; ne singulos eius luctus enumerē, & generos ille amisit, & liberos, & nepotes. Ac nemo magis ex omnibus mortalibus hominem esse se, dum inter hoīes erat sensit, tamē tot tātosq; luctus cepit rerum omnium pacatissimum eius pectus, uictorq; diuus Augustus nō gentium tantūmodo externarum, sed etiam dolorum fuit. Cæsius Cæsar diui Augusti auunculi* mei nepos, circa primos* iuuentutis suæ annos Lucium fratrem charissimum sibi, princeps animi uulnera quā corporis sunt: iuuentutis principem eiusdē iuuentutis amisit in apparatu Parthici belli, * & grauiore multo animi uulnere quā postea corpiſsimē etc. poris iclus est, quod utrumq; piſsimē idem & fortissimē tulit.

Cæsar

Cæsar
nati
gentes
& of
etiam
atton
mani
nam
chry
eo à
phali
duob
diuit
dos f
rum
beba
dem
uers
ne fr
me q
agg
Ger
quis
meū
no f
erg
der
tibu
Ne
iniq

Cæsar patruus meus Drusum Germanicū patrē meū, minorem natu quā ipse erat fratrem, intima Germaniæ recludentē, & gentes ferocissimas Romano subijcientem imperio, in cōplexu & osculis suis amisit, modum tamen lugēdi nō sibi tantum, sed etiam alijs fecit, ac totum exercitū, non solum mœstum, sed etiā attonitum, corpus Drusi sui sibi uendicantem, ad mortem Romani luctus redegit, iudicauitq; non militandi tantum disciplinam esse seruandam, sed etiam dolendi. Non potuisset ille lachrymas alienas compescere, nisi prius pressisset suas.

CAP. XXXV. M. Antonius auus meus, nullo minor nisi eo à quo uictus est, tunc cum Rempub. constitueret, & *triumphali potestate præditus, nihil supra se uideret, exceptis uero duobus collegis omnia infra se cerneret, fratrem interfectū audiuit. Fortuna impotens quales ex humanis malis tibi ipsa ludos facis. Eo ipso tempore quo Marcus Antonius ciuium suorum uitæ sedebat mortisq; arbiter, M. Antonij frater duci iubebatur ad supplicium. Tulit hoc tamen tam triste uultus eadem magnitudine animi Marcus Antonius, quæ omnia alia aduersa tolerauerat, & hoc fuit ei lugere, uiginti legionū sanguine fratri parentare. Sed ut oīa alia exempla præcream, ut in me quoq; ipso alia taceā funera, bis me fraterno luctu fortuna aggressa est, bis intellexit lēdi me posse, uinci non posse. Amisi Germanicū fratrem, quē quō amaucrim intelligit profecto quisquis cogitat, quō suos fratres pij fratres amēt. Sic tamē affectū meū rexi, ut nec relinquerē quicquā quod exigi deberet à bono fratre, nec facerē quod reprehendi posset in principe. Hæc ergo puta tibi parētem publicū referre exēpla, eundem ostendere quā nihil sacrū intactūq; sit fortunæ, quæ ex his penatibus ausa est funera ducere, ex quibus erat deos *petitura. Nemo itaq; miretur aliquid ab illa, aut crudeliter fieri, aut inique. Potest enim hæc aduersus priuatas domos ullā æquitatē nosse,

*triumuirali

*petitura.

* querimo-
vias

nosse, aut ullam modestiã, cuius implacabilis sæuitia, totiẽs ipsa
funestauit puluinaria? Faciamus licet illi conuitiũ, non nostro
tantum ore, sed etiam publico, non tamen mutabitur, aduersus
omnes se preces, omnesq; *ceremonias eriget. Hoc fuit in rebus
humanis fortuna, hoc erit, nihil inausum sibi reliquit, nihil inta-
etũ relinquet. Ibit uiolẽtior per omnia, sicut semp est solita: eas
quoq; domos ausa iniuriæ causa intrare, in quas per templa
aditur, & atram laureatis foribus inducere uestem.

* lapsis
* sacrosanctũ

CAP. XXXVI. Hoc unum obtineamus ab illa uotis ac
precibus publicis, si nondũ illi genus humanũ placuit consume-
re, si Romanũ adhuc nomẽ propicia respicit, hunc principem,
*Lapsis hominũ rebus datum, sicut omnibus mortalibus, sibi ef-
se *sacratũ uelit. Discat ab illo clementiam, atq; à mitissimo o-
mnium principe mitis fieri. Debes itaq; omnes intueri eos, quos
pauloãte retuli, aut ascitos coelo, aut proximos, & ferre æquo
animo fortunam, ad te quoq; porrigẽtem manus, quas ne ab eis
quidem *per quos uiuimus abstinet. Debes illorũ imitari firmi-
tatẽ in perferendis & euincendis doloribus, & in quantum mo-
do homini fas est per diuina ire uestigia. Quãuis in alijs rebus
dignitatum magna discrimina sint, uirtus in medio posita est,
neminem dedignatur, qui modò dignum se illa iudicat. Opti-
me certe illos imitaberis, qui cum indignari possent non esse
ipsos expertes huius mali, tamẽ in hoc uno se cæteris ex æquari
hominibus non iniuriam, sed ius mortalitatis iudicauerũt, tuleruntq;
& aspere quod acciderat, nec molliter & effoeminate. Nã & non sentire mala sua nõ est hominis,
& non ferre, non est uiri. Non possum tamen cũ omnes circũ-
iuerim Cæsares, quibus fortuna fratres & sorores eripuit, hũc
præterire ex omni Cæsarũ numero excerpẽdũ, quẽ rerum
natura in exitũ opprobriumq; humani generis ædidit, à quo
imperium euersum, adustum funditus principis pijsimi recreat

* per quos iu-
ranus

clem

clementia. C. Cæsar amissa sorore Drusilla, is homo qui nō magis dolere quā gaudere principaliter posset, conspectū, conuersationemq; ciuū suorum profugit, exequijsq; sororis suæ non interfuit, iusta sorori non præstitit, * sed in Albano suo secessit, ac foro & aduocatis, & huiusmodi alijs occupationibus acerbißimi funeris eleuabat mala. Proh pudor imperij, principis Romani lugentis sororē, alea solatium animi fuit. Idem ille Caius furiosa inconstantia, modo barbam capillumq; submit- tens, modo Italiae ac Siciliae oras errabundus permettens, & nunquā satis certus utrū lugeri uellet, an coli sororem. Eodem enim tempore quo templa illi constituebat ac puluinaria, eos qui parū mœsti fuerant, crudelißima afficiebat animaduersione. Eadē enim intēperie animi aduersarū rerum ictus ferebat, qua secundarū elatus euentu, supra humanū intumescerebat modum. Procul istud exemplū ab omni Romano uiro, luctū suum aut intempestiuis auocare lusibus, aut sordidū ac squalloris foeditate iritare, aut alienis malis oblectare, minime humano solatio. Tibi uero nihil ex consuetudine mutandū tua. Quoniam quidem ea instituisti amare studia, quæ optime & felicitatem extollunt, & facillime minuunt calamitatem, eademq; & ornamenta hominum maxima sunt & solatia.

CAP. XXXVII. Nunc itaque te studijs tuis immerge
*acrius, nunc illa tibi uelut munimenta animi circunda, nec
ex ulla tui parte inueniat introitum dolor. Fratris quoque tui
produc memoriam aliquo scriptorū monumento tuorum. Hoc
enim unum est rebus humanis opus, cui nulla tēpestas noceat,
quod nulla consumat *uetustas. Cætera quæ per cōstructionem
lapidū & marmoreas moles, aut terrenos tumulos in magnam
eductos altitudinē constāt, non propagarunt longā diē, quippe
& ipsa intereūt. Immortalis est ingenij memoria, hāc tuo fra-
tri largire, in hac eū colloca, & melius illum * diutino semper

*sed in A-
bano suo tes-
seris, ac ferē
etiam perno-
ctatis, & hu-
iusmodi aleis
occupatus
acerbiß.

*altius.

*atq.

*durato

ll consecrabis

consecrabis ingenio, quã irrito dolore lugebis. Quod ad ipsam
 fortunã pertinet, etiã si nunc agi apud te causa eius non potest,
 omnia enim illa quæ nobis dedit, ob hoc ipsum quod aliquid
 eripuit, inuita sunt: tunc tamen erit agenda, cū primũ æquiorẽ
 te illi iudicẽ dies fecerit: tunc enim poteris in gratiã cū illa re-
 dire: Nam multa prouidit quibus hanc emendaret iniuriam.
 Multa etiã nũc dabit quibus redimat. Deniq; ipsum quod ab-
 stulit, ipsa dederat tibi. Noli ergo contra te ingenio uti tuo, no-
 li adesse dolori tuo. Potest quidẽ eloquẽtia tua, quæ parua sunt
 approbare pro magnis, rursus magna attenuare, & ad mini-
 ma deducere. Sed alio ista uires seruet suas, nunc tota se in so-
 latium tuũ conferat. Sed tamen dispice, ne hoc iam quoq; sit su-
 peruacuum. Aliquid enim à nobis natura exigit, plus uanitate
 contrahitur. Nunquã autẽ ego à te, ne ex toto mœreas exigã.
 Et scio inueniri quosdã duræ magis quàm fortis prudentiæ ui-
 ros, qui negent doliturũ esse sapientiã. Hi nõ uidentur unquã in
 huiusmodi casum incidisse. Alioqui *extudisset illis fortuna su-
 perbam sapientiã, & ad confessionẽ eos ueri etiã inuitos com-
 pulisset. Satis præstiterit ratio, si id unũ ex dolore, quod & su-
 perest & abundat exciderit: Vt quidẽ nullũ omnino esse cum-
 patiatur, nec sperandũ ulli, nec concupiscendũ est. Hũc potius
 modũ seruet, qui nec impietatẽ imitetur, nec insaniam, & nos
 in eo teneat habitu, qui & piæ mentis est, *nec motæ. Fluant læ-
 chrymæ, sed eadẽ desinant, trahãtur ex imo pectore gemitus,
 sed ijdem & finiantur. Sic rege animũ tuũ, ut & sapiẽtibus te
 approbare possis & fratribus. Effice ut frequenter fratris tui
 memoriã tibi uelis occurrere, ut illũ & sermonibus celebres,
 & assidua recordatione repræsentes tibi. Quod ita deniq; cõ-
 sequi poteris, si tibi memoriã eius iucundã magis quàm flebilẽ
 feceris. Naturale est enim ut semper animus ab eo refugiat, ad
 quod cū tristitia reuertitur. Cogita modestiam eius, cogita in-
 rebus

*excussisset

*emotæ

rebus agendis solertiam, in exequendis industriam, in promissis constantiam. Omnia dicta eius ac facta et alij expone, & tibi metipse commemorata. Qualis fuerit cogita, qualisq; sperari poterit. Quid enim de illo non tuto sponderi fratre posset? Hæc utcunq; potui, longo iam situ obsoleto & hebetato animo composui, quæ si aut parùm respondere ingenio tuo, aut parùm mederi dolori uidebuntur, cogita quàm non possit is alienæ uacari consolationi, quem sua mala occupatum tenent, & quàm non facile Latina ei uerba homini succurrant, quem barbarorùm inconditus grauisq; fremitus circumsonat.

ANNOT. IN FRAGMENTVM
AD POLYBIVM.

Statim in initio. Nostra corpora, alius nostra compares. Cap. 21. Voles enim lögum esse, quod iturū est. Rodolphus diuinauit, quod iuratum est. Opinor legendum, Nolis enim longum esse, quod irritum est.

Cap. 21. Ecce eum dolorem. Post hæc uerba quidam codex habebat, illi nomine Polybio, qui eius est frater, uerum satis apparet hæc adiecta ab interprete.

Cap. 26. Ut possit per ordinem suum principis maximi officium geri, ubique animi est. Rodolphus diuinat, ubiq; astricti animi est. At non placet. Propius uerò est ut legamus, ubi quies animi est: ut uox, ut, habeat uim concedentis.

LVCII ANNAEI SE-
NECAE AD MARTIAM DE
CONSOLATIONE LI-
BER VNVS.



ISI te Martia scirem tam longè ab infirmitate muliebri animi quàm à cæteris uitijs recessisse, & mores tuos uelut antiquū aliquod exemplar aspici, non auderem obuia ire dolori tuo, cui uiri

*concepisssem, quoque libenter harent & incumbunt. Nec spem *accepisssem, tam iniquo tempore, tam iniquo iudice, tam inuidioso crimine, posse me efficere, ut fortunā tuā absolueres. Fidutiā mihi dedit, exploratū iam robur animi, et magno experimento approbata uirtus tua. Nō est ignotū qualē te in personā patris tui gesseris, quē nō minus quā liberos dilexisti, excepto eo, quod non optabas superstitē, nec scio an et optaueris. Permittit enim sibi quaedā et contra bonū morē magna pietas. Mortē A. Cremutij Cordi parentis tui quantū poteras inhibuisti. Postquā tibi aperuit inter Seianianos satellites illā unā *paternae seruitutis fugā, non fauisti consilio eius, sed dedisti manus uicta, sudisti; lacrymas clam, & gemitus deuorasti: non tamen hilari fronte texisti. Et hoc illo seculo, quo magna pietas erat, nihil impiē facere. Ut uerō *aliquē spiritū mutatio temporum dedit, ingenium patris tui, de quo sumptū erat supplicium, in usum hominum reduxisti, & à uera uindicasti morte, ac restituiisti in publica monumenta libros, quos uir ille fortissimus sanguine suo scripserat. Optime meruisti de Romanis studijs, magna illorum pars arserat: optime de posteris, ad quos ueniet incorrupta rerū fides, auctori suo magno imputata: optime de ipso, cuius uiget uigebitque memoria, quādiu fuerit in pretio Romana nosci, quādiu quisquā erit, qui reuerti uelit ad acta maiorum, quamdiu quisquā uelit scire quid sit uir Romanus, qui subactis iam ceruicibus omnium, & ad Syllanū iugū adactis, indomitus sit homo, ingenio, animo, manu, liber. Magnū mehercule detrimentū R. P. ceperat, si illū *ob dictas partes pulcherrimas in obliuionem *corruptū, eloquentiā & libertatē non eruisses, Legitur, floret in manus hominū in pectora receptus, uetustatē nullam timet. At illorū carnificū citò scelera, quibus solis memoriam meruerunt, *tacebunt. Hæc magnitudo animi tui uetuit me ad sexum tuū respicere, Vetuit ad uultū quem tot annorum con-

tinua

tinua tristitia, ut semel obduxit, tenet. Et uide quàm non surre-
 pam tibi, nec^{*} furtum facere affectibus tuis cogitem: Antiqua^{*} fucum fa-
 mala in memoriã reduxi, & uis scire hanc quoq; plagam esse cere
 sanandã, ostendi tibi æque magni uulneris cicatrice. Alij itaq;
 molliter agant & blandiãtur. Ego confligere cū tuo mœrore
 constitui, & desessos exhaustosq; oculos, si uerũ^{*} audire uis, ^{*}fateri uis,
 magis iam ex consuetudine quàm ex desiãerio fluentes conti-
 nebo, si fieri potuerit fauente te remedijs tuis, sin minus, uel
 inuita, teneas licet & amplexeris dolorem tuũ, quẽ tibi in filij
 locũ superstitem fecisti. Quis enim erit finis? Omnia in super-
 uacuuũ tentata sunt. Fatigatæ allocutiones amicorũ, autoritates
 magnorũ & affiniũ tibi uirorũ studia, hæreditariũ & pater-
 num bonũ, surdas aures irritò, ac uix ad breuem occupationẽ
 proficiente solatio transeunt. Illud ipsum naturale remedium
 temporis quod maximas quoq; erũnas cõponit, in te una uim
 suã perdidit: tertius iam præterijt annus, cū interim nihil ex
 primo illo impetu cecidit, renouat se, & corroborat quotidie lu-
 ctus, & iam sibi ius mora fecit, eoq; adductus est, ut putet tur-
 pe desinere. Quemadmodum omnia uitia penitus insidunt, nisi
 dum surgunt oppressa sint: ita quoq; hæc tristitia & misera, &
 in se sæuentia, ipsa nouissime acerbitate pascuntur, & fit infe-
 licis animi, praua uoluptas dolor. Cupissem itaque primis tem-
 poribus ad istam curationem accedere, leuiore medicina fuis-
 set oriens adhuc restringenda mali uis: uehementius contra in-
 ueterata pugnandum est. Nam uulnerum quoque sanitas faci-
 lis est, dum à sanguine recentia sunt: tunc & uruntur, & in
 altum reuocantur, & digitos scrutantium recipiunt, ubi corru-
 pta in malum ulcus^{*} se uerterunt, difficilius curantur. Non^{*} uetera-
 possum nunc per obsequium, nec molliter assequi tam durum uerunt,
 dolorem. Frangendus est.

CAP. II. Scio à præceptis incipere omnes qui monere

aliquem uolunt, & in exemplis desinere. Mutari hunc interim
 *morem *ordinem expedit. Aliter enim cū alio agendum est. Quosdam
 ratio ducit, quibusdā nomina clara opponenda sunt, & autori-
 tas, quæ liberū non relinquat aīm ad speciosa stupēdi. Duo tibi
 +seculi tui ponam ante oculos maxima et sexus & *seculi nostri exēpla,
 Alterius foeminae quæ se tradidit ferendā dolori, Alterius quæ
 pari affectu casu, maiore damno, non tamē dedit longum in se
 malis suis dominiū, sed cito aīm in sedem suam reposuit. Octa-
 uia & Liuia, altera soror Augusti, altera uxor, amiserūt filios
 iuuenes, utraq; spe futuri principis certa. Octauia Marcellum,
 cui & auunculus & socer incūbere cœperat, in quem onus im-
 perij reclinaret, adolescentē animo alacrem, ingenio *impotē-
 tem, sed & frugalitatis continentiaeq; in illis aut annis aut opi-
 bus, nō mediocriter admirandæ, patientē laboris, uoluptatibus
 alienum, quantumcunq; imponere illi auunculus, & (ut ita di-
 cam) inædificare uoluisset, laturum. Bene legerat nulli cessura
 ponderi fundamenta. Nullum finem per omne uitæ suæ tempus
 flendi gemendiq; fecit. Nec ullas admisit uoces, salutare aliquid
 afferentes. Nec auocari quidē se passa est, intenta in unam rem,
 & toto aīo affixa. Talis per omnē uitam fuit, qualis in funere,
 non dico ex luctu tanto consurgere, sed alleuari recusans, se-
 cundam orbitatē iudicans lachrymas omittere. Nullam habere
 imaginem filij charissimi uoluit, nullam sibi fieri de illo mentio-
 nem. Oderat oēs matres, & in Liuiam maxime surebat, quia
 uidebatur ad illius filium transisse, sibi promissa felicitas, tene-
 bris & solitudini familiarissima. Ne ad fratrem quidem respi-
 ciens, carmina celebrandæ Marcelli memoriæ cōposita, aliosq;
 studiorum honores reiecit, & aures suas aduersus omne solati-
 um clausit, à solennibus officijs seducta & ipsam magnitudi-
 nis fraternæ nimis circumlucentem fortunam exosa, defodit se
 & abdidit. A sidentibus liberis nepotibus lugubrem uestem

non deposuit, non sine contumelia omnium suorum, quibus sal-
uis orba sibi uidebatur.

CAP. III. Diua Liuia amiserat filiū Drusum magnum
futurum principē, iam magnū ducem. Intrauerat penitus Ger-
maniam, & ibi signa Romani fixerunt, ubi uix illos esse Ro-
manos notum erat. In expeditione uictor decesserat, ipsis illum
hostibus egrum cū ueneratione, & pace mutua prosequenti-
bus, nec optare quod expediebat audētibus. Accedebat ad hāc
mortem, quam ille pro Repub. obierat, ingens ciuium provin-
ciarumq; & *totius Italiae multitudo, per quā effusus in offi-
cium lugubre municipijs, colonijsq; usq; in urbem ductū erat
funus triūpho simillimū. Non licuerat matri ultima filij oscula
gratumq; extremi sermonem oris haurire, longo itinere reli-
quias Drusi sui prosecutæ, tot per omnē Italiam ardentibus ro-
gis, quasi toties illum amitteret iritatae. Vt primum tamen in-
telit tumulo, simul & illum & dolorem suum posuit, nec plus
doluī quā aut honestū erat, aut Cæsare, aut æquo maius. Nō
desijt itaq; Drusi sui celebrare nomē, ubiq; illum sibi priuatim
publice q; representare, & libentissime de illo loqui, de illo au-
dire, cū memoriā alterius nemo posset retinere et frequentare,
quin illam tristēm sibi redderet. Elige itaq; utrū exēplum pu-
tas probabilius, si illud prius sequi uis, eximis te numero uiuo-
rum. Auersaberis & alienos liberos & tuos, ipsumq; deside-
rabis triste matribus *agmen occurrere. Voluptates honestas
permissas, tanquā parū decoras fortunæ tuæ reiiciens, inuisam
habebis lucem, & ætati tuæ quod non præcipitet te quam pri-
mum & finiat, infestissima eris. Quod turpissimū *effrenissi-
mumq; est aīo tuo, in meliore noto *parte, ostendes te uiuere
nolle, mori non posse. Si ad hoc maximæ fœminæ te exēplum
applicueris moderatius ac mitius, non eris in erumnis, nec te
tormētis macerabis. Quæ enim malū amentia est, pœnas à se

*totius Ita-
lie deside-
rium,

*omen

*alienissi-
mumq;
*patre

illicitas exigere, & mala sua augere. Quam in omni uita seruasti, morū probitatem & uerecundiam, in hac quoq; re præstabis. Est enim quædam et dolendi modestia: illum ipsum iuuenem dignissimum quiete, semper nominās, cogitansq; facies, meliorem pones loco, si matri suæ qualis uiuus solebat, hilaris, & cum gaudio occurrat.

CAP. IIIII. Nec te ad fortiora ducā præcepta, ut humana scire in humano iubeā modo, ut ipso funebri die oculos matris exsiccē. Ad arbitriū tecum ueniā. Hoc inter nos quæretur, utriū magnus dolor esse debeat an perpetuus. Non dubito quin Liuiæ Augustæ, quam familiariter coluisti, magis tibi placeat exemplum. Illa te ad suū *concilium uocat: illa in primo furore, cum maximè impatiētes ferocesq; sunt miseræ, *se consolandā Philosopho uiri sui præbuit, & multū eam rem profuisse sibi confessa est plusquā populum Rom. quæ nolebat tristem tristitia sua facere, plusquā Augustū qui subducto altero adminiculo titubabat, nec luctu suorū inclinandus erat: plusquā Tyberium filiū, cuius pietas efficiebat, ut in illo acerbo & desolato gentibus funere, nihil sibi nisi numerū deesse sentiret. Hic, ut opinor, aditus illi fuit, hoc principū apud foemina opinionis suæ custodem *diligentissimā. Vsq; in hunc diē Liuiā (quantū quidem ego sciam, assiduus uiri tui comes, cui non tantū quæ in publicum emittuntur nota sunt, sed oēs quoq; secretiores animorum uestrorum motus) adisti operā ne quid esset, quod in te quisquā reprehenderet. Nec id in maioribus modo obseruasti, sed in minimis, ne quid faceres, cui famā, liberrimā principū iudicem, uelles ignoscere. Nec quicquā pulchrius existimo in fastigio collocatus, quam multarū rerum ueniā dare, nullius petere. Seruandus itaq; tibi in hac re tuus mos est, Ne quid comittas quod minus aliter ue factum uelis.

CAP. V. Deinde rogo atq; obsecro, ne te difficile amicis,

*consilium
*se consilio
Arei Philo-
sophi uiri sui

*diligentissi-
mè usq; in

& intractabilem præstes. Non est enim quod ignores, oēs hos
 nescire, utrum aliquid loquantur coram te de Druso, an nihil,
 ne aut obliuio clarissimi iuuenis illi faciat iniuriam, aut mentio
 tibi: cum secedimus, & in unum conuenimus, facta eius dictaq;
 quanto meruit suspectu celebramus, corā te altum nobis de illo
 silentium est. Cares itaq; maxima uoluptate, filij tui laudibus,
 quas, non dubito quin uel impendio uitæ, si potestas detur, in
 æuum omne sis prorogatura: quare patere, imò accersere sermo-
 nes quibus ille narretur, & apertas aures præbe ad nomen
 memoriamq; filij tui, nec hoc graue duxeris cæterorum more,
 qui in eiusmodi casibus partē mali putant, audire solatia. Nunc
 incubuisti tota in alteram partē, & oblita meliorem fortunam
 tuam, quā deterior est aspicias. Non cōuertis te ad conuictus fi-
 lij tui, occursumq; iucundos, nō ad pueriles dulcesq; blanditias,
 non ad incrementa studiorū. Vltimam illam faciem rerum pre-
 mis. Illi tanquam ipsa per se parum horrida sit, quicquid potes
 congeris. Ne obsecro te concupieris peruersissimam gloriam,
 infelicissimam uideri.

CAP. VI. Simul uerò cogita, nō esse magni animi se re-
 bus prosperis fortem gerere, ubi secundo cursu uita procedit.
 Nec gubernatoris quidem artem, tranquillum mare & obse-
 quens uentus ostendit. Auersi aliquid incurrat oportet, quod
 animū probet. Proinde ne submiseris te, imò contra fige stabi-
 lem gradum, & quicquid onerum supra cecidit sustine, primo
 duntaxat strepitu *contenta. Nulla re maior inuidia fortunæ
 fit, quā equo animo. Post hoc ostendit illi filium incolumem,
 ostēdit ex amisso nepotes. Tuum illic Martia negotiū actum,
 tibi Arius assedit, & mutata persona consolatus est, Sed puta
 Martia ereptum tibi amplius quam unquam ulla mater ami-
 serit. Non permulceo te, nec extenuo calamitatē tuam. Si fle-
 tibus facta uincuntur, *conferamus, eat omnis inter luctus dies,

*conterrita.

*cōfligamus.

noctem sine somno tristitia consumat, ingerantur lacerato pectori manus, & in ipsam faciem impetus fiat, Atque sese omni genere seuitie, profecturus mœror exerceat. Sed si nullis plantibus defuncta reuocantur, si fors immota, & in æternũ fixa, nulla miseria mutatur, & mors tenet quicquid abstulit, desinat dolor qui perit. Quare regamus nos, ne ista uis transuersos auferat. Turpis est nauigij rector, cui gubernacula fluctus eripuit, qui *fluctuantia uela deseruit, permisit tēpestati nauem. At ille uel in naufragio laudandus, quem obruit mare clauum tenentem & obnixum.

*fluctuantia

CAP. VII. Atenim naturale desiderium suorũ est. Quis negat, quamdiu modicũ est, nam in discessu non solũ amissione charissimorum necessarius morsus est, et firmissimorum quoque aiorum cōtractio. Sed plus est quod opinio adiicit, quàm quod natura imperauit. Aspice mutorum animalium quàm concitata sunt desideria, & tamen quàm breuia. Vaccarũ uno die altero ue mugitus auditur. Nec diutius equarũ uagus ille amensque discursus est. Ferae cū uestigia catulorum consecratae sunt, & sylvas peruagatae, cum sepe ad cubilia expilata redierint, rabiem intra exiguum tēpus extinguunt. Aues cum stridore magno inanes nidos circũfremunt, intra momentũ tamen quiete, uolatus suos repetunt. Nec ulli animali longum foetus sui desiderium est, nisi homini, qui adest dolori suo, nec tantum quantum sentit, sed quantum constituit afficitur. Vt scias autẽ non esse naturale luctibus frangi, primũ magis foeminas quàm uiros, magis barbaros quàm placidos eruditeque gentis homines, magis indoctos quàm doctos, eadem orbitas uulnerat: atqui ea quae à natura uim acceperunt, eandem in omnibus seruant. Apparet non esse naturale, quod uariũ est. Ignis omnes ætates, omnium urbium ciues tam uiros quàm foeminas uret: ferrum in omni corpore exhibebit secandi potentiam. Quare? quia uires illi à natura

natura datae sunt quae nihil impium constituit. Paupertatem, *nihil in per
 *lucrum, ambitionem alius aliter sentit, prout illum consuetu- sonam consti-
 do infecit, & imbecillum impatientemque reddit presumpta tuunt
 opinio de non timendis terribilibus. *luctum, or-
 bationem.

CAP. VIII. Deinde quod naturale est non decrescit mo-
 ra. Dolorē dies longa consumit, licet cōtumacissimū quotidie in-
 surgentē, & cōtra remedia efferuescentē, tamē illū efficacissi-
 mū mitigādāe ferociāe tēpus eneruat. Manet quidē tibi Martia
 etiānum ingēs tristitia, & iam uidetur duxisse callū nō illa cō-
 citata, qualis* in illo fuit, sed pertinax & obstinata. Tamē hāc
 quoque aetas tibi minutatim eximet, quoties aliud egeris, animus
 relaxabitur, nūc te ipsa custodis. Multū autē interest, utrū tibi
 permittas morere an imperes. Quāto magis hoc morū tuorū
 elegātiāe conuenit, sinē luctus potius facere quā expectare, nec
 illum operiri diē quo te inuita dolor desinat, ipsa illi renūcia.

CAP. IX. Vnde ergo tanta nobis pertinacia in deplora-
 tione nostri, si id nō fit naturae iussu: quod nihil nobis mali ante,
 quā eueniat proponimus, sed ut immunes ipsi, et aliud et paca-
 tius ingressi iter, alienis nō admonemur casibus, illos esse cōmū-
 nes. Tot praeter domū nostrā ducūtur exequiāe, de morte non
 cogitamus: tot acerba funera, nos togā nostrorū infantium, nos
 militiā & paternae hereditatis successione animo agitamus.
 Tot diuitum subita paupertas in oculos incidit, & nobis nun-
 quā in mentē uenit, nostras quoque opes aequae in lubrico posi-
 tas. Neesse est itaque magis corruamus, quā quasi ex inopinato fe-
 rimur. Quae multo ante praenisa sunt, laeguidius incurrūt. Vis
 tu scire te ad omnes expositā ictus stare, & illa quae alios tela
 fixerunt circa te uibrasse? uelut murum aliquē, aut obsessum
 multo hoste locum, et arduum ascensu, inermis adeas, expecta-
 uulnus, & illa superne uolantia cum sagittis pilisque saxa, pu-
 ta in tuam* librata corpus, quoties aut ad latus, aut penes
 tergum

*in Liua fuit
 *uibrata ca-
 put

tergum ceciderint, exclama, Non decipies me fortuna, nec securam aut negligentē opprimes. Scio quid pares, aliū quidem percussisti, sed me petisti. Quis unquā res suas quasi periturus aspexit? Quis unquā nostrū de exilio, de egestate, de luctu cogitare ausus est? Quis nō, si admoneatur ut cogitet, tanquā dirum omen respuat, & in capita inimicorū, aut ipsius intempestiui monitoris abire illa iubeat? Non putavi futurū. Quicquā tu putas nō futurum, quod multis scis posse fieri, quod multis uides euenisse? Egregiū uersum audi, & dignū qui nō esset Purblij Syri, Cuius potest accidere, quod cuiquā potest. Ille amisit liberos, & tu amittere potes, Ille damnatus est, & tua innocentia sub ictu est. * Terror decipit. Hic effœminat, dum patimur, quæ nunquam pati nos posse præuidimus. Aufert uim presentibus malis, qui futura prospexit.

CAP. X. Quicquid est hoc Martia quod circa nos ex
 *amplatriā aduentitio fulget, liberi, honores, opes, *ampla arua, & exclusorum clientū turba, referta uestibula, clara, nobilis, aut formosa coniunx, cæteraq; ex incerta & mobili sorte pendentia, alieni cōmodatiq; apparatus sunt, nihil horum dono datur, colaticijs, & ad dominū redituris instrumētis scena adornatur. Alia ex his primo die, alia secundo referētur, pauca usq; ad finem perseuerabunt, Ita nō est quod nos suspiciamus, tanquā inter nostra positi, mutuo accepimus. Vsus fructus noster est, cuius tēpora ille arbiter muneris sui temperat. Nos oportet in promptu habere, quæ in certū diem data sunt, et appellatos sine querela reddere. Pessimi est debitoris, creditori facere cōiucium. Omnes ergo nostros, & quos superstitēs lege nascendī optamus, & quos præcedere iustissimū ipsorum uotum est, sic
 *metiri: alii, amare debemus, tanquam nihil nobis de perpetuitate, imò nihil de diuturnitate eorū promissum sit. Sæpe admonendus est animus *mctuere ut recessura, imò tanquā recedentia: quicquid à

for

fortuna datum est, tanquã exemplo abiturũ possideat. Rapite ex liberis uoluptates, fruendos uos inuicem liberis date, & sine dilatione omne gaudiũ haurite. Nihil de hodierna die promittitur. Nimis magnã aduocationem dedi. Nihil de hac hora, Festinandũ est. Instat à tergo mors, iam deficiet te iste comitatus. Iam contubernia ista sublato clamore soluentur. Rapina rerum omnium est, (miseri nescitis) & fuga uiuere. Si mortuũ tibi filium doles, eius tẽporis quo natus est, crimẽ est. Mors enim illi nascenti determinata. In hanc legem datus est. Hoc illum fatũ ab utero statim persecutũ est. In regnum fortunæ, & quidem durum atq; inuictum peruenimus, illius arbitrio digna atq; indigna passuri, corporibus nostris impotẽter, contumeliose, crudeliter abutetur: alios ignibus peruret, uel in poenam admotis, uel incertis, alios nudos mari iactabit, & luctatos cum fluctibus, ne in harenã quidẽ aut littus explodet, sed in alicuius uentrem immensæ beluæ detrudet. Alios morborũ uarijs generibus emaceratos, diu inter uitam mortemq; detinebit, ut uaria & libidinosa, mancipiorumq; suorũ negligens domina, & pœnis & muneribus errabit. Quid opus est partes desistere? Tota uita flebilis est. Urgebunt noua incõmoda priusquam ueteribus satisfeceris. Moderandum est itaq; uobis maxime, qui immoderate fertis, & in multos dolores humanũ pectus dispensandũ.

CAP. XI. Quæ demum ista tuæ publicæq; conditionis obliuio est? Mortalis nata es, mortales peperisti, putre ipsa fluidumq; corpus, & casibus morbisq; repetita, sperasti tam imbecilla materia solida & æterna gestasse? Decepsit filius tuus, id est, decurrit adhuc finem, ad quem, quæ felicitiora partu tuo putas, properant. Huc omnis ista quæ in foris litigat, in theatris desidet, in templis precatur turba, dispari gradu uadit. Et quæ diligis ueneraris, et quæ despicias, unus exæquat uox Chilonis, hæc uidelicet illa pythicis oraculis ascripta, γῶδι σεαυτοῦ.

Quid

Quid est homo? quodlibet quassum uas, et quodlibet fragile i-
 etatu, non tempestate, ut dissiparis est opus. Vbicunq; arietate
 ris, solueris. Quid est homo? imbecillimū corpus, et fragile, nu-
 dum, suapte natura inerme, alienæ opis indigens, ad omnē for-
 tunæ contumeliā proiectum: cum bene lacertos exercuit, cuius-
 libet feræ pabulū, cuiuslibet uictima: ex infirmis fluidisq; con-
 textum, & liniamentis exterioribus nitidū, frigoris, æstus &
 laboris impatiens: ipso rursus situ & ocio iturum in tabem, &
 semper alimenta metuēs sua, quorum modum inopia laborat,
 modo copia rumpitur. Anxiæ sollicitæq; tutelæ, precarij spiri-
 tus, & male in hærentis, qua parum repentinum audiet ex im-
 prouiso sonus auribus grauis excutit. Soli semper sibi nutrimē-
 tum uitiosum & inutile. Miramur in hoc mortē unius, qua sin-
 gulis opus est. Nunquid enim ut cōcidat, res magni momēti est?
 Odor illi saporq;, & lassitudo, & uigilia, & humor, & ci-
 bus, & sine quibus uiuere nō potest, mortifera sunt. Quocunq;
 se mouet infirmitatis suæ statim consciū, non omne cælū ferēs,
 aquarum nouitatibus, flatuq; non familiaris auræ, & tenuissi-
 mis causis atq; offensionibus morbidum, putre, cassum, à flectu
 uitam auspiciatum: * cæterum quantos tumultus hoc tam con-
 temptum animal mouet, In quantas cogitationes oblitum con-
 ditionis suæ uenit. Immortalia æterna uolunt animo, & in ne-
 potes pronepotesq; disponit, cum interim longa conantem eum
 mors opprimit, & hoc quod senectus uocatur, pauci sunt cir-
 cuitus annorum.

CAP. XII. Dolor tuus ò Martia, si modo ulla tibi ratio
 est, utrū sua spectat incōmoda, an eius qui decessit? Vtrū te amif-
 so filio mouet, quod nullas ex illo uoluptates cepisti, an quod
 maiores, si diu uixisset, percipere potuisti? Si nullas te percepif-
 se dixeris, tolerabilius efficias detrimentū tuū. Minus enim ho-
 mines desiderāt ea, ex quibus nihil gaudij læticiæq; perceperāt:

si con

* cūm inte-
rim

si confessa fueris percepisse magnas uoluptates, oportet te non de eo quod detractum est queri, sed de eo gratias agere quod *collegisti. Prouenerunt enim satis magni fructus laborū tuorum ex ipsa educatione, nisi forte hi qui catulos auesq; & friuola animorū oblectamēta summa diligentia nutriūt, fruuntur aliqua uoluptate ex uisu tactuq; et blāda adulatione tutorū, liberos nutriētibus* nō ipsa fructus educatione acquiritur. Licet itaq; tibi nil industria eius contulerit, nihil diligentia custodierit, nihil prudentia quaesierit sua, ipsum quod habuisti quod amasti, fructus est. At potuit longior esse, * non maior. Melius tamen tecum actum est quā si omnino nō contigisset. Quoniam si ponatur electio, utrum satius sit non diu felicē esse, an nunquam, est melius, discessura nobis bona quā nulla contingere. Vtrum ne malle degenerē aliquem, & numerum tantū nomenq; filij expleturū habuisse, an tantae indolis quantae tuus fuit? Iuuenis cito prudens, cito pius, cito maritus, cito pater, cito omnis officij curiosus, cito sacerdos, omnia tam praepropera. Nulli ferē & magna bona & diuturna contingunt. Non durat, nec ad ultimū exit nisi lenta felicitas. Filiū tibi dii immortales nō diu daturi, statim tibi talem dederunt, qualis diu effici potest. Ne illud dicere quidē potes, abiecta te à dijs, cum frui non licuerit filio, Circunfer per omnem notorum & ignotorum frequentiam oculos, occurrent tibi passim ubiq; maiora. Senferunt ista magni duces, senferunt principes. Ne deos quidem fabulae immunes reliquerunt, puto ut nostrorū sincerū leuamentū esset, etiā diuina cōcidere. Circumspice, inquā, omnes, nullam miseram nominabis domum, quae non inueniat in miseriore solatiū. Non mehercule, tam male de moribus sentio tuis, ut putem posse te leuius pati casum tuum, si tibi ingentē numerum luentium produxero. Maleuoli solatij genus est, turba miserorum. Quosdam tamen referam, non ut scias hoc solere

homini

*cepisti

*non fructus
educat ipsa
educatio.

*maiorq;

* quorū ma-
lis illius ni-
mis secunde
res consta-
bant,

hominibus accidere (Ridiculum est enim mortalitatis exempla colligere) sed ut scias fuisse multos qui lenierunt aspera, ferendo placide. A felicissimo incipiam. Lucius Sylla filium amisit, nec ea res, aut maliciā eius & acerrimā uirtutē in hostes ciuesq; contudit, aut effecit, ut cognomē illud usurpasse saluo uideretur, quod amisso filio assumpsit, nec odia hominū ueritus, * quibus male nimis secundæ res constant, nec inuidiā deorum, quorum illud crimen erat, Sylla tam felix. Sed istud inter res nondum iudicatas habeatur, qualis Sylla fuerit, at inimici fatebuntur bene illū arma sumpsisse, bene posuisse: hoc de quo agitur constabit, non esse maximum malum, quod etiā ad felicissimos peruenit. Nec nimis admiretur Græcia illum patrē, qui in ipso sacrificio nunciata filij morte tibicinem tantum tacere iussit, & coronam capiti detraxit, cætera ritē perfecit.

CAP. XIII. Puluillus hoc fecit pontifex, cui postem tenenti & capitolium dedicanti mors filij nunciata est: quam ille exaudivisse dissimulans, & solennia pontificalis carminis uerba concepit, gemitu nō interrumpente precationem, & ad filij sui nomen, Ioue propiciato. Putasset eius luctus aliquē finem esse debere, cuius primus dies, primus impetus ab altaribus publicis & fausta nūcupatione non abduxit patrē. Dignus mehercule fuit memorabili dedicatione, dignus amplissimo sacerdotio, qui colere deos ne iratos quidē destitit. Idem tamen ut redijt domū, & impleuit oculos, & aliquas uoces flebiles misit, & peractis, quæ mos erat præstare defunctis, ad capitolium hilari redijt uultu. Paulus circa illos nobilissimi triumphi dies, quo uinctum ante currum egit Persen inclyti regis nomen, duos filios in adoptionem dedit, quos sibi seruauerat extulit. Quales retentos putas, cum inter cōmodatos Scipio fuisset? Non sine motu uacuum Pauli currum Po. Ro. aspexit. Cōcionatus est tamē, & egit dijs gratias, quod cōpos uoti factus esset. Precatū enim

se, ut siquid ob ingentem uictoriam inuidiæ dandū esset, id suo potius quàm publico damno lueretur. Vides quā magno animo tulerit, orbitati suæ gratulatus est. Ecquem magis poterat mouere tanta mutatio: solatia simul atq; auxilia perdidit. Nō tamen contigit Persæ tristē Paulū inuenire. Quid nunc te per innumerabilia magnorū uirorū exempla ducā, & quæ miseros, quasi non difficilius sit inuenire felices? Quota quæq; domus usq; ad exitum omnibus partibus suis constitit, in qua non aliquid turbatū sit? * Vnūquēq; animo occupa, & ex eo magistratu cita Lucii si uis Bibulū, & C. Cæsarē, uidebis inter collegas & inimicissimos concordē fortunam. Lucij Bibuli melioris quàm fortioris uiri duo simul filij interfecti sunt. Aegypcio quidem militi ludibrio habiti, ut non minus ipsa orbitate, autor eius, digna res lachrymis esset. Bibulus tamen qui toto honoris sui anno ob inuidiam collegæ domi latuerat, postero die quàm geminū suus renuntiātū est, processit ad solita in publicū officia. Quid minus potest quàm unū diem duobus filiis dare? Tam cito liberorum luctum finiuit, qui consulatum anno luxerat. C. Cæsar cum Britanniam peragraret, nec oceano felicitatē suā continere posset, audiuit decessisse filiā, publica secū facta ducentē. in oculis erat iam Cn. Pompeius, non æquo laturus animo quenquā aliū esse in Repub. magnū, & modū impo-
 siturus incrementis, quæ grauiā illi uidebantur, * cum in commune crescerent: tamen intra tertium diem imperatoria obijt in conciuem
 numnia, & tam cito dolorem uicit, quàm omnia solebat. cresc.

CAP. XIII. Quid aliorum tibi funera Cæsarū referam? quos in hoc mihi interim uidetur uiolare fortuna, ut sic quoq; generi humano profint, ostendentes, ne eos quidem qui dijs geniti deosq; genituri dicantur, sic suam fortunam in potestate habere, quemadmodum alienam.

CAP. XV. Diuus Augustus amissis liberis, nepotibus,
 m m exhausta

exhausta Caesarum turba, adoptione desertam domū fulsit. Tulit tamen fortiter tanquā eius iam res agebatur, cuius quam maxime intererat, de dijs neminē queri. Tib. Caesar & quem genuerat, & quem adoptauerat amisit, ipse tamen pro rostris laudauit filium, stetitq; in conspectu posito corpore, interiecto tantummodo uelamēto, quod pōtificis oculos à funere arceret, & flente populo Romano non flexit uultū: experiendū se dedit Sciano ad latus stanti, quā patienter possit suos perdere. Vides ne quanta copia uirorū maximorū sit, quos non exceptit hic omnia prosternens casus, in quos tot animi bona, tot ornamenta publice priuatiq; congesta erant? Sed uidelicet it in orbē ista tēpestas, & sine delectu uastat oīa, agitq; ut sua. Iube singulos conferre rationem, nulli contigit impune nasci.

CAP. XVI. Scio quid dicas, oblitus es fœminā te consolari, uirorū refers exēpla. Quis enim dixerit naturam malignē* cū mulieribus ingenuis egisse, & uirtutes illarū in arcū retraxisse? Par illis, mihi crede, uigor: par ad honesta * libera facultas, dolorē, laborem ex æquo (si consueuere) patiūtur. In qua istud urbe, dii boni, loquimur, in qua regē Romanis capitibus Lucretia & Brutus deiecerūt. Bruto libertatē debemus, Lucretiæ Brutū. In qua Cloeliam contēpto hoste & flumine, ob insignē audaciā tantū non in uiros transcripsimus, Equestri insidens statua in sacra uia celeberrimo loco Clælia, exprobrat iuuenibus nostris puluinū ascendentibus, in ea illos urbe sic ingredi, in qua etiā fœminas equo donauimus. Quod si tibi uis exempla referri fœminarū, quæ suos fortiter desiderauerunt, non hostiatim querā. Ex una tibi familia duas Cornelias dabo. Primā Scipionis filiā, Gracchorū matrē, duodecim illa partus, totidem funeribus recognouit: & de cæteris facile * sensit. T. Gracchū, & C. quos etiam qui bonos uiros negauerit, magnos fatebitur, & occisos

* cum mulieribus ingenuis

* (libeat)

* sensit.

occisos uidit & insepultos: consolantibus tamen miseramq; dicentibus, Nunquā, inquit, non felicē me dicā, quæ Gracchos peri. Cornelia Liuiū Drusum clarissimū iuuenē illustris ingenij, uidentē per Gracchorū uestigia, imperfectis tot rogationibus intra penates interceptum suos, amiserat, in certo cædis autore: tamen & acerbā mortē filij, & inultā tam magno animo tulit, quā ipse leges tulerat. iam cum fortuna in gratiam Martia reuerteris, si tela quæ in Scipiones, Scipionūq; matres ac filios* egit, quibus Cæsares petijt, ne à te quidem continuūt. Plena et infesta uarijs casibus uita est, à quibus nulli lōga pax, uix induciæ sunt. Quatuor liberos sustuleras Martia. Nullum autē frustra cadet telū, quod in confertū agmen immissum est. Mirum est tantā turbam * iam potuisse sine iniuria damno ue præteruehi. At hoc iniquior fortuna fuit, quod non tantū filios eripuit, sed elegit. Nunquā tamen iniuriā dixeris, ex æquo cum potentiore diuidere: duas tibi reliquit filias, & harū nepotes, & ipsum quem maxime luges, prioris oblita, non ex toto abstulit. Habes ex illo duas filias: si malē fers, magna onera: si bene, magna solatia: in hoc te perduxit, ut illas cum uideris, admonearis filij, nō doloris. Agricola, euersis arboribus, quas aut uentus radicitus euulsit, aut contortus repentino impetu turbo perfregit, sobolē ex illis residuā fouit, & amissarū semina statim plantasq; disponit, & momento. (Nam ut in damna, ita ad incrementa rapidū ueloxq; tēpus est) adolescūt amissis letiora. Has nunc Metilij filij tui filias in eius uicē substitue, & uacantem locum exple. Vnum dolorem, geminato solatio leuat. Hæc quidem natura mortalium est, ut nihil magis placeat, quā quod amissum est. Iniquiores sumus aduersus relictā, ereptorū desiderio. Sed si æstimare uolueris, quā tibi ualde fortuna etiam cum se uerit pepercerit, scies te habere plusquā solatia. Respice tot nepotes, duas filias.

*exegit,

*non potuisse sine inuidia damn.

CAP. XVII. Hic illud quoq; Martia mouet me, si esset cuiq; pro moribus fortuna, nunquam mala bonos sequerentur: nunc uideo, exempto discrimine, & eodem modo malos bonosq; iactari. Graue est tamen quod educaueris iuuenem, iam patri, iam matri ^{*residuum} praesidium ac decus, amittere. Quis negat graue esse? sed humanum est. Ad hoc genita es ut perderes, ut perires, ut sperares, metueres, alios, teq; inquietares, mortem & timeres, & optares, & quod est pessimum, nunquam scires cuius esses status. Siquis Syracusas petenti diceret, Omnia incommoda, omnes uoluptates futurae peregrinationis tuae ante cognosce, deinde ita nauiga. Haec sunt quae mirari possis: uidebis primum ipsam insulam ab Italia angusto intercisam freto, quam continenti quondam ^{*iuncta fuisse: alias, co-} cessisse constat, subitum illud mare irrupit, & Hesperium Siculo latus abscedit: deinde uidebis, licebit enim tibi auidissimum maris uerticem ^{h. esse.} restringere, fretum, illam fabulosam Charybdim dico, quam diu ab austro uacat, quietam, at si quis inde uentus spirauit, hiatus magno profundoq; nauigia sorbentem. Videbis celebratissimum carminibus fontem Arcthusam, niditissimi ac perlucidissimi ad imum stagni, gelidissimas aquas profundentem: siue illas ibi primum nascens inuenit, siue immersum terris flumen integrum subter tot maria, & a confusione peioris unde seruatum reddidit. Videbis portum quietissimum omnium, quos aut natura posuit in tutelam classium, aut adiuuit manus, sic tutum, ut ne maximarum quidem tempestatum furori sit locus. Videbis ubi Athenarum potentia fracta, ubi tot milia captiuorum, ille excisis infinitam altitudinem saxi, ^{*Lautumius} carcer incluserat, & ipsam ingentem ciuitatem, & ^{carcer} latius territorium quam multarum urbium fines sint: ^{*Laxius} ^{*tepidissima:} ^{alias, lepidissima} ^{*lympidissima} hyberna, & nullum diem sine interuentu solis: sed cum omnia ista cognoueris, grauis et insalubris aestas, hyberni caeli beneficia corrumpit. Erit Dionysius illic tyrannus, libertatis, iustitiae, legum exitium, dominationis cupidus, etiam post

post Platonem, uitæ, etiam post exiliū : alios uret, alios uerberabit, alios ob leuem offensam iubebit detruncari, accerset ad libidinē mares foeminasq; & inter fœdos regiæ intemperantiæ greges parum erit simul binis coire. Auadisti quid te inuitare possit, quid absterrere. Proinde, aut nauiga, aut resiste. Post hanc denuntiationem, si quis dixisset intrare se Syracusas uelle, satis ne iustam querelam de ullo, nisi de se habere posset, qui non incidisset in illam, sed prudens sciensq; uenisset. Dicit omnibus nobis natura, neminem decipio. Tu si filios iustuleris, poteris habere formosos, poteris et deformes: sed si fortasse tibi multi nascētur, esse ex illis aliquis tam seruator patriæ quā proditor poterit. Nō est quod * speres tantæ dignationis futuros, ut nemo tibi propter illos maledicere audeat. propone tamen & tantæ futuros turpitudinis, * ut ipsis maledictum sit. Nihil uetat illos tibi suprema præstare, & laudari te à liberis tuis, sed sic te para tanquam in ignem positura, uel puerum, uel iuuenem, uel senem. Nihil enim ad rem pertinent anni, quoniam nullum non acerbum funus est, quod parēs sequitur.

CAP. XVIII. Post has leges propositas si liberos tollis, omni deos inuidia liberas, qui tibi nihil sponponderunt. Ad hanc imaginē ageaū totius uitæ introitū referamus. Syracusas uisere deliberanti tibi quicquid delectare poterat, quicquid offendere, exposui: puta nascenti me tibi uenire in consilium, intratura es urbē dijs hominibusq; cōmunē. omnia cōplexā, certis legibus æternisq; deuinctam, indefatigata cœlestium officia uoluentē. Videbis illic innumerabiles stellas, miraberis uno sydere omnia impleri, solem quotidiano cursu diei noctisq; spatia signantem, * annū, æstatem, hyememq; æqualiter diuidentem. Videbis nocturnam lunæ successionem à fraternis occuribus lene remissumq; lumen mutuantē, & modò occultā, toto ore

*mutabile,

*supernorū

*erisq; eius
expertrix,

terrīs imminentē, accessionibus, damnisq; *mirabilem, semper
proximē dissimilem. Videbis quinque sydera diuersas agentia
uias, & in contrariū præcipiti mundo nitentia, ex horū leuissimis
motibus fortunę populorū dependēt, & maxima ac mi-
nima proinde formātur, prout æquū iniquum uē sydas incesit.
Miraberis cōiecta nubila, & cadētes aquas, & obliqua fulmi-
na, & coeli fragorē. Cum satiatis spectaculo *superiorum in
terrā oculos deteceris, excipiet te alia forma rerū aliterq; mi-
rabilis. Hinc camporū in infinitū patentū fusa planicies. Hinc
montiū magnis & niualibus surgentiū iugis, erecti in sublune
uertices, detectus fluminū, et ex uno fonte in orientē occiden-
temq; defusi amnes, & summis cacuminibus nemora nutantia,
& tantū sylvarum cū suis animalibus, auiumq; cōcentu dissono.
Varij urbium situs, & secluse nationes locorū difficultate,
quarum alię se in erectos subtrahunt montes, alię ripis, lacu,
uallibus, palude, circumfunduntur: adiuta cultu seges & arbu-
sta sine cultore fertilia, & riuorum leuis inter prata discursus,
& amoeni sinus, & littora in portū recedentia, sparsę tot per
uasū insule, quę interuentu suo maria distinguunt. Quid la-
pidum gemarumq; fulgor, & inter rapidorū torrentium are-
nas aurum interfluens, & in medijs terris medioq; rursus ma-
ri nitentes igniū fāces, & uinculū terrarū oceanus, continua-
tionem gentium triplex sinu scindens, & ingenti licentia ex-
æstuanis. Videbis his inquietis, & sine uento fluctuātibus aquis
immani & fidem excedenti magnitudine terrentia animalia,
quędam grauiā & alieno se magisterio mouētia, quędam ue-
locia, concitatis perniciores remigijs, quędā haurientia undas,
& magno præ nauigātium periculo efflantia. Videbis hic na-
uigia, quas nō nouere terras quęrētia. Videbis nihil humanę
audacię intentatum *erisq; ei spectatrix, & ipsa pars magna
conantium. Disces, docebisq; artes, alias quę uitam instruant,

alias

alias quæ orrent, alias quæ regant. Sed istic erunt nulle corporum & animorū pestes, & bella, & latrocinia, & uenena, & naufragia, & intemperies cœli, corporisq; & charissimorum acerba desideria, & mors *incertum an per facinus, an per pœnam cruciatumq;. Delibera tecū, & perpende quid uelis, ut in illa uenias, per ista exeundū est. Respondebis uelle te uiuere. Quid ni? imò puto ad id non accedes, ex quo tibi aliquid detrabi doles. Viue ergo ut conuenit.

CAP. XIX. Nemo, inquis, nos consuluit, Consulti sunt de nobis parentes nostri, qui cū conditionem uitæ nossent, in hanc nos sustulerunt. Sed ut ad solatia ueniam: uideamus primum quid curādum sit, deinde quemadmodum. Mouet lugentem desiderium eius, quem dilexit, id per se *desiderabile appareret. Absentes enim abfuturosq; dum uiuerent nō flemus, quamuis omnis usus illorum nobis & conspectus ereptus sit. Opinio est ergo quæ nos cruciat, & tanti quodque malum est, quanti illud taxauimus. In nostra potestate remedium habemus. Iudicemus illos abesse, & nosmetipsi nō fallamus. Dimisimus illos, imò consecuturi præmisimus. Mouet & illud lugentē, non erit qui me defendat, *qui contēptum uindictet. Ut minime probabili, sed uero solatio utar. In ciuitate nostra plus gratiæ orbitas confert quàm eripit. Adeoq; senectutem solitudo, quæ solebat destruere, ad potentiam ducit, ut quidam odia filiorum simulent, & liberos seruent, & orbitatē manufactant. Scio quid dicas. Non mouent me detrimenta mea, etenim non est dignus solatio, qui filium sibi decessisse sicut mancipiū moleste fert, cui quicquam in filio respicere præter ipsum uicat. Quid igitur te Martia mouet? Vtrū quod filius tuus decessit, an quod non diuixit? Si quod decessit, semper debuisi dolere, semper enim scisti moriturum Cogita nullis defunctū malis affici. Illa quæ nobis inferos faciunt terribiles, fabula. Nullas scimus imminere

*incertumq;
finis per pœnam: alia incertum facili, an per pœnam

*tolcrabile

* & quia cōtemptu uind.

mortuis tenebras, nec carcerē, nec flumina flagrantia igne, nec obliuionis amnem, nec tribunalia & reos, & in illa reorum libertate tam lixa ullos iterum tyrannos. Luserunt ista Poëta, & uanis nos agitauere terroribus. Mors omnium dolorum & solutio est, & finis, ultra quam mala nostra non exeunt, que nos in illam tranquillitatem, in qua antequā nasceremur iacuumus, reponit. Si mortuorum aliquis miseretur, & non natorum misereatur. Mors nec bonū nec malum est. Id enim potest aut bonum aut malum esse, quod aliquid est: quod uerò ipsum nihil est, et omnia in nihilum redigit, nulli nos fortune traait. Mala enim bonaq; circa aliquam uersantur materiam. Non potest id fortuna tenere, quod natura dimisit, nec potest miser esse, qui nullus est. Excessit filius tuus terminos, intra quos seruijt. Excepit illum magna & eterna pax, non paupertatis metu, non diuitiarū cura, non libidinis per uoluptatem aīos carpentis stimulis incesitur, non inuidia felicitatis alienæ tangitur, nec sue premitur, nec comitijs quidē ullis uerecundæ aures uerberantur: nulla *publica clades conspicitur, nulla priuata, non sollicitus futuri pendet ex euentu, semper in deteriora dependenti. Tandem ibi constitit, unde nil eum depellat, ubi nil terreat.

*publica
pestis

C A P. X X. O ignaros malorum suorum, quibus non mors ut ut optimū inuentum natura laudatur, quæ siue felicitatē includit, siue calamitatem *repellit, siue facietatem aut lassitudinem senis terminat, siue iuuenile æuum, dum meliora sperantur in flore deducit, siue pueritiā ante duriores gradus reuocat, omnibus finis, multis remediū, quibusdam uotum, de nullis melius merita, quā de his ad quos uenit antequam inuocaretur. Hæc seruitutē inuito domino remittit. Hæc captiuorum cathenas leuat, hæc è carcere educit, quos exire imperiū impotens uetuerat. Hæc exulibus in patriam semper aīm oculosq; tēdentibus, ostendit, nihil interesse in terra qua quis iacet, Hæc

*expellit,

ubi

ubi res cōmunes fortuna male diuisit, & æquo iure genitos,
 aliū alijs donauit, ex æquat omnia. Hæc est quæ nihil quicquā
 alieno fecit arbitrio. Hæc est in qua nemo humilitatē suam sen-
 sit. Hæc est quæ nulli paruit. Hæc est Martia quā pater tuus cō-
 cupiuit. Hæc est, inquam, quæ efficit, ut nasci nō sit supplicium,
 quæ efficit, ut non concidā aduersus *minas casui, ut seruare
 animū saluum ac potentem sui possim. Habeo quod appellem.
 Video istic cruces non unius quidem generis, sed aliter ab alijs
 fabricatas. Alij capite conuersos in terram suspendere, alij per
 obscœna stipitem egerunt, alij brachia patibulo explicuerunt.
 Video fiduculas, uideo uerbera, & membris & singulis arti-
 culis singula docuerunt machinamenta, & uideo mortem. Sunt
 istic hostes cruenti, ciues superbi. Sed uideo istic & mortem.
 Non est molestum seruire, ubi si domini pertesum est, licet uno
 gradu ad libertatē transire, coram te iura uitæ beneficio mor-
 tis habeo. Cogita quantum boni oportuna mors habeat, quam
 multis diutius uixisse nocuerit. Si Cn. Pompeiū, decus istius fir-
 mamentumq; imperij, Neapolis *fortuna abstulisset, indubita-
 tus populi Romani princeps excesserat. At nunc exigui tēporis
 adiectio, fastigio illum suo depulit. Vidit legiones in cōspe-
 ctu suo cæsas, et ex illo prælio in quo prima acies senatus fuit,
 quā infelices reliquæ sunt, Imperatorē ipsum super fuisse: ui-
 dit Aegyptium carnificē, & sacrosanctum uictoribus *corpus
 satelliti præstitit, etiam si incolumis fuisset poenitentiam salu-
 tis acturus. Quid enim erat turpius, quā Pompeiū uiuere be-
 neficio regis? M. Cicero si eo tempore, quo Catilinæ sicas de-
 uitauit, quibus pariter cum patria petitus est, concidisset, libe-
 rata Repub. conseruator eius, si denique filiæ suæ funus securus
 fuisset, tunc felix mori potuit. Non uiuisset strictos in ciuilia
 capita mucrones, nec diuisa percussoribus occisorum bona, ut
 etiam de suo perirent, non hastam consularia spolia uendentē,

*ruinas ca-
 sui: aliās mi-
 nas Cæsariū,

*ualetudo
 abstulisset.

*capu

*trium Catil. nec cædes, nec locata publicè latrocinia, bella, rapinas, *tatum
 Catilinarum. M. Catonē si à Cypro & hereditatis regie dispensatione redeuntem mare deuorasset, uel cum illa pecunia, quam afferbat ciuili bello stipendium, non ne illi bene actum foret? hoc certè secum tulisset, neminē ausurum coram Catone peccare. Nunc annorum adiectio paucissimorum, uirum libertati non suæ tantum, sed publicæ natum coëgit Cæsarem fugge, Pompeium sequi. Nihil ergo mali Metilio immatura mors attulit omnium etiam malorum remisit patientiam. Nimis tamen citò perijt & immaturus. Primum puta illum superesse, comprehendere quantum plurimū procedere homini licet, quantum est ad breuissimum tempus editis citò cessuris loco. Venienti in pactum hoc, prospicimus hospitium, de nostris ætatibus loquor, quas incredibili celeritate conuolui constat. Computa urbium secula, uidebis quàm non diu steterint etiam quæ uetustate gloriantur. Omnia humana breuia & caduca sunt, infiniti tēporis nullam partem occupantia. Terram hanc cum populis, urbibusq; & fluminibus, & ambitu maris puncti loco ponimus, ad uniuersa referentes. Minorem portionem habet ætas nostra quàm punctum, si tēpori comparetur omni, cuius maior est mensura quàm mundi, utpote cum ille se per huius spatium toties remetiatur. Quid ergo interest id extendere, cuius quantumcunq; fuerit incrementum, non multum aberit à nihilo, imò multum est quod uiuimus, si satis est. Licet mihi uaces, et in moram tardatæ senectutis nouies centenos denosq; percenseas annos, cum ad omne tempus dimiseris animū, nulla erit illi breuissimi longissimiq; æui differētia, si inspecto quanto quis uixerit spatio, cōparaueris quanto non uixerit. Deinde non immaturus decessit, Vixit enim quantum debuit uiuere. Nihil illi iam ultra supererat. Non una hominibus senectus est, ut ne animalibus quidem, intra x l l l l. quædam annos defigantur

tigantur, & hæc illis longissima ætas est, quæ homini prima. Dispar cuiq; uiuendi facultas data est. Nemo nimis cito moritur, quia uicturus diutius quàm uixit non fuit. Fixus est cuique terminus, manebit semper ubi positus est, nec ullum ulterius diligentia aut gratia promouebit, *scit libenter illum ex consilio perdidisse. Tulit suum, metasq; dati peruenit ad eui. Non est itaq; quod sic te oneres, potuit diutius uiuere, non est interrupta eius uita, nec unquam se annis casus interiecit. Soluitur quod cuiq; promissum est, *eunt ut sua fata, nec adiiciunt quicquam, nec ex promisso semel demunt. Frustra uota ac studia fiunt. Habebit quisq; quantum illi dies primus ascripsit, ex illo quo primū lucem uidit iter mortis ingressus est, accessitq; fato propior, & illi ipsi, qui adijciebantur adolescentiæ anni, uitæ trahebatur. In hoc omnes errore uersamur, ut nō putemus ad mortē, nisi senes inclinatosq; iam uergere, cū illō infantia statim & iuuetā omnisq; ætas ferat. Auguria opus suum, fata nobis sensum nostræ necis auferunt, quoq; facilius obrepit mors, sub ipso uitæ nomine latet. Infantem in se pueritia conuertit. Pueritiam pubertas, iuuentutem senectus abstulit. Incrementa ipsa si bene computes damna sunt.

CAP. XXI. Quereris Martia nō tam diu uixisse filium tuū quàm potuisse. Vnde enim scis an diutius illi expedierit, an illi hac morte consultū sit? Quem inuenire hodie potes, cuius res tam bene posite sint et fundatæ, ut nihil illi, procedenti tēpore timendū sit? Labūtur humana ac fluunt. Nulla pars uitæ nostræ tam obnoxia aut tenera est, quàm quæ maximè placet. Ideoq; felicissimis optanda mors est, quia in tanta inconstantia turbāq; rerū, nihil nisi quod præterijt certū est. Quis tibi recepit, illud pulcherrimū filij tui corpus, in summa pudoris custodia, inter luxuriosæ urbis oculos conseruaturū, si potuisset ita morbos euadere, ut ad senectutē formæ illæ sū perferret decus.

CAP. XXII. Cogita animi mille labe. Neq; enim recta
 ingenia, qualē in adolescentia spem sui fecerāt, usq; in senectutē
 pertulerunt, sed interuersa plerunq; sunt, * aut fœda proloqui,
 *et fera, eoq; fœdior luxu
 ria inuasit
 *uentremq;
 percoqui,
 summaq; il
 lis
 CAP. XXIII. Cogita animi mille labe. Neq; enim recta
 ingenia, qualē in adolescentia spem sui fecerāt, usq; in senectutē
 pertulerunt, sed interuersa plerunq; sunt, * aut fœda proloqui,
 ex quo luxuria fœdior inuasit, & cogit dehonestare speciosa
 principia. Aut in popinā * uentremq; proiectis, summa illis cu-
 rarū fuit, quid essent, quia biberēt. Adijce incēdia, ruinas, nau-
 fragia, lacerationes medicorū, ossa uiuis legētium, & totas in-
 uscera manus demittentū, et nō simplici dolore pudēda curā-
 tium. Post hæc exiliū, Nō fuit innocētior filius tuus, quā Ruti-
 lius, quā Corūcanus, nō fuit sapiētior quā Socrates, nō fuit san-
 ctior quā Cato, qui uolūtario uulnere trāsfixit pectus. Cū ista
 perspexeris, scies optime cū his agi, quos natura, quia illos
 hoc manebat uitæ stipēdium, cito in tutū recepit. Nihil est tam
 fallax, quā uita humana, nihil tam insidiosum, nō mehercule
 quisquam accepisset, nisi daretur inscijs. Itaq; felicissimū est non
 nasci, proximum puto breuitate uitæ defunctos, cito in inte-
 grum restitui. Propone illud acerbissimū tibi tēpus, quo Seia-
 nus patrē tuum clienti suo * Atrio Secundo congiarium dedit.
 Irascebatur illi ob unum aut alterū liberius dictū, quod tacitus
 ferre nō potuerat, Seianū in ceruices nostras nec imponi quidē,
 *ascendere sed *descendere. Decernebatur illi statua in Pompeij theatro
 ponēda, quod exustum Casar reficiebat. Exclamauit Cordus,
 tunc uere theatrū perire. Quis ergo non rumperetur, supra ci-
 neres Cn. Pompeij cōstitui Seianū, & in monumentis maximi
 *perfidum imperatoris consecrari * pessimū militē: cōsecratur subscriptio,
 & acerrimi canes, quos ille ut sibi uni māsuētos, omnibus fe-
 ros habere posset, sanguine humano pascebat, circumlatrare
 etiā hominē illum imparatum incipiūt. Quid faceret: si uiuere
 uellet, Seianus rogādus erat: si mori, filia, uterq; inexorabilis,
 Constituit filiam fallere. Vsus itaq; balneo, & quo plus impo-
 neret, in cubiculum se quasi gustaturus contulit, & dimissis
 pueris

puer
 na. D
 roq;
 facie
 hoc u
 diū f
 omne
 eius,
 rum
 sulū
 coēg
 erat
 tur,
 Mar
 Fles
 C
 cert
 anim
 pon
 conc
 ciliu
 ing
 stiu
 alto
 pier
 tari
 tu
 om
 tias
 ria
 ger

pueris quædã per fenestrã, ut uideretur edisse, proicit à cœna. Deinde quasi iam satis in cubiculo edisset, abstinuit, alteroq; die, et tertio idem fecit. Quarto ipsa infirmitate corporis faciebat indicium. Cõplexus itaq; te Charissima inquit, filia, & hoc unũ tota celata uita, iter mortis ingressus sum, & iam mediũ ferè teneo reuocare me nec debes nec potes. Atq; ita lumẽ omne præcludi iussit, et se in tenebris cõdidit. Cognito consilio eius, publica uoluptas erat, quod è faucibus auidissimorũ luporum educeretur prædã. Accusatores, Seiano autore, ad eũ cõsulũ tribunalia, querũtur mori Cordiũ, ut interpellarent quod cõegerant. Adeo illis Cordus uidebatur effugere. Magna res erat in quæstione, * an mortis rei perderetur, dum deliberatur, dum accusatores iterũ adeunt, ille se absoluerat. Vidēs ne Martia quãtã iniquorũ temporũ uires ex inopinato ingruãt? Fles quòd cuiquam tuorum mori necesse fuit, penè non licuit.

* an maiestas
tis reo perire
daretur

CAP. XXIII. Præter hoc etiã quod omne futurum incertum est, et ad deteriora certius. Facilius ad superos iter est, animis cito ab humana cõuersatione dimissis, minus enim fecis ponderisq; traxerũt, antequã obducerentur, & altius terrena conciperent, liberati, leuiore ad originẽ suam reuolant, & facilius quicquid est illud absoluti transfluũt. Nec unquã magnis ingenijs chara in corpore mora est. Exire atq; erumpere gestiunt, ægrè has angustias ferunt, uagi per omne sublime, et ex alto affucti humana despiciere. Inde est quod Plato clamat, Sapientis animũ totum in morte promincere, hoc uelle, hoc meditari, hac semper cupidine ferri in exteriora tendentem. Quid tu Martia, cum uideres senilem in iuvene prudentiã, uictorem omnium uoluptatũ animum, emendatum, carentem uitio, diuitias sine auaritia, honores sine ambitione, uoluptates sine luxuria appetentem, diu tibi putabas illum sospitem posse contingere? Quicquid ad summum uenit, ad exitum prope est. Eripit
se auf

se aufertq; ex oculis perfecta uirtus. Nec ultimū tempus expectant, quæ in primo maturuerūt. Ignis quo clarior fulsit, citius extinguitur. Viuacior est, qui cū lenta difficiliq; materia cōmissus, fumoq; demersus ex sordido lucet, eadē enim detinet causa, quæ maligne alit. Sic ingenia * quæ illustriora, breuiora sunt. Nā ubi incremento locus non est, uicinus occasus est. Fabianus ait, quod nostri quoq; parentes uidere, puerū Romæ fuisse, statura ingentis uiri: sed hic cito decessit, & moriturum breui nemo non prudens dixit. Non poterat enim ad illam ætatem peruenire, quam præceperat. Ita est. Indicium est imminentis exitij maturitas, & appetit finis, ubi incrementa consumpta sunt.

CAP. XXI III. Incipe uirtutibus illum, non annis æstimare: satis diu uixit pupillus relictus sub tutorum cura, usq; ad * tutela decimum quartū annum fuit sub matris * custodia semper, cum haberet suos penates, relinquere tuos noluit. Adolescens statura, pulchritudine, cætero corporis robore castris natus, militiam recusauit, ne à te discederet. Cōputa Martia quā raro liberos uideant, quæ in diuersis domibus habitant. Cogita totos illos * solitudinem perire annos matribus, & per * solitudinem exigi, quibus filios in exercitu habet. Scies multum patuisse hoc tempus, ex quo nihil perdidisti. Nunquā à conspectu tuo recessit, sub oculis tuis studia formauit excellētis ingenij & æquaturi * animū, nisi obstitisset uerecundia, quæ multorū profectus silētio prefficit. Adolescēs rarissimæ formæ in tam magna mulierum turba uiros corruptentium, nullius spei se præbuit. Et cum quarundam usq; ad tentandum peruenisset improbitas, erubuit quasi peccasset, quod placuerat. Hac sanctitate morū effecit, ut puer admodū dignus sacerdotio uideretur, materna sine dubio suffragatione. Sed ne mater quidem nisi pro bono candidato * uoluisse, harum contemplatione uirtutum sic tegere, tanquam si nunc ille tibi magis uacat? Nunc nihil habet quo auocetur.

Nunq

Nunquam tibi sollicitudini, nunquam moerori erit, quod unum ex tam bono filio poteras dolere, doluisti. Cætera exempta cassisibus, plena uoluptatis sunt, si modo uti filio scis, si modo quid in illo preciosissimum fuerit intelligis, imago duntaxat filij tui perijt. & effigies non simul animus ipse qui æternus meliorisq; nunc status est, dispoliatus oneribus alienis, & sibi relictus. Hæc quæ uides ossa circūuoluta neruis, & obducta cutē, uultumq; & ministras manus, & cætera quibus inuoluti sumus, uincula animorum tenebræq; sunt. Obruitor his animus, effugatur, inficitur, arcetur * à diuersis è suis in falsa coniectus: omne illi cum hac carne graui certamen est, ne abstrahatur & fidat, nititur illo, unde dimissus est, ibi illum æterna requies manet * pro confusis crassisq; pura & liquida * referentem.

* auersus à
suis in falsa
coniectus:
* è confusis
* uisentem.

CAP. XXV. Proinde non est quod ad sepulchrum filij tui curras. Pessima eius & ipsi molestissima istuc iacent ossa cineresq; non magis illius partes quam uestes, aliaq; tegumenta corporum. Integer ille, nihilq; terris relinquens fugit, & totus excessit: paulumq; supra nos commoratus, dum expurgat inherentia uitæ suumq; omnis mortalis æui excutit, deinde ad excelsa sublatus, inter felices currit animas, excipitq; illum coetus sacer, Scipiones, Catonesq; interq; contemptores uitæ, & mortis beneficio liberas. Parens tuus Martia illic nepotem suum, quanquam illic omnibus omne cognatum est, applicat sibi noua luce gaudentem, & uicinorum syderum meatus docet, nec ex coniecturis, sed omnium ex uero peritus in arcana naturæ libens ducitur. Utq; ignotarum urbium monstrator hospiti gratus est: ita sciscitanti coelestium causas, domesticus interpret: & in profunda terrarum permittit aciem. Iuuat enim ex alto relictæ respicere. Sic itaque Martia te gere, tanquam sub oculis patris filijq; posita,

posita, non illorum quos noueras, sed tanto excellentiorum, & in summo locorum: erubescere quicquam humile aut uulgare, & mutatos in melius tuos flere, in æterna rerum per uasta et libera spacia dimissos. Non illos interfusa maria discludunt, nec altitudo montium aut * inuiae ualles, aut incertarum uada Syrtium: tramites plani, & ex facili mobiles, & expediti, & inuicem peruij sunt, intermixtiq; syderibus.

CAP. XXVI. Puta itaq; ex illa arce cœlesti patrem tuum Martia, & cui tantum apud te autoritatis erat, quantum tibi apud filium tuum, non illo ingenio, quo ciuilia bella defleuit, quo proscribentes in æternum ipse proscripsit, sed tanto clariore, quāto est ipse sublimior, dicere: Cur te filiatam longa tenet ægritudo? Cur in tanta ueri ignorantia uersaris, ut iniquè actum iudices cum filio tuo, * quod in tædium uersus uite ipse ad maiores se recepit suos? Nescis quantis fortuna procellis disturbet omnia? quā nullis benignam, facilem se præstiterit, nisi qui minimum cum illa contraxerint. Reges ne tibi nomen felicitissimos futuros, si maturius illos mors instantibus subtraxisset malis? An Romanos duces, quorum nihil magnitudini deerit, si aliquid ætati detraxeris? An nobilissimos uiros clarissimosq; ad ictum militaris gladij cōposita ceruice formatos? Respice patrē atque auum tuū. Ille in alieni percussoris uenit arbitrium. Ego nihil in me cuiquā permisi, & cibo prohibitus ostēdi, quā magno * me iuuat animo scripsisse. Cur in domo nostra diutissime lugetur, qui felicissime moritur? Coimus in unum omnes. uidemusq; * uos alta nocte circundari. Nil apud uos ut putatis optabile, nil excelsum, nil splendidiū, sed humilia cūcta, & grauiā, & anxia et quotā partē luminis nostri cernētia. Quid dicā, nulla hic arma mutuis furere cōkursibus, nec classes classibus frāgi, nec parricidia, aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies perpetuos, * nihil in obscuro, dete-

ctas

* inuiae uall.

* quod uiuante, domo stante, se ipse ad maiores recepit suos.

* quæ iuuabat animo scripsissem * non alta nocte circundati, nil ap.

* uel

mentes, & aperta præcordia, & in publico medioq; uitam, et ois æui prospectū, euentūq; iuuabat unius seculi facta cōponere in parte ultima mundi, & inter paucissimos gesta, tot secula, tot ætatū cōtextam seriē, quicquid annorū est, licet usere, licet surrectura, licet ruitura regna prospicere, & magnarū urbū lapsus, & maris nouos cursus. Nā si potest tibi solatio esse desiderijs tuis cōmune fatū, nihil quo stat loco stabit. Omnia ster net, abducatq; secū uetustas, nec hominibus solū. (Quota enim ista* fortune portio est) sed locis, sed regionibus, sed mundi partibus ludet, tot supprimet montes, & alibi rupes in aliū nouas exprimet, maria sorbebit, flumina auertet, & commercio gentiū rupto, societate generis humani coetusq; dissoluet. Alibi hiatibus uastis subducat urbes, tremoribus quatiet, & ex infimo pestilētiæ halitus mittet, et inundationibus quicquid habitatur, obducat. Necabitq; omne animal orbe submerso, & ignibus uastis torrebit incendetq; mortalia. Et cū tempus aduenerit, quo se mundus renouaturus extinguat, uiribus ista se suis cædent, & sydera syderibus incurrēt, & omni flagrante materia, uno igne quicquid nunc ex disposito lucet, ardebit. Nos quoq; felices anima, & *eternæ sorte, cū Deo uisum erit iterū ista moliri, labentibus cunctis, & *ipsius parua ruinae ingentis accessio in antiqua elementa uertemur. Felicem filium tuum Martia, qui ista iam nouit.

ANNOT. IN LIB. DE CONSOLA-
TIONE AD MARTIAM.

Cap. 1. Salamannos satellites, Alius habebat, Sefanianos, Rodolphus annotarat, Scianianos.

Cap. 4. Usque in hunc diem Liuia. Hic uidentur aliunde affuta quædam, quæ nihil faciunt ad sensum, nimirū hæc. Afsidius uirtutū comes, cui non tantū quæ in publicum emittunt uota, sed omnes qui sunt secretiores animorum motus. His sublatis congruit orationis tenor, usque in hunc diem Liuia, quantum quidem ego sciam, dedi-

nn st

sti operam, ne quid esset &c.

Cap. 10. Alios ignibus peruret, uel in pœnam admotis, uel incerta nudos maria iactabit. Consuetiebant exemplaria. Legendum arbitrator, Alios ignibus peruret uel in pœnam admotis, uel incertis, siue infertis, alios nudos mari iactabit. Incertos ignes uocat, incendium forte ortum. Infertos ignes intelligas licet, febres ac pestilentias. Alii ignes admouentur, alii inferuntur.

Cap. 28. Semper in deteriora dependenti. Alius, semper interiora dependendi. Rodolphus semper anteriora dependens, quanquã dependens bene habebat.

L. ANNAEI SENE

CAE AD *ALBINAM MATREM DE CONSOLATIONE

LIBER VNVS.

*HELBIAM



AEPE iam mater optima impetũ cepi consolandi te, sæpe continui. Ut auderem, multa me impellebãt. Primũ uidebar depositurus oĩa incõmoda, cũ lachrymas tuas, etiam si suppressere nõ potuissem, interim certẽ absterissem.

Deinde plus habiturũ me autoritatis nõ dubitabã ad excitandam te, si prior ipse consurrexissem. Præterea timebã ne à me nõ uicta fortuna aliquẽ meorũ uinceret. Itaq; utcunq; conabar manu super plagã meã imposita, ad obliganda uulnera uestra reptare. Hoc propositũ meũ erat. Rursusq; retardabar, dũ recens seuiret. Sciebã dolori tuo occurrendũ non esse, ne ipsum ipsa solatia iritarent, & accenãerent. Nam in morbis quoque nihil est magis periculosum, nec perniciosum, quàm immatura medicina. Expectabam itaq; dum uires suas frangeret, & ad sustinenda remedia mora mitigatus, tangi se ac tractari pateretur. Præterea cùm omnia clarissimorũ ingeniorũ monumenta, ad cõpescendos moderandosq; luctus cõposita euoluerẽ, non inuenieb

inueniebam exemplū eius, qui consulatus suos esset, cū ipse ab illis comploraretur. Ita in re noua hæsitabā, uerebarq; , ne hæc nō cōsolatio, sed exulceratio esset. Quid quod nouis uerbis, nec ex uulgari et quotidiana sumptis allocutione, opus erat homini ad consolandos suos, ex ipso rogo caput alleuanti. Omnis autem magnitudo doloris modū excedentis, necesse est ut stilo delectū uerborū eripiat, cū sæpe uocem quoq; ipsam intercludat. Vtcunq; conitar, non fiducia ingenij, sed qua possum instar efficacissimæ consolationis esse consolator. Cui nihil negares, huic hoc utiq; te non esse negaturā (licet omnis mæror contumax sit) spero, ut desiderio tuo uelis à me modum statui.

CAP. II. Vide quantum de indulgentia tua promiserim mihi, potentiorē me futurū apud te non dubito quam dolorem tuū, quo nihil est apud miseros potentius. Itaq; ne statim cū eo concurrā, adero prius illi, & quibus excitetur ingeram, omnia proferā, & rescindā quæ iā obducta sunt. Dicit aliquis, quod hoc genus est consolandi, obliterata mala reuocare, & animū in omnium erumnarū suarū conspectu collocare, uix unius patientem? Sed is cogitet quæcunq; usq; eo perniciosa sunt, ut cōtra remediū conualuerint, plerunq; contrarijs curari. Omnes itaq; luctus illi suos, omnia lugubria admouebo. Hoc erit non molli uia mederi, sed urere ac secare. Quid consequar? ut pudeat animū, tot miseriarū uictorē, ægre ferre unum uulnus in corpore tam cicatricoso. Fleant itaq; diutius et gemant, quorū delicatas mentes eneruauit longa felicitas, ut ad leuissimarū iniuriarū motus collabantur: at quorū omnes anni per calamitates transferunt, grauissima quoq; forti & immobili constantia perferant. Vnū habet assidua infelicitas boni, quod quos *sæpe

*semper

à grauissimis luctibus, nec natalem quidē tuū excepit. Amisisti matrem statim nata, imò dum nascereris, & ad uitā quodam-

modo exposita, creuisti sub nouerca, quam tu quidē omni obsequio, & pietate, quanta* uel in filia conspici potest, matrē fieri coēgisti. Nulli* tam magno constitit & bona nouerca. Auunculum indulgentissimū optimum ac fortissimū uirū, cū aduentū eius expectares, amisisti. Et ne seuitiā suā fortuna leuiorē ducendo faceret, intra tricesimum diē, charissimū uirū tuum, ex quo mater triū liberorū eras, extulisti. Lugētī tibi luctus nunciatus est, omnibus quidē absentibus liberis, quasi de industria in id tempus coiectis malis tuis, ut nihil esset ubi se dolor tuus reclinaret. Trāseo tot pericula, tot metus, quos sine interuallo *uitæ incursantes pertulisti, modo in eundē sinū, ex quo tres nepotes emiseras, ossa trium nepotum recepisti. Intra uigesimum diem, quā filium meum in manibus & in * oculis tuis mortuum funeraueras, raptum me auādisti. Hoc adhuc defuerat tibi, lugere uiuos.

CAP. III. Grauiſſimum est ex omnibus, quæ unquā in corpus tuū descenderunt, recens uulnus, fatcor, non summā cutem rupit, peſtus & uiscera ipsa diuisit. Sed quæ admodū tyrones leuiter* saucij non uociferantur, & manus medicorum magis quā ferrū horrent. At ueterani quāuis confoſi patienter ac sine gemitu uelut aliena corpora * excoriari patiuntur, ita tu nunc debes te fortiter præbere curationi. Lamentationes quidem & * ululatus, & alia per quæ inſciæ mulieres tumultuantur, amoue. Perdidisti enim tot mala, si nō dum misera esse didicisti. Et quid? Videor' ne tecum timide egisse? Nil tibi subduxi ex malis tuis, sed omnia coaceruata ante te posui? Magno id animo feci. Constitui enim uincere dolore dolorem tuū, non circumſcribere.

CAP. IIII. Vincam puto, primū si ostendero nihil me pati, propter quod possim dici miser, nedū propter quod miseros etiam quos contingam faciā. Deinde si ad te transiero, & probauro,

probauero, ne tuam quidē grauem esse fortunam, quae tota ex mea pendet. Hoc prius aggrediar, quod pietas tua audire gestit, nihil mali esse mihi: si hoc tibi demonstrare non potero, ipsas res quibus me putas premi non esse intolerabiles, faciam manifestū. Sin id credi non potuerit, at ego mihi ipse* satis placebo, quod inter eas res beatus ero, quae miseros solent facere. Non est quod de me alijs credas, ipse tibi, ne quid incertis opinionibus perturberis, indico me non esse miserum. Adijciam, quo securior sis, nec fieri quidem me posse miserum.

*magis placebo,

CAP. V. Bona conditione conditi sumus, si eā non deseruerimus. Id egit rerū natura, ut ad bene uiuendū non magno apparatu opus esset. Vnusquisq; facere se beatum potest. Leue momentū in aduentitijs rebus est, & quod in neutrā partē magnas uires habeat. Nec secunda sapientē euehunt, nec aduersa demittunt. Laborauit enim semper, ut in se plurimum poneret, intra se omne gaudiū peteret. Quid ergo? sapientē me esse dico? Minime. Nam id quidē si profiteri possem, nō tantū negarem miserum me esse, sed omnium fortunatissimum, & in uicinū deo per ductū prædicarem. Nūc, quod satis est ad oēs miseras leniendas, sapientibus uiris me dedi, & nondū in auxilium mei ualidus, in aliena castra confugi, eorū scilicet, qui facile* se & sua tuetur. Illi me iusserūt stare assidue, uelut in præsidio positum, & omnis conatus fortunæ, et omnes impetus prospicere, multò antequam incurrant. Illis grauis ipsa fortuna est, quibus est repentina. Facile eā sustinere potest, qui semper expectat. Nam & hostiū aduentus eos prosternit, quos inopinate occupauit. At qui futuro se bello ante bellū parauerunt, cōpositi et adaptati primū, qui tumultuosissimus est, ictū facile excipiunt. Nunquam ego fortunæ credidi, etiam si uideretur pacē agere, omnia illa quae in me* diligentissime conferebat, pecuniam honores, gloriam, eo loco posui, unde posset ea sine motu meo re-

*se ac suos

*indulgentissime

petere. Interuallum inter me & illam magnum habui. Itaque abstulit illa, non auulsit. Neminē aduersa fortuna cōminuit, nisi quem secunda deceptit. Illi qui munera eius uelut sua et perpetua amauerunt, qui se propter illa suspici uoluerunt, iacent & moerent, cū inualidos & pueriles animos, omnis solidae uoluptatis ignaros, falsa & mobilia oblectamenta desituunt. At ille qui se laetis rebus non inflauit, nec mutatis contrahit, aduersus utrunq; statum inuictum animum tenet, explorata iam firmitatis. Nam* in ipsa felicitate quid contra infelicitatē ualeret, est expertus. Itaque ego in illis quae omnes optant, existimaui semper nihil ueri boni inesse: quin inania & speciosa ac decepturo fūco circumlata inueni, intra nihil habentia fronti simile. Nam in illis quae mala uocantur, nihil tam terribile ac durum inuenio, quam opinio uulgi minabatur. Verbum quidem ipsum, persuasione quadam, & consensu iam asperius ad aures uenit, & audientes tanquam triste & execrabile ferit, ita enim populus iussit. Sed populi scita ex magna parte sapientes abrogant.

CAP. VI. Remoto igitur iudicio plurimū, quos prima rerum facies utcūq; credita est, aufert, uideamus quid sit Exiliū, nempe loci cōmutatio est. Angustare uideor uim eius, & quicquid pessimū in se habet subtrahere. Hanc cōmutationem loci sequuntur incommoda, paupertas, ignominia, contemptus. Aduersus ista postea confligam. Interim primū illud intueri uolo, quid acerbi afferat ipsa loci cōmutatio. Carere patria intolerabile est. Aspice hanc frequentia, cui uix urbis immensa tecta sufficiunt. Maxima pars illius turbae patria caret, ex municipijs & colonijs suis, ex toto deniq; orbe terrarū confluxerūt: alios abducit ambitio, alios necessitas officij publici, alios imposita legatio, alios luxuria, opulētū, et oportunū uitij locum quæres, alios liberalium studiorum cupiditas, alios spectacula.

Quosdam

*in ipsa infirmitate
*specioso

Quosdam traxit amicitia, quosdā industria, * latam ostenden-
 de uirtuti nacta materiā: quidam uenalem formam attulerunt, tandē
 quidam uenalem eloquentiā. Nullum non hoīm genus cōcurrit
 in urbem, & uirtutibus & uitijs magna pretia ponētem. Iube
 oēs istos ad nomen citari, & unde domo quisq; sit, quere. Vi-
 debis maiorem partem esse, quæ relictis sedibus suis uenerit in
 maximā quidem ac pulcherrimā urbem, nō tamen suā. Deinde
 ab hac ciuitate discede, quæ ueluti cōmunis patria potest dici,
 oēs urbes circumi, Nulla est ubi magnam partem peregrinæ
 multitudinis non inuenias. Nunc * transiliens ab ipsis, quarum * trāsi ab his,
 amœna positio & opportunitas regionis plures alliciet, deser-
 ta loca, & asperrimas insulas, Sciathū & Seriphum, Gyarum
 & Corsicā pete. Nullum inuenies exiliū, in quo nō aliquis ani-
 mi causa moretur. Quid tam nudum inueniri potest? quid tam
 abruptū undiq; quā hoc saxum? quid ad * copias respicienti * copiosa re-
 ieiunius? quid ad hoīes immansuetius? quid ad ipsum loci situm
 horridius? quid ad cœli naturam intemperatius? plures tamen
 hic peregrini quā ciues consistunt. Vsq; eo ergo cōmutatio
 ipsa locorū grauis nō est, ut hic quoq; locus à patria quosdam
 abduxerit. Inuenio qui dicant inesse naturalem quandam ani-
 mis iritationem commutandi sedes, & transferendi domicilia.
 Mobilis enim & inquieta mens homini data est. Nunquā se te-
 net, spargitur, & cogitationes suas in oīa nota atq; ignota di-
 mittit, uaga, & quietis impatiens, & nouitate rerum letissīma:
 quod non miraberis, si * propriam eius originē aspexeris, non * primam
 ex terreno & graui concreta corpore, ex illo cœlesti spiritu
 descendit. Cœlestium autem natura semper in motu est. Fugit, * mundum
 & uelocissimo cursu agitur. Aspice sydera * mundi illustria. illustrantia.
 Nullum eorū perstat, Labitur assidue, & locum ex loco mu-
 tat, & quamuis * cum uniuerso uersatur, in cōtrarium nihilo-
 minus ipsi mundo * refertur, per oēs signorū partes discurrit, * defertur.

perpetua eius agitatio, & aliunde aliò cōmigratio est. Omnia
**in transitu* uoluuntur. Semper **in tumultu* sunt, & ut lex & naturæ ne-
 cessitas ordinauit aliunde aliò deferuntur. Cum per certa an-
 norum spatia orbis suos explicuerint, iterum ibunt per quæ
 uenerant. I nunc et animū humanum, ex iisdem quibus diuina
 constant compositum seminibus, moleste ferre putat transitum
 ac migrationem, cum Dei natura assidua et citatissima cōmu-
 tatione, nos delectet, se uero conseruet. A cœlestibus age dum
 te ad humana conuerte. Vibebis gentes, populosq; mutasse se-
 dem. Quid sibi uolunt in medijs Barbarorū **nationibus* Græ-
**regionibus* cae urbes? Quid inter Indos, Persasq; , Macedonicus sermo?
 Scythia & totus ille ferarū, indomitaramq; gentiū tractus, ci-
 uitates Achaiae Ponticis impositas littoribus ostentat. Nō per-
 petuae hyemis seuitia, non hoīm ingenia, ad similitudinem cœli
 sui horrentia, transferentibus domus suas obstiterunt. Atheniē-
 sium in Asia urbs est Miletus: ea L x x. urbū populū in diuer-
 sa effudit. Totum Italiae latus quod infero mari alluitur, maior
 Græcia fuit. Tuscos Asia sibi uēdicat. Tyrīj Africam incolūt,
 in Hispania Poeni: Græci se in Galliam immiserunt, in Græ-
 ciā Galli. Pyrenæus Germanorū trāsitus nō inhibuit: per inuia,
 per incognita uersauit se humana leuitas. Liberos, coniugesq;
 et graues senio parētes traxerūt. Alij longo errore iactati, nō
 iudicio elegerunt locū, sed lassitudine proximū occupauerunt.
 Alij armis sibi ius in aliena terra fecerunt. Quasdam gentes cū
 ignota peterent, mare hausit. Quidā ibi confederunt, ubi illos
 rerum inopia deposuit. Nec omnibus eadem causa relinquendi,
 quærediq; patriam fuit. Alios excidia urbū suarum hostilibus
 armis elapsos, in aliena spoliatos suis expulerunt. Alios dome-
 stica seditio submouit, alios nimia superfluentis populi frequē-
**exoneran-* tia ad **exonerandas* uires emisit. Alios pestilentia, aut fre-
das urbes quentes terrarū hiatus, aut aliqua intolerāda infelicis soli uitia

ciecer

eiecerunt. Quosdam fertilis oræ in maus*latæ fama corruptit. *laudat
 Alios alia causa exciuit domibus suis. Illud itaq; est manifestū,
 nihil eodem loco mansisse quo genitū est. Astidius humani ge-
 neris discursus est. Quotidie aliquid in tam magno orbe muta-
 tur. Noua urbium fundamēta iaciuntur. Noua genitū nomina,
 extinctis nominibus prioribus, aut in accessionem ualidioris
 conuersis, oriuntur. Oēs autem istæ populorū *transformatio- *transpor-
 nes, quid aliud quàm publica exilia sunt. tationes,

CAP. VII. Quid tam longo te circuitu traho? Quid in-
 terest enumerare Antenorem Patauij conditorem, & Euan-
 drum in ripa Tyberis regna Arcadum collocantem? Quid
 Diomedem, aliosq; quos Troianū bellū uictos simul uictoresq;
 per alienas terras dissipauit? Romanū imperiū nempe autorē
 exulem respicit, quem profugū, capta patria, exiguas reliquias
 trahentem, necessitas & uictoris metus, longinqua querētem
 in Italiam *deduxit. Hic deinde populus quot colonias in omnes *detulit.
 prouincias misit, ubicunq; uicit Romanus habitat. Ad hanc cō-
 mutationē locorum libenter nomina dabat, et relictis aris suis
 trās maria sequebatur colonus senex. Res quidē non desiderat
 plurium enumerationē: Vnum tamen adijciam, quod in oculos
 se ingerit. Hæc ipsa insula sæpe iam *colonos mutauit. *cultores.

CAP. VIII. Vt antiquiora quæ uetustas obduxit trans-
 eam, Phocide relicta, Graij qui nunc Masiliam colunt, prius
 in hac insula confederunt: Ex qua quid eos fugauerit incertum
 est, Vrum cœli grauitas, an præpotentis Italiæ conspectus, an
 natura importuosi maris. Nam in causa nō fuisse feritatē acco-
 larum, eo apparet, quod maximè tunc trucibus & inconditis
 Gallie populis se interposuerunt. Transierunt deinde Ligures
 in eam, transferunt & Hispani, quod ex similitudine ritus ap-
 paret. Eadem enim tegumenta capitum, idemq; genus calcea-
 menti, quod Cantabris est, et uerba quædam. Nam totus sermo

* à patrio conuersatione Græcorum, Ligurumq; * primo desciiuit. Dedit-
 desciiuit. Et deinde sunt duæ ciuium Romanorū Coloniae, altera à Ma-
 rio, altera à Sylla. Toties huius aridi & spinosi saxi mutatus
 est populus, uix demq; inuenies ulla[m] terram, quā etiam nunc
 * & insititia indigenæ colant. Permixta omnia * & instituta sunt. Alius alij
 succēssit. Hic concupiuit, quod alij fastidio fuit, ille unde expul-
 serat, eiectus est. Ita fato placuit, nullius rei eodem semper loco
 stare fortunam. Aduersus ipsam mutationē locorum, detractis
 certis incōmodis quæ exilio adherent, satis hoc remedij putat
 Varro doctissimus Romanorū, quod quocūq; uenimus, eadem
 rerum natura utendū est. M. Brutus satis hoc putat, quod licet
 * ad locū fer- in exiliū euntibus uirtutes suas * ferre secum. Hæc etiam si quis
 re secum ad singula parum iudicat efficacia ad consolandū exulem, utraq;
 quem migra- in unum collata fatebitur plurimū posse. Quantulum enim est
 turi sunt. quod perdidimus. Duo quæ pulcherrima sunt, quocūq; nos mo-
 uerimus, sequentur, natura cōmunis & propria uirtus. Id actū
 est, mihi crede, ab illo, quisquis formator uniuersi fuit, siue ille
 deus est potens oīm, siue incorporalis ratio ingētium operum
 artifex, siue diuinus spiritus per oīa maxima ac minima, æquali
 intentione diffusus, siue fatum & mutabilis causarum inter se
 coherentū series, id, inquam, actum est, ut in alienū arbitrium,
 nisi uilissima quæq; non caderent. Quicquid optimum homini
 est, id extra humanā potētiam iacet, nec dari nec eripi potest.
 Mundus hic, quo nihil neq; maius, neq; ornatius, rerū natura
 genuit. Animus contemplator, admiratorq; mundi, pars eius
 magnificentissima, propria nobis, & perpetua, tam diu nobiscū
 māsura, quam diu ipsi manebimus. Alacres itaq; & erecti quo-
 cūq; res tulerit, intrepido gradu properemus.

CAP. IX. Emctiamur quascūq; terras, nullum inuen-
 turi solum intra mundum quod alienū homini est. Vnde cūq;
 ex æquo ad coelū erigitur acies, paribus interuallis oīa diuina

ab omnibus humanis distant. Proinde dū oculi mei ab illo spectaculo cuius insatiabiles sunt, nō *obducantur, dum mihi lunam solemq; intueri liceat dum cæteris inherere syderibus, dum ortus eorum, occasus, interuallaq; & causas inuestigare uelocius meādi, uel tardius, spectare tot per noctē stellas micantes, & alias immobiles, alias nō in magnū spaciū exeuntes, sed intra suum se circumagentes uestigium, quasdam subito erumpentes, quasdam igne fuso perstringentes aciem, quasi decidāt, uel longo tractu cū luce multa præteruolantes. Dum cum his sim, & cœlestibus (qua homini fas est) immiscear, dum animū ad cognatarum rerum conspectū tendentem, in sublimi semper habeam, quantum refert mea quid calcem? Atqui non est hæc terra frugiferarū aut letarum arborū ferax. Non magnis & nauigabilibus fluminū alueis irrigatur. Nihil gignit, quod alie gentes petant, uix ad tutelam incolentū fertilis. Non pretiosus hic lapis cæditur, Non auri argentiq; uenæ *eximuntur. Angustus animus est, quem terrena delectant. Ad illa *adducēdus est, quæ ubiq; æque apparent, ubiq; æque splendent: & hoc cogitandū est, ista ueris bonis per falsa et prauæ credita obstare: quo longiores porticus expedierint, quo altius turres sustulerint, quo laxius uicos porrexerint, quo depressius æstiuos specus foderint, quo maiori mole fastigia *cœnationum subduxerint, hoc plus erit quod illis cœlum abscondat. In eam te regionem casus eiecit, in qua laxissimū receptaculum casa est. Næ et tu pusilli animi es & sordide se consolantis, si ideo id fortiter pateris, quia Romuli casam nosti. Dic illud potius. Istud humile tuguriū nempe uirtutes recipit. Iam omnibus templis formosius erit, cum illic iustitia conspecta fuerit, cum continentia, cum prudentia, pietas oīm officiorū rectè dispensandorū ratio, humanorū diuinorumq; scientia. Nullus angustus est locus, qui hanc tam magnarum uirtutum turbam capit, nullum exilium

grauē

*abducatur;

*eruantur.
*abducēdus

*contignationum

grauē est, in quo licet cum hoc ire comitatu. Brutus in eo libro quem de uirtute composuit, ait se uidisse Marcellum Mitylenis exulantem, & quantum modo natura hominis pateretur, beatissime uiuentem, neque unquam bonarum artium cupidiorē quam illo tempore. Itaque adiecit, uisum sibi se magis in exilium ire, qui sine illo rediturus esset, quam illū in exilio relinqui. O fortunatiorē Marcellum, eo tempore quo exilium suum Bruto approbavit, quam quo R. P. consulatum. Quantus uir ille fuit, qui effecit ut aliquis exul sibi uideretur, quod ab exule recedebat. Quantus uir ille fuit, qui in admirationem sui adduxit hominē, etiam Catoni suo mirandum. Idem Brutus ait, C. Caesarem Mitylenas praeteruictum, quia non sustineret uidere* defortunatum uirum. Illi quidem reditum impetrauit senatus publicis precibus, tam sollicitus ac moestus, ut omnes isto die Bruti habere animū uiderentur, & non pro Marcello, sed pro se deprecari, ne exules essent, si sine illo fuissent: sed plus multo consecutus est, quo die illū exulem Brutus relinquere non potuit, nec Caesar uidere. Contigit enim illi testimonium utriusque. Brutus sine Marcello reuerti se doluit, Caesar erubuit. Non dubitas quin semper ille Marcellus tantus uir sic ad tolerandum aequo animo exilium seipse adhortatus sit: Quod patria carere non est miser: etenim ita te disciplinis imbuisisti, ut scires omnem locum sapienti uiro patriam esse. porro: hic qui te expulit, non ipse per annos decem continuos patria caruit? propagandi sine dubio imperij causa: sed nempe caruit. Nunc ecce trahit illum ad se Africa resurgens belli minus plena: trahit Hispania, quae fractas & afflictas partes refouet: trahit Aegyptus infida, totus denique orbis qui ad occasionem concussi imperij intētus est: cui primum rei occurreret? cui parti se opponeret? Aget illū per omnes terras uictoria sua. illum suspiciant & colant gentes: tu uiue Bruto miratore contentus. Bene ergo exiliū tulit Marcellus,

*deformatū

nec quicquā in animo eius mutauit loci cōmutatio, quāuis eum
 paupertas sequeretur, in qua nihil mali esse, quisquis (modo nō
 dū peruenit in insaniam omnia subuertentis auaritiæ atq; lu-
 xuriæ) intelligit. Quantulū est enim, quod in tutelā hominis ne-
 cessariū sit, & cui deesse hoc potest, ullā modo uirtutem habē-
 ti? Quod ad me quidē pertinet, intelligo me nō opes, sed occu-
 pationes perdidisse: corporis exigua desideria sunt, frigus sub-
 mouere uult, alimētis famē ac sitim extinguere, quicquid extra
 concupiscitur, uitijs nō usibus laboratur: non est necesse omne
 perscrutari profundū, nec strage animalū uentrem onerare,
 nec conchyliā ultimū maris ex ignoto litore eruere. Dij istos
 deæq; perdant, quorum luxuria tam inuidiosi imperij fines
 transcendit. Ultra Phasim* capere uolunt, quod ambitiosam po-
 pinā instruat, nec piget à Parthis, à quibus nondū poenas repe-
 timus, aues petere. Vndiq; conuehūt omnia* uota fastidienti gu-
 le. Quod dissolutus delicijs stomachus uix admittat, ab ultimo
 portatur Oceano. Vomunt ut edant, edunt ut uomant, epulas,
 quas toto orbe conquirunt nec concoquere dignātur. Ista si quis
 despicit, quid illi paupertas nocet? Si quis concupiscit, illi pau-
 pertas etiā quid prodest. Inuitus enim sanatur, & si remedia ne-
 coactus quidē recipit, interim certe dum* nō potest illa, nolenti
 similis est. C. Cæsar, quē mihi uidetur rerū natura edidisse, ut
 ostenderet quid summa uitia in summa fortuna possent, centies
 sestertio cenauit uno die, & in hoc omnium adiutus ingenio,
 uix tamen inueuit quomodo prouinciarū tributum una ecena
 fieret. O miserabiles, quorū palatum nisi ad preciosos cibos nō
 excitatur. Preciosos autem, non eximius sapor aut aliqua fau-
 cium dulcedo, sed raritas & difficultas parandi facit. Alioquin
 si ad sanā illis mentē placeat reuerti, quid opus est tot artibus
 uentri seruientibus? quid mercaturis? quid uastatione syluarū?
 quid profundi perscrutatione? passim iacent alimenta, quæ re-
 rum

*capi

*nota

*nō profunt
illa,

rum natura omnibus locis disposuit, sed hæc uelut cæci transfereunt, & ad omnes regiones peruagantur, maria traiciunt, & cum famem exiguo cibo possint sedare, magno iritant.

CAP. X. Libet dicere, quid deducitis naues, quid manus & aduersus feras & homines armatis, quid tãto tumultu discurretis, quid opes opibus aggeritis? Nõ uultis cogitare, quã parua uobis corpora sint. Nonne furor & ultimus mentiu error est, cum tam exiguum capias, cupere multum. Licet itaq; augeatis census, promoueatis fines, nunquã tamen corpora uestra laxabitis. Cũ bene cesserit negotiatio, multum militia retulerit, cũ indagati undiq; cibi coierint, nõ habebitis ubi istos apparatus uestros collocetis. Quid tam multa conquiritis? Maiores nostri, quorũ uirtus etiã nunc uitia nostra sustet, infelices erant? qui sibi manu sua parabant cibum, quibus terra cubile erat, quorũ tecta nondum auro fulgebant, quorum templa nondũ gemmis renitebant. Itaq; tunc per fictiles deos religiose iurabatur, qui per illos iurauerãt, ad hostẽ morituri, ne fallerent, redibãt. Scilicet minus beatẽ uiuebat dictator noster, qui Samnitũ legatos audit, cum uilissimũ cibũ in foco ipse manu sua uersaret, illa qua iam sæpe hostẽ percusserat, *lancemq; in capitolini Iouis gremio reposuerat: at qui Apicius nostra memoria uixit, qui in ea urbe, ex qua aliquãdo philosophi uelut corruptores iuuentutis abire iussi sunt, scientiã popinæ professus, disciplina sua seculũ infecit, cuius exitũ nosse operæpretiũ est: cũ sestertiũ milies in culinã congesisset, cũ tot cõgiaria principũ, & ingens capitolij uectigal singulis cõmessationibus hausisset, ere alieno oppressus, rationes suas tunc primum coactus inspexit: super futurũ sibi sestertiũ centies cõputauit, & uelut in ultima fame uicturus si in sestertiũ cõties uixisset, ueneno uitam finiuit. Quãta luxuria erat, cui sestertium centies egestas fuit. In nũc & puta pecuniæ modũ ad rem pertinere, nõ animi.

*lancem

CAP. XI. Sestertium centies aliquis extimuit, & quod alij uoto petunt, ueneno fugit. Illi uero tam prauæ mentis homini ultima potio saluberrima fuit. Tunc uenena edebat, bibebatq; cū immensis epulis nō delectaretur tantū, sed gloriaretur, cum uitia sua ostentaret, cū ciuitatē in luxuriam suam conuerteret, cum iuuentutem ad imitationem sui sollicitaret, etiam sine malis exemplis per se docilem. Hæc accidunt diuitias non ad rationē reuocantibus, cuius certi sunt fines, sed ad uitiosam cōsuetudinem, cuius immensum & incomprehensibile arbitriū est. Cupiditati nihil est satis, naturæ etiam satis est parū. Nul- lum ergo paupertas exulis incōmodum habet, nulli etiam tam inops exilium est, quod non alendo homini abunde fertile sit. An uestem, an domum desideraturus est exul? si hoc quoq; ad usum tantū desiderabit, neq; tectum ei deerit, neq; *uelamentū. Aequè enim exiguo tegitur corpus, quàm alitur. Nihil enim homini natura quod necessariū sciebat, fecit operosum. Si desiderat saturatam multo conchylio purpuram, intextam auro, uarijsq; coloribus distinctam & artibus: non fortunæ iste uitio, sed suo pauper est: etiam si illi quicquid amiserit restitueris, nihil ages. Plus enim restituendo deerit, ex eo quod cupit, quàm exuli ex eo quod habuit. Si desiderabit aureis fulgentem uasis supellectilem, & antiquis nominibus artificum argentū nobile, æs paucorum insania preciosum, & seruorum turbam, quæ quāuis magnā domū angustet, iumentorū corpora differta, & coacta pinguescere, & nationū omnium lapides, ista congerantur licet, nunquam explebunt inexplebile animū. nō magis quàm ullus sufficiet humor ad *sanandum eum, cuius desiderium non ex inopia, sed ex æstu ardentium uiscerū oritur, non enim sitis illa, sed morbus est. Nec hoc in pecunia tantū aut alimētis euenit. Eadē natura est in omni desiderio, quod modo nō ex inopia sed ex uitio nascitur: quicquid enim illi cōgesseris, nō finis erit cupid

*uelamentū.

*satiandum

cupiditatis, sed gradus. Qui continebit itaq; se intra naturalem modū, paupertatē non sentiet, qui naturalē modū excedet, eum in summis opibus quoq; paupertas sequetur. Necessarijs rebus & exilia sufficiunt, superuacuis nec regna. Animus est qui diuites facit, hic in exilia sequitur, & in solitudinibus asperrimis, cum quantū satis est sustinendo corpori inuenit, ipse bonis suis abundat & fruitur. Pecunia nihil ad animū pertinet, nō magis quā ad deos immortales. omnia ista quæ imperita ingenia & nimis corporibus suis addicta suspiciunt, scilicet lapides, aurū & argentū, & magni leuatiq; mensarum orbis, terrena sunt pondera, quæ non potest amare syncerus animus, ac nature suæ memor, leuis * ipse expers, & quādoq; emissus fuerit, ad summa emicaturus. Interim quantū per moras membrorū, & hanc circūsusam grauēq; sarcinā, licet, celeri & uolucris cogitatione diuina perlustrat. Ideoq; nec exulare unquā potest liber, & dijs cognatus, & omni mundo omniq; æuo par. Nam cogitatio eius circa omne cœlum, & in omne præteritum futurumq; tempus immittitur. Corpuscū hoc, custodia & uinculum animi, huc atq; illuc iactatur. In hoc supplicia, in hoc latrocinia, in hoc morbi exercentur. Animus quidem ipse sacer & æternus est, & cui non possit injici manus.

CAP. XII. Nec me putes ad eleuanda incommoda paupertatis, quā nemo grauē sentit nisi qui putat, uti tantū præceptis sapientū. Primū aspice, quāto maior pars sit pauperū, quos nihilo notabis tristiores sollicitioresq; diuitibus: imō nescio an eō letiores sint, quod animus eorum in pauciora * distrahitur. Transeamus à pauperibus, eamus ad locupletes, quā multa sunt tēpora, quibus pauperibus similes sunt. Circumcisæ sunt peregrinantū sarcinæ, & quoties festinationem necessitas itineris exigit, comitū turba dimittitur. Militantes quotā partē rerum suarū secum habent, cū omnem apparatū castrensium disciplina submo

* distringitur.

submoueat. Nec tantum conditio illos temporum, aut locorum inopia pauperibus exæquat, Sumunt quosdam dies, cū iam illos diuitiarum tedū cepit, quibus humi coenent, & remoto auro, argentoq; fictilibus utantur. Dementes hoc quod aliquādo concupiscunt, semper timent. O quanta illos caligo mentū, quāta ignorantia ueritatis exercet, qui fugiunt quot uoluptatis causa imitatur. Me quidē quoties antiqua exempla respexi, paupertatis uti^r remedijs pudet. Quoniam quidē eō temporum luxuria prolapsa est, ut maius uaticū exulum sit, quā olim patrimonū principum fuit. Vnū fuisse Homero seruū, tres Platoni, nullum Zenoni, à quo coepit Stoicorū rigida ac uirilis sapientia, satis constat. Num ergo quisquā eos miserē uixisse dicet, ut non ipse miserimus ob hoc omnibus uideatur. Menenius Agrippa, qui inter patres ac plebem publicæ gratiæ sequester fuit, ere collato funeratus est. Atilius Regulus, cū Pœnos in Africa funderet, ad senatū scripsit, mercenariū suum discessisse, & ab eo desertū esse rus, quod senatui publicē curari dum abesset Regulus, placuit. Fuit ne tanti seruū non habere, ut colonus eius Ro. Po. esset. Scipionis filiæ ex ærario dotē acceperunt, quia nihil illis reliquerat pater. Acquū mehercules erat, Ro. Po. tributū Scipioni semel conferre, cū à Carthagine semper exigeret. O felices uiros puellarum, quibus Ro. Po. loco socii fuit. Beatiores ne istos putas, quorum pantomimæ decies sestertio nubunt, quā Scipionem, cuius liberi à senatu tutore suo in dotem æs graue acceperunt. Dedignatur aliquis paupertatem, cuius tam claræ imagines sunt? Indignatur exul aliquis sibi deesse, cū defuerit Scipioni dos, Regulo mercenarius, Menenio finus, cum omnibus illis id quod decrat, ideò honestius suppletum sit, quia defuerat? His ergo aduocatis non tantum tuta est, sed etiam gratiosa paupertas.

CAP. XIII. Responderi potest, Quid artificiose ista
 oo diducis,

*solatijs

diducis, quæ singula sustineri possunt, collata nō possunt? Commutatio loci tolerabilis est, si tantum locū mutes: paupertas tolerabilis est, si ignominia absit, quæ uel sola opprimere animos solet. Aduersus hunc quisquis me malorum turba terrebit, his uerbis utendū erit: si contra unā quamlibet partem fortunæ satis tibi roboris est, idē aduersus omnes erit. Cum semel animū uirtus indurauit, undiq; inuulnerabilē præstat, Si auaritia dimisit, uehemētissima generis humani pestis, morā tibi ambitio non faciet, Si ultimū diem non quasi poenā, sed quasi naturæ legem aspicias, ex quo pectore mortis metū eieceris, in id nullius rei timor audebit intrare, Si cogitas, libidinē nō uoluptatis causa homini datam, sed propagandī generis quem non uiolauerit hoc secretū & infixum uisceribus ipsis exitiū, omnis alia cupiditas intactum præteribit. Non singula uitia ratio, sed pariter omnia prosternt, in uniuersum semel uincit. Ignominia tu putas quemquā sapientē moueri posse, qui omnia in se reposuit, qui ab opinionibus uulgi secessit. Plus etiā quā ignominia est mors ignominiosa. Socrates tamen eodem uultu, quo aliquando solus triginta tyrannos in ordinē redegerat, carcerē intrauit, ignominia ipsi loco detracturus: neq; enim poterat carcer uideri, in quibus Socrates erat. Quis usq; eo ad conspiciendā ueritatē excæcatus est, ut ignominia putet M. Catonis fuisse, duplicem in petitione præturæ & consulatus repulsam. Ignominia illa præturæ & consulatus fuit, quibus ex Catone honor habebatur. Nemo ab alio contēnitur, nisi à se ante contemptus est. Humilis & proiectus animus fit isti contumeliæ oportunus: qui uerō aduersus se uisimos casus se extollit, & ea mala quibus alij opprimuntur, euerit, ipsas miseras insularū loco habet, quādo ita affecti sumus, ut nihil æque magnā apud nos admirationē occupet, quā fortiter miser. Ducebatur Athenis ad supplicium Aristides, cui quisquis occurrebat, deiciebat oculos,

los. & ingemiscebat, tanquã non in hominem iustum, sed tanquam in ipsam iustitiam animaduertetur. inuentus est tamen qui in faciem eius inspueret, poterat ob hoc non molestè ferre, quod sciebat neminè id ausurũ animi purioris. At ille absterfit faciẽ, & subridens ait comitanti magistratui, Admone istũ, ne postea tam improbè oscitet. Hoc fuit contumeliæ ipsi contumeliã facere. Scio quosdã dicere, cõtemptu nihil esse grauius, mortẽ ipsis potiorẽ uideri. His ergo respondebo, & exiliũ septem menses omni carere. Si magnus uir cecidit, magnus iacuit. Non magis tuã potest contumeliã quam cum ædiũ sacrariũ ruine calcantur, quas religiosi æquẽ ac stantes adorant.

CAP. XIII. Quoniam meo nomine nihil habes mater charissima, quod te in infinitas lachrymas agat, sequitur ut cause tuæ te stimulent. Sunt autẽ duæ: nã aut illud te mouet, quod præsidium aliquod uideris amisisse: aut illud, quod desiderium ipsum per te pati non potes. Prior pars mihi leuiter perstringenda est. Noui enim animum tuum, nihil in suis præter ipsos amantẽ. Viderint illæ matres, quæ potentiã liberorũ muliebri impotentia exercent, quæ quia foeminis honores non licet gerere, per illos ambitiose sunt, quæ patrimonia filiorũ & exhauriunt & captant, quæ eloquentiã commodando alijs fatigant. Tu liberorũ tuorũ bonis plurimũ gauisa es, minimũ usa: Tu liberalitati nostræ semper imposuisti modũ, cum tuæ non imponeres. Tu filiafamiliã locupletibus filijs ultrò contulisti. Tu patrimonia nostra sic administraſti, ut tanquã de tuis labores, tanquã alienis abſtineres. Tu gratiæ nostræ tanquã alienis rebus utereriſ peperciſti, & ex honoribus nostris nihil ad te nisi uoluptas & impensa pertinuit. Nunquam indulgentia ad utilitatem respexit. Non potes itaq; erepto filio ea desiderare, quæ incolumi nunquam ad te pertinere duxiſti.

CAP. XV. Illò omnis consolatio mihi uertenda est, unde

CAP. XVI. Non est quod ad quasdam foeminas respicias, quarum tristitiam semel sumptam mors finiuit. Nosti quasdam, quae amissis filiis, imposita lugubria nunquam exuerunt. A te plus exigit uita ab initio fortior, non potest muliebris excusatio contingere ei, à qua omnia uitia muliebria absuerunt. Non te maximum seculi malum impudicitia, in numerum plurimum adduxit. Non gemmae te, non margaritae flexerunt, non tibi diuitiae uelut maximum generis humani bonum resulsuerunt, non te bene in antiqua & seuera institutam domo periculosa etiam probis peiorum detorsit imitatio, non te fecunditatis tuae, quasi exprobraret aetatem, puduit. Nunquam more aliarum, quibus omnis commendatio ex forma petitur, tumescentem uterum abscondisti, quasi indecens onus, nec intra uiscera tua conceptas spes liberorum elisisti. Non faciem coloribus ac lenocinijs polluisti, nunquam tibi placuit uestis, *quae ad nihil aliud est exigenda, quam ut nudam componeret: unicum tibi ornamentum, pulcherrima & nulli obnoxia aetati forma, maximum decus uisa est pudicitia. Non potes itaque ad obtinendum dolorem muliebri nomen praeferre, ex quo te uirtutes tuae seduxerunt: tantum debes à foeminarum lachrymis abesse, quantum à uitijs, Nec foeminae quidem te sinent intabescere uulnere tuo, sed leuiori necessario morore cito defunctam, iubebunt exurgere, si modo illas intueri uoles foeminas, quas conspecta uirtus inter magnos uiros posuit. Cornelia ex duodecim liberis ad duos fortuna redegit. Si numerare funera Corneliae uelles, amiserat decem, si aestimare, amiserat Gracchos. Flentibus tamen circa se, & fatum eius execrantibus interdixit, ne fortunam accusarent, quae sibi filios Gracchos dedisset. Ex hac foemina debuit nasci, qui diceret in concione, Tu matri meae maledicas, quae me peperit. Multo mihi uidetur animosior uox matris. Filius magno aestimabat Gracchorum natales,

*quae apertius
nudaret quam
componeret:

*reducem

tales, mater & funera. Rutilia Cottam filium secuta est in
 exilium, & usq; eo fuit indulgentia constricta, ut mallet exi-
 lium pati, quàm desiderium, nec ante in patriam, quàm cum fi-
 lio redijt. Eundem iam *reductum & in Repub. florentem
 tam fortiter amisit, quàm secuta est, nec quisquam lachrymas
 eius post elatum filium notauit. In expulso uirtutem ostendit,
 in amisso prudentiam, Nam & nihil illam à pietate deterruit,
 & nihil in tristitia superuacua stultaq; detinuit. Cum his te
 numerari fœminis uolo, quarum uitam semper imitata es, earum
 in coercenda comprimendaq; ægritudine optime sequeris
 exemplum. Scio rem non esse in nostra potestate, nec illum
 affectum seruire, minime uerò eum qui ex dolore nascitur.
 Ferox enim & aduersus omne remedium contumax est, Vo-
 lumus interim illum obruere, & deuorare gemitus, per ipsum
 tamen compositum fictumq; uultum lachrymæ profunduntur.
 Ludis interim aut gladiatoribus animum occupamus. At illum
 inter ipsa quibus auocamur spectacula, leuis aliqua desiderij
 nota subiuit. Ideò melius est illum uincere quàm fallere. Nam
 qui aut delusus uoluptatibus, aut occupationibus abductus est,
 resurgit, & ipsa quiete impetum ad seuiendum colligit. At
 quisquis rationi cessit, in perpetuum cõponitur. Non sum itaq;
 monstraturus illa, quibus usos multos esse scio, ut peregrina-
 tione te uel longa detineas, uel amœna delectes, ut rationum
 accipiendarum diligentia, patrimonij administratione mul-
 tum occupes temporis, ut semper nouo te aliquo negotio im-
 plices. Omnia ista ad exiguum momentum prosunt, nec reme-
 dia doloris, sed impedimenta sunt. Ego autem malo illum desi-
 nere quàm decipi. Itaq; illò te duco, quò omnibus qui fortunam
 fugiunt, confugiendum est, ad libera studia: illa sanabunt
 uulnus tuum, illa omnem tristitiam tibi euellent. His & si nun-
 quam assuesces, nunc utendum erat, sed quantum tibi patris
 mei

mei antiquus rigor permisit, omnes bonas artes, non quidem
 comprehendisti, attigisti tamē. Utinam quidem uirorum opti-
 mus pater meus, * nimis maiorum consuetudini deditus, uo-
 luisset te sapiētum præceptis erudiri potius quam imbui, Non
 parandum tibi nunc contra fortunam esset auxilium, sed pro-
 ferendum: propter istas quæ literis non ad sapientiam utun-
 tur, sed ad luxuriam * instruuntur, minus est indulgere studijs
 passus: beneficio tamen rapacis ingenij plusquam pro tempo-
 re hausiisti. Iacta sunt disciplinarum omnium fundamēta. Nunc
 ad illas reuertere, tutam te præstabunt illæ, cōsolabuntur illæ,
 delectabunt illæ, si bona fide animum tuum intrauerint, nun-
 quam amplius intrabit dolor, nunquam sollicitudo nunquam
 afflictionis irritæ superuacua uexatio. Nulli horum patebit
 pectus tuum. Nam cæteris uitijs iam pridem clusum est. Hæc
 quidem certissima præsidia sunt, & quæ sola te fortunæ eri-
 pere possint. Sed quia nondum in illum portum quem tibi stu-
 dia promittunt, perueneris, adminiculis quibus innitaris opus
 est, uolo & interim solatia tua tibi ostendere. Respice fratres
 meos, quibus saluis, fas tibi nō est accusare fortunam. In utroq;
 habes quod te diuersa uirtute delectet, alter honores industria
 consecutus est, alter sapienter contempsit. Acquiesce alterius
 filij dignitate, alterius quiete, utriusque pietate. Noui fratrum
 meorum intimos affectus, alter in hoc dignitatem excolit, ut
 tibi ornamento sit. Alter in hoc se ad tranquillam quietamq;
 uitam recepit, ut tibi uacet. Bene liberos tuos & in auxilium
 & in oblectamentum fortuna disposuit, poteris alterius digni-
 tate defendi, alterius otio frui. Certabunt * uitæ officijs, &
 unius desiderium, duorum pietate supplebitur. Audacter pos-
 sum promittere, nihil tibi deerit, præter numerum: ab his ad
 nepotes quoque respice, M. blandissimum puerum, ad cuius
 conspectum nulla potest durare tristitia, nihil tam magnum,

* minus

* instituuntur,

* in te

nihil tam recens in cuiusquam pectore fuerit, quod non circum-
 fusus ille permulceat. Cuius non lachrymas illius hilaritas sup-
 primat? cuius non contractum sollicitudine animum illius ar-
 gutiæ soluant? quem non in iocos uocabit illa lasciuia, quem
 non in se conuertet & abducat infixum cogitationibus, illa
 neminem satiatura garrulitas? Deos oro contingat hunc ha-
 bere nobis superstitem. In me omnis factorum crudelitas lassata
 consistat, quicquid matri dolendum fuerit, in me transferat:
 quicquid auæ, in me. Floreat reliqua in suo statu turba, nihil
 de orbitate, nihil de conditione mea querat. Euerim tantum,
 nihil amplius dolituræ domus, piamentum. Tene in gremio tuo
 cito tibi daturâ pronepotes Nouatillam, quam sic in me trans-
 tuleram, sic mihi ascripseram, ut posset uideri, quod me ami-
 sit, quamuis saluo patre, pupilla: hanc & pro me dilige: ab-
 stulit illi nuper fortuna matrem, tua potest efficere pietas, ut
 perdidisse se matrem doleat tantum, non & sentiat: nunc mo-
 res eius compone, nunc formam. Altius præcepta descendunt,
 quæ teneris imprimuntur ætatibus, Tuis assuescat sermoni-
 bus. Ad tuum *formetur arbitrium, multum illi dabis, etiam si
 nihil dederis præter exemplum. Hoc iam tibi solenne officium
 pro remedio erit. Non enim animum pie dolentem à sollicitu-
 dine auertit, nisi aut oratio, aut honesta occupatio. Numeraræ
 inter magna solatia patrem quoque tuum, nisi abesset, nunc ta-
 men ex affectu tuo quid illius intersit cogita: intelliges quanto
 iustius sit te illi seruari, quàm mihi impendi: quoties te im-
 modica uis doloris inuasit, & sequi te iubebit, patrem cogita.
 Cui tu quidem tot nepotes pronepotesq; dando effecisti, ne
 unica esses, consummatio tamen ætatis actæ feliciter in te uer-
 titur, illo uiuo nefas est te quod uixeris queri.

CAP. XVII. Maximum adhuc solatium tuum tacue-
 ram, sororem tuam, illud fidelissimum pectus tibi, in quo omnes

*singatur

curæ tuæ pro indiuiso transferuntur, illum animum omnibus nobis maternum. Cum hac tu lachrymas tuas nascuisti, in hac tu primum respirasti. Illa quidem affectus tuos semper sequitur. In mea tamen persona non pro te dolet. Illius manibus in urbem perlatus sum, illius pio maternoq; nutritio per longum tempus æger conualui. Illa pro quæstura mea gratiam suam extendit, & quæ ne sermonis quidem, * aut datæ salutationis sustinuit audaciam, pro me uicit indulgentia uerecundiam. Nihil illi seductum uitæ genus, nihil modestia, & in tanta foeminarum petulantia rustica, nihil quies, nihil secreti & ad oculi repositi mores obstiterunt, quo minus pro me etiam ambitiosa fieret. Hæc est mater charissima solatium, quo reficiaris. Illi quantum potes te iunge, illius arctissimis amplexibus alliga. Solent moerentes ea quæ maxime diligunt fugere, & libertatem dolori suo querere, Tu ad illam te, & quicquid cogitaueris confer, siue seruare habitum istum uoles, siue deponere, apud illam inuenies, uel finem dolori tuo uel comitē: sed si prudentiam perfectissimæ foemine noui, non patietur te nihil profuturo moerore consumi, & exemplum tibi suum, cuius ego etiam spectator fui, narrabit. Charissimum uirum amiserat auunculum nostrum, cui uirgo nupserat, in ipsa nauigatione: tulit tamen eodem tempore & luctum, & metum, cuiusq; tepestatibus corpus eius naufraga euexit. O quàm multarum egregia opera in obscuro iacent, si huic illa simplex ad memorandas uirtutes contigisset antiquitas, quanto ingeniorum certamine celebraretur uxor, quæ oblita imbecillitatis, oblita metuendi etiam firmis maris caput suum periculis pro sepultura obiecit, & dum cogitat de uiri funere, nihil de suo timuit. Nobilitatur carminibus * hominum, quæ se pro coniuge uicariam dedit: hoc amplius est, discrimine uitæ sepulchrum uiro querere: maior est amor, qui pari periculo minus redimit. Post

* aut claræ
salutationis
sustinuit

* omnium,

*nihil ab ul-
lo petijt,

*tam parce

hoc nemo miratur, quod per sedecim annos, quibus maritus eius Aegyptum obtinuit, nunquam in publico conspecta est. Neminem prouincialem in domum suam admisit, *nihil à uro petijt, nihil à se peti passa est. itaq; loquax & ingeniosa in contumelias praefectorum prouincia, in qua etiam qui uitauerunt culpam, non effugerunt infamiam, uelut uicium sanctitatis exemplum suspexit, & quod illi difficillimum est, cui etiam periculosi sales placent, omnem uerborum licentiam continuit, & hodie similem illi quamuis nunquam speret semper optat. Multum erat, si per sedecim annos illam prouincia probasset, plus est quod ignorauit. Hoc non ideo refert, ut eius laudes exequar, quas circumscribere potius est, quam partem transcurrere, sed ut intelligas magni animi esse foeminam, quam non ambitio, non auaricia, comites omnis potentiae & pestes, uicerunt: non metus mortis eam, exarmata nauis naufragium suum spectantem, deterruit, quominus exanimi uro haerens, quereret non quemadmodum inde exiret, sed quemadmodum efferret. Huic parem uirtutem exhibeas oportet, & animum à luctu recipias, & id agas ne quis te putet partus tui poenitere. Caeterum quia necesse est cum omnia feceris, cogitationes tamen tuas subinde ad me recurrere, nec quemquam nunc ex liberis tuis frequentius tibi obseruari, non quia illi minus chari sint, sed quia naturale est manum saepius ad id referre quod doleat, qualem me cogites accipe. Laetum & alacrem, uelut optimis rebus: sunt autem optime, quum animus omnis cogitationis expers operibus suis uscat, & modò se leuioribus studijs oblectat, modò ad considerandam suam uniuersamque naturam ueri auidus insurgit. Terras primum situmque earum querit. Deinde conditionem circumfusi maris cursusque eius alternos & recursus, tunc quicquid inter caelum terrasque plenum formidinis interiacet perspicit, & hoc tonitribus, fulminibus uentorum flatibus, ac nim-

borum

borum niuisq; & grandinis iactu tumultuosum spatium, tunc peragratis humilioribus ad summa prorumpit, & pulcherrimo diuinorum spectaculo fruitur, eternitatisq; sue memor in omne quod fuit, futurumq; est omnibus seculis uadit.

Libri Senecæ ad Albinam de consolatione,

F I N I S.

IN CONSOLATIONEM

AD ALBINAM.

Cap. 9. adhortatus sit, quod carere non est miserum: hæc quinque uerba ab annotatore adiecta scriba indoctus retulerat in contextum. Ea submouimus ne quis temerè reponat.



